lorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. Jn petra exaltauit
me, ⁊ nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos, Pſal. 26.
Quod ſi carceres, ſi egritudines, ſi exilia, ſi gladij, ſi mors truculenta
adſint, ſemper pax eſt viro iuſto p chꝛiſtū: ⁊ nihil eſt qd hāc illi auſe
rat pacem, nihil quod euertat, ſi vere adſit, ſi nō interne turbetur. de
qua loquitur apl̄us ſcribens Philippenſibus, cap. 4. Et pax dei quę
exuperat oēm ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, ⁊ intelligētias veſtras,
Neq; enim caro hanc capiet, neq; ſenſus eius, quę turbabuntur vt
Pax dei ſupra ſenſuz carnis. primū ingruerint aduerſa. Cordi inſerta eſt, intelligentięq; vere cre
dentis, hoc eſt, non carnalis, ſed ſpiritalis chꝛiſtiani, in nouitate vi
tę ambulantis, ⁊ in ſpiritu regnantis. Nō enim eſt pax vniuerſę car
ni, dicenti, Pax pax. quū nō eſſet pax, videlicet, ea, quę in Chꝛiſto eſt,

cum deo ⁊ ſpiritu. Iere.12.et.8.et.6. Soli nāqꝫ iuſtificati ex fide pacē
habent per dñm Ieſum chriſtū. Ro.5.⁊ hoc cum preceptoꝝ dei obſer
uatione, ⁊ amore. Nam pax multa diligentibus legē dei. Pſal. 118.
Omnia ſiquidem illis in bonū vertunť. Ro.8. Ideo per Eſay. loqui
tur deus, cap.48. Utinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut
flumen pax tua, ⁊ iuſticia tua ſicut gurges maris. Quid autē lex dei, Lex dei
niſi mandatū eius, voluntas eius, quę quū recta ſit ſemper, ⁊ impoſ- qd ſit.
ſibile eſt aliter eſſe, oportet oīum viuentiū normā eſſe ac legē: vt vere
pax ſit multa eam diligentibus, eamqꝫ ſeruantibus, etiam ſi interni
vehementiſſime ſęuiant aduerſa, iactetur caro, ⁊ occidatur. Accepta
enim hęc ſunt eis, ꝙ nihil dubitent excelſi voluntate fieri oia hęc,
cuius omnis voluntas eſt illis acceptiſſima: odiuntqꝫ omnia, quę cō
tra dei voluntatem a quocunqꝫ fiunt. Hinc Proue.12. dicitur, Nō con
triſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Pax enim Chriſti in eoꝝ eiuſ-
modi exultat cordibus, Coloſſ.3. Hęc eiuſmodi pax in ſolo Chriſti re
gno eſt, ⁊ cum ſpiritus gaudio poſſidetur ſemper. Propterea de ipſo re
gno dicit Ro.14. Regnū dei iuſticia, ⁊ pax, ⁊ gaudiū in ſpiritu ſancto.
De quo loquit propheta. Pſal.71. dicēs, orietᷓ in diebus eius iuſticia,
⁊ abundantia pacis. qui pſalmus de regno chriſti eſt, cuius dies ſunt
totū temp⁹. regni eius, quod eſt eccleſia, quę ab orbe cōdito in electis
cepit, ⁊ finem habitura nō eſt. In his diebus ſunt electi ⁊ fideles, qui
etiā ſoli lucem chriſti vident, reliquis oībus in tenebris craſſę perfi-
dię ignorantięqꝫ manentibus: ⁊ in diebus chriſti eſſe nequeunt. vn-
de ⁊ Ioan.1. tenebrę illę eſſe dicunť, quę verā lucem, id eſt chriſtū nō
apprehēderunt. Ipſe enim chriſtus eſt ſol iuſticię. Matt.4. Qui de ſe
ipſo dicit, ego ſum lux mundi Io.8. Cuius quicunqꝫ ſuſcipit radios
lux fiunt, vnde ⁊ ſuos lucem appellauit. Matth.5. vos (inquit) eſtis
lux mundi. Et apl's Ephe.5. eratis aliquādo tenebrę, nūc autē lux in
dño. Econtrario, qz increduli ceci ſunt, tenebrę iuſte vocantur, Ioā.1.
⁊ tenebrę eā nō cōprehenderunt. ⁊ Lu.1. Uiſitauit nos oriens ex alto
illuminare, his, qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedent, ad dirigen
dos pedes noſtros in viā pacis. Hic dicit Zacharias luce orientis ex
alto eos ſolos illuminandos, qui inter incredulos ⁊ impios, cęcos
⁊ malos vtcūqꝫ pij morabantur, parati verā lucem ſuſcipere, partim
Ioānis doctrina perdocti, partim ratione directi. Ergo fideles in die Fideles in
bus preclariſſimis Chriſti ſunt, quos vidit in ſpiritu Habraam, ⁊ diebus xpi
gauiſus eſt. Io.8. In quibus ſemper eſt iuſticia, ⁊ abundancia pacis, preclariſ-
quā vult dñs a ſuis precari, familijs domoꝝ quas forte ingrederen- ſimis de-
tur, ideoqꝫ dici, Pax huic domui, Matth.10. Et Lu.10. Hanc pacem gunt.
angeli in domini natalicio die, hominibus bone voluntatis in terris,
annunciauerunt. Dominus etiā Ieſus poſtqꝫ a mortuis ſurrexit, diſci
pulos pacis elogio ſalutauit, Pax inquit vobis. Lu.24. Et Ioan.20.
Quam velut mentibus altis radicibus defixam, poſtmodum ſancti
apl'i, Ioānes, Petrus, Paulus, alij quoqꝫ ſanctoꝝ, his, qbus ſcripſe-
runt, precati ſunt, iucundiſſima ſane, imo ⁊ deſideratiſſima, ſuauiſſi-

ma,⁊ ſanctiſſima ſcriptione:nec temere, beati nanqꝫ ⁊ ter quaterqꝫ beati, cum quibus dñs fecit pacem: ſiue vt in Ezechiele legitur,pactum pacis,cap.34.quoꝝ refert,vt mox ſatagent vbiqꝫ,⁊ cum oībus, ac ſemper iuxta dei voluntatem, in pacis amabili vinculo ſpiritus cōſeruare vnitatē.Ephe.4.Non abre iuxta dei voluntatem vinculum pacis ineundū conſarciendumqꝫ dico,ne quis putet cum impiis habendaꝫ pacem,cōſuctudinēqꝫ,quos potius ſancte odiſſe debemus, vt nō cū Madianitis ſcelere inuoluamur.ſicut ſcriptum eſt, Iniquos odio habui,⁊ legem tuam dilexi,Pſal.118.Et rurſum,Nōne qui oderunt te dñe oderam,⁊ ſuper inimicos tuos tabeſcebā? Perfecto odio oderam illos,⁊ inimici facti ſunt mihi.Pſal.138. Gratia ergo vobis ⁊ pax. Gratiā precatur anteq̄ loqui incipiat:optat pacē,his q ſanctificati ſunt,quatinus expugnata maledictiōe quauis peccati, bñdictionē cōſequant in oēm cōſciētię trāquillitatē.Sequitur. ❡ Punc.3.

**Ab eo qui eſt,⁊ qui erat,⁊ qui venturus eſt.**

Tempoꝝ varietate ęternitas dei immutabilis circumſcribitur,quemadmodū apl'us Paulus de Chriſti diuinitate loquens ad Hebre.13. ait,Chriſtus Ieſus heri ⁊ hodie,ipſe etiā eſt in ſęcula.Per vnū etiam tēpus capitur ęternitas,vt per pręſens,Ioan.8.Anteq̄ habraam fieret ego ſum.Exodi quoqꝫ.3.Ego ſum qui ſum.Eſay.aūt.43. Intelligite quia egoipſe ſum. Tēpore preterito,Pſal.73. Deus autem rex noſter ante ſęcula.Ideo ⁊ p ſenectam deſignat,Daniel.7.vbi per antiquum dieꝝ deū ęternū intelligit.Nōnullis viſum eſt dicta hęc de ſola perſona filii debere intelligi pro eo maxime,qꝛ poſtremo dicit,⁊ q venturus eſt,Siquidē ipſe eſt qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos:Et nullā hic perſonę patris mentionē fieri, ſed tantūmodo filii ⁊ ſpiritusſancti:Bis filii,ſemel ſpiritusſancti. De filio fit mētio in his ſuprapoſitis verbis.videlicet, ab eo, qui eſt etc̄.ſcđo in ſequentibus, ⁊ a Ieſu chriſto,qui eſt teſtis fidelis, ⁊c̄.De ſpūſancto in eo quod ait, Et a ſeptē ſpiritibus qui in cōſpectu throni eius ſunt. Sed enimuero deum patrem intelligi in ſuperioribus nihil prohibet,imo conſentaneum fuerit,⁊ perpulchrum,dignūqꝫ ac venerabile, vt cum his quę ſequunt:Et a ſeptem ſpiritibus,qui in conſpectu throni eius ſunt: ⁊ a Ieſu chriſto,qui eſt teſtis fidelis,totius ſuperbenedictę trinitatis glorioſa cōfeſſio ponat. Hoc ſenſu,qui eſt.id eſt. qui permanet imutabilis:⁊ qui erat abſqꝫ principio,⁊ qui venturus eſt,per gloriā maieſtatis ſe manifeſtando hoībus,qui modo ſperant in illum:nō ꝙ ſoli boni viſuri ſint eū,videbunt ⁊ crucifixores qui eū pupugerunt, ſed boni cum fructu videbunt. Cęterum vetus codex incerto authore proditus exhibet,vt verba triū tempoꝝ referantur ad ſolum patrem,ſic. Ab eo qui eſt,⁊ qui erat,⁊ qui venturus eſt.id eſt,a deo patre ęterno,qui ſeipſum manifeſtaturus eſt in beata gloria.Namqꝫ perſona filii ⁊ ſpiritusſancti in ſequentibus diſtincte ponitur. ❡ Punc.4.

Dei ęternitas tēpoꝝ varietate deſcripta.

Trinitatis confeſſio.

**Et a ſeptem ſpiritibus,qui in conſpectu throni ei⁹ ſunt.**

Palam nimirum a vero aberrant, qui per hos ſeptem ſpiritus ſeptē angelos intelligunt, quaſi a creaturis ſit pax & gratia. Alia ergo ratione enarrandus eſt ſcripturę locus. Quia enim a patre, & filio, & ſpiritu ſancto vno deo viuo & vero, & ab eo ſolo quidem, & gratia & pax dantur. neceſſe eſt, vt dum de ſeptem ſpiritibus meminit, donatorem ſpirituum intellexerit, vtcꝫ ſcripturę veteris vultū hęc dicens reſpexerit. ſic enim habet Eſa. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus dñi, ſpiritus ſapientię et intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientię & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris dñi. cap. 11. Septiformis ergo gratie datrix diuinitas intelligitur. Unus quidē tantūmodo eſt dñi ſpiritus, idem cū eo deus, a quo ceu fonte perēni chariſmata profluunt vniuerſa: ſeptem tamen memorant, ꝙ multiplicem in ſeptenario cōprehenſam gratiā largiatur. qui iccirco in cōſpectu eius eſſe dicunt, quia nimirum ſeptem dona gratiaꝝ pręſto eſt ſanctis ſuis cōicare, in quibus deſyderat habitare, cuius delicię ſunt cū filijs hominū, qui illi placent: vt Prouer. 8. exprimit. Thronus ergo dei, fideles ſunt. Congrue autem ſeptem ſpirituū fit mentio, vt ab effectu fiat cauſę noticia, id eſt. a donis largitor deus intelligat, & pſona ſpūſſcti diſtinctim exhibeat, cuius intereſt largiri dona graꝝ. ¶ Punc. 5. Spirit⁹ ſeptiformis.

**Et a Jeſu chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum: & princeps regum terrę.**

Subaudi, gratia vobis & pax, q: per eum facta eſt grā, qui eſt pax noſtra. Ephe. 2. Lex per Moyſen data eſt, grā autē & veritas per Jeſum chriſtum facta eſt. Joā. 1. Qui in ſartienda pace nimiū egit, nā & ſeipſum pro nobis impendit, crucem ac varias pęnas tolerauit, & naturā noſtrā peccatis perditam correſuſcitauit: atqꝫ ad dexteram patris collocauit. Obſerua, deus eſt chriſtus, alioqui fruſtra ab eo grā peteret, Id quod hic facit Joānes. Paulus quoqꝫ in init. is ſuaꝝ epiſtolaꝝ creber eſt in hoc ipſo, quod nequaꝗ̄ ſuperbus homo & cōtumelioſus olim faceret, niſi chriſtū veꝝ deū cognoſceret. Nō profecto precones eximij ignorabāt locum ſcripturę dicētis, Gratiā & gloriā dabit dñs. Pſal. 83. Dñs enim hic quātum ex hebręo petſpicit, non niſi de deo ſolo dicit. Nā vbi nos dñs habemus, hebręi habent Jehoua, qđ nō niſi de deo ſolo alicubi ponitur. Nominato aūt chriſto iam deinceps inſignia quędam de eo ponit. Et primo teſtem eū fidelē adſtruens, qui profecto teſtis eſt fidelis, qui teſtatus eſt coram pontio Pilato, ac inimicis ſuis ſcribis, & phariſeis, & pontificibus iudęoꝝ de ſeipſo veritatem. ꝙ ipſe ſit vere chriſtus in lege promiſſus: teſtificaturus & de nobis corā pře ſuo, iuxta illud, Oīs qcūqꝫ cōfeſſus fuerit me corā hominibus, cōfitebor & ego eū corā pře meo. Matth. 10. Lu. 12. In gręco ſic legitur articulis interpoſitis. Qui eſt ille teſtis, ille fidelis, emphatice. Oſtendit ergo Joānes chriſtū illū eſſe teſtem, de quo Eſa. 55. cap. ſcriptū eſt, Ecce teſtez populis dedi eū: ducem, ac pręceptorem gētibus. q in Jeremia loquit dicēs. Ego ſum iudex & teſtis. Itē pſal. 88.

Chriſtus deus.

Chriſtus teſtis fidelis.

Teſtis in cęlo fidelis. Cœlum eccleſia eſt ſanctoꝝ. Ipſe nimiꝝ fidelis eſt, ⁊ abſqȝ vlla iniquitate iuſtus ⁊ rectus, Deut. 32. Fidelis in oibus ve. bis ſuis. Pſal. 144. Idem. 1. Joã. 1. fidelis, ⁊ iuſtus deſcribit, Et. 1. Cor. 10. Fidelis deus dicit. Nec extrema videat tibi hęc huiuſmodi Chriſti ſeruatoris cõmendatio, qua teſtis fidelis eſſe aſſeritur. nobis enim re eſt, vt in ſpē viuã excitemur, ſcientes qꝛ quicqd promiſit fideliter ſeruat, ⁊ implet, quũ poſſit abunde, tanq̃ deus, cui eſt oĩs potẽtia. Nã poteſtas eius poteſtas ęterna, Dañ. 7. Huic igit credendum, huic parendum, huic ex corde ſeruiendum, qui ſolus eſt fidelis ⁊ iuſtus, ⁊ potens, vt quod promittit, reddat ẽt. q etiã teſtificabit vere de cunctis operibus nr̃is, qui ſcrutator renũ nr̃oꝝ eſt ⁊ cordis. Pſal. 7. Scrutãs corda, ⁊ renes deus. Ut de⁹ ergo ſcrutãs corda ⁊ renes eſt: vt homo teſtificans. Qui eſt primogenitus mortuoꝝ. Jam hoc aliud

Chr̃s primogenit⁹ mortuoꝝ.

ei inſigne eſt, quod primus ex mortuis reſurrexit in vitã immortalẽ. Quia enim reſurgendo renaſcemur ad incorruptionem, recte chr̃us, qui primus oĩum reſurrexit, primogenitus mortuoꝝ dicitur. vnde idẽ alibi regenerationem vocat reſurrectionem, Matth. 19. Nemo ante eũ ſic reſurrexit vt vltra nõ moreret. Legimus quippe quoſdã ſctõꝝ, vt Eliam, Eliſeũqȝ mortuos excitauiſſe. Et ipſe dñs filiam Jayri Archiſynagogi ſuſcitauit, Et viduę plorãtis, vnigenitum, quũ efferretur extra portam ciuitatis naim. Et Lazarum iam tabeſcentem, vtpote quatuor dies in ſepulchro habentem, et fœtore marcidũ. Sed ij oẽs cõpleto vitę curſu iterum mortui ſunt. Chriſtus autẽ reſurgẽs ex mortuis, iam no moritur: neqȝ mors illi vltra dominabitur. Ro. 6. Pulchra ſane ⁊ ſplendida dictio, vt ꝓ primo reſurgẽte diceret primogenitus mortuoꝝ. hoc nimirũ ſplendore dictionis delectati dicimus, qꝛ in illa huiuſmodi genitura beatę apl̃oꝝ anime quaſi matres extiterũt, qui morienti dño donec reſurgeret materno affectu cõdoluerunt. vt non incongrua ſimilitudine ipſe dñs ad eos vteretur, quum diceret, Mulier quũ parit triſticiã habet, quia venit hora eius: quũ autẽ peperit filium, iã nõ meminit preſſurę, ꝓpter gaudiũ, qꝛ natus eſt homo in mundũ. Joã. 16. cuius mors, noſtra vita fuit, reſurrectio ſpes ⁊ gl̃ia.

Chr̃i reſurrectio exẽplũ ⁊ cauſa futurę nr̃ę reſurrectionis.

Sacris traditum eſt auctoribus chriſti reſurrectionem exemplum fore: ⁊ cauſam futurę reſurrectionis noſtrę, quatinus in eandem imaginem transformemur, ⁊ transformati glorificemur. vñ apl̃us, Saluatorem expectamus dñm nr̃um Jeſum chriſtum, qui reformabit corp⁹ humilitatis noſtrę, cõfiguratũ corpori claritatis ſuę, ideſt corpus humile ⁊ corruptioni modo obnoxiũ conforme reddet corpori ſuo glorioſo. Phil. 3. De cauſa ſcribit idẽ apl̃us. 1. Theſſ 4. Si enim credim⁹ ꝙ Jeſus mortu⁹ eſt ⁊ reſurrexit, ita ⁊ de⁹ eos, q dormierũt, ꝑ Jeſum adducet cũ eo, ſcȝ rediuiuos, ne capiti viuo deſint mẽbra viuentia. Itẽ. 1. Cor. 15. Si chr̃s ꝑdicat ꝙ reſurrexit a mortuis, qũo qdã dicũt in vobis, qm̃ reſurrectio mortuoꝝ nõ eſt. Si aũt reſurrectio mortuoꝝ non ẽ, neqȝ chr̃s reſurrexit. Sed hoc putare inſanũ omnino eſt. Proinde, oẽs quidem reſurgemus: nã oportet corruptibile hoc induere incor-

ruptionem,⁊ moꝛtale hoc induere immoꝛtalitatem: quū autē moꝛta
le hoc induerit īmoꝛtalitatē,tunc fiet ſermo,qui ſcriptus eſt, Oſee.13.
Abſoꝛpta eſt moꝛs in victoꝛia.In qua victoꝛia: nempe ī ſua.Nā quū
Adam peccauit,tūc moꝛs obtinuit victoꝛiā: quū chꝛiſtus vero moꝛ-
tuus eſt,tūc victoꝛiā illā amiſit moꝛs.Abſoꝛpta ergo erit tūc in nobis
moꝛs in ea victoꝛia ſua quā accepit in peccato ipſius Adā,quādo oēs
moꝛtui reſurgemus in īmoꝛtalitatē.Deo autē gratias, qui dedit no-
bis talē victoꝛiā per dñm noſtrū Jeſum chꝛiſtum , vt calcata moꝛte
regnemus.Sequitur. Et pꝛinceps regum terre . De pꝛīcipatu Chꝛiſti
loquitur pſalmus ſecundus di. Poſtula a me,⁊ dabo tibi gentes,he-
reditatem tuā,⁊ poſſeſſionē tuā terminos terrę. Eſaias quoq; cap.9. Chꝛs pn-
Pꝛinceps pacis, pater futuri ſęculi . Rurſum infra cap.19.in ſemoꝛe ceps regū
eius ſcriptum eſſe dicitur, Rex regum,⁊ dñs dñantiū. Js certe vnus terrę.
eſt Dauid fidelium pꝛinceps,qui tam magnifice pꝛomittitur ac deſcri
tur Ezech.34.ac.37.Jgitꝰ pꝛinceps regū terrę. quod dicit in validum
terroꝛem tyrannoꝝ potentiumq;,a quibus potiſſimū eſt crux ⁊ affli- Tyránoꝝ
ctio ſanctoꝝ,quatinus timeant illum cuius miniſtros perſequunt, terroꝛ.
quādoquidē cuncti quantūlibet magni ac potētes cū eo collati, ver-
mis ac pꝛope nihil ſunt,et ipſe eſt ſuper oēs,regetq; eos in virga fer
rea,et tanq̄ vaſa figuli cōfringet. Pſal.2.Liberans ſuos a malo, q:
quos dedit illi pater non perdet. Joan.17. Sed quoꝝ vel qualium
regū terrę chꝛiſtus pꝛinceps dicatur: Nunquid illoꝝ,vel taliū qua-
les aſtiterunt aduerſus dñm ⁊ aduerſus chꝛiſtum eius , vt pſalmus
ſecundus habet: Nō vtiq; talium hic eſt pꝛinceps, imo iudex. Tales
enim dicuntur reges terrę eſſe, et non ſunt,ſed ſunt ſerui terrę, quum
ſint ſerui peccati,ſubditi cupiditatibus terrę.Quoꝝ ergo: Eoꝛum,qui Reges ter
⁊ ſi vulgo nō dicunt reges,ſunt tamen terrę reges, q: terrenitatē ſuā rę q vere
(vt ſic dicam)noꝛunt regere,liberi a peccato,ſerui autē iuſticię,Ro.6. dicant.
Ergo non niſi vere regū eſt iſte pꝛinceps. Et oēs,qui eius eſſe volūt,
opoꝛtet tales eſſe reges,hoc eſt iuſtos,⁊ ſanctos: ſui ⁊ mundi, peccati
quoq; triumphatoꝛes.Tam ſanctus,tā impollutus , tā ſplendidus,
tā honoꝛatus,tam glorioſus eſt huius pꝛincipis pꝛincipatus.Multū
itaq; iſte pꝛincipatus differt a mūdi huius pꝛincipatu , qui totus in
tyrannide verſatur,ardet cupiditate,ſęuit in cede, ⁊ alijs hoꝛrendis
ſceleribꝰ crudelitatibuſue exultat. Hic aūt in officio verę ⁊ nō fucatę
charitatis,puritate,miniſterioq; ſedulo: pꝛout dñs ait Lu.22.Reges
gentiū dñant eoꝝ,⁊ qui poteſtatem habent ſuper eos,benefici vocā-
tur: vos aūt non ſic,ſed qui maioꝛ eſt in vobis, fiat ſicut miniſtratoꝛ.
Jn quod ſtatim ſeipſum in exemplū pducit dicēs, Ego aūt in medio
veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Rogo quid dñatui illius ꝑ eiuſmo-
di miniſterium decerptum eſt: Jndigebant ſane miniſterio illo re-
ges illi donec inter eos verſaretur rex ⁊ pꝛinceps regū terrę. at vero
poſteaq̄ aſcendit ad celos,ſicut ille ſeruitio,ſic illi non egebant ma-
giſterio.Ergo multo amplius nō erit deinceps ipſe rex ſibi ſeruiētū,
nec dñs militantiū: ſed ſicut ſcriptura dicit, Rex regū ⁊ dñs dñantiū,

vt ſui ſint perpetui reges, ⁊ domini. ℂ Punc. 4.

**Qui dilexit nos, ⁊ lauit nos a pctis nr̄is ĩ ſãguine ſuo.**

Orbis vniuerſ⁹ optabat peculium fieri deo.

Chriſtus amore nr̄i oia ꝑtulit.

Bethleem natiuitati Chris elegit panis futur⁹ omnium.

Chri ſanguine abluti ſumus a peccatis.

Sola nimirum dilectione actum eſt, vt deus homo fieret, ⁊ nos a peccatis emundaret, cõuiuificaret, ſublimaretq;, qui prędeſtinauit nos in adoptionem filioꝝ ſecundũ ęternum cõſilium voluntatis ſuę, in laudem gratię ſuę, qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo. vt pręclare oſtendit Paulus Epheſioꝝ. 1. Huc tendebat vniuerſus orbis, vt aliquando aperiret deus conſiliũ gratię ſuę, ⁊ in peculium illi eſſet, per eum quẽ promiſerat ſanctificatorẽ iuſtum: cuius oſculum tanto ardore flagitat ſponſa in canticis, Oſculet me (inquiens) oſculo oris ſui. quaſi dicat, oſtendat deus ſponſus ſuam in me dilectionem, iungat os ori, aſſumat corpus mortale, egrediať vt gigas ad currẽdũ vias, ⁊ nihil non amore mei faciat. Obſequutus eſt deus votis dilectę ſuę ſponſę: homo factus eſt, virginalis aulę thalamo naturam noſtram ſibi copulauit, vnde exactis nouem (vt creditur) menſibus, totus feſtiuus egreſſus eſt. iuxta quod ſcriptũ eſt, In ſole poſuit tabernaculũ ſuum, et ipſe tanq̃ ſponſus procedens de thalamo ſuo, Pſal. 18. Elegit autem natiuitati ſuę bethleem ciuitatẽ dauid, ſecundũ qđ ſcriptũ erat: quę domus panis interpretatur: ſane ſignificans, quis vere futurus eſſet, quia panis hominum vitalis, ſupſubſtãtialis, q̃ antea panis erat angeloꝝ. vnde ⁊ bene ſe panem dicit. Ego ſum panis vitę. Joã. 6. Et rurſum. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi, ibidem. Hic itaq; adueniente tẽpore quo cõpleret oĩa, ſepoſito quouis metu petebat hieroſolymã, vbi querebať occidendus: irruit autẽ ſuper eũ temerarius princeps mundi huius, ⁊ ab eo, qui mortis cauſam nullã habebat, id eſt, peccatũ, poenam mortis exegit, ignorans ꝙ ſua innocẽtia omnes eſſet a delicti noxa liberaturus. Poterat quidẽ cauere mortem, ſed quomodo nobis dilectionem ſuã oſtendiſſet, niſi mori voluiſſet: nec emundaret ſanguine, niſi funderet: nec redimeret, niſi aĩam daret. Bonus paſtor (inq̃t) aĩa; ſuã dat ꝓ ouibus ſuis. Joã. 10. Fecit quod dixit, aĩam ſuã dedit pro ouibus ſuis, ⁊ id ſuper lignum: vt ſatiſfactio reſpõderet peccato. In ligno victi ſuimus, in ligno nũc triumphamus. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt (ait Petrus) iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret deo. 1. Pet. 3. Pro nobis ergo mortuus, vt iuſtitię viuamus, vt non vltra ſeruiamus peccato. Dilexit itaq; nos, ⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Dicitur enim, q̃a vnus ex militibus lancea latus eius aperuit, ⁊ continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Joan. 19. Illo ſanguine redemit nos: illa aqua abluit nos a peccatis noſtris, quę non ſine ſanguine erat. Si enim (ap̄lo teſte) ſanguis hircoꝝ ⁊ tauroꝝ, ⁊ cinis vitulę aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quantomagis ſanguis chriſti, qui ꝑ ſpiritumſanctũ obtulit ſemetipſum imaculatum deo, emundauit cõſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiẽdum deo viuenti: Hebr. 9. Item. 1. Cor. 6. qui diceret, Nolite errare,

neq;

neq; ſoꝛnicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles,
neq; maſculoꝝ concubitoꝛes, neq; fures, neq; auari, neq; ebꝛioſi,
neq; maledic., neq; raptoꝛes regnū dei poſſidebūt. ſubiunxit, Et hec
quidem aliquando fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed
iuſtificati eſtis in noīe dn̄i nr̄i Jeſu chꝛiſti, ⁊ in ſpiritu dei noſtri: ne
quippiā, heſitationis poſthac cordi increſceret nr̄o. Nuſquā enim nō
iuſtificationem nr̄am Paulus Chꝛiſto tribuit, vt veꝝ ſit, q̄ꝛ lauit nos
a peccatis nr̄is: quo minoꝛi trepidatione fidelis quiſq; perſiſtat foꝛ-
ti aīo abſtinens ſe a malo, ⁊ deo fide firma inherens in chꝛo. Jeſu
dn̄o nr̄o. Neq; enim holocauſtu; deus pro pc̄ō poſtulauit. Pſal. 39.
ſed ſanguinē innoxiū ſui vnigeniti in quo ſibi nos copulauit. Nō ſo-
lum aūt illos lauit, qui tum erant, ſed etiam qui futuri erant credētes
in eum abluendi dedit poteſtatem. Dixit enim, euntes docete oēs
gētes baptizātes eos, in noīe prīs, ⁊ filij, ⁊ ſpūſ ſancti. Matth. 28.

In ſanguine chꝛi redēpti, ⁊ ſāctificati ſumus.

Jn quo noīe ſalui facti ſunt vn ue ſi Neq; enim eſt aliud nomē ſub
cœlo datū hoīb⁹ ī quo opoꝛteat nos ſaluos fieri. Act. 4. Hoc ē q̄d in-
uocatū eſt ſup nos. Jere. 14 per q̄d deus habitat in nobis. ibidē. q̄d
ſanctū ⁊ terribile ē. Pſal. 110. ⁊ pmanēs ī eternū. ¶ Punc. 7.

Jn nomīe dn̄i ſalus noſtra conſiſtit.

## Et fecit nos regnum, ⁊ ſacerdotes, deo, ⁊ patri ſuo.

O mira circa nos diuine dignationis miſeratio. ⁊ fecit nos regnū, ⁊
ſacerdotes. Quis id pro rei dignitate excogitabit? quis enarrabit?
excellentioꝛ eſt cogitatione tanti beneficij ſublimitas, oꝛe ſublimioꝛ,
quaſi minus ſufficeret lauiſſe a peccatis in ſanguine ſuo, ſi nō pre-
terea faceret nos deo ⁊ patri regnū, ſacerdoteſq;. Greci codices ha-
bent, reges. Sed vtrūq; myſterio congruit, vt qui regnū ſumus, ſi-
mus ⁊ reges. Jn regibus quippe ſuis deus regnare ſolet. Jn chꝛiſto
reges ſumus, in eodem ⁊ regnum ſumus ⁊ ſacerdotes, qui eſt verus
rex ⁊ ſacerdos, quem deus vnxit oleo leticie pꝛe participibus ſuis,
qui ſolus ex vilibus mancipijs in ſeipſo eſſ cere reges ⁊ ſacerdotes
potuit, qui regnamus ſuper oīa, dum peccatum, moꝛtem, ⁊ infernū
calcamus. Legimus in Zacharia q̄ꝛ preceperat deus Zacharie, vt fa
ceret coronas aureas ⁊ argenteas, poneretq; eas in capite Jeſu, filij
Joſedech ſacerdotis magni Zach. 6. Coꝛona, vt palam eſt, nō aliud
q̄ꝫ regiam exhibet dignitatē, que tamē in capite Jeſu filij magni ſacer
dotis poni credit, quū ſacro baptiſmate in filiū dei quiſq; cōſecrat.
Nā ſicut filij Aaron iccirco ſacerdotes crediti ſunt, q̄ꝛ pater coꝝ cum
Moyſe, miniſter fuit illius liberationis, que per conuiuiū agni paſcha
lis cōmemoꝛabat, ita filij huius ſacerdotis magni, qui eſt ſecūdum
oꝛdinem melchiſedech, Chꝛiſti, ſacerdotes ſunt vniuerſi, quos idem
per lauachꝛū regenerationis ſpiritualiter genuit patri: quo ſacerdotes
eſſemus oēs illius ſacrificij, quo cōmemoꝛat non tēpoꝛalis illa, ſed
eterna ſalus oīum. Oēs enim valemus offerre ſpiritū eū quē dedit
redemptionem pro oībus pater. Nec te moueat q̄ oēs credentes ſa-
cerdotes eſſe adſtruamus. Sumus enim oēs ſpirituales ſacerdotes,

Chꝛiſt⁹ fecit nos reges ⁊ ſacerdotes.

Coꝛōe aurec ex pꝛecepto dei ponebant in capite Jeſu filij ioſedech.

Sacerdotes oēs ſum⁹ ī xp̄o.

ſpiritualiter inſiti chriſto,tanꝗ mēbra capiti ſūmo,etiā ſi nō oēs ſacerdotij munere fungamur: miniſterioq; ſacroſancto prohibeantur nōnulli,velut miſſarum ſacrificijs,alioꝛūq; eccleſiaſticoꝝ ſacramentoꝝ,quę nō niſi ſacerdotes oꝛdinati facere habet, qui alio genere cōſecrationis(vt vſus habet eccleſię) fiunt, cui nihil ref. agandum eſt, humiliter potius parendū:vt iam nō ſolum ſpiritualiter ſit huiuſmodi miniſter ſacerdos,ſed etiā ſacramentaliter per ſuſceptum oꝛdinē, qđ diuerſum eſt ſacramētū,& vnū ex cęteris.Hoc tibi vel eo exemplo perſuaderi poterit,Nā ſicut oēs reges ſumus in ipſo,qui eſt rex,& ſacerdos,Nempe chriſto,& tamen non oēs regni adminiſtratione fungimur,id eſt,ſpiritualiter tm̄,inquantū inſiti ſumus vero regi chriſto, nō externa functione,neq; ad exercēdū externū imperiū,ſed internū, quod eſt in expugnandis vitijs, ſuperandaq; vi moꝛtis, ac inferni. Ita & ſacerdotes in chriſto ieſu dño nr̄o.Nemo enim eſt credentium ſanctoꝝ,qui non poſſit offerre hoſtiam laudis ſemper deo acceptabilem per chriſtū, in odoꝛem ſuauitatis.Nemo etiā eſt in hoc genere hominum,qui non poſſit per exercitia bonoꝝ operū,vt ſunt ieiunia,vigilię,oꝛationes,ſtudia virtutum,pietatiſq; et id genus alia, ſe offerre deo,ſicut docet ap̄ſus,Ro.12.Obſecro vos per miſericoꝛdiā dei, vt exhibeatis coꝛpoꝛa veſtra,hoſtiā viuentem,ſanctām,deo placētem: qđ fiet ſi per edomitas carnis tentigines iuſticię viuamus,vt non ſeruiamus peccato.Ab hoc genere ſacerdotij, nemo ſecernitur ſiue vir, ſiue mulier,quū ęque oēs renati ſumus in chriſto,atq; inſiti illi,vt quilibet poſſit ſuauiter ſe offerre deo fide,& oꝛatione,ac vita ſancta & inculpata:nec tm̄ hoc genere ſacerdotij in aliud vtimur,qđ maxime perti neat ad oꝛdinem ſacerdotalem. Proinde chriſtus dñs aliud pręter hoc,inſtituit genus ſacerdotum,qui ſibi,& deo, & populo catholico externo etiā miniſterio fungerentur in eccleſia, quiq; ſoli ſacerdotes vt pote pꝛopꝛio dignitatis titulo vocitarentur, quoꝝ intereſt miſſas celebꝛare,aliaq; ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare,audire confeſſiones peccatoꝝ,abſoluere,iniungere penitentias conſiderata peccatoꝝ qualitate,vngere egros,deo cōmēdare,aliaq; agere, quę ad id pertinent.Magna igitur indita eſt nobis honoꝛis dignitas,vt reges ſimus oēs in chriſto,& ſacerdotes,qui certis legibus imperitamus nobis,ac poꝛtis inferni,quiq; nos quotidie per bona opera deo offerimus,hoſtiā viuentē ac placentem.Agat nunc thurca, agant Ethnici oēs,ieiunent,faciāt miſericoꝛdias ſiue in mille generationes, ſed nō offerunt,quū nō ſint in chriſto,in quo ſolo placemus deo,in quo ſolo accepta ſunt oīa nr̄a quęcunq; bene fiunt a nobis:extra quē nihil ſunt omnia quantumuis bona,quantumuis vtilia,quantumuis pꝛecioſa videantur in faciem. ¶ Punc. 8.

Sacerdotes oꝛdinarij. Parendum eſt inſtitutis eccleſię.

Sacerdotium ſpūale.

Sacerdotium oꝛdinarium.

**Ipſi gloꝛia, & imperium in ſęcula ſęculoꝛum. Amen.**

Hoc breui cantico docemur ad omne beneficiū receptum deo grās agere.Sic.S.Moſes liberato pp̄lo,cui dux cōſtitutus eſſet,poſteaꝗ

mare tranſierat viſa potentia dei, ſuũ canticum cecinit. Anna quoq; ſancta ⁊ rara femina, nato ſibi Samuele gratias egregio cãtico egit. Zacharię inſigne extat canticum, pro ſuſcepto dulci ac exoptatiſſimo ſenectutis ſui pignore Joãne baptiſta. Uirgo quoq; deipara cõcepto mũdi redemptore magnificauit dñm. Agit itaq; ⁊ Joannes vices grauiſſimi hoĩs vt gloriã tribuat deo, imperiũq; ⁊ id quidẽ in ęuũ: nos quoq; qui tantis beneficijs cumulati ſumus ꝑ chriſtũ, vt dilectos citra merita noſtra lauaret in ſanguine ſuo, emundaret cõſcientias noſtras a mortuis opibus, faceret inſuper deo regnũ ⁊ ſacerdotes vtiq; agere ſimiles grãs debemus ipſi deo nr̃o Jeſu chriſto: ſatagentes in oĩ opere bono vt grati inueniamur corã illo, in tẽpore quo ſtatuemur ante tribunal eius. Hactenus preco inuictiſſimus iuxtaq; gratiſſimus ea quę ad gratitudinis ſplendorem pertinere neceſſario videbant peregit, nobiſq; ſimiliter faciendi euidentiſſimũ prebuit ⁊ documẽtũ ⁊ exẽplũ: vnũ ſupererat cõteſtandũ, qđ ⁊ precipuũ eſt ⁊ maximũ quia videlicet inde vbi nunc ſedet princeps ille regũ terrę, vbi eſt illi ⁊ gloria ⁊ imperium in ſecula ſeculorum, venturus eſt in nubibus claritudinis cœli, ideo ſequitur. ℭ Punc. 9.

Gratię agẽdę deo ad oẽ receptuʒ beneficiuʒ.

## Ecce venit cum nubibus.

Subitam quandam vix ſperatę rei contingentiam per demonſtrationem indicat dicẽs, Ecce venit, vtitur autẽ verbo de pręſenti, eo ꝙ propoſitũ ſeu decretũ veniendi in iudiciũ principiũ quoddã ſit aduentus eius, vel propter iminẽtem propinquitatem temporis illius, vt ſermę iam pre foribus ſit. Hoc enim familiare eſt ꝓphetis, vt cito implendã ſuam denuncient prophetiã, vtiq; verbo de pręſenti, quaſi iam fieret qđ cito, vel certe fieri deberet. Licet id proſpici in pleriſq; ſcripturaꝝ locis. Quod maxime facit ſpiritus ad exagitandam quorundã ſocordiã ſomnolentiamq; diſcutiendam ne dormitent, ſed expectantium more excubent potius, ⁊ intendant. Juſti vero, ⁊ qui vigilant ſemper, ſperent, ⁊ confortent adhuc, q: cito gloria dñi reuelabitur. Simul docens ꝗ̃ inſanũ ſit ſpem vitę in longa protendere tẽpora, longũq; videri quicqd futurum eſt, vt mors, deiq; iudiciũ. Quod ſi dixerit ſeruus malus, (ait dñs Lu. 12.) moram faciet dñs venire, ⁊ cęperit percutere ſeruos, ⁊ ancillas, edere, bibere, inebriariq;, veniet dñs ſerui illius in die, qua non ſperat: ⁊ hora, qua ignorat, diuidetq; eũ, ⁊ partẽ eius ponet cũ hypocritis, ſbi erit fletus, ⁊ ſtridor dentiũ. fletus e dãno, ꝙ perpetuo dei beatifica careant viſione, ⁊ gloria, ⁊ conſortio ſanctorum. ſtridor dentium, ex acuitate poenę, quã ſine intermiſſione in igne ęterno patiunt damnati. Eis autẽ qui vigilant, quoꝝ prudentes animas fides enutriuit, prouexit ſpes, charitas dilatauit, ⁊ in opere ſancto robuſtos grandeſq; effecit, gaudiũ, ⁊ leticia ⁊ exultatio in tabernaculo dei pulchra varietate diſtincto ⁊ dilecto, qui dies temporis vitę ſuę breues numerant, ad longitudinem dierum feſtinantes, vbi melior eſt dies vna ſuper millia, ⁊ habitatio honor, ⁊ gloria. Proin-

Prophete cito implẽdi prenunciant ſuam prophetiã.

Spes vite longioris ñ ꝓducẽda

*Chriſt⁹ cito veniet i iudicium.*

de hic verbi ſenſus eſt. Ecce venit, id eſt cito venturus eſt, cito apparebit, qui iam venire cęperit, per propoſitum ſeu veniendi decretũ. Sed quomodo? aut qualibus vehiculis veniet? quali ſedens tribunali? Tribunal erit nubes, hęc & vehicula. ita enim dictum eſt, Ecce venit cum nubibus. quod & per ſe dñs teſtatur dicens, Tunc videbunt filiũ hominis venientem in nube, id eſt, in claritate cœli. Lu. 21. Matthei autem. 24 legis cũ poteſtate magna, & maieſtate. Aſcendit in nube, veniet in nube. ſcriptũ eſt Act. 1. Nubes ſuſcepit eũ ab oculis eoꝝ. Et deinde. Sic veniet, quẽadmodũ vidiſtis eũ euntem in cœlum. Item Apl's. 1. Theſſa. 4 Simul (inquit) rapiemur in nubibus obuiã chřo in aera. q̃re ſic veniet? q̃re in nubibus apparebit? Nunqd vt nubibus occultet? Nunqd vt maieſtatem eius nemo videat? Non vtiq3. Tũc enim manifeſtus veniet, manifeſtus & apparebit, qui dudũ abſcõdit⁹ venit, apparuit abſcõditus. Proinde recte ſubditur. ¶ Punc. 10.

**Et videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt,**

Quare ſic cũ nubibus veniat interrogemus & aliã ſcripturã, ſic loquẽtẽ, ſic veritatẽ futuri exhibentẽ. Eſaias ait, dñe exaltetur manus tua, & non videant: videant, & confundantur zelantes populi: & ignis hoſtes tuos deuoret. cap. 26. Quid oro hic verboꝝ cõtrouerſia indicat, non videant & videant, zelantes populi. hoc eſt aduerſantes? Quia nimirum quodãmodo videbunt iuxta illud quod dicit, tollatur impius vt non videat gloriam dei. Ideo ergo cũ nubibus veniet, ne videant ij gloriam dei, vt videntes ſe minime poſſe videre, cõfundant & pereant a facie dñi: nubes quippe beatificam eius gloriam teget, ſed nõ potentiã virtutis eius teget: teget impijs, non teget pijs, vt nõ cõfundant ij, ſed gaudeant, quia fruſtra labor eoꝝ nõ fiet, nec perpeſſio cõtumeliaꝝ: oſtendet ergo ſe dñs Jeſus, & nõ oſtendet hoc modo quo dixi. Nãq3 videbit eũ omnis oculus, & qui eũ pupugerunt: boni videbunt in gloriã, mali in pœnam, quibus dulcedinẽ glorię ſuę abſcondet, ſe nõ abſcondet. Apertus enim fiet iudex oĩbus, oĩbus apparebit, vt oẽs dijudicet, Licet nõ ęque oĩbus appareat. Nubes qppe cũ cupoſita gloriam claritatis eius, impijs abſcondet, ſed ipſum filiũ hominis nõ abſcõdet. Quales aũt ille nubes tunc erunt? Non vtiq3 quales nũc ſępe videmus, pluuijs rorantes, terrã refrigerãtes, ſed nubes deorſum tempeſtuoſę, ſurſum tranquillę, qua parte chriſtũ

*Chřm i iudicio videbunt impij cũ pijs.*

*Chři aduentus ad iudiciũ terribilis.*

ſepient, & angelos cum ſanctis oĩbus, cũ quibus veniet ad iudicium, Matth. 16. filius hoĩs venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis. De ſanctis vero ſcriptum eſt, Eſai. 3. veniet cũ ſenioribus populi ſui, qui ſunt ſancti eius. de tempeſtuoſa nube legis in Pſal. 49. In cõſpectu eius tempeſtas valida. Non ſolũ aũt tempeſtuoſę tunc nubes erunt deorſum, qua parte obuoluent impios, ſed etiã ignitę, ſicut pſalmus hẽt prędictus, Ignis in conſpectu eius ardebit. Et iterũ Pſal. 96. Ignis añ ipſum precedet, & inflãmabit inimicos eius in circuitu. Incẽſurus ẽ eñi dñs vniuerſum orbẽ magnis ignibus, quos pducturus eſt

& nubibus, tonitribus validis ac terram funditus quatientibus. Nubium eiuſmodi, nubium ardentium & tempeſtuoſarum vehementiam, Petrus indicās ait. Adueniet aūt dies dñi, vt fur, in quo cęli magno impetu tranſient, elemēta vero calore ſoluent, terra aūt, & quę in ipſa ſunt opera exurent. 2. Pet. 3. Paulus quoq; in. 2. Theſſa. 1. ait. Si tamen iuſtum eſt apud deum retribuere tribulationem his qui nos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem nobiſcū, in reuelatione dñi Jeſu, de cęlo cū angelis virtutis eius in flāma ignis dantis vindictā his qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio dñi nrī Jeſu chriſti, qui pœnas dabūt in interitu ęternas a facie dñi, & a gloria virtutis eius, quū venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt: q: creditum eſt teſtimoniū noſtrum ſuper vos de die illo. Et hoc in priore epl'a, vbi dixerat, Jpſe dñs in iuſſu, & in voce archangeli, & in tuba dei deſcendet de celo, & mortui qui in chriſto ſunt, reſurgent primi, deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam chriſto in aera, & ſic ſemper cum dño erimus. 1. Theſſa. 4. Quū enim inflāmauerit ignis ille oīa, inuolueritq; inimicos dei, boni rapiunt ſurſum incolumes, igneas nubes, nubiloſq; ignes tranſilientes quando deorſum impij in igne & in viſione eius incredibilibus tormentis relinquent, damniq; ſtupebunt ipſi ſuis: reſurgent nanq; & ij pariter, & videbunt ammirabilia dei iudicia, & confundentur, qui eum pupugerunt, & tanq̄ hoiem nihili & abiectum contempſerunt, velantes faciē eius collaphizauerūt, flagellis ceciderunt, ſpinis coronauerūt, clauis confixerunt, lancea latus eius perforauerunt, irriſeruntq;. Per hoc intellige illos quoq; qui ad chriſtum pertinent, ſed retrorſum abeuntes ad carnem defluxerunt, quorum oīs vita impia eſt & contaminata. Quo ſermone vult oēs pietatis hoſtes prçmonitos fore, vt timeant dei iudicia, & ſui condemnationē, ne ſera inutiliq; tandem pœnitētia nequiter factorum perurgeantur, quū mederi ipſis amplius non poſſit. Ac ſi diceret, Attēdite vobis peruerſi & inſani piorum perturbatores, qui pungitis affligentes chriſtum in electis ſuis, venient dies, in quibus vel nolentes eū ſeri e iudicem cogemini, quē nunc vt patrem auſcultare recuſatis. Simul eccleſiā ſanctorum conſolans, quo amplius ad tolerantiā paſſionū cōfirmet, quę hic ab improbis pietatis hoſtib⁹ irrogant, ne deficiant in futuro glorificandi, ſequit. ¶ Punc. 11.

## Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ.

Similis locus eſt apud Zachariam cap. 12. Et aſpicient, inquit, ad me quē cōfixerunt, & plangent eum planctu, quaſi ſuper vnigenitum: & dolebunt ſuper eū, vt doleri ſolet in morte primogeniti. Jn die illa erit magnus planctus in hieruſalem, ſicut planctus hadadremon in campo maggeddon. Et plangent terrę familię & familię ſeorſum, familię domus Dauid ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: familię domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: familię domus Leui Planctus vlt mi tem poris.

ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: familię Semei ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: oēs familię reliquę, familię, & familię ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſu. In Dauid quippe regia tribus accipit, quę fuit Juda. In Nathā ꝓphetalis ordo. Leui refertur ad ſacerdotes, a quo ortum eſt ſacerdotium. In Semei doctores accipe, Nāq3 ex eo doctorum ſeries propagata eſt. In reliquis familijs promiſcuū vulgus intellige, quod caret priuilegio dignitatis. Eſt aūt figura hęc planctus futuri, quem habituri ſunt reprobi in finem, qui iuxta hiſtoriā editus eſt, quādo rex Joſias, cognomēto iuſtus, a Pharaōe nechao rege ęgypti vulneratus erat iuxta Jſrael, quę ciuitas poſtea dicta eſt Maximianopolis, ibiq3 mortuus, maximo, & ꝑpetuo iudeorum planctu: ſup quo lamentationes ſcripſit Jeremias. Sed altiore myſterio rem geſtā admiremur. Nā ſicut occiſo Joſia, planctus ingens in vrbe badadremmon cōmotus eſt, ita ꝓpter chriſtū crucifixū, extremo illo iudicij die, fiet in vniuerſis familijs terrę planctus inconſolabilis, ꝙ eius fidem virtuteſq3 minus ſint imitatę: zelantes liuore inſanabili, & in iracundia terrę loquentes dolos cogitabant, vt habet Pſalm. 34. Et bene in iracundia terrę loquebantur & cogitabant, Semper enim mali terrę poſſeſſores ꝓpter terram & poſſeſſiones eius iurgantur, & litigant: metuentes ne amittant eam, & poſſeſſionibus eius priuentur, quemadmodū de iudęis ſcriptū eſt dicentibus, Si dimittimus eum ſic, oēs credent in eū, & venient Rhomani et tollent noſtrū locū. Joann. 11. Propter terrę amorem vniuerſi impij chriſtū perſequuti ſunt, & membra eius, & perſequunt adhuc, nec deſinent donec terrę regnum deſinat: ſed ij oēs in fine plangent ſe ſuper eum, nempe chriſtum eo ꝙ eū nō amauerunt, nec ſunt imitati. plangent, inquam mali experientia, qđ incurrerunt. plangent ꝙ potentiſſimū iudicē ſuſtinere nequeunt, quē olim velut impotentē contempſerūt. Et ideo impius erit plāctus eorum ab odio iudicij procedens. Nō enim peccati odio plangent, qđ fecerunt, ſed odio iuſti iudicij dei, qui tum in zelo magno neſcit parcere ſontibus.

*Lis in hoibus impijs ꝓpter terrā.*

¶ Punc. 12.

## Etiam, Amen.

*Etiam.* Etiam, non eſt hic cōiunctio, ea videlicet pars orōnis, ſed aduerbium cōfirmandi vt ſit gemina cōfirmatio, vna Greca, hebraica altera: velut ſiquis diceret, ita, ita. aut fiat fiat. Cupiunt quippe ex corde ſancti tempus iudicij, eo ꝙ tum ſit futura eorum redemptio de poenalitatibus mundi huius, quādo perfecte reuelabunt filij dei, & cū eis oīs creatura liberabitur a vanitate ſua, cui modo iacet obnoxia, Ro. 8. id quod & dñs ſpectandū premonet dicēs: Reſpicite, & leuate capita veſtra, id eſt, mentes veſtras, qm̄ appropinquat redemptio veſtra. Quid eſt appropinquat redēptio vr̄a, niſi qa mortale hoc induet imortalitatem (1. Cor. 15.) quū nouiſſime inimica mors deſtruet. Jn primo enim aduentu aīas noſtras ſaluas fecit ſicut ſcriptum eſt. filius hoīs venit animas ſaluas facere. Lu. 9. Jn ſecūdo & ipſa corpora nr̄a reſtaura-

*Judiciū ad tempus iudicij uenire cupiunt ſancti.*

bit.pꝛoinde Saluatoꝛem expectamus dn̄m nr̄um Jeſum chꝛiſtum, q
reformabit coꝛpus humilitatis nr̄ę cōfiguratuꝫ coꝛpoꝛi claritatis ſuę.
Tunc enī conſummabuntur oīa, ⁊ chꝛiſti gloꝛia palam fiet omnibus,
quādo hoſtes ſuos chꝛiſtus perinde ac vaſa figuli confringet oēs, ⁊
conteret, ⁊ cōminuet, vt nihil valeant vltra, ſintqꝫ tanq̄ puluis, quē
pꝛoijcit ventus a facie terrę. Pꝛoīde.b.Joānes poſtq̄ de impioꝝ iudicio
pphetauit, ſubnexuit pꝛęcedentiū confirmationē, dicens. etiā amen.
Quia videlicet deo reuelante, hoc ita futurum citra dubitationē pꝛę-
uidit: vt nō vereret iterata aſſertione, q̄ſi ſignaculo chꝛiianę credentię
ne friuolū videretur qđ diceret, cōfirmare. Frequēs eſt hic vſus apud
Joannē exuberanti foꝛſitan zelo fidei, vtqꝫ foꝛtius, quod diceret, cre-
datur: quatinus certo cognoſceres hunc eundem authoꝛem eſſe, qui
ſcripſit euāgelion. Nā quū cęteri ſola pꝛopoſitione ſint contenti. Joan
nes ad verboꝛum pꝛopoſitiones ſubinde replicat confirmationes di-
cens, Amen, amen. Enimuero qꝛ euangeliſtę huic os diuinū erat, ⁊
pectus aureum, arcanęqꝫ cuiuſdam ſapientię mens gazophilaciū, vt
ſciamus maioꝛa loqui p eū, dn̄m Jeſum chꝛiſtū: vtqꝫ reꝝ pōdera ſen
tiantur, dictioniſqꝫ modus ſibi conſentiens ſeruetur, geminat atteſta
tionem pꝛo vehementia cōfirmationis. Magnū quippe erat, quod di
cebatur, ecce venit cum nubibus, ⁊ videbit eum oīs oculus, ⁊ qui eum
pupugerunt, ⁊ plangent ſe ſuper eū oēs tribus terrę. Et quid maius
hoc dici potuit? vt recte, ⁊ ſuo moꝛe cōfirmationē duplicatam poſue-
rit, quatinus ad credendum excitaret omnes, quicunqꝫ audirent, aut
legerent verba pꝛophetię huius. Simulqꝫ vt affectū ſanctū ac zeluꝫ,
quo mouebat, pluribus oſtēderet atteſtationibus. ¶ Punc. 13.

**Ego ſum Alpha ⁊ ω, pꝛincipiū, ⁊ finis, dicit dn̄s deus, qui eſt, ⁊ qui erat, ⁊ qui venturus eſt omnipotens.** Chꝛiſtus Alpha ⁊ omega.

Totum quod hactenus dixit de perſona filij, parum erat, nec ad ple-
num ſufficiebat credenti in ſalutem, niſi ⁊ pꝛincipiū ⁊ finem eundem
fateretur. Quid enim offenderet Cherintū, Hebionemve, ſiue Arriū,
aut quēlibet diuinitatis chꝛiſti hoſtem, teſtem eū fidelem eſſe, ac pꝛi-
mogenitum moꝛtuoꝝ, id eſt pꝛimū reſurrexiſſe a moꝛtuis, ⁊ pꝛincipē
eſſe regum terrę: quódqꝫ nos dilexerit, lauerit a peccatis, venturuſqꝫ
ſit cum nubibus coeli? Neqꝫ enim hereticus his reclamaturus erat,
ſed eundē eſſe deū deo patri coequalem, ſine initio cū patre, et in pa
tre manentē audire nō poteſt. Recte itaqꝫ poſt pꝛędicta adiunctū eſt,
quo pꝛopalam diuinitas eius cōfiteatur, vt diceret: Ego ſum Alpha
⁊ ω. hoc quid ſibi velit pꝛotinus exponit, pꝛincipium ſe eſſe ⁊ finem cō-
teſtans. Deus eſt pꝛincipium reꝝ oīum idem ⁊ finis, a quo oꝛiuntur,
⁊ in quē deſinunt oīa: duę nāqꝫ hę gręcoꝝ literę (quibus in eadem
lingua hunc libꝛū ſcripſiſſe.b.Joannē vel hinc conſtat, pꝛęter titulū
gręce manentem) ſummę et vltimę ſunt, ipſum dn̄m nr̄um Jeſum
chꝛiſtū ſane declarātes pꝛincipium ⁊ finem. Qui enim pꝛimus eſt in
re quapiam, etiā pꝛouerbio apud Gręcos dicit Alpha, vt apud Mar

tiale, Alpha penultato. vt ergo dubiũ nõ ſit quale, vel cui rei principium ſit, vel finis, ad ſacre ſcripture exordiũ reſpiciamus, vbi ſcriptũ eſt, In principio creauit deus cœlũ & terrã. Gene. 1. Et per ω, que vltima eſt, item commoniti ad finẽ eiuſdẽ ſcripture in euãgelico volumine ſpectemus, vbi ſcriptum eſt, Ecce ego vobiſcum ſum oĩbus diebus vſq; ad cõſumationẽ ſeculi. Matth. vltimo: vt veraciter credamus & confiteamur hunc eſſe & principium, per quem facta ſunt oĩa, Ioã. 1. & finem, in quo conſumata, reſtaurata & perfecta ſunt oĩa. Nec illud ſilentio pretereundum, q̃a A. vnũ apud grecos. ω. autẽ octingentos ſignificat: oẽs enim litere apud eoſdem verba componunt, & numeros faciunt: & ſicut queq; ſunt ordine poſteriores, ita ſuis caracteribus numeros conſtituunt ampliores. Prima lra. A. vnũ ſignificat, ω. octingentos (vt diximus) hoc videlicet myſterio, quatinus oſtendat, vt qui in principio vnus erat filius ſummi patris, & vnigenitus, in fine ſeculorũ pene innumerabiles ſecum agat octo beatitudinibus preditos filios dei, nõ natura genitos ſed adoptione gratiaue per diuerſas manſiones in cœlo collocandos. De ſeipſo dicit dñs. Ioan. 8. ego princ pium, qui & loquor vobis. Et in Eſa. cap. 43. teſtatur. Antẽ me nõ eſt formatus deus, & poſt me nõ erit, Ego ſum dñs & non eſt abſq; me ſaluator. Hic quoq;. Ego ſum Alpha & omega, principiũ & finis, dicit dñs deus, q eſt, & q erat, & q venturus eſt omnipotens: quo intelligeres, q̃a nõ eſt deus recens, nec dñs nouiter inuentus. Sed ille qui ante ſecula erat, eſt & modo perpetuo & inuariabili tenore, qui plena maieſtate futurus eſt iudex ſeculi: Ille inquã deus, a quo olim prophete mittebantur, per quos idem ipſe loquebatur, cui prophete ferebant teſtimoniũ dicentes, Dicit dñs deus. Qui deniq; Abrahe dicebat. Ego ſum dñs oĩpotens: ambula coram me, & eſto perfectus. Sane omnipotens dicitur deus, ꝙ nihil ſit vltrã potentie, nihil virtutis, quod non poſſit: q mutari nõ nouit, vt in Malachia legis cap. 3. & Iac. 1. Et ideo mentiri aut errare aut peccare nõ poteſt, quod hec nõ potentie ſed impotentie ſint. Proinde quicquid dicit, quicquid loquitur, vera ſunt, & firmiter credenda.

Lre apud grecos omnes numeros faciũt.

## DE NARRATIONIS INITIO IN QVA SE PRIMVM IOANNES NOMINAT. SEC. III. PVN. I.

**EGo Ioannes frater veſter, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Chriſto Ieſu.**

Premiſſo hoctam ſplendido & fideli proemio, quo ſalutationis modum miro artificio abſoluit: Nũc ſuam narrationẽ felicius ingredit, vbi primo perſonam ſcribentis ponit. deinde locum, cauſaq; exilij ſubiungit, hinc tempus reuelationis indicat: que potiſſimũ ad ipſius reuelationis cõmendationẽ ſpectare videntur. Perſonam idcirco primum nominat, vt maiore affectu a cunctis ſuſcipiantur que ſcribuntur,

cognito ſcriptore fideliſſimo: idqȝ ex abundanti zelo ſalutis oium, quo prӕcauebat, ne ab vllo impoſtore ſeducerentur: ⁊ vt ſolidis erudirentur doctrinis, neqȝ reciperent ſubdolos, q iam paſſim irrepꝑare cœperant incautis nocentiſſime imponentes. Dicit ergo, Ego Joannes, hic iam tertio ſe nominat. Primo quū dixit. Et ſignificauit mittens per angelu ſuū ſeruo ſuo Joāni. Scdo, Joānes ſeptem eccleſijs. Et nunc tertio. Ego Joānes frater veſter, vt nihil oino de authore ambigeretur: quoqȝ reuelationes haſcę difficillimas, titulo ſui nominis ſubinde poſito, pręmuniret, defenderet, atqȝ acceptas redderet, ne villa occaſione cōtēnerent: neue, quod certo futurum erat, ob ſui difficultatem reijceretur. Namqȝ, quod longe poſt illud tēpus accidit, hunc librū qdā, vt eccleſiaſtica tradit hiſtoria lib. v. cap. 8. Et lib. 7. cap. 22. Item lib. 3. cap. 19. Et 21. tametſi tali titulo pręmunitum, penitus a canone ſcripturarū reijciendū putauerūt, ſingula quęqȝ eius capita ſuggillantes: Nec pręttitulationem eius veram credentes, ſed alienę ſcripturę, Joānis tm̄ nomen impoſitum. vnde nec Joannis apl̄i hunc eſſe librū nec reuelationē videri poſſe, quę craſſa quadam ac cœca nube contecta intelligentiam oēm a ſe excludat. verū idoneos tandem nactus defenſores libere permanſit: inter quos, Dionyſius, epūs eccleſię corinthiorū, vir magnę eruditionis in verbo dei, ⁊ gratię ſingularis, fuit, qui de hoc libro in hunc modum proteſtatus dixit. Ego ſcripturam libri huius ſpernere, atqȝ reijcere nullatenus audeo, hoc magis de eo iudicans, ꝙ quę in eo ſcripta ſunt, excedant humanę auditionis modum, ⁊ ſit in eo arcanus quidam, ⁊ reconditus, atqȝ admirādus oibus ſenſus, quē ⁊ ego admiror, veneror, etiā ſi nō intelligam, ⁊ ita ſentio ꝙ diuina aliqua ſacramēta ſanctionibus contegantur humanis, nō tam iudicio meo diſcernens, ꝗ̄ fide credens, ⁊ ideo nō reijcio, quę nō intelligo, ſed tanto magis admiror, quanto minus aſſequor. Recte ergo, q: ſecundū leges, in ore duorū, aut trium teſtiū ſtat omne verbum. Joā. 8. ⁊ Deute 17. ⁊ Deute. 19. Item Matth. 18. 2. Cor. 13. tertio repetitum ſuę clariſſimę nomēclaturę titulum Joānes ponere curauit, ille qui teſtimoniū perhibuit verbo dei: tantū abeſt, vt qſpiā cauillari poſſit, q cōmodi noſtri gratia, toties ſe nobis inculcat, ne friuolum eſſet, quod volumen proderet, etiā ſi ſupra captum humani videatur ingenij. Sequit, frater veſter. Fratrem ſe nominat, nō pātrem, nō dn̄m, nō pręceptorē, nō apl̄m, nō prędicatorē, nō doctorē, tametſi hęc oia veriſſime ſibi cōpeterēt, eēntqȝ pręfanōes nō illepide ſibi quadrantes: nō tamen humilitatis tantā grām redolerent, quantam fraternę ęqualitatis dignatio, qua totum animum eorū, ad quos ſcribit, videtur ſibi conciliare, ſe per oēm modum illis attemperans, ideoqȝ ⁊ participē ſe tribulationis eorū, ac regni, aſſerit, patientię quoqȝ in chřo Jeſu, grā cuius perpetiebantur ſancti oīa. Et vere particeps tribulationis ſanctorū fuit Joānes, quę pietatis perpetua comes eſt; ſiue dum piiſſimū magiſtrum, ⁊ dn̄m, impiiſſimi carnifices agerēt ad crucē, ſiue dū flagellarentur in Actis apl̄i, ſiue dū pulſu Domitiani cę-

Creditum eſt nō eſſe volumē hoc Joannis.

Dionyſius epūs eccl'ię corinthiorū iudicauit Apocalypſin Joānis eſſe apl̄i.

Joānes ter ſe noiat.

Tribulatio pietatis comes perpetuo.

ſaris in Patmũ inſulã coetus prius oleo ablegaretur. Ac ſi diceret, ego, q hec vobis ſcribo, ſum ille Joannes frater veſter, q oēs vos vt fratres amo ꝛ obſeruo: q ꝛ alioqui mihi fratres eſtis in chriſto, quoꝝ tribulationibus cõico, qbus ipſe chriſtus vult, in hoc ſeculo experiri, fidē ac cõſtantiã noſtrã, ꝛ ſic introducere in regnũ ſuũ, illud coeleſte, qḋ nobis ſanguine ſuo, multa paſſus cõparauit: ꝛ hoc vobis debet eē cõſolationi, quũ ꝛ nos, q cũ chriſto fuimus, varijs examinemur tribulationũ cruciatibus, in qbus oĩbus ſuperamus in chriſto per patiētiam, quę maxima chriſtianoꝝ virtus eſt, ꝛ victoria. Hoc autē pręter conſolationē robur quoqꝫ vobis adijcere debebit, ꝛ gaudiũ in ſpiritu ſancto. Nã ſi ipſi cõicamus vobis in tolerandis aduerſitatibus, cõicabimus in futuro ꝛ gloria. Jam qdē nũc reges ſumus, ſed regni heredítate tũc potiemur, quũ reuelabitur gloria noſtra, ꝛ mortale hoc fuerit ab imortalitate abſorptum. Vides ꝙ optimo ordine prius meminit de tribulationis angore, poſtmodum de regni gloria, eo ꝙ gloriã pręcedere debeat humiliatio, crux, ꝛ pręſſura huius ſeculi. per varios enim caſus, per varia diſcrimina reꝝ intrare debemus ad gloriã beati dei, ꝛ regni eius diuitias. Nec tu o miles chriſtiane, paſſiões huius ſeculi quecũqꝫ ſint, cõferre potes glorię, quę futura eſt. Superat enim in imenſum, vt pręclare docet apłus. Rho. 8. Deniqꝫ, qm̃ qdē nemo diu in cruce ſtare poterit, niſi adſit illi ꝛ patientia, virtus videlicet rara ꝛ pręclara, pinde recte adijcit patiētiã. vnde ꝛ Paulus hortať di. patiētia vobis neceſſaria eſt, vt volũtatē dei faciētes reportetis promiſſionem. Hebr. 10. ¶ Punc. 2.

**Fui in inſula, quę appellatur Patmos, propter verbum dei, ꝛ teſtimonium Ieſu Chriſti.**

Deſignata perſona, locũ ſimul ꝛ exilij cauſam memorat. Hiſtoria nota eſt, fuiſſe hunc Joãnē relegatũ in exiliũ propter verbũ dei, qḋ conſtantiſſime prędicabat, cuiqꝫ magnis animi facibus teſtimoniũ perhibebat, qḋ vidiſſet, ꝛ audiſſet, ꝛ manu contrectaſſet nouiſſimis tēporibus incarnatum ob ſalutem orbis, cui parendum foret ab oĩbus. De hac inſula meminit Plin. lib. 4. cap. 12. Quę eſt vna ſporadũ, hoc eſt, ſparſarũ cicladaꝝ in mari carpatio, nõ procul a Creta, Rhodoqꝫ, circuitu. xxx. mil. paſſuũ. Interpretatur aũt patmos fretum, feruet enim illic mare amplius eo ꝙ ſit anguſtiũ: quatinus oĩ ſolatio deſtituto Joãni huic dilecto diſcipulo cõtinuus freti ſonitus quoqꝫ adderet moleſtiam: cui hic exulanti ꝛ ſic ab hominibus deſolato coelũ apertum eſt, vt cui negatum eſſe humanũ ſolatiũ videreť celeſte adhibitum eſt. Locus ergo reuelationis fuit exilium, ꝛ ſtatus eius cui reuelatio facta eſt, ꝙ fuit exul: Quę optime myſterio cõgruunt, ꝙ in medio malorũ nota faciet deus ſuis arcana ſua. Eſt nimirum cũ ipſis in tribulatione, Pſal. 90. Aperiens ea quę a magnis ac ſuauiter viuentibus ſeculi huius abſcõdit Matth. 11. Luc. 10. Simul exemplũ hoc ſanctis oĩbus ſtatuens, ꝙ quantomagis in freto tribulationum ſeculi huius

Patmos quid interpretatur.

affliguntur, tāto amplius illis ſecreta cœleſtia reteguntur. Poſtremo
quū audis exuli pro veritate dei myſteria abundantius reuelari, con
ſolare, ⁊ nihil dubites, ꝙ ⁊ tu copioſius a dño erudieris dū aliqd pro
noīe eius pateris. Neq; enim ab re dictū a dño audis. Beati qui perſe-
quutionē patiunt̄ propter iuſticiam qm̄ ipſoꝝ eſt regnum cœlorum.
Matth. 5. Vere beati, ⁊ qd beatius hoc? qa nunc per chriſtū regnāt
in ſpe, poſtmodū regnaturi in re, qui gaudentes offerunt ſe illi cum
fiducia, qa pro eo paſſi, quē inter tormēta, rotationes ac cruciatus cō
feſſi ſunt, cuius ſpes inconcuſſa eos ad talia patienda prouexit, firma
uitq;. Qui quū reges ſint, q fiet, vt illis regni eiuſdē myſteria abſcō- Myſteria
dant? quādoqdē illis ſolis datū eſt ea noſſe ⁊ intelligere. Matth. 13. regni dei re
Lu. 8. nō alienis, nō qcūq; de regno nō ſunt. ¶ Punc. 3. tegi ſctis.

## Fui in ſpiritu in dominica die.

Hic incipit prima viſio principalis e ſeptem: vbi principio omniū cō-
gruentiſſimū ſpūali viſioni tēpus perſcribit. Solet enim ſcriptura ſa-
cra terminos cauſarum, ſicut ⁊ loci, vel aeris, ſic etiā tēporis exprime-
re cōditionem. hinc eſt ꝙ Habraam in feruore fidei ſuę angelos me-
ridie vidit. Gen. 18. Et Loth in perditione ſodomoꝝ veſperi, Gen. 19.
Adā poſt meridiē vocē dñi dei deābulātis in paradiſo audit. Gen. 3.
qūqdē p pctm̄ amiſerat claritatē cōtēplationis dei: ⁊ declinauerat a
medio iuſticię eius. Salomon quoq; ſapientiā nō ſeruaturus in no-
cte percepit. 3. Reg. 3. Die ergo dominica dilectus deo aplus in ſpiri-
tu fuit, qa fides dñicę reſurrectionis iā orbi tū illuxerat. Iā enim apl'i
profecti in vniuerſo orbe prędicabant vbiq;, dño cooperāte, ⁊ ſermo
nem cōfirmante ſequentibus ſignis, vt corporalis illa vacatio ſab-
bati tranſiret in ſpiritualem. Eccleſia quoq; iā facta carnis mortifi-
cans in lucem ſpiritus aſſurgebat, ⁊ omnes electi gaudia futurę re-
ſurrectionis ſperabant, inq; ea plenis deſiderijs aſpirabant, nō alia
ꝙ die dñica fide perſeuerantes. Dies ergo dñica futurę reſurrectionis Dñica dies
ſpem mentibus fideliū ingerit, vt non alia ꝙ die dñica fide viuant. ſacra ab a-
Eſt aūt dies iſta ſicut cōtēplationi, ſic ⁊ reuelationi aptiſſima. Porro poſtolis ſic
ꝙ de die dñica hic meminit datur intelligi eam diem ab aplis ſic vocata.
fuiſſe vocatam, ꝙ ea dñs reſurrexerit. nihil enim dubitandū aplos
preter hanc alios quoq; certos dies inſtituiſſe, qbus populus fideliū
ad auſcultandū dei verbū, cœnamq; dñicam cōueniret. vnde etiam
erupit ritus ſacroſanctus colendi feſta ſanctoꝝ in qbus laudare dñm
iubemur, Pſal. 150. Quo in id in primis ꝑficim⁹, ꝙ intelligimus ma- Feſta ſctoꝝ
gnā fore apud deū, mercedē chriſtianoꝝ: quoꝝ nōnulli, qui ſpectabi- rōnabilr̄
les fide ⁊ vita fuere, nobiſq; in exēplū iccirco traditi, cęperunt etiam coluntur.
in terris ita glorificari, proſequi diuinis honoribus: alioquin facile
crederet ruditas humana, nullā apud deum eſſe mercedem pietatis,
ſi nulla foret apud mortales memoria, atq; exiſtimatio ſanctorum.
Modo autē quū paſſim cernamus debito honore pſequi ſanctos,
⁊ feliciſſimā fieri eorum memoriā, accendimur ſtudio ad ęmulatio-

nem, Sed de his ſatis. Nunc precium operę fuerit indagare, quã
in ſpũ ſeſe fuiſſe teſtat Joannes. Si enim in ſuo tantũ ſpiritu eum
fuiſſe arbitremur, indignitas ſane viſionis ſequitur, plurimũq; vidẽ
ti derogat, vt neq; ipſe propheta, neq; verba eius ꝓpheria ſint, neq;
viſiones eius recte reuelationes credant, vtpote quas ipſe minime
Propheta intellexerit. Neq; enim pharao ex viſione propheta erat, q in ſuo tã
cũ intelli- tum ſpiritu videret, nec qd videret intelligeret. Joſeph aũt qa non in
gentia. ſuo, ſed in dei ſpiritu vidit, id eſt. intellexit, ꝓpheta fuit, deo videlicet
irradiante ſuper eiuſmodi viſiones mentem eius: hoc enim certum ẽ,
vt niſi intelligentia vera viſioni acceſſerit, reuelatio nõ eſt, nec pro-
phetia, nec doctrina. Sed nunqd apud hunc Joannẽ in viſione talis
cecitas erat, vt ſigna tantũ rer videret, & nõ earundẽ rer intelligẽ
tiam haberet? Abſit hoc ab illo diſcipulo q tam charus erat dei fi-
lio: alioqui quo pacto liber iſte apocalypſis, id eſt. reuelatio diceret?
Quo pacto ꝓphetia vocaretur? Igitur quũ dicit fui in ſpiritu, intelli-
gere debemus, ſancto, q affuſus illi, mentem irradiabat certiſſimam
prebens cognitionẽ rer oium quas videbat. Sic paulus raptus in
ſpiritu vidit arcana dei, quę non licet homini loqui. Sic Ezechiel,
q cum ſederet in domo ſua, & ſenes Juda ſederent coram illo ductus
eſt ſpiritu in hieruſalem. Sequitur. ¶ Punc. 4.

**Et audiui poſt me vocẽ magnã, tanq̃ tubæ dicentis,
Ego ſum Alpha & omega, primus & nouiſſimus,**

Abſolutis, perſona, loco, cauſa, & tẽpore, qbus dignitas reuelationis
huius cõmendat. Deinceps rem in ſe aggredit, Et audiui, &c. Sicut
i ſpũ poſitus ſpiritualia vidit, ſic ea quę audiuit, vox ſpiritualis fuit,
Quia.n. ſupra carnis ſenſum per vim ſpiritus raptus fuit: ideo & vocẽ
quã audiuit ſpũalis fuit. Quid vero eſt poſt ſe vocem audire, niſi ꝓcul
Vocẽ poſt dubio loquentis faciem corporali aſpectu nõ cernere: & tñ mentem
ſe audire. loquẽtis accipere? Legimus olim dñm deũ ꝓphetis locutũ qdẽ eſſe
nec tñ faciem ſuã eis oſtendiſſe, quã nec ille videre meruit, q orabat
dicens, Oſtende faciẽ tuam, & ſalui erimus. vnde & Moyſes vir ex-
cellentiſſimus audit, faciẽ meã videre nõ poteris. Exod. 33. Duo hic
conſydera. Primũ, qa voce prius admonet, quatinus ad viſionis
intelligentiã mente totus cõuertatur, vnde etiã qſq; cõmonefieri de-
bet, vt ad vocẽ dei exercitet, alioquirei cõſtituent oẽs q cõtẽnunt, nec lo
quentẽ aduertũt. Reprehẽdit dñs in euãgelio cõtemptores verbi ſui.
qbus dicit. Qui ex deo eſt verba dei audit, ꝓpterea vos nõ auditis
qa ex deo nõ eſtis. Joan. 8. Nõ vulgaris eſt vox dei, potens eſt, efficax
eſt, ſaluifica eſt, vita eſt, cũcta penetrans, cũcta diſponẽs, cũcta fecun-
dans, excitans cũcta virtute, vt nõ abre tubę clangenti hic cõparet.
Erat vſus tubar ex precepto dei olim, qb' cetus ppli cõuocaret. Exo.
19. legim' & Joſ. 6. qa ad clãgorẽ ſeptẽ tubarũ menia Jericho ſubita
ruina ceciderint. cui eſt ſonitus terribilis: ſic & dei vox. vnde. ps. 94.
cõmonemur ad aperienda corda nr̃a dei voci. Hodie ſi vocẽ eius au.

dieritis nolite obdurare corda veſtra. Scđo qa vocem poſt ſe audit, quo ſignificat ſane qa deus qbus loquit̃ oia pręſentis vitę ſolatia cõtẽnere debet, ꝛ i anteriora cũ Paulo aplo feſtinare. Ego ſum alpha ꝛ omega, primus ꝛ nouiſſimus. hoc ſupra expoſitũ eſt. ꝛ hęc erat vox illa magna horriſone tube clangori ſimilis. ¶ punc. 5.

**Quod vides ſcribe in libro: ꝛ mitte ſeptẽ Eccleſijs, quę ſunt in Aſia, Epheſo, ꝛ Smyrnæ, ꝛ Pergamo, ꝛ Thyatiræ, ꝛ Sardis, ꝛ Philadelphiæ, ꝛ Laodiciæ.**

Quia Joannes pręerat in verbo dei eccleſijs Aſię, illis primum hęc mittere iubetur, tametſi vniuerſis etiam eadem mittantur. Enimuero quę hic ſcribuntur ad oẽs pertinent, q̃ pro oibus reuelata ſunt. Neqꝫ vero arbitrandum fuerit in his tantũmodo locis fuiſſe tum eccleſiã Chriſti, quę iam dudũ diffundi dilatariqꝫ cęperat per aplos in vniuerſo orbe per dei verbum, ꝛ vbiqꝫ in virtute dei fructificare, ita vt vniuerſus orbis vſqꝫ ad inuidiam principum eccleſijs repleret̃. Uerumtamen qa ſolet vniuerſitas ſeptenario deſignari, ſeptem eccleſijs hęc mitti iubentur. Aſię qppe minoris ſeptem erant vrbes inſigniores, quarum caput Epheſus fuit. In qbus ipſe Joãnes prędicator extiterat, cui ſedes Epheſus erat. Eſt aũt nõnihil ſacramenti in his ipſis nominibus iuxta vocum interpretationem, quo vniuerſalẽ eccleſiam depingant. Aſia quippe (vt diximus) eleuatio eſt, ſuperbã mũdi altitudinẽ deſignans, in quo peregrinatur dei eccleſia donec militat, cui tumor genuinus eſt, tantũ abeſt vt in eo trãquilla ſit ꝛ nõ iactet̃ fluctibus eius. Epheſus interpretatur voluntas: ſiue conſiliũ meum, quo noie generaliter ois eccleſia cõprehendit̃, in qua eſt dei voluntas per fidem, ſpem, ꝛ charitatem, pios quoqꝫ affectus: iccirco orat, vt non ſua, ſed dei fiat volũtas, quę ſemper ſancta eſt, cui a dño per prophetã dicit̃, Nõ vocaberis vltra derelicta, ꝛ terra tua nõ vocabit̃ amplius deſolata, ſed vocaberis voluntas mea in ea, Eſa. 62. Quę etiam bene cõſiliũ meũ dicit̃, qꝛ videlicet nõ ſuũ, ſed dei ſui ſequitur cõſiliũ, cui p ſapientẽ dicit̃, Audi conſilium, ꝛ ſuſcipe diſciplinam, vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis, Prouer. 19. Donũ Dei eſt cõſiliũ, vnũ e ſeptem, ſine quo prudentia ois, ꝛ ois fortitudo vaneſcũt. Proinde reprobi audiũt, deſpexiſtis oẽ cõſiliũ meum, Prouer. 1. ꝛ Malach. 1. Non eſt voluntas mea in vobis, ait dñs. Sciendũ aũt, qꝛ voluntas pertinet ad charitatem: quia ſancta eccleſia non timore cogẽte dño ſeruit, ſed ſponte ſe illi ſubijcit, dicẽs cum Pſalmiſta. volũtarie ſacrificabo tibi, Pſal. 53. Conſiliũ reſpicit correctionẽ. Quoties namqꝫ fit, vt quis ſuis in ſceleribus cupiat permanere: huic ſuperuenit cõſiliũ, quo abdicatis turpibus meliora eligat ſequaturqꝫ. Id quod in Paulo eueniſſe conſpicimus, qui quũ ſuri a inuectus conabatur nomẽ ſaluificum dñi extinguere, delere de terra, ſubito correctus agnus ex lupo effectus eſt. Conſiliũ ergo ſancta eccleſia capit, quia in ſuis filijs

Ephęſus qđ ꝑ interpretatione

⁊ a peccatis abſtinet ⁊ ſancta facit opera. Quo in loco opportune, redarguuntur ij, qui conſilium abijciunt, vt ſuauiter iuxta carnem viuant. id eſt pereant. Dicitur ⁊ lapſus magnus Epheſus: quo ſane indicatur non ęque oẽs permanſuros in eccleſia dei, ſed quoſdam lapſuros abituroſq; poſt ſua mendacia, hereticoꝝ erroribus implicit. i. Neceſſe enim eſt vt veniant ſcandala. Et Paulus ait. 1. Corint. 2. Oportet fieri hereſes: ſed beatus qui nõ fuerit ſcãdalizatus, vt permaneat in ſynceritate ſua. Smyrna, cõſũmatio amaritudinis eſt, vtiq; deſignans peccati cõſummatã fore in electis amaritudinem, vel quia liberata eſt cõſcientia eoꝝ a peccati amaritudine vt nõ puniant. vel q: in fine abſoluẽtur a tribulatione maloꝝ, ⁊ dolore, qñ reſurgẽt incorrupti. Eſt ⁊ canticum eoꝝ, quibus per Pſalmiſtam dicit Cantate dño canticũ nouũ, Pſal. 95. et. 149. Cantat quippe eccleſia dei canticum nouum, quãdo myſteriũ incarnationis, paſſionis, ac reſurrectionis eius grato pectore concelebrat, Perfectius multo in futuro cantaturus ſicut ſcriptũ eſt, Pſal. 149. Exultabunt ſancti in gloria, letabunt in cubilibus ſuis. ſequitur, Exultationes dei in gutture eoꝝ: exultationes. id eſt laudes. Et iteꝝ, Beati qui habitant in domo tua dñe in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te. Pſal. 83. Pergamus interpretatur, diuidens cornua, ſeu cornuũ diuiſio. Quid cornua ſignificãt, niſi regna, vt in Dani. ⁊ Zacharia habes. charitas aũt diuidit inter filios dei ⁊ filios perditionis, inter iuſtos ⁊ reprobos, inter regnũ chriſti ⁊ regnũ diaboli. fide conſtat regnũ eccleſię: charitate cõpaginat. dñs eſt qui eccleſiam regit, qui regna diuidit, qui robur eſt eccleſię, qui ait, oĩa cornua peccatoꝝ confringam. Et iterum, Exaltabunt cornua iuſti. Pſal. 74. Ipſe ab olim diuiſit regna, diuiſurus ⁊ in finem, Quãdo ſeparabit malos de medio iuſtoꝝ, ⁊ mittet eos in caminum ignis. Vel ideo eccleſia pergamus eſt, quia fortis ad vincendum, quę debellatura eſt in finem oĩa regna, ⁊ omnem ſeculi huius poteſtatem in verbo fortiſſimo dei, in quo poteſtas eius in victoriã aſſurget. Pergamus, fctã eſt eccleſia tẽpore Cõſtantini imperatoris, quãdo vniuerſus orbis in duo regna diuiſus fuit in occidentale ac orientale. dimiſſo enim regno occidentali in manus pontificis Silueſtri ipſe receſſit ad regendum orientale imperiũ, proq; Roma elegit Cõſtantinopolim quę antea Bizen, ſiue Bizãtiũ vocata fuit, quę regia olim erat regum Thracię. Pli. in. 4. nat. hiſt. Bizian vocauit. Magis autem quando Babylonem ab ſeſe diuiſit per fidei orthodoxę virtutes ⁊ opa. Pergamus fuit iã antea, tpe videlicet aploꝝ, quãdo diuidebat filios legitimos a ſorte incredu loꝝ, quãdo maxime vincebat, ſummas chriſti iugo ſubigens ptãtes. vicebat ⁊ quãdo ſuis in membris occidebatur. hoc enim peculiare eſt ei: vt quando premitur tunc exurgat, tunc roborẽt: tunc vigeat: tunc floreat, tunc fructificet, tũ gloria adornẽt ꝙ maxima, triũpheṭq;. Thyatira illuminata dicitur, quod nomen ꝙ iuſtiſſime eccleſię vniuerſali competat, vel hoc ipſo dignoſcit, ꝙ ab eo illuminata ſit fidei gratia, qui illu-

minat oēm hoīem venientem in hūc mūdū Joan.1. Ideo per apl'm dicitur, fuiſtis aliquando tenebꝛę, nūc aūt lux in dn̄o, Ephe.4. Eſaias quoqȝ feliciſſime huius Thyatire meminit di. Populus, qui ambulabat in tenebꝛis, vidit lucem magnā: habitātibus in regiōe vmbꝛe mortis lux oꝛta eſt eis. Cap.9. Sardis, pꝛincipem pulchꝛitudinis ſonat, ⁊ hoc eccleſiam expꝛimit. Ipſa enim eſt pꝛinceps pulchꝛitudinis, per fidem, ⁊ iuſticiam, ⁊ ſanctitudinem oēm: cui a ſponſo dicitur, Tota pulchꝛa es amica mea, ⁊ macula non eſt in te, Canti.4. Quā pręter fidei pulchꝛitudinem decoꝛāt oꝛnamenta quoqȝ virtutū. Unde per pſalmiſtam dicitur, Adſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circūdata varietate, Pſal.44. Ueſtis deaurata charitas ē, per quam fides egit in operationem cęteraꝝ virtutum: quibus circundata memoꝛatur felix illa regina nō dubiū quin eccleſia ſtans a dextris dei ſoꝛtem habens vitę ętern̄ę, vt merito dicatur illi, Specie tua, ⁊ pulchꝛitudine tua intende pꝛoſpe: pcede, ⁊ regna, Pſal.44.

Philadelphia, dicit ſaluans hęreditatē dei. Ipſa eccleſia hereditas dei eſt, de qua in Pſalmo.2. loquit pater ad filium; Poſtula a me, ⁊ dabo tibi gētes, hereditātem tuā. De hoc herede dicebant Iudei, mali coloni, hic eſt heres. venite occidamus eum, ⁊ noſtra erit hereditas, Matth.21. Aliter philadelphia ſaluans dn̄o herentem interpꝛetat. Quo et modo eccleſie nomē hoc philadelphie cōpetit. Ipſa quippe ſaluat illū qui dn̄o adheret, vt dicat cū pſalmiſta. Mihi aūt adherere deo bonū eſt, ponere in dn̄o deo ſpē meā. Pſal.72. Laodicia tribus amata a dn̄o latinis reddit: ſeu tribus amabilis dn̄o: ſiue fuerunt in vomitu. Uocabulo, tribus, ſcriptura ſacra ſępe vtitur, quēadmodū legis in pſalmo.121. Illuc enim aſcenderunt tribus tribus dn̄i, foꝛte a tribus oꝛdinibus, qui in ſenatoꝛes, milites, ⁊ agricolas, apud Rhomanos olim diſtinguebant, vt in eccleſia ſenatoꝛes ſint ſacerdotes, milites veritatis defenſoꝛes, agricolę cōmunis plebs. Poſſunt per milites ⁊ illi intelligi qui hoſtes arcent a finibus chꝛiſtianoꝝ, ob chꝛiſtū, ⁊ eccleſię defenſionem, nō ob pꝛopꝛiam gloꝛiam, aut terrenū cōmodū, quāuis ⁊ hęc interim cōtingant ob res egregie geſtas. hęc eſt tribus dn̄o amabilis, in qua gloꝛificat deus per nomen ſuū. Poꝛꝛo quod dicit, fuerūt in vomitu, ad repꝛobos pertinet, qui ſimul permiſti ſunt bonis, ceu palcę cum granis, qui ſua pręſentia grauant ſanctos, ⁊ dn̄o inſuaues ſunt, ⁊ quos incoꝛpoꝛare ſibi nequeat per digeſtionem. vnde ⁊ neceſſe ſit eos eiici ab oꝛe dei: quales ſunt omnes heretici, ⁊ hypocritę, ⁊ cętera fex chꝛiſtianoꝝ, qui cōtraria agunt, ſecluſi ab electoꝝ choꝛo: de quibus Joannes dixit, Ex nobis exierunt, ſed nō erāt ex nobis.1.Joā.2. Itē Pſal.5. expelle eos quoniā irritauerunt te dn̄e. Eiuſmodi qui ſunt in ſequentibus huius pphetię verbis dicitur a dn̄o, Quia tepidus es, incipiam te euomere ex oꝛe meo: tepidus eſt, qui nec feruet per opera charitatis, nec palā fidem abiurat: ſed ſub ſancto chꝛiſtianitatis noīe iacet iners, ⁊ inutilis truncus effigiatus, vt nec chꝛiſtianus ſit nec ethnicus. tales in-

cipit euomere ex ore ſuo chriſtus condemnaturus prodeunda ex ore eius dira hac ſententia, Ite maledicti in ignem eternum, &c.

## DE VISIONE SEPTEM CANDELABRORVM AVREORVM SEC. 4. PVNC. 1.

**ET conuerſus ſum, vt viderem vocem, quæ loquebatur mecum.**

Hic liquido claret, nõ corporalẽ, ſed ſpiritualẽ viſionem vidiſſe Joãnem: q: nõ vt audiret vocem, ſed vt videret idcirco ſe cõuerſum fuiſſe teſtatur. quę vtiq3 corporeis nõ cernitur oculis, ſed auditur auribus. raptus enim ad ſũma cõtemplanda nihil aliud audiuit q̃ vidit. q: hoc eſt iſtic audire, quod videre: hoc videre quod audire. Poſt ſe aũt videt vocem, q: eccl'ia quę in ſe videt myſteria cõpleta, in lege & prophetis cõſyderat prænunciata. Quid vero per tropologiam in hac conuerſione ſit accipiendũ, niſi hoc, q̃ in apprehenſione diuinę reuelationis mentem oportea in virtutẽ ſum conuerti ad intelligẽdum, quod nobis reuelare dignatur deus, imo a terrenis ſuſtolli ad cœleſtia contemplanda: neq3 enim apprehẽdit quis cœleſtia, niſi a terrenis cupiditatibus prorſus fuerit alienus. Purgatis igit auribus, atq3 adeo animis oportet eſſe eum, quiſquis cupit ditari theſauris cœleſtibus, quiſquis cupit diſcipulus chriſti eſſe, qui ait, Omnis qui nõ renũciauerit oĩbus, quę poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus Luc. 14. Et iterũ. Nemo mittẽs manũ ad aratrum & reſpiciens retro aptus eſt regno dei. Adeo excuſſum caſtum & integrum vult chriſtus, dñs & doctor cœleſtis ſuũ eſſe diſcipulũ, quem totũ ſibi amore vendicare cõtẽdit, vt ſe totum eidem inſinuet: ſicut ſcriptum eſt, Diliges dñm deũ tuũ, ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex oĩbus viribus tuis, & ex omni mente tua, Deut. 6. & Lu. 10. Quippe auerſus erat homo a cõditore ſuo, & in multa diſperſus euanuerat: mundi amoribus veluti retinaculis quibuſdam ſeſe vltro irretierat, vt nõ ſe ſuis ipſe viribus poſſet explicare, amare cœleſtia: venit chriſtus e cœlo cœleſtis, legem atulit cœleſtem, quę aĩas cõuerteret. Pſal. 18. Hic canit ne quis vltra deceptus ſequeretur terrena, vtq3 veterẽ hoĩem prorſus exuerent, oẽs: conuerſi ſunt ad illum pauciſſimi, & ij hoĩes illiterati ignobileſq3, quorũ bona pars piſcatores erãt: e quib9 vnus hic Joãnes erat, adoleſcens ſane optimus & virgo, cui deniq3 viſio hęc facta eſt. qui ad dei vocẽ ſubito cõuertit, vt videret quis loqueretur: cui vox tubę ſonanti ſimilis erat: ſic oẽm hoĩem decet obtemperare deo, & ſubito conuerti ad eum, vt intelligat voluntatem eius, quid per eum fieri velit. ¶ Punc. 2.

Conuerſio hoĩs ad deum eẽ debet.

**Et conuerſus vidi ſeptem candelabra aurea.**

Septem candelabra aurea hoc ſignificant, quod ſeptẽ eccleſię, ideſt vniuerſalem eccleſiam ſeptiformi ſpũ collucentem, habet enim eccleſia aureum

ſia aureum colorem, qꝛ radiantis in morē metalli fidei refulget ſa/pientia, iuxta illud. Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapien/tis. habet ꝛ lucernam, quia lucet verbo veritatis, ꝛ ſanctorū exēplis, qui ceu luminaria lucent in mundo iuxta illud. Vos eſtis lux mūdi. Matth. 5. vnde apl's. In medio nationis praue, atqꝫ peruerſe luce/tis ſicut luminaria in mundo, verbū vite continentes. Non eſt quo conuenientius pulchriuſqꝫ eccleſie forma adornetur, exprimaturue ꝙ candelabro aureo, ꝛ eo ſeptēplici ſiue opus fabrice ſpectes ſiue for/mā, ſiue materiā, ſiue ſpeciē, ſiue vſum. Candelabrū nāqꝫ aureū mul/ta varietate diſtinctū, tundendo producit ad perfectū, ꝛ ipſa eccleſia multis tunſionis premit donec ad pfectū pducit. Forma eius oblon/ga eſt, ꝛ ecclia longa pſeuerantia conſumat. Materia aurū quod no/bile metallū eſt ꝛ precioſum, ſic ꝛ ecclia pcioſa in conſpectu dñi. Spe/cies auri irritat amabili ſplendore oculos cordaqꝫ hoim, ꝛ eccle/ſpecies glorioſa apparet primo ex iuſtificatione fidei, deinde ex cla/ritudine lucis diuine. Vſus candelabri ad lucerne geſtamen habet, que lumine tenebras diſpellit, ꝛ arcet: oculis intuitū, rebuſqꝫ reddit colorē. Sic eccleſia fidei lumen: pregeſtans doctrine ſue luce caligi/nē erroris deijcit, ꝛ mentis oculos irritat oſtendens proprio que ſe/quenda queve vitanda colore. Myſteriū eſt quod dico, olim aurum erāt credentes quando oēs ſancti erant, ardebant charitate fidei, lu/cebant operibus: vt precioſi haberent. Nunc vero in contrariū verſa ſunt oīa, ꝙ terrena pluſꝙ cœleſtia ſequant oēs. Oēs enim a minimo vſqꝫ ad maximū ſtudent auaricie: curant cuticulā ꝛ ventrē: ambiunt honores, in celſo collocari geſtiunt, vt vix alicui ex magno mortaliū numero priſtina illa ſpecies auri ſuperſit: ꝛ tamen nihilominus eccle/ſia ſeptiformi ſpū decora aurū eſt, vtut a prima illa origine deſeceri/mus multi: qm̄ colūna eſt veritatis ꝛ iuſticie dei, vt Paulus ait, etiā in paucis. Sunt enim qui veritatē teneant ꝛ iuſticiā dei ſequant, in qbus ſolis eſt eccleſia dei, ꝛ hi aurei ſunt illi. ℂ Punc. 3.

Aureo cā/delabro comparat eccleſia.

Credētes olim aurū.

Et in medio ſeptē cādelabrorū aureorū, ſimilē filio hoīs, veſtitū podere, et precinctū ad mamillas zona aurea.

Bene in medio ſeptē candelabrorū aureorū ſimilē videt filio hoīs, qa chriſtus q eccleſie preſidet, ꝛ preſidendo eā protegit, in electorum ſuorū medio verſat, q ait. Ecce ego vobiſcū ſum omnib⁹ diebus vſqꝫ ad conſumationē ſeculi. Matth. vlti. Et iterū, vbi duo vel tres con/gregati ſunt in noie meo, ibi ſum in medio eorum. Matth. 18. Eſaias quoqꝫ ait di. Exulta ꝛ lauda habitatio ſiō, qa magnus in medio tui ſanctus iſrael. Eſa. 12. Intuendū eſt aūt qꝛ nō abſolute dixit, hominis filiū ſed addidit ſimilē. Ille enim angelus pſonā chriſti agebat, qui ſubinde ſe filium hominis appellare ſolet in euangelio: huic ergo angelus ſimilis erat, qa perſonā eius gerebat, q non ille erat. Obſer/ua. Chriſtus filius hoīs etſi carnē noſtrā accepit, nō tamen fecit pec/catum, ſed apparuit in ſimilitudine carnis peccati, vt preclare docet

Chriſt⁹ in medio ec/cleſie ver/ſatur.

apoſtolus.prope enim peculiare eſt homini,nõ carere peccato,quan-
tumuis iuſtificatus ſit apud deũ,per fidẽ,eo ꝙ inſit illi morbus pru-
riens,eſtuanſq; in malum,qui captiuatos ſequit nos in mortẽ,quod
tantopere deplorat Paulus Roma.7.video(inquit)aliam legem in
membris meis repugnantẽ legi mentis meę, ꝛ captiuũ ducentẽ me
in lege peccati,quę eſt in membris meis:Infelix hõ : qs me libera-
bit de corpore mortis huius:hoc nõ habuit chriſtus,cuius ortus nõ
niſi mera ſanctificatio fuit,opere ſpũſſcti,vt Lucas habet.Et hic erat
**Poderis** veſtitus podere,decenti videlicet ac proprio amictu.Poderis(media
**quid.** longa)veſtis erat ſacerdotalis duplici ſindone(vt hieronymo pla-
cet)quã Ioſephus byſſinã vocat,ad talos vſq; demiſſa,ideoq; tala-
ris dicta.Greci enim podas pedes dicunt, chr̃i deſignans ſacerdo-
tiũ,cui dictũ eſt a patre,Tu es ſacerdos in eternũ ſm ordinẽ melchi
ſedech Pſal.109.Per allegoriã:dei iuſticia eſt poderis, quã pura in
chriſtũ fide induimus, in quo ſpiritualiter oẽs ſacerdotes ſumus.
huic ꝑ pſalmiſtã dicit,Sacerdotes tui induant iuſticia.legis expreſ-
ſe.Eccl.27.Si ſequaris iuſticiã apprehendes illã,ꝛ indues quaſi po-
derim honoris:ꝛ inhabitabis cũ ea,ꝛ proteget te in ſempiternũ,ꝛ in
die agnitionis inuenies firmamentũ. hoc noĩe vocat ſummi ſacerdo
tis veſtis,Sap.18.qua chr̃s perfectius religs omnibus eſt indutus
plenus gratię ꝛ veritatis.Io.1.Ipſe nanq; eſt pontifex noſter,de quo
Hebr.9.Chriſtus aſſiſtens pontifex ꝛc.Unde fluunt chariſmatũ riuu
li in oẽs.in cuius figurã quũ Aaron vngeret:oleũ deſcendit in barbã
ꝛ in orã veſtimenti eius.Bene aũt in medio candelabrorũ viſus eſt
verſari hic ſimilis filio hoĩs quaſi ipſi cura ſit proprie de lucernis,
**Lucernarũ** nã ꝛ olim ad ſũmũ ſacerdotẽ ꝑtinebat cura lucernarũ,vt ipſe affunde
**cura ad ſũ** ret oleũ incẽderetq;.Exo.27.ꝛ alibi.ſic mõ ad chr̃m pertinet largitio
**mũ ꝑtine-** chariſmatũ,ſapientię quoq; ꝛc.Iaco.1.Si qs aũt veſtrũ indiget ſa-
**bat ſacer-** pientia poſtulet a deo,q dat oĩbus affluẽter.deus eſt chr̃s Ioan.20.
**dotem.** hęc aũt ſcripta ſunt:vt credatis:qa Ieſus eſt chriſtus filius dei : ꝛ vt
credentes vitã habeatis in noĩe eius : cui omnẽ regendi poteſtatem
dedit pater Matth.vlti.q adminiſtrat eccl'iã ſuã,vt dñs ꝛ heres vni-
uerſorũ pſal.2.ꝛ Hebr.1.Et ideo purgat emungitq; lucernã fidei in
**Pontifica-** nobis,affundit oleum miſericordię,lumen ſumminiſtrat ſanę intel-
**tus xp̃i ꝓ-** ligentię ſcripturarũ.De pontificatu chriſti ſcribit Paulus Hebreorũ.
**batur.** cap.5.ꝛ.7.ꝛ in ſequentibus.Huius duo vbera,ſunt duo charitatis prę
cepta,quibus deum ſuper omnia diligere iubemur, proximum ſicut
**Ubera** nos.In pectore vbera pendent,ꝛ charitatis geminę ſedes eſt in cor-
**duo chr̃i.** de,quod ſub clauſtro pectoris delitеſcit.Quod vero pręcinctus zona
aurea dicitur,in eam ſententiam intelligi video,ꝙ charitas religet
chriſtianã vnionẽ.vnde ꝛ bene vinculũ perfectionis ipſa charitas a
Paulo vocatur,Coloſſenſiũ cap.3.Hęc vbera meliora probant vino
fragrantia vnguentis optimis,Canti.4.vnde ſuccus odore diffluens
largiſſime pręſtat accedenti, oſq; piũ admouenti.Nemini negat ſua
vbera chriſtus dũmõ plena fide accedat,clamabat Ieſus die magno

feſtiuitatis dicens, Si qs ſitit, veniat ad me, ꝛ bibat, ꝛ Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Joan. 7. Sola ergo fidei credentia acceditur ad eū, hac bibit potus gratię eius, quę in flumina largiſſima credentis ab oꝛe redundat. Sed qd eſt ꝙ Daniel dñm pꝛęcinctū ad renes ſibi apparuiſſe dicat: ca. 10. Ubi pꝛopheta ait, leuaui oculos meos, ꝛ vidi, ꝛ ecce vir vnus veſtitus lineis, ꝛ renes eius accincti. Hic aūt Joanni dñs nō ad renes, ſed ad mamillas pꝛęcinctus apparuiſſe memoꝛat. Quia videlicet ſcriptura veteris teſtamenti ipſum opus luxurię arcet dānatq;, nouum aūt teſtamentū etiānū ſacrilegas eiuſmodi cogitationes vitat, dño dicente, Qui viderit mulierē ad concupiſcendū eā, iā mechatus eſt eā in coꝛde ſuo. Matth. 5. Jn pectoꝛe ergo pꝛęcinctus apparet, q cogitationes pectoꝛis ac coꝛdis cauet. Sunt q ꝑ mamillas duo teſtamēta veteris ac noui capiant, quę zona aurea pꝛęcincta ſunt, qa vtrobiq; charitatis pꝛęceptū docet, qua electoꝛu eccleſia copulatur. vel certe in mamillis angelus zona pꝛęcingit, qa ex duobus ppłis vna electoꝛū eccleſia ꝑ charitatis geminę vinculu collecta conſtringit, ac chꝛiſto ſociat. Alij verba vitę ęternę videlicet ꝑmiſſionis, ꝛ grę: in euāgelijs, ꝛ ſcriptis aplicis expꝛeſſa ꝑ duo vbera intelligunt, ex qbus in ſpem viuā plurimuz conſolationis ſugit, quę melioꝛa ſunt vino legis ſua acrimonia moꝛdentis. Dulcia ſunt vbera chꝛiſti, plena lacte miſericoꝛdię, qui iubet peccāti ſeptuagies ſepties dimitti, vt non capiat vltionē, q peccatrici libere errata condonat, liberat depꝛęhēſam in adulterio, latroni paradiſuz pollicet: iā melioꝛa ſunt vbera eius vino. puniebat enim lex vetus, nō remittebat, ꝯſtringebat nō mulcebat, lędebat nō ſanabat: occidebat nō viuificabat, ꝛ ideo nulla, vt his, fragrantia inerat, nec currebat in odoꝛē eius, quin potius exhoꝛrebat, ſpernebat, ꝛ odiebat. Eadē legis ꝛ in ſcriptis aplicis, in qbus docetis ex fide iuſtificationē noſtrā apud deū. Juſticia, inquit, dei per fidē Jeſu chꝛiſti in oēs ꝛ ſuꝑ oēs q credūt in eū. Roma. 3. Et rurſum, Juſtificati gratis ꝑ gratiā ipſius ꝑ redemptionē, quę eſt in chꝛiſto Jeſu, quē pꝛopoſuit deus propitiatoꝛē per fidem in ſanguinē ipſius ad oſtenſionē iuſticię ſuę pꝛopter remiſſionē pꝛęcedentiū delictoꝛū. Et. 1. Joan. 1. Si confiteamur pctā, fidelis ꝛ iuſtus eſt deus vt remittat nobis pctā nr̄a, ꝛ emundet nos ab omni iniqtate. Et ca. 2. Si qs peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Jeſum chꝛiſtū iuſtū ꝛc̄. Jtem. Scribo vobis filioli qm̄ remittunt vobis pctā ꝑpter nomē eius. Et iterū, vnctionē quā accepiſtis ab eo maneat in vobis, Et in ſequē. ca. Chariſſimi nunc filij dei ſumus, ꝛ nondū apparuit quid erimus, ſcimus qm̄ quū apparuerit ſimiles ei erimus. ¶ Punc. 4.

Caput autem eius, & capilli erant candidi, tanquā lana alba, & tanquam nix.

Legimus in Daniele, ꝙ antiquus dierū ſedit, cuius veſtimentū erat quaſi nix candidū: ꝛ capilli eius tanquā lana munda. Danie. 7. Jbi

Veteris ac noui teſta. diſcrepās cōcordia.

itaq; his verbis deſignat eternitas patris, id q̄d in ſequētib⁹ oſidit, quū perſona filij cōmemorat. Sic enim legis. Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cū nubibus quaſi filius hoīs veniebat, & vſq; ad anti-quū dierū peruenit. id eſt. vſq; ad equalitatē patris. Ideo eodem hic filij perſona atq; ibi pater ſchemate deſcribit, forte vt ſcires nō aliā

Pris & filij eternitas. filio q̄ patri naturā aut eternitatē eſſe. Quippe eternus pater, eter-nus filius, non duo ſed vnus deus, quē diſcurrere videbat in medio candelabrorū aureorū Ioannes, dirigentē ac regentē eccliā ſuā. Ille enim diſcurrit in medio q dirigit, docet, conciliat, ac regit. Et q; ca-put chriſti, & capilli candidi erant, videndū eſt q̄d per caput, ac de-niq; q̄d p capillos eius intelligat. caput in chriſto aliud nō intel-

Caput in chriſto diuinitas. ligo niſi diuinitatē eius. Sic enim Paulus ait. Caput aūt chriſti de⁹ eſt. 1. Cor. 11. Quod nāq; ſummū eſt in chriſto diuina ſubſtantia eſt, & ideo capitis appellatione recte diuinitas notat. Nam caput ſubli-mior pars, & principalior quacūq; in re eſt. Ideo de eo ſpōſa Cāti. 5. ait, caput eius aur optimū, ſane ineſtimabilē precioſitatē diuinitatis chriſti ſubindicās. Et q̄d precioſius decorq alibi candor lucis eterne, & ſpeculū ſine macula deſcribit. Sap. 7. Per capillos ſcti exprimunt,

Capilli chriſti ſcti ſunt. q huic capiti arctius coherent. Ut enim capilli de capitis ſubſtan-tia nō ſunt, videlicet carne aut oſſe, ſed de virtute eius: ſic ſancti nō de ſubſtantia deitatis nati ſed virtute ſubſtantie eius ſunt, videli-licet gratie. vnde & filij dei non natura ſed gr̄a ſunt ſancti: & hi tāquā lana alba ſunt. lana q̄ppe ouiū eſt induuiū, & ſancti oues in iudicio a dextris ſtatuent. Matth. 25. De q̄bus pſal. 99. Populus eius oues paſcue eius. & Ezec. 34. Ecce ego ipſe requirā oues meas, & alibi. Ecce ego mitto vos ſicut oues. Matt. 10. Per niuē vero nouitas deſignat reſurrectionis, vnde dn̄s claritatē future reſurrectionis niueo cando-re corā tribus diſcipulis in ſe expreſſit, quando reſplenduit facies ei⁹ ſicut ſol: & veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix. Matth. 17. Ut q̄ mō p vite innocentiā in fide chriſti lana ſunt, tunc fiant p glorie aſ-ſumptionē nix: imo fulgeāt ſicut ſol in regno patris eorū. Matth. 13. Expectamus inquit apl̄us, ſaluatorē noſtrū dn̄m Jeſum chriſtū, qui reformabit corpus humilitatis noſtre configuratum corpori clarita-tis ſue ſm operationē virtutis ſue. Phil. 3. Hinc eſt q̄ angelus teſtis reſurrectionis dn̄i mulieribus apparens, niueo veſtimento ſe exhi-buit: cuius aſpectus ſicut fulgur erat. Matth. 28. quē Marcus ſtola candida coopertū dixit. ca. vlti. Lucas vero duos viros ſtetiſſe ſecus illas in veſte fulgēti cōmemorat. ca. 24. Que oīa habitū future reſur-rectionis noſtre exprimūt. Adhec duo angeli illi, q aſcendente dn̄o ad inuiſibilia paterne maieſtatis, celū intuētibus aplis ceteriſq; cre-dentibus apparuere, ſimili ſchemate viſi ſunt. Sic enim legis, quūq; intuerent in celū, euntē illū, ecce duo viri adſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis Act. 1. Sed q̄d eſt, q̄ ſponſi huius capilli hic candidi

Come nigre ſpōſi. tanquā lana alba & nix deſcribunt: in Cāticis aūt eiuſdē come nigre ſicut coruus dicunt: huius rei grāde eſt myſteriū. quādiu namq; in

hac vita iuſti degunt nemo eorū abſq3 pctō viuit, vtut iuſtificatus ſit p fidē: teſtat Joannes in priore epl'a. cap. 1. Si dixerimus, inquit, qm̄ pctm̄ nō habemus, ipſi nos ſeducimus, ꝛ veritas in nobis non eſt: etenim cū iuſtificatione noſtra manet adhuc pctī materia in nobis, quū nondū ſumus in bonū confirmati. Nā etſi gratia emundet con ſcientiā nr̄am a pctō formaliter, nō tamē aufert materiā ſeu fomitē peccati, nec eleuat potentiā peccandi: nec ligat libertatē arbitrij: vt ceterū impeccabiles ſimus. Peccabiles ergo ſumus ex fomite pcti, q manet in nobis donec iuſtificatio hęc noſtra pertingat in gloriā, quę conſolidabit nos, vt nō vltra fomitem huc habeamus. Interim donec hoc fiat, pius ille ſamaritanus influat iuſticiā, infundat vinū ꝛ oleū vulneri nr̄o, ſanet, liget, confoueat infirmitatē noſtrā, vt quomodo ipſe ſolus iuſtus eſt, ꝛ integer, continue iuſtificet nos, reficiat, reddat amiſſę integritati. Accipe id pręclarius. Spūs iuſti iuſtificatus eſt p fidē, ne illi pctm̄ imputet. Arbitramur (inqt aplus) iuſtificari hominē p fidē. Ad Rhom. 3. ꝛ iterū. Credenti in eū q iuſtificat impium reputat fides eius ad iuſticiā ſm̄ propoſitū gratię dei. Ro. 4. Quo nomine beatus eſt qſq3 Pſal. 31. Corpus tamē nihilominꝰ peccato eſt obnoxiū. Ro. 7. Non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonū. Non enim quod volo bonū hoc facio, ſed quod nolo malū hoc ago: Si aūt quod nolo illud facio, iā nō ego operor illud, ſed quod habitat in me pctm̄. Et rurſum, cōdelector legi dei ſecundū interiorē hoiem: video aūt aliā legē in membris meis repugnantē legi mentis meę: ꝛ captiuantē me in lege pcti, quę eſt in membris meis. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi dei, carne aūt legi pcti. Hoc eſt, quantū quiſq3 conficit, nō pōt vitare qn aliquando peccet ēt nolens. Ergo deſperandū erit? Nequaꝗ̄, in quod ſtatim ſequit, Nihil ergo nunc dānationis eſt his, q ſunt in chriſto Jeſu: q nō ſecundū carnē ambulant. Id eſt non carnis opera ex propoſito victi concupiſcentia faciunt, magis autem ſecundū legē ſpūs vitę, quę eſt in chriſto Jeſu, quę ſola liberare poterit nos a lege peccati ꝛ mortis, vt idē docet. cap. 8. Nunc itaq3 iuſtus ne vincat ab hac peſtifera lege, totis adnitit viribus, vt corpus ipm̄, quod videt rebelle, ſibiq3 mortiferū ſubigat, ꝛ faciat ſibi conſentiens, vt pariter legi dei ſeruiat: idq3 varijs afflictionibus, laboribus, exercitijs, ꝛ mortificationibus: quatinus lex dei nō mō in ſpū ꝛ in corde, ſed etiā quodāmodo in carne impleat, ꝛ in ſenſibus eius, quę vſq3 adhuc fidei operibus reſiſtit, ꝛ ſpiritui amanti, ꝛ implere legē dei cupienti. Sic ꝛ aurū excoctione ſubigit vt in aula regis in opere vaſoꝝ decentius reponat, niteatq3 ſplendidius, implens inibi officiū ſuum in quod aſſumptū eſt, vbi pro vſu varia ſunt vaſa. 2. Timot. 2. Comę igit ſponſi ꝛ candidę ſunt ꝛ nigrę, candidę in fidę Jeſu chriſti ꝛ in operatione virtutis eius, nigre in carne, in qua non habitat bonū. Nanq3 quod natū eſt ex carne caro eſt, ꝛ quod natū eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt Joānis. 3. Quod perinde eſt atq3 diceret, Quod ex deo nati ſumus, hoc diuini ac mere ſpirituales ꝛ filij dei ſumus, id eſt, ſancti,

Pctm̄ manet i nob.

Note.

Comę ſpōſi ꝛ candidę ꝛ nigrę

⁊ immaculati: quod vero ex carne, carnales, qꝛ peccato carnis ob-
noxij. Nec tamen ideo abiecti immo accepti: neqꝫ enim pro huiuſmo-
di reliquijs peccati, vt ſunt fomes, libido concupiſcentię, pronitas in
malū abijcimur; quę manere oportet in nobis donec plenius ſane-
mur: Et ideo nec imputanť propter chriſtū, quę qꝛ vitari nequeūt ve-
nialia ſunt: neqꝫ ponunť in crimine. Huc pertinet illud Cantic. 1.
Nigra ſum: ſed formoſa. vox enim ſponſę hęc eſt: quę nigra qdē ex
peccabilitate eſt, cęterū autē formoſa ex iuſtificatione per chriſtū, in
quo oēs cōmendationes iuſtorū intelligendę ſunt. Quidā per candē-
tes capillos verba dei capiūt, quę ⁊ multa ſunt ⁊ varia; quę vnquā
locutus eſt deus per prophetas ſuos, eadē ⁊ lana ſunt. vt enim ex la-
na fuſo articulis digitorū contorta in filū veſtis contexiť, ſic de ver-
bis dei ſiue per linguas ſiue p calamū ſcriptura ſacra conſarciť. Nec
qualiſcunqꝫ lana eſt ſacra ſcriptura, ſed alba, ſiue vt in Daniele le-
gis, lana mūda, quia ſcilicet eloqa dñi, eloqa caſta ſunt pſal. 11. Lex
quoqꝫ dñi immaculata pſal. 18. quę idem omnino vt dñi eloqa. lex
enim p eloqa data eſt, vtqꝫ eloqa dñi caſta ſunt, lexqꝫ eius immacu-
lata eſt, ita ⁊ caſtificatiua noſtrarū alarū, dño dicente. Iā vos mundi
eſtis propter ſermones meos Ioan. 15. hinc habes, ſordidos omnes
⁊ impuros q carent dei ſermonibus. Ubi aūt ſponſę comę nigrę, vt
coruꝰ dicuntur, ad impios putant pertinere, quibus verba dei contem-
ptibilia ſunt, vtpote eis contraria. ¶ Punc. 5.

Et oculi eius tanquam flamma ignis: & pedes eius ſi-
ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti.

Oculi dñi cognitiões eius. Duo hic obſerua, Primū, qd oculi dñi ſunt, Secundo qd pedes eiꝰ.
Oculi dñi ſunt limpidiſſimę cognitiones eius: ſunt ⁊ iudicia, ſicut
Matth. 20. diciť. An oculus tuus nequā eſt, qꝛ ego bonus ſum, vbi
nequā oculus pro peruerſo iudicio capiť. Sed qd eſt, quod oculi dñi
tanqꝫ flāmę ignis ſunt: niſi ꝙ pręcipua eis eſt cognitio, ⁊ ſenſus vi-
uaciſſimus penetrans vſqꝫ ad intima medullarū, cogitationūqꝫ cor-
dis humani: vident omnia, omnia proſpiciūt, etenim nulla creatu-
Oculi dñi dona eiꝰ. ra imperſcrutabilis eſt apud deum. Haymo epſ p flāmeos dñi ocu-
los dona intelligit ſpūſſcti, de qbus in Zacharia diciť. Sup lapidē
vnū ſeptem oculi ſunt. cap. 3. Lapis aūt chriſtus eſt. 1. Cor. 10. Nā ⁊
in ſequentibus huius libri verbis diciť, ꝙ viderit Ioānes agnū tanqꝫ
occiſum habentē cornua ſeptē, ⁊ oculos ſeptē, q ſunt ſeptē ſpūs dei
miſſi in oēm terrā. Qui iccirco flāmei dicunť, qꝛ accendunt in amo-
re dei, ⁊ in cognitione illuminant. de hoc igne idē dñs ait. Ignē ve-
Oculi dñi iudices ecclesię. ni mittere in terrā, ⁊ qd volo niſi vt accendať? Luc. 12. Poſſunt per
oculos dñi iudices quoqꝫ in ſctā eccleſia intelligi (tam multiplices
in vnoquoqꝫ verbo ſacre huius Apocalypſis latēt intelligentię) ij
enim (iudices dico) prędini eē debēt eximia cognitiōe, vt nō ſtupeāt
quādo per ipſos iudicat deus, ne in inſipientia eorū pericliteť iuſti-
cia, alioq ruat neceſſe eſt oīs ſtatus, ⁊ cōditio, lex ⁊ ordo: collidantur

reſpublicę, ⁊ oſtiū totius malicię aperiat. Oculi dñi ſunt ⁊ viri ſpūales prę latiq; in eccleſia dei eminentiores, q nō ſolū lucere, ſed ardere ēt debent, ſicut ſcriptum eſt de Elia. Eccle. 48. Surrexit Elias quaſi ignis, ⁊ ſermo illius quaſi facula ardebat. Porro ardor hic, nō liuoris nec irę, nec furoris ſm ſimilitudinē ſerpentis eſſe debet: ſed zeli, ſed veritatis, ſed proximorū ſalutis; quēadmodū in Ezechiele de ſanctis animalibus ſcriptū eſt, qa aſpect⁹ eorū erat, quaſi carbonū ignis ardentiū, ⁊ quaſi aſpectus lampadarū. Duo dicit, alterum, carbones ardentes, alterū lampades fulgentes. enimuero ſunt quidā carbōes ardentes, ſed nō lāpades fulgentes. Nōnulli lāpades fulgentes, ſed nō carbones ardentes. Qui enim verbo dei ardent, ⁊ in feruore ſpūs prędicant docent, ⁊ corrigunt, carbones ardentes ſunt: ſed ſi vita, moribus, honeſti nō ſunt, lampades fulgentes nō ſunt. Sunt alij ſimplices idiotę, qa tamē pij ſunt vitaq; lucentes: ij, etſi arguti nō ſunt, lāpades tamē ſunt, implentes quod dñs in euangelio dicit, Sic luceat lux veſtra corā hoībus, vt videant opera veſtra bona: ⁊ glorificent patrē veſtrū, qui in cœlis eſt. Matth. 5. Quod ſi vtriuſq; cōmercium contingat, pręcioſa nimirū merx eſt, id eſt. ſi ſapiens ſit ⁊ bonus, ardeatq; doctrinę verbo, ⁊ luceat vita: id quod ſpūſſanctus ſupra modū efflagitat a nobis, ideoq; linguis igneis non ſine luce in die pentecoſtes in aplos deſcendit, imbuens corda credentiū ⁊ inflāmans: vt ⁊ ſapientes eēnt ⁊ boni, arderentq; lingua ⁊ plurimū lucis alijs circūferrent. Preterea lux a foris demonſtrat rerū facies: reuelat ⁊ lingua ſecreta. Sancti itaq; prędicatores, quorū primitię erāt apli, ⁊ lingua prędicant ⁊ vita, dum quod prędicant re exhibent, vt iā nō ſolum luceant corā hominibus, ſed adurent etiā corda plurimo igne repleta.

Judices I ecclia pollere debēt cognitiōe.

Oculi dñi ſunt viri ſpūales.

Sed de his ſatis. Nunc de pedū filij hoīs habitu. Nā pedes eius ſimiles erant aurichalco, quod in camino ardenti excoquit. Gręci dicunt chalcolibano, quod eſt, dictio compoſita ex ęre, ⁊ thure. Suidas gręcus author indicat hoc genus eſſe electri auro precioſius, idq; cōflari ex vitro ⁊ lapide. teſtat eius temperatura fuiſſe menſam ſctām magnę (vt ipſe vocat) eccleſię. Plinius in. 34. naturalis hiſtorię libro cap. 2. dicit genus eſſe ęris quod e terrę venis effodit, olim habitū in precio. Per pedes itaq; chriſti, ſeu angeli in perſona chriſti ſeſe exhibentis, voluntas, atq; adeo chriſti affectus eximij, chalcolibano metallo pulcherrimo eoq; precioſiſſimo perq̃ſimiles, capiunt, quando quidē ⁊ mundiſſimi ſunt, ⁊ precioſiſſimi, q velut ardentes in camino erāt, quādo ob ſalutē noſtrā in cruce mori deſiderabat: baptiſmo inquit, habeo baptizari, ⁊ quomō coartor vſq; dum perficiat. Luc. 12. Idē Petro diſſuadente paſſionē reſpōdit, vade poſt me ſatana: ſcandalū mihi es. Matth. 16. Deniq; moriens clamabat in cruce veluti in ardenti camino Sitio: nō dubiū quin mundi ſalutē intelligeret. Et qa chriſti deſideria ſancta erant, ⁊ fortiſſima, vt non cederent morti recte ęri thuriq; comparant, quorū odor ſide ſentitur: ⁊ qſqs ea ſentit confeſtim poſt ipſa velociſſime currit. hoc odore adoleſcentulę,

Chalcolibanum.

Pedes xp̄i affectus.

Chri deſyderia es ⁊ thus ſunt.

hoc eſt fideles animę pulchro iuuentę decore inſignes captę, dicūt, curremus in odorē vnguentorū tuorū. Cant. 1. Putant chalcolibanū,

Chalcolibanū thus maſculus. thus maſculū dici: quod ideo greū: qa forte, queadmodū fortia era dicunt: τ chriſti deſideria vt odoratiſſima, ita τ fortiſſima fuere. Alij probant humanitatē chriſti per pedes intelligendā: Nam ſicut per caput diuinitas, ſic per pedes humanitas poteſt intelligi, quę τ ſpecio

Pedes xpi humanitas eius. ſiſſima, qa labe carens: τ precioſiſſima qa diuinitati in pſonę vnitate coniuncta. τ qd in rebus ſpecioſius humanitate chriſti? qd precioſius? quē prętulit omnibus deus, proq3 eluendis atq3 expiandis ſceleribus noſtris dignū ſacrificiū acceptauit: τ qđ vniuerſus orbis nō potuit litatū eſt humanitate chriſti. De ſpecioſitate teſtať Pſal. 44. di. Specioſus forma pre filijs hominū, non dubiū quin chriſtū in humanitate cōmēdās. De precioſitate aūt ſcribit Paulus. 1. Cor. 6. Empti eſtis precio magno, τ. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argēto redempti eſtis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati chriſti et incontaminati. Sanguis enim ad hominem ptinet. Quia verō chriſtus iuxta hominem in maximis tribulationibus poſitus fuit, recte velut in camino ardenti pedes eius candentes viſi ſunt. τ qa pedes extrema pars hois ſunt, recte finē vitę huius mortalis chriſti deſignant, quando ſe pro nobis deo patri in odorē ſuauitatis in cruce obtulit, tunc ſane ſuę combuſtionis odorē emiſit: hic odor puenit ad electos oēs, quē modo olfacimus oēs: cuius ſuauitate viuimus, olfacturi deniq3 largius in cœleſtibus, quando btā gloria eius perfruemur. Interim opus eſt nos hic pedibus iſtis aduolui, immo cōiungi conſtringiq3 arctius quo participes paſſionis eius fieri mereamur, τ combuſtionis τ odoris. Eis coniungiť qſqs voluntati eius acquieſcit inq3 paſſione eius ſpem oēm ſalutis ponit: τ quemadmodū id quod proximū coniunctumq3 eſt rei ardenti, neceſſe eſt, vt ardoris ſit particeps: ita oportet illū, chriſti laborū, τ crucis participē eſſe, id eſt cū eo pati, vt poſtmodū cū eo regnet in cœleſtibus. oportet enī electos dei tanquā aurū in fornace probari. Non enim eſt ſeruus maior dño ſuo, Joan. 13. Matth. 10. Et oēs q ex deo ſunt neceſſe eſt eos tentari. Joā. 15. Si de mūdo fuiſſetis, mundus quod ſuū erat diligeret. Quia vero de mundo nō eſtis, ſed ego elegi vos de mūdo: propterea odit vos mundus. Item. 2. Timot. 3. Oēs q pie viuere volunt in chriſto, perſecutionē patienť. dū aūt ij exemplo eius, ad cuius pedes viuunt, τ quibus coniuncti ſunt, in preſſurarū camino ardent, tū maximę odorem

Aurichalcū multis ignib⁹ ad colorē aureū pduci. ſuauiſſimū emittunt, dicentes illud. 2. Cor. 2. Chriſti bonus odor ſumus. Porro tradunt aurichalcum multis igniū impendijs ex ſolido ere ad aureū produci colorē: tametſi nōnullis viſum ſit, non ſolo ex ere fieri, ſed diuerſis interdū metallis. Quicqd ſit, hoc nobis in myſterio per id ſacratius exhibetur, qa eccl'ia multis tribulationū incendijs in fine velut in pede arſura eſt, antichriſto teterrimo atrociq3 humani generis monſtro vehementius in pplm dei τ in oēs furēte. iuxta illud, qđ dñs dicit. Erit tunc tribulatio, qualis nō fuit ab initio. Hoc

quędā tranſlatio Orichalcū libani,ſatis cōmodo myſterio.Eſt nanqꝫ in Iudęa mons libanus,vbi tribulatio prima cœpit eccleſię,quę grauior in fine incūbet.Nā ⁊ dn̄s inibi crucifixus ē.Eo ſenſu dixit Zacharias propheta.Aperi libane portas tuas:⁊ comedet ignis cedros tuas cap.11.Cedri ſunt ſancti altitudine ſpei elati in ſublime euectiqꝫ, quos comedit ignis tribulationis in Iudea primū:vbi tribulatio orta fuit.Nā ⁊ Stephanus ibi lapidatus eſt,cęti apl̄i ⁊ eiecti.Sed vide q̄ ſplendor ineſt aurichalco,⁊ ſcti ex tribulationibus mundi ſplendidius peruenerūt in gloriā , ſicut ⁊ chriſtus ex paſſione clarificatus eſt,q̄ eſt caput ſupra oēm eccleſiā Ephes.1.tū certe,id eſt , in fine vitę ſublimiter fixus in cruce clamabat veluti in camino ardenti poſitus ad patrē a quo deſertus erat,vt non liberaret eum de paſſione imo quē pati volebat pro generis humani redēptione:⁊ eccleſia ipſa ędi tura eſt ſiles clamores in finē multis varijſqꝫ tribulationū angoribꝰ adſtricta,vt nihil abſilū forma videant mēbrū ⁊ caput. ¶ Pun.6.

Et vox eius,tanquā vox aquarum multarum .

Vox iſta,vox fidei,vox confeſſionis,vox laudis,vox gratiarū actionis,vox quoqꝫ ſermonū dei eſt,varie reddita ab eccleſia.Sed in queſtionē venit,q̄d eſt quod ſupra vocē angeli tanq̄ tubę audiebat,nūc aūt tanquā vocē aquarū multarū audit:Aut quę eſt ratio diuerſitatis?Quia videlicet prius per paucos p̄dicatores verbū dei in vniuerſo orbe perſonabat:modo aūt creſcente eccleſia creuit ⁊ vox multiplici copia.Meſſis q̄dē multa dicebat chriſtus,operarij aūt pauci.Math.9.Aque multe populi ſunt,habes infra ca.17.Proinde rectę fidei vox voci aquarū multarū comparat̄.Eo ſenſu legis apud Ezechielē de animalibus.Audiebā inquit ſonū alarū,quaſi ſonū aquarū multarū,cap.1.Spūs dicit,confitebor tibi in populis,⁊ pſalmū dicā tibi in nationibus.Pſal.107.Ecce vox aquarū multaꝝ,vt multi modo loquant̄ dei verbū:multi deū trinū ⁊ vnū cōfiteant̄,multi laudēt,agāt gratias multi.multi porro cantent certis ēt notulis canticū nouū in eccleſia de chriſto et eius victoria,⁊ de triūphis ſctōrū,quorū voces p̄ſimiles fiunt ſono aquarū multarū confuſa quadā ſuauitate harmonię,vbi in vnū grandes ⁊ paruuli equabili diſſimilitudine concinunt,denſius alij,alij ſubtilius:hi temperatius , ęlatius illi acutiuſue prout natura vocum vniuſcuiuſqꝫ fert,cātuſqꝫ ratio.Spiritualiter tot voces edunt̄ in eccl̄ia quot credentes cōſentiūt in laudē dei.Qui in tot genera vocū conciliabili varietate diſſiliunt, quot p̄ſonę ſunt, quos tamē oēs ęquabilis continet harmonia.Quid hic mihi reſpondebit,qui eccleſię chriſti ceremonias oēs cōuellit?Chriſtus in voce ſe exhibet,plane oſtendens,q̄ obmuteſcere nequaq̄ debeamus a laude dei,quū potiſſimū tot cauſę nobis cumulent̄ gratitudinis:quot beneficia a chriſto recepimus.Quid retribuā inq̄t ꝓpheta dn̄o,pro omnibus quę retribuit mihi.p̄s.111.⁊ quo alio magis q̄ cantu id eccleſiaſtico reddimus?Non ſomniabat ſpūs prophetę quū diceret.Can- Cātus in tēplo dei rōnabilis

tate dño canticũ nouũ,cantate dño oĩs terra.ꝛ rurſum.Cantate dño ꝛ benedicite nomini eius:annunciate de die in diẽ ſalutare eius.Annunciate inter gentes gloriã eius,in omnibus populis mirabilia ei⁹ Pſal.95.Idem iubet ꝛ Pſal.97.ꝛ.149.quatinus agnoſcamus omnes cantus,pdicationesve fidei proprie diuinarũ laudũ eẽ ꝛ ppli deuotionũ,ꝛ edificationũ.Bene cane frequenta canticũ ait Eſaias.cap.23. Sȝ ꝛ illud quoqȝ diceris mihi.Quid ſit quod dñs intendit in euangelio.Matth.21.Auferetur a vobis regnũ dei,ꝛ dabit genti facienti fructũ eius.Velle ſcire qs iſte fructus ſit?Reſpõdebis mihi, fides.Sȝ fides ſine operibus mortua eſt.Jac.1.Linquamus hic aliqua moralia tantũmodo que proprie deum ſpectant illa in primis cõſyderemus, fateor deus qdẽ glorificat in moralibus virtutibus noſtris,ꝛ fide.vnde in euangelio ait,Sic luceat lux veſtra corã hoibus vt videant opa vra bona,ꝛ glorificent patrẽ veſtrũ q in celis eſt.Matth.5.Sed adhuc altius inſurgẽdũ.opus eſt vt annuncient p nos opa dñi in vniuerſa terra,cũ gratiarũ actione,ꝛ laude.ſicut docent Pauline eple nõ raro.Verũ he gratiarũ actiones,ꝛ he annũciationes operũ domini: ꝛ laudes,prout inſtitutũ eſt ab eccl'ia p ſpũm ſctũm:ita ꝛ fiẽde ſunt,in fide ꝛ charitate dei lectiõibus cantibuſqȝ.Fructus ergo regni dei eſt, qcqd taliũ fit in eccl'ijs ad honorẽ dei.Id quod iudei nõ faciebãt,q gloriã ſuã querebant,ꝛ non dei: ꝛ commendari ſe volebãt ab inuicẽ.quo pacto honor dei negligebat in ipſis certe.Vox ergo dei reſonet in ore noſtro iugiter in gratiarũ actione:qm̃ aliud holocauſtum ferre domino non poſſumus. ¶Punc.7.

## Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem.

Septẽ ſtelle angeli ſunt ſeptẽ eccleſiarũ,habes infra in fi.cap.huius per quos epi intelligunt,q iccirco angelorũ noĩe deſignant ꝙ annũciatores ſacri verbi dei ſunt.Nã ꝛ in Malachia ſacerdos ãgelus dñi dicit,ijdẽ ꝛ ſtelle ſunt.Dan.12.q ad iuſticiã erudiũt multos,quaſi ſtelle:has ſtellas tenet chriſtus in dextera ſua . Jã vero qd ſit in dextra tenere ſtellas.niſi in eius cuſtodia ꝛ protectione eſſe,aut primaria in parte ſeruari rerũ ſuarũ.Nota magna fœlicitas eſt teneri in dextera chriſti,econtra ſumma infœlicitas ac maledictio hinc eijci.Qui voluntati ꝛ ſermonibus eius parent nõ eijciunt:tandiu in dextera eius erunt,quãdiu ſermones eius ſeruãt,faciuntqȝ voluntatẽ eius.Quod ſi nõ faciũt eijciũt.Magnus igit fructus,chriſti ſermones ſeruare,facere voluntatẽ eius . maxime eccleſiarum prelatis.Enimuero donec id faciunt implentqȝ in ſolicitudine miniſteriũ,hinc potiſſimũ habẽt vnde conſolent,ꝙ ſe tandiu teneri in dextera chriſti intelligunt, vñ nemo eos eripiet in fine ad dexterã collocandos,quando dicetur eſt, venite benedicti patris mei percipite regnũ Matth.25.Deniqȝ quia he ſeptẽ ſunt,liqdo conſtat p eas vniuerſitatẽ deſignari,quatinus p ſeptẽ ſtellas vniuerſitatẽ prelatorũ incũctanter accipias.Porro ꝛ hoc diligenter perpendendũ eſt,qs ſtelle in nocte lucent.Quid hoc deſi

Epi eccl'arũ in dextera xpi ſũt.

grat,niſi qa epiſcopi eccleſiarū in nocte huius vite lucere debent tan quā luminaria in domo,iubente dño:Sic luceat lux veſtra corā ho/ minibus,vt videant opera veſtra bona,⁊ glorificent patrem veſtrū qui in cœlis eſt Matth.5.Lux eoꝝ operatio ſctā eſt,⁊ vita inculpata: Lux eorū eſt verbū dei ſacrū,quod predicare inſtanter debēt,lucēq3 dare hoībus,de quibus dictū eſt,vos eſtis lux mundi Matth.5.Ita prelati ſunt lux,vt ⁊ oculi ſint corporis myſtici chriſti,per quos totus corpus proſpicit:q ſi excecent,vt oculi eſſe deſinant,qd erit reliquum corpori per quod proſpiciat? Sola hec potentiſſima ratio eſſe debet ſincerioris,melioris,perfectioris,ac ſanctioris vite prelatorū , vt ſint oculi quibus ceteri cernant.alioq palpent miſere plebes in tenebris neceſſe eſt.Audi igit prelate quicunq3 es,qcunq3 gaudes culmini,di ci Rabi,ſiueq3 primus,In omni tua vita ita virtutibus primus ſis, ita ſūm⁹,ſicē dignitate primus es ⁊ ſūmus,Alioq nec poſtremus fies inter chri electos,eiectus de amabili dextera chriſti. ¶ Punc.8.

Epi lucentes eſſe debent.

Prelatorū exhortatio

## Et de ore eius gladius vtraq3 parte acutus exibat.

Solet in ſcriptura ſacra gladij noīe verbū dei deſignari,ſolet ⁊ iudi/ ciū eius.Uerbū dei eſt,quū dicit.Ephe.6.Sumite gladiu ſpūs,quod eſt verbū dei.Hoc gladio accingunt ſexaginta illi fortes,id eſt.predi catores ſcti vniuerſi in ſeno decenoq3 intellecti,ob pfectionē numero rū horū,q veri Salomonis Jeſu chriſti lectulū id eſt eccliam ambiūt. Cant.3.quo ⁊ ipſe chriſtus potentiſſime accingi iubet.Pſal.44.Accin gere(inquit)gladio tuo ſup femur tuū potentiſſime.Is gladius pene trabilior eſt quouis gladio ancipiti id eſt,vtrinq3 incidente.Hebre.4. qui de ore eius exit,etiā quū per prophetas ſuos loquit.id eſt predi/ catores,q ſunt veri pphete.teſtis eſt idem quū dicit,Non enim vos eſtis,q loqmini,ſed ſpūs patris veſtri,q loquit in vobis.Matth.10. In hoc,quod dicit, Patris ſpūs,nō excludit filius,quū pater ⁊ filius in ſubſtantia idē ſint.Joā.10.Ego ⁊ pater vnū ſumus. ⁊ rurſum.Ego in patre ⁊ pater in me eſt.Spūs ergo patris,eſt ⁊ filij ſpūs,quū equa liter in eadē eſſent,a ſpirent eū,in perſone diſtinctione.Gladius ergo procedit de ore dei,qa verbū inde promanat verbū vite,⁊ diſcipline verbū ſalutis,verbū preecioſum,⁊ ſuaue quod loquit chriſtus.Paulus dicit,An experimētū queritis eius q in me loquit chriſtus.2.Cor.13. hoc verbū ob vehementē potentiā gladius biceps dicit,cui nemo ad uerſariorū poterit reſiſtere,Lu.21.Uel ideo biceps,qa veteris ac no ui teſtamenti ſcriptura ſit.Biceps ēt,qa ⁊ impfectos iuxta literā do/ cet,⁊ perfectos in myſterio inſtruit.Audit enim ſimplex verbum dei, hoc videlicet non adulterabis , non occides.⁊c̄.proponit in animo primo quoq3 tpe cuſtodire:dū aūt hoc facit , carnalē ab ſeſe abſcin/ dit p verbū acutiſſimū delectationē:abſcindit ⁊ impetū vltionis , ire quoq3 furorē cohibet ac ceterarū taliū peſtiū luē . Audit in chriſtia/ na diſciplina exercitatus eadē,⁊ altiora preterea queq3 cōſiderat,ve lut ſunt bonitas precipiētis,miſericordia,ſinceritas, ſanctitudo,pul/

Gladi⁹ dei verbū,⁊ iudiciū eius.

Gladius biceps dei verbum.

chꝛitudo, honeſtas, charitas, que placent illi cui ipſe animo conſen-
tit, ac plane iam velit eſſe cū illo, q̄ p̄cipit hec: et ideo nihil terrenū
ambit, nec que carnis ſunt facit: ſed cœleſtibus delectaſ, et illū ipſum
videre cupit cuius tanta in diuino eloq̃o p̄dicaſ magnificentia. De

Gladi⁹ iudicium.

niq; iudiciū gladius quoq; eſt: de quo Deute. 32. Si acuero (inquit)
vt fulgur gladiū meū, et arripuerit iudiciū manus mea. Judiciū ergo
recte gladius dicif, quo venturus eſt dñs in p̄tāte magna, et maieſta
te, quādo vibraturus eſt verbū foꝛtiſſime ac iuxta acutiſſime ſenten-
tie, velut gladiū vtrinq; ſcindentē, in aduerſarios ſuos: vt bene gla-
dius biceps ſit illud chꝛiſti iudiciū. id eſt. figuratū per eiuſmodi gla-
diū, eo q̄ ſcelera hinc externi operis, illinc puniat pctā interne cogita
tionis. Aut certe q̄a diuidet bonos a malis gladius biceps iudicij

Gladi⁹ biceps alio myſterio.

ſententia eſt, quādo his q̄ a dextris erūt dicet, venite benedicti patris
mei: et q̄ a ſiniſtris. diſcedite a me maledicti in ignē eternū. Mat. 25.
vtraq; aūt acie tam efficax erit hic gladius, tam potens, tanta maie
ſtate fulgurās vt eant ij in ſuppliciū eternū, iuſti aūt in vitā eternam:
vt ſic diuiſi nunquā amplius valeāt conuenire. Poteſt et alia ratione
ipſum dei iudiciū gladius biceps vocari: q̄a vtrinq; cedat reprobos
dum coꝛpoꝛe et anima penis eternis reddat obnoxios vna. Nā ſicut
iuſtos in coꝛpoꝛe et anima gloꝛificabit, ita impios cruciabit. O qualis
erit tū his terroꝛ gladij huius: qualis pœna: Econtrario, quale gau-
dium bonis: quale p̄mium: ¶ Punc. 9.

**Et facies eius ſicut ſol in virtute ſua lucet.**

Facies lucida chꝛiſti ſcti gloꝛificati.

Totus hic habitus filij hoīs cuilibet fideli iuſto quoq; cōpetit: quia
chꝛiſtus et eccleſia vna ſunt perſona, caput videlicet et membꝛa. Per
faciē eius poſſumus intelligere ſc̄ōs, nō quales nunc ſunt moꝛtales,
ſed quales futuri ſunt immoꝛtales, quū ad ſui conditoꝛis gloꝛiā per-
uenerint. vnde dñs in euangelio dicit. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol
in regno patris eoꝛū. Matth. 13. et 1. Joan. 3. Scim⁹ (inquit) q̄ñ quū
apparuerit ſimiles ei erimus. Itē Paulus. Saluatoꝛē expectamus do
minū noſtrū Jeſum chꝛiſtū, q̄ refoꝛmabit coꝛpus humilitatis noſtre
configuratū coꝛpoꝛi claritatis ſue ſm operationē virtutis ſue. Phil. 3.
hanc claritatē oſtendit in ſe dñs, quando in monte trāſfiguratus eſt
coꝛā tribus diſcipulis, tunc enim facta eſt facies eius ſicut ſol. Qualis
aūt tūc apparuit, talis vtiq; venturus eſt ad iudicium. Quo in loco
queri pōt, ſi dñs venturus eſt ad generalē reſurrectionē cū tanta cla-
ritate, quare nō in eadē apparuit poſt ſuā reſurrectionē diſcipulis: Ad
quod ſtatim dicimus, Ideo poſt ſuā reſurrectionē claritatē vultus ſui
diſcipulis abſcondit, vt eū vel ſufferre poſſent vel cognoſcere, alioqui
moꝛtales eū oculi ſufferre nō valuiſſent. Si enim quū adhuc moꝛta-
le coꝛpus circumferret pati claritatē vultus eius nequibant, quando
transfiguratus eſt in monte: quanto minus hoc poterant, ſi poſt ſuā
reſurrectionē non iam vt ſol, ſed ſeptemplicitet ſole fulgentioꝛ, ſe ma
nifeſtaret: Future claritatis nr̄e typū, legis apud Eſaiā, Erit lux lune

ſicut ſolis, ⁊ lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptē dierũ, in die, qua alligauerit dñs vulnus populi ſui, ⁊ percuſſuram plage eius ſanauerit, cap.30. Iã vero ſi iuſti nũc in illa reſurrectione fulgebunt ſicut ſol iſte conſpectibilis; qui tũ ſeptempliciter iuxta prophetę vaticiniũ fulgebit copioſius, quantũ putas excellentiorē claritatē habiturum, caput illud a quo membra accipient claritatē. vnde quũ hic beatus Ioãnes de ſole mentionē faceret, addidit in virtute ſua: videmus enĩ ſolē hunc noſtrũ in medio die plus multo virtutis emittere, ardētius etiã quandoqꝫ lucere. quatinus intelligeres Angelũ hunc q in perſona dñi erat ſplendidiſſima facie, ſicut ſol in meridie apparuiſſe, in exemplũ pręclariſſimę reſurrectionis noſtre, cuius ampliorē virtutē explicaturus propheta ſeptē dierũ luci comparauit. ac ſi diceret, quantę claritatis erat deus verbũ, quũ ſex diebus ſierent omnia, et in ſeptimo die omnia per ipſum cõplerent, tantę claritatis in carne ſua tunc erit apud patrē, q patris ptãte veniens orbē iudicabit: cui luce corporis mirabiliter configurabunt iuſti vt luceant tanquã ſol in regno patris eorꝫ. Hoc eſt quod in ſolēni precatione ſua tranſiturus ex hoc mundo ad patrē, orabat dicens, Clarifica me pater apud temet ipſum claritate, quã habui, priuſquã mũdus ſieret, apud te. Ioã.17. Tunc certe alligabit dñs, iuxta eundē prophetã, vulnus populi ſui, perfecteqꝫ percuſſurã plagę eius ſanabit, vt nõ ſint poſtmodũ in memoria priora hęc quę modo gemētes gemimus in infirmitate corporis noſtri. Vulnus hoc, ⁊ percuſſurã plagę noſtrę, nõ puto aliud eē, ꝙ morbũ naturę inflictũ nobis in Adã poſtquã peccauit, cicatriceſqꝫ peccatorũ relictas in carne, quę tunc pfecte ſanabuntur, quando filij dei reuelabunt: quod ſiet in illa octaua reſurrectiõis noſtrę die, quãdo complebit amabilis, ⁊ glorioſa redemptio noſtra, quã expectandã propoſuit ſaluator. Luc.21. dicēs. Reſpicite, ⁊ leuate capita veſtra, qm̃ appropinquat redemptio veſtra. ¶ Punc.10.

Claritas corporum qualis futura ſit.

Et quũ vidiſſem eũ, cecidi ad pedes eius tãquã mortu⁹.

Quod imbecille eſt nutat ad fortē virtutē. Quod ignobile defert nobili. Sic transfigurato in monte dño cadunt in facies ſuas diſcipuli. Matth.17. ⁊ ipſe Daniel ad conſpectũ angeli collabitur. Expaueſcit Zacharias viſo Gabriele, vt minime mirũ tibi ſit, ſi Ioãnes cõſpecto angelo ad pedes illius cadit. ⁊ non ſolũ cadit, ſed tanquã mortuus cadit, quod ſane vehementis animi eius conſternationis eſt indiciũ, ⁊ ſummę cuiuſdã nota reuerentię. Illud obſerua velim, Ioannes hoc loco oēm electorũ multitudinē in ſe exhibet, Angelus ſolũmõ capitis id eſt chriſti perſonam gerit. Electi nanqꝫ conſyderata maieſtate chriſti vltro ad pedes eius aduoluunt, procumbunt ⁊ adorant, quia dignã illi venerationē ſimulqꝫ gratitudinē ſeſe exhibere debere intelligunt, ⁊ ideo ſe corã illo humiliant, quēadmodũ ⁊ de ſanctis orientis plagę Magis, q typus erãt oium ex gentilitate credentiũ ⁊ primitiuũ quoddã ſcriptura euangelica refert, qa procidentes adorauerũt

Xpi pedeſ humilitas paſſionis eius.

cū Matt.2. Ad huiꝰ pedes Maria quoqꝫ Magdalena pcubuit ⁊ la chrymis veniā erratorū pmeruit Lu.7. Jā vero per tropologiā pedes dñici ſunt humilitas paſſionis eius in qua ſe demiſit vſqꝫ ad crucē, ſuppliciū videlꝫ ſceleratis debitū, qḋ qcūqꝫ ſubijſſet legis maledictioni foret obnoxius. Maledictus (inquit propheta) omnis qui pendet in ligno. Sic modo ad pedes dñicos cadit quiſquis veſtigia paſſionis eius in ſui humiliatione imitaṫ, iuxta illud. 1. Pet.2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplū vt ſequamini veſtigia eius. Bene aūt Joannes non mortuus, ſed tanquā mortuus aſſeriṫ: quia electi veſtigia paſſionis chriſti imitantes, ⁊ ſi moriuntur mundo, viuunt tamen deo. Sic Paulus quū ſe mortuū diceret, chriſtoqꝫ confixū cruci, ſubdidit, viuo aūt iā nō ego, viuit vero in me chriſtus.

Mortificare ſe hoīez ſpūalē qd ſit ⁊ qūo intelligaṫ.

Qui ⁊ alios hortaṫ ad ſui mactationē di. Obſecro vos vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuentē, ſanctā, deo placentē. Hoſtia qppe chriſtiana imolaṫ ⁊ viua eſt: qa ſcti ⁊ ſi ſe mortificant, viuūt tamē: mortificant in concupiſcentijs carnis ⁊ mūdi, viuunt aūt in vi ſpūs deo. Et hoc eſt viuere deo, mortificare vitia carnis in concupiſcentijs eius, in ſe ipſo: mortificat q abſtinet, q nō delectaṫ, cui non placent, non amat, nō ſequiṫ. vita enim eſt homi amor in corde: mortificas igitur vitia quū nō amas, quū nō delectaris in eis, nō ſequeris. Mortuus nō ſentit, nō moueṫ, nō videt: ſic ⁊ ſpūalis hō ſeſe mortificans a vitijs nō cōſentit delectationibus carnis nec mouetur ad illa probra, nec reſpicit. Jn quē ſenſum loquiṫ Apl'us Col.3. Mortui eſtis ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cū chriſto in deo, quū aūtē chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc ⁊ vos apparebitis cū ipſo in gloria. Poteſt ⁊ aliter dici. Nanqꝫ vt primū vera cognitio fidei intellectui offerṫ, ſuperbia humana ſtatim ſe humiliat ac deijcit, ſeqꝫ proſternit vſqꝫ ad pedes eius, vnde ſalutē ſperat. Jn huius rei exemplū, Maria vt cognouit ꝙ Jeſus accubuiſſet in domo phariſei attulit alabaſtrū vnguenti: ⁊ ſtans retro ſecus pedes eius, accidit, ⁊ amplexabatur eos, rigabat lachrymis: ⁊ capillis capitis ſui tergebat, oſculabaṫ: atqꝫ vnguento vngebat. Lu.7. Sic Paulus dū tumidus ſublimiter aduerſus chriſtū incedit, vbi chriſtū verū deū agnouit, veritas illius ipſum deiecit, quatinus deiectus acciperet quod altus nō mereref. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus aūt dat gratiā. Jac.4. Excelſus enim dñs eſt, ⁊ humilia reſpicit pſal.137. huc deniqꝫ ⁊ illud in caſu Joannis accipe. Siqdē profunda chriſti myſteria impenſe pſcrutantibus a potentiſſima ⁊ impſcrutabili maieſtate diuinitatis eius ſubito mentis conſternatio incutiṫ, qꝛ dū in carne deū ſic humiliatū conſpicit, inſolentię ſuę memor contabeſcit. At nūc quomodo cū ſic humiliatis corde agere ſoleat paulo attentius conſydera. ¶ Punc.11.

Et poſuit dexterā ſuā ſuper me, dicens, noli timere.

Spūs boni partes.

Hę ſunt partes veri boniqꝫ ⁊ nō mendacis ſpūs, vt pauefactis ſtatim adimat pauorē, adhibeat ⁊ conſolationē vt meliore ſpe ſtatuaṫ. Sic

Gabriel Zachariā. Sic virginē mox futurā dei matrē consolatus eſt poſt conſternationē. Sic deniqꝫ ⁊ chriſtus in monte Thabor diſcipulos, a gloria vultus eius proſtratos in terrā poſita dextera conſolans dixit, Surgite: ⁊ nolite timere. Matth. 17. Quid vltra dicam? A mortuis reſurgente dn̄o angelus ad ſepulchrū adſtans exultanti voce mulieribus dixit. Nolite timere vos, Matth. 28. quatinus facili diſcerniculo diſtinxeris inter ſpūs, ꝗ ex deo ſunt, ⁊ ꝗ aliunde: ꝗa quū ij in deſperationē ꝑturbent, illi in meliorē ſpem conſtituunt, ⁊ conſolanť. Nanqꝫ ſolet angelus quoqꝫ ſatanę in angelū lucis ſeſe transformare, vt Paulus aſtruit. Nota, duo facta ſunt, primū dextera impoſita eſt ſuꝑ collapſum ex formidine Joannē, Scd̄o verbū conſolationis adhibitū. dextera hic pro opportuno dei auxilio capiť. ſic Job. 14. dicit operi manuū tuarū porriges dexterā, Et pſal. 137. Saluū me fecit dextera tua. Item Pſal. 138. Tenebit me dextera tua. Dexterā ergo ſuper nos ponit, quū iuuat nos, ⁊ erigit, ⁊ cōſolatur. ponit alibi dexterā quū dicit, Nolite timere eos, ꝗ occidūt corp⁹ Mat. 10. ⁊ Lu. 10. Gaudete ꝙ nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo. ⁊ rurſum Matt. 5. Gaudete ⁊ exultate, quī merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Poſſunt per dexteram aptiſſime intelligi ⁊ ſcti predicatores, vnde Deuter. 33. diciť, In dextera eius ignea lex. ac ſi diceret, In ſctis predicatoribus doctrina ſpūſſcti. Non aūt vlterius exprimit ꝗd cū Joanne actū ſit, niſi quod poſuerit angelus dexterā ſuā ſuꝑ eū. Sed ex Daniele diſcim⁹ ꝙ a terra eū leuauerit. Ibi enī legimus, ꝙ āgelus, ꝗ erat accinctus auro obryzo, ⁊ corpus eius quaſi Chriſolythus, poſuit dexterā ſuā ſuper Danielē, ⁊ erexit eū ſuꝑ genua ſua, ⁊ de Joanne idē accipe. Porro ponit angelus manū ſuꝑ Joannē ad pedes eius tanquā mortuū iacentē, quando chriſtus eccleſię ſuę filijs per penitentiā iacētibus ad pedes eius, ſeqꝫ mortificantibus cū vitijs ⁊ cōcupiſcentijs auxiliū porrigit opportunū, datqꝫ verba conſolationis per ſuos predicatores. Nam alioqui facile deſperare poſſent memoria ac turbine ſubinde recurrentiū preteritorū ſcelerū. Duo ergo neceſſaria ſunt, Primū auxiliū gratię chriſti: ſecundū verbū conſolationis ſpūs oris eius: quod miſericordis dei predicator eſt, cui in ſcriptura diciť. Si ſeparaueris precioſum a vili quaſi os meū eris. per hoc loquitur deus ad quos vult, ⁊ quod vult.

Dextera auxiliū opportunū.

Dextera ſcti predicatores.

¶ Punc. 12.

**Ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus: & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorum: & habeo claues mortis & inferni.**

Luce preclarius conſtat hinc, angelū non ſuā ſed chriſti perſonā hic agere, ⁊ in ꝑſona chriſti hęc dicere: neqꝫ enim angelus eſt primus ⁊ nouiſſimus. Nanqꝫ id proprię illi cōpetit, ꝗ primus eſt ꝑ diuinā naturā, qua eſt initiū oīs creaturę: Omnia enim per ipſum facta ſunt, Joā. 1. Nouiſſimus per humanā, in qua habitus eſt vt vermis Pſal. 21. ⁊ plebis abiectio. Ibidē. quē nouiſſimū virorū appellauit Eſaias

Chrs primus ⁊ nouiſſimus.

ca.13. Uel nouiſſimus, qꝛ in ipſo reſtaurata ſunt vniuerſa, ꝛ reſtaura bunt adhuc, Nã expectatio creaturę reuelationẽ filiorum dei intendit Ro.8. vt nõ alij quã chriſto nato, paſſo, ſepulto, ac reſuſcitato hęc ver ba conueniant, qui in Eſaia loquit̃ di. Hęc dicit dñs rex Iſrael, ꝛ redemptor eius, dñs exercituũ, Ego primus ꝛ ego nouiſſimus cap.44. Ipſe inquã primus, q eſt ante ſęcula, in principio verbũ. Ipſe nouiſſimus, qꝛ in fine temporũ natus, ꝛ verbũ caro factũ eſt, ꝛ habitauit in nobis. Joan.1. hic idẽ eſt ꝛ viuus, q eſt vita in ſe. Ibidem. In ipſo vita erat. Qui ẽt viuificat omnia, tametſi mortẽ pro nobis ſubierit in tempore, nõ tamen morte detentus eſt: qn potius multo glorioſior reſurrexit a mortuis, vt nunquã amplius oppetat mortẽ. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel, quod autẽ viuit, viuit deo, Ro.6. Et iterũ, Chriſtus reſurgẽs ex mortuis iã nõ morit̃, mors illi vltra nõ dñabit̃. Neceſſe enim erat mori chriſtũ, ꝛ reſurgere: niſi enim ex mortuis reſurrexiſſet promiſſio vana fuiſſet, nec finis hoĩs in gloriã peruiniſſet. Impediebat enim per oẽm modũ ne authori deo con iungeret̃: quo ſolo beatus eſſe poterat, extra quẽ miſer erat ſemper. Ipſe enim deus erat finis hoĩs, quẽ pctm̃ diuidebat ab ipſo vt teſtis eſt Eſaias. Hoc iã chriſti morte ſublatũ eſt impedimentũ: reſurrectio ne aũt eius effectũ eſt vt vitę redderet̃ hõ mortuus pctõ, atq; idem fini ſuo coniungeret̃, Mortuus eſt (inquit ap̃lus) chriſtus propter de licta noſtra: reſurrexit ꝑpter iuſtificationẽ noſtrã. vt in ipſo pacẽ habe remus ad deũ. Ro.4.ꝛ.5. Sed vt ad inſtitutũ redeamus. Magna hic conſolatio adhibita fuit Joanni, cui iacenti tanquã mortuo dictũ eſt fui mortuus, ꝛ ecce ſum viuens in ſęcula ſęculorũ. Nihil hac conſolatione opportunius, nihil gratius: ac ſi diceret dñs ſeruo, Noli time re, ꝑ me quippiã pati, ego ꝑ te mori nõ dubitaui, qui ſum vita oĩum, ꝛ ecce viuo: quatinus tu quoq;, ac tui ſimiles, ne dubitaretis pro me indigna pati, pro qbus ego mortẽ oppetij crudeliſſimã, ſed ſum viuus, daturus ꝛ vobis vitã immortalẽ pro me ſuſtinentibus, merces manet ex ęquo omnes ęterna, vt pari mecũ ſorte glorię potiamini in cœlis, q paria mecũ ſuſtinetis in terris. caput ſum, vos membra. Nihil ergo eſt cur deinceps vos metuere debeatis eos q occidunt corp9 aut aliter affligunt vos, digna vos oẽs mercede afficiã qcunq; eſtis mihi fideles: tantũmõ ne deficiatis, nã pſeuerantibus reddit̃ corona quę promittit̃ incipientibus, oẽs vos rediuiuos reddam. Poſtremo quod dicit, habere ſe poteſtatẽ mortis ꝛ inferni, indicat ſane dñatũ ſup omnia habere quantũuis fortia. Quid.n. fortius morte: quid in ferno potentius: in quẽ deſcendunt fortiſſimi quiq; ꝛ ſublimes glorioſiq;. Eſa.5. Sup hęc habet chriſtus ptãtẽ, q a ſua glorioſa reſurrectione ſic teſtatus eſt, Data eſt mihi oĩs ptãs in cœlo, ꝛ in terra. Mat thei. vlt. A quo data: Reſpondeo a patre. Joan.3. Pater diligit filiũ, ꝛ oĩa dedit in manu eius. Habet aũt ptãtẽ ſup mortẽ, qꝛ mors eum detinere non potuit. habet ꝛ ſuper infernũ, qꝛ deſtructis clauſtris, ac repagulis eius detractis captiuos, q erant iſtic eliberauit, ꝑ quẽ nos

Chriſti mors ꝛ reſurrectio ꝑpter nos.

Chrĩs habet ptãtẽ mortis ꝛ inferni.

deus pater quoqȝ conreſuſcitauit,⁊ conſedere fecit in celeſtibus, vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abūdantes diuitias gratie ſue, in bonitate ſup nos in chriſto Jeſu.vt pclariſſime legis Eph.2.Ergo ⁊ reſuſcitationis quoqȝ nr̃e habet ptātē.Sed qd eſt conreſuſcitauit,⁊ conſedere fecit?Nunqd conreſuſcitauit nos,qui nōdū ſumus mortui? et quō ēt conſedere fecit?Rñdet.D.Aug.Jam factū dicit apl's, quod certū eſt affuturū.Idē.Multa,inqt,dicunt in ſcripturis tanquā facta ſint,quū in ſpe adhuc eē intelligant.Sed qd eſt q̄ prius mortis, de inde reſurrectionis meminit,niſi hoc vt omnibus certū eēt,q̄ ſicut ipe paſſus,mortuus,⁊ ſepultus eſt,antequā reſurgeret, ⁊ plena potiretur gloria:ita oēs electos ſuos,antequā ad gloriā puemāt pati neceſſe ſit, Quemadmodū ſcriptura continet, Multe tribulationes iuſtorum. Pſal.33.Et rurſum,Per multas tribulatiōes oportet intrare in regnū dei.Act.14.Ad qd nō ſunt condigne paſſiōes noſtre.Roma.8.Quāobrem nihil magnifaciendū res noſtras diripi,iura auferri, abijci, cōtemni,⁊ tanq̄ hoīes nihili haberi:quū in cœlo fixū ſit chriſtianos in hac vita,preſſuram:⁊ moleſtias acres ppeti debere,quatinus mēbra capiti ſuo conforment.Nec ab hac conditione liberat eccleſia do nec peregrina eſt,que quanto acrius pmit,tanto fortius ſublimiuſqȝ exaltat:nec deficiet,qa nomē dñi turris eius eſt et ppugnaculum, ⁊ murus,qd inuocatū eſt ſup nos Hiere.14.In quo ⁊ ſtam⁹.⁊ hoc ipm manet in eternū:cuius virtus operat in nobis in oē bonū.Porro, q̄ poſt morte eueſtigio reſurrectionis meminit,hoc ideo facit, vt q in chriſtū morientē credit,credat ⁊ in reſurgentē,⁊ qui in morientē credit,ſimul ⁊ ipſe moriat pctō cū chriſto:Et q credit in reſurgentē ⁊ viuentē,ipſe quoqȝ reſurgat ⁊ viuat: vt quō chriſtus reſurrexit a mortuis p gloriā patris,ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus.Ro.6.Nouitas vite eſt, liberū eē a pctō. ⁊ ſynceriū.Hoc ſcientes inquit apl'us ipſe,qr vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus pcti,vt vltra non ſeruiamus peccato. ¶ Punc. 13.

Tribulatiōib⁹ agitari neceſſe eſt ſcós.

Vite nouitas qd ſit.

Scribe ergo quæ vidiſti:& quæ ſunt:& quæ oportet fieri poſt hæc.

Scribe,verbū hoc imperatiui modi eſt,quo precipit chriſtus Joanni, vt ſcribat que viderit,⁊ que ſtatim viſurus ſit,ſcribendi ei tradens autoritatē ⁊ gratiā: vnde liquet quante inter reliquos apl'os fuerit.b. Joannes eminentie,videlicet quāte olim.S.Joſeph puer ingenuus, inter duodecim fratres patriarchas,q poſtmodū duplicia acipere dignus fuit patre dicente,Dabo tibi partē vnā extra fratres tuos,Sichimā ſignificās,ſiue ſichem,que in euangelio Sichar dicit.ſic Joanni ſcribende pphetie munus donat vltra ſortē apl'orum.Sed quid eſt,qd dicit,Que vidiſti?vtiqȝ ſi ad viſionē reuelationis referas, nō multū adhuc viderat:ſi vero ad cœptā tribulationē ſanctorū multū: cōſtat enim diu ante hec vrgeri vexariqȝ cepiſſe eccleſiā.Hic duo obſerua, Primū minime reuelationē ſpūs tacēdā eē:ſcdm,minime ſine reuela

Joannis excellētia.

tione ſpūs in eccleſia dei loquendū, Paulo ſubſcribente, qui ait, Aut quomō p̄dicabunt niſi mittant? Ro.10. Alioq̄ mera mendacia, ac errores p̄dicent oportet: eo q̄ ad dei ſacramenta caro minime pertingat. Ve aūt pphetis mendacibus, de quibus dn̄s deus dicit apud Jeremiā, non mittebā pphetas, ⁊ ipſi currebāt: nō loquebar ad eos, ⁊ ipſi prophetabant. Jerem.23. Quos ibidem vetat audiri. ⁊ cap.27. lege plura ibidem. ¶ Punc. 14.

Reuelatio ſpūs nō reticēda nec ſine ea p̄dicandū.

Sacramentum ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea: & ſeptē candelabrorū aureorū hoc eſt. Septem ſtellæ angeli ſunt ſeptem eccleſiarum: & candelabra ſeptem, ſeptem eccleſiæ ſunt.

Sacramētū qd ſit.

Sacramentū, myſteriū eſt, ſignū ſacræ rei, vbi aliud videt, ⁊ aliud intelligit: ſicut (verbi gr̄a) in chriſti corpore, vbi quū videat panis, vera caro eſt, vnde ipſi ſacerdotes poſtq̄ guſtauerint litatoriū illū panē ſacræ eucharıſtiæ, dicunt. Sacramēta, quę ſumpſimus dn̄e, pficiant nobis ad ſalutē corporis ⁊ animę. Ita ⁊ hic ſacramentū erat, quia in ſeptē ſtellis, angeli ſeptē eccleſiarū: ⁊ cādelabris totidem, eccleſię ſeptē figurant. Ubi ſimul obſerua, q̄ ex p̄ſcripta viſione, duo tantū, videlicet, ſtellę ⁊ candelabra interp̄tant, qd̄ qua ratione factū ſit, nō ſatis liquet. Poterat nanq; eodē pacto dicere, ſacramentū filij hominis ſic veſtiti, ſic p̄cincti: tale caput, ⁊ tales oculos habētis, hoc vel tale eſt: ſed fortaſſis nō adeo res exigebat: nō tāta negocij neceſſitas vrgebat. Attamē arbitramur, ⁊ ita eē confidimus, hoc triplici cauſa factū. Prima eſt, q̄a de his, quę per iſta figurantur nempe eccleſijs, ⁊ verbi miniſtris hic potiſſimū tractat: quo p̄clariſſimę conſtet, quid illis facto opus ſit, ⁊ quanta eos virtute pollere deceat, q̄ ſtellarū nomine, atq; adeo angelorū proprietate exprimunt. Secunda, vt horū interp̄tatio ad inquirendā aliorū ſignificationē viā paret. Tertia, vt ex his paucis ēt reliq̄ p myſteriū dicta non dubitemus. Ad hęc, vt p̄ter hęc duo interp̄tata reliqua proprie ad chriſtū pertinere ferme agnoſceres, cuius myſteria ſcripturę continent, ad quas ſemp recurrendū eſt p eo, quatinus ex hinc capiat teſtimoniū iuxta illud, Scrutamini ſcripturas; illę teſtimoniū perhibent de me. Joan.5. Quā vero appoſite candelabrorū noīe eccl̄ia deſignet diximus. Jn ipſa enim lucet lux vera, quę illuminat oēm hoīem venientē in hunc mundū. Nō eſt aūt dubiū quin lux ipſe ſit chriſtus, q̄ de ſeipſo teſtificat. di. Ego ſu; lux mūdi Joan.8. quē Simeon vocat lumē ad reuelationē gentium Lu.2. ſic apud Eſa. cap.60. alijſq; multis in locis. Eſt deniq; ⁊ ipſa eadē eccl̄ia lux quędā ob veritatē, quę in ea eſt: pter qd̄ pulchra vt luna, electa vt ſol Cāti.6. deſcribit. Omnibus ēt vere fidelibus Ephe. 5. dicit. Eratis aliquando tenebrę: nunc aūt lux in dn̄o. quorū opera lucis appellatione conſignāt. Ro.13. quibus iubet author lucis chriſtus vt cęteris luceāt, Matth.5. Candelabra aūt hęc aurea ſunt, q̄a p̄cioſa eſt dei eccleſia: neq; enim tam p̄cioſo metallo, niſi res

Stellę ſeptē angeli ſeptē p̄lati ſunt eccleſiarum.

admodū pręcioſa figurat. Porro ſtellarū myſteriū redditū eſt: vt nō opus ſit iteratione, aut fuſiore explanatione. Septē, inquit, ſtellę, angeli ſunt ſeptē eccliarū: Angelus grece, latine nuncius, aut legatus interpretat. q ſunt ij nūcij, niſi de qbus loquit ex Eſaia Paulus, Romanis ſcribens. Quā ſpecioſi pedes euangelizantiū pacē, euangelizantiū bona. cap. 10. Eſaie aūt. 52. Hi ſunt ſynceri verbi dei miniſtri, quos oportet eſſe affectu ſpecioſo, & excuſſo, vt in ſumma inculpatiſſimi ſint: quales eſſe debēt & eccleſiarū pręlati. Neqȝ enim alia ratiōe ſtellę ſunt, niſi vt proximis lucis exempla promonſtrent, & lumen veritatis doctrināqȝ vitę, verbo ſancto circūferāt. Vos (inqt dn̄s) eſtis lux mundi Math. 5. Ob quod & Joannes lucerna ardens & lucēs ab ipſo dn̄o pręedicat. Joan. 5. Obſerua. licet eccleſia vniuerſalis aureorū candelabrorū typo deſignet: ſtellarū antiſtites, itidē angelorū, neqȝ tn̄ oēs aurea candelabra ſunt, neqȝ oēs ſtellę angeliue. Proinde quāuis aliqui in ſe reprehenſibiles ſint, angelorū tamen ac ſtellarum appellationem per officium minime exuunt, quo minus prędicent & publica exhibeant miniſteria.

# CAPVT SECVNDV̄.

## DE PRAECEPTIS ANGELO EPHESINAE ECCLESIAE SCRIBENDIS.

### SEC. 1. PVNC. 1.

ET Angelo Epheſi eccleſie ſcribe.

Anq̄uā ad toti⁹ ep̄lę enarrationē ptingam⁹, cēſeo de ea, atqȝ ſequētib⁹ nōnihil p̄libare, ne p ſingulis eadē toties ſit repetēdū. Primū eſt, nihil in eccleſijs, q̄ntū ad gn̄alia dogmata ptinet, deſyderari pōt, qd non in his particulatim repias, modo ſenſum ſpiritus in eis ipſis diſpicias. Quod enim ex filijs eccleſię alij ſunt pij, & irreprehēſibiles vita, his conuenit ep̄la ſcda Smyrneorū ep̄o miſſa, ſexta quoqȝ, quę Philadelphienſis ecclię ſcripta eſt. Sunt & reprehenſibiles nonnulli fideles tamen, quibus cōpetunt prima, tertia, & quarta, hoc eſt, ep̄lę miſſę, ep̄is eccliarū, Epheſi, Pergami, & Thyatirę. Sunt deniqȝ meri hypocritę: his quadrant quinta & ſeptima ep̄lę, miſſę eccleſijs Sardis & Laodicię. Sunt ēt multi falſi prophetę, veritatis, ac ſanctorum hoſtes, & perſequutores acerrimi, contra quos ſparſim in his epiſtolis non indigna reperies. Secundū eſt ꝙ ep̄i harū eccleſiarū nō ſoli reprehendunt, aut cōmēdant, aut erudiunt, ſed in eis eccleſię quoqȝ, quibus pręſunt. Quod vel ex eo agnoſces, q̄a in ep̄larū concluſionibus ſemp dicit, Qui habet aurē audiat, qd ſpūs dicat eccleſijs. Item ex eo ēt, ꝙ in ep̄la. 4. dicit, vobis aūt dico, & ceteris, qui thyatire eſtis &c. Pręterea ep̄i eccliarū Pergami & Thyatire reprehendunt pro nō

Documenta gn̄alia.

nullis erratis, que in eorū eccleſias irrepſerant. Sunt ⁊ alia in ipſis
epl'is, qbus notū fit nō ſolū epis, ſed ⁊ eccleſijs hec miſſa. Tertiū, ſu-
ſpicor angelo pro angelis, id eſt ſingulare ꝓ plurali poſitū, vt nō vni
ſoli epo ſingule mitterent eple, ſed alijs quoqꝫ, qui inibi erant prepo-
ſiti, ad regendū eccliam dei. Conſtat enim Epheſi plures fuiſſe epos,
quos Paulus e Mileto ad ſe vocauit, quibus ⁊ dixit, Attendite vo-
bis, ⁊ vniuerſo gregi, in quo vos ſpūs ſanctus poſuit epos regere
eccliam dei, quā acquiſiuit ſanguine ſuo. Act. 20. Quartū, angeli iſti,
id eſt prelati, ⁊ miniſtri verbi dei, quibus hec noiatim ſcribunt, non
minus ſunt alij ab Aſianis, quā ipſi Aſiani, ſicut neqꝫ ad ſolas Aſia-
nas eccleſias, ſed ⁊ ad oēs hec ptinent. Quintū, A principio cuiuſli-
bet eple ſcribit aliquid de chriſto iuxta ſchemata que precedēti cap.
habuimus, ⁊ id quidē ſic, vt conueniat ijs, que poſtea in epla tradun-
tur. Deniqꝫ in ſingulis eplis varia certātiū premia ſtatuunt, ꝓ eo ꝙ
varia ſint merita, quibus premia ex equo debeant, ꝓut ſuis in locis
auſpice Deo oſtendemus. Quod vero in calce ſingularū eplaꝝ dica-
tur, Qui habet aurē audiat, quid ſpūs dicat eccleſijs, oſtendit ſane
ſpūſſcti verba eſſe, ⁊ ob id a fidelibus recipienda, adoranda ⁊ ſeruan-
da, imo condiſcenda, meditanda: ac ſubinde loquenda, ⁊ predican-
da. Quia vero angelo Epheſine eccle principio oīm. b. Joānes ſcri-

Epheſus interpretatio.

bere iubet, ⁊ mox ꝓbauimus vniuerſis eccleſijs, earūqꝫ preſulis hec
dirigi: videamus primo de hac vrbe. Itaqꝫ Epheſus in Aſia minore
in Jonia, ſeu Lydia erat celeberrimo diane tēplo inſignis, condita
ab Amazonibus, in qua templū ducentis viginti annis a tota Aſia
in ſolo paluſtri, ne terremotū ſentiret, extructū fuit. In hoc templo cē-
tū viginti ſeptē colūne fuerūt a ſingulis regibus Lydie facte, altitu-
dine pedū ſexaginta: inter quas ſex ⁊ triginta miro artificio celate.
creuit hec vrbs loci opportunitate in imēſum, ꝙ totius citerioris Aſie
fuerit emporiū: nā ⁊ portū habuit. corripit aūt penultimā in pronun-
ciando. In hac ſedit eps. b. Joānes, ꝙ eēt metropolis totius Aſie mi-
noris, quā ipſe in fidē conuerterat. Sed de his ſatis. Jam ad myſte-
riū veniamus: quandoquidē hoc magis nobis requirendū eſt. Ephe-
ſus grecū eſt, Latinis ſonat deſyderiū, quo quid, oro, aptius coueniat
vniuerſali dei eccle: Eccla nanqꝫ, que eſt fidelium congregatio, in-
ſctis eſt deſiderijs cœleſtiū bonorū ſemꝑ, eo ꝙ guſtauit ⁊ vidit ſemel
qm̄ dulcis eſt dn̄s, cupientes qui in ea ſunt ſtatim euolare a corru-
ptione carnis, ⁊ mortis huius nexibus, ⁊ eē cū chriſto: Eſuriunt nāqꝫ
⁊ ſitiunt in horas iuſticiā glorie beati dei impleri in ſe, reuelariqꝫ, qͣ
mox quid futuri ſint, ⁊ apprehendere qd̄ ſperāt, Ideoqꝫ filij deſyde-
rioꝝ ſunt, vt oēs Epheſi nomē pregeſtent, habeantqꝫ inſigne quod-
dā, ⁊ teſſerā. Et hec bene in Aſia dicit. Aſia enim limoſa vel cenoſa

Eccla ſuſpirat cōtinuo ad ꝑfectā gliā.

interpretat. Aſis enim latine cenū, vel limus eſt, vt iure hinc quam
primū eliberari cupiant viri deſyderiorū ſanctorū. Mundus eſt Aſia,
in quo incluſa peregrinat eccleſia, ad plenā libertatē ſuſpirans, ad
ꝑfectā feſtinās gloriā, ſitiens contingere ad deū fontē viuū, ⁊ ample-

rus ſponſi molles ac delicatos experiri, cuius amore languet, Canti. 1. Et ideo clamat ⁊ dicit, Quemadmodū deſyderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſyderat anima mea ad te deus. Et rurſuꝫ. Sitiuit anima mea ad deū fontē viuū, quando veniam, ⁊ apparebo ante faciē dei. Pſal. 41. Itē. Satiabor quū apparuerit glīa tua Pſal. 16. Donec Ephesus hęc erit in Aſia, hoc eſt eccl'ia viuit in carne, manet in mundo, tametſi preter carnē, cuius cōuerſatio eſt in cœlis, ſemper eſt illi qđ appetat, qđ deſyderet, qđ ſitiat, qđ eſuriat, pręſſa miſerijs, caſtigata aduerſitatibus, infirmitatibus vallata, tentationū arietibus tum multis tū varijs ac ēt grauiſſimis impetita. Verū vbi tranſlata fuerit in gloriā, nō erit vltra qđ deſyderet. Impleta enim erunt tunc eius deſyderia, vt nō vltra Ephesus ſit, adueniēte eius pleno gaudio in pcepta gloria, quę nullā admiſſura eſt miſiā. Diximꝰ de hoc noīe plura alia ſupra ca. 1. Sec. 3. pun. 5. iuxta alioꝝ ſtomachū. ¶ Pun. 2.

**Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua: qui ambulat in medio ſeptem candelabrorū aureorum.**

Chriſtus eſt, q tenet ſeptē ſtellas, id eſt pręlatos, ⁊ oēs eccleſię ſynceros doctores in dextera ſua, qui diſcurrit in medio ſuę eccleſię ſeptiformi ſpiritu illuſtratę, ſingulorū corda ac renes ꝑſcrutans: ⁊ tā clare videns, veluti ſi quis rē ſub oculis poſitā ad lumen ſeptē lucernarū ardentiū cerneret, imo ꝑclarius, cui omnia nuda ⁊ aperta ſunt, tametſi abſtruſiſſima ſint, vt docet Paulus Hebr. 9. idem loquuntur ⁊ ſcripturę. dicat ergo. Hec dicit, q tenet ſeptē ſtellas in dextera ſua: ⁊ reliqua. Hic iam pręcepta ſua ordit chriſtus, ab Epheſo incipiens, q ea metropolis Aſię eſſet, haberetqꝫ alias eccleſias cū ep̄is ſuis ſub ſe. Principio autē oīm vult oībus certū eſſe ꝙ ipſe habeat in manu ſua ⁊ poteſtate oēs ep̄os eccl'iarū, doctoreſqꝫ: ſimiliter oēs eccleſias, cuius arbitrio regant oportet, q pōt facere quiduis in eis, auxiliari, ſeruare, venire tentationes, liberū ab eis facere, conterere, punire, permittere ſpiritū erroris, tribuere ſpūm veritatis, iuxta abyſſum ſui iudicij. Vult deniqꝫ, vt ipſius, q tantus eſt, ammonitiones, correptiōeſqꝫ recipiant, expaueſcant minas, iudicia exhorreant. Poſtremo vt videant quā bonū ſit ipſius voluntati parere, iuſſa complere: e regione ꝗ̄ amarū, ⁊ quā pernicioſum nimis, contra illā calcitrare. tandē vt nō arbitret ipſe longe abeſſe ab ſua eccleſia, in qua continue ambulat, digredit, ⁊ diſcurrit. laturus ex ęquo omnibus, quantū in ſe eſt pręſidium, vniuerſa oīm facta diſpiciens, rimanſqꝫ ⁊ conſyderans, atqꝫ adeo cogitatus oēs examināſ: ⁊ ideo in medio, eſt hac videlicet rōne vt oēs circūſpiciat, iudicetqꝫ: hos digna mercede afficiens, illos puniens in tempore retributionis magnę. Etenim ad iudicē pertinet facta dignoſcere ac iudicare, ad quē ptinet ſaluare ⁊ perdere, alioqui quomō ęquus erit iudex? Diximus iā cur eccleſia aureorū candelabrorū typo exprimat, quo intelligeres ſumma probitate opus eē his qui cupiunt eē de mēbris eius, aureos equidem oportet eſſe eos, non

Chri ptās in omnia.

Chris verſat in medio ſue eccleſię.

Judicis ē factā dignoſcere.

luteos per auariciã terrenorũq; cupiditatẽ: nõ ferreos per duritiam ac rebellionẽ: non ligneos per vilitatẽ: ſed precioſos, ſed obſequẽtes, ſed cœleſtes, inter quos ambulare cũ delectat qui cũ eiuſmodi filijs hominũ delicias ſuas eſſe ſtatuit, Prouer.8. qualẽ eſſe voluit apl'us Paulus ſuũ diſcipulũ Timotheum. Cui in priore ep'la cap.6. ait. Sectare iuſtitiã, pietatẽ, fidẽ, charitatẽ, patientiã, manſuetudinem: certa bonũ: certamen fidei: apprehende vitã eternã, in quã vocatus es. Et deinde, precipio tibi corã deo, qui viuificat omnia, & chriſto Jeſu, vt serues mandatũ ſine macula &c. Nanq; (vt Hebr.10. idẽ ait) voluntarie. id eſt. obſtinate, quales ſunt deſerti a gratia, q contẽnũt, dei bonitatẽ, & clarã veritatẽ eius. his ergo ſic voluntarie peccantibus, poſt acceptã notitiã veritatis, iam nõ relinquit p pctis hoſtia, terribilis aũt quedã expectatio iudicij, & ignis emulatio, que conſumptura eſt aduerſarios. Jtẽ. Ro.1. Reuelat ira dei de cœlo ſup oẽm impietatẽ. Quo inſignius virtutẽ capeſſamus, ſimusq; aurea candelabra dei, magis quã ire eius vaſa, vt nõ malo noſtro pereamus. ¶ Punc.3.

Scio opera tua: & laborem: & patientiam tuã: & qa non potes ſuſtinere malos: & tentaſti eos, q ſe dicunt apl'os eſſe, & nõ ſunt: & inueniſti eos mẽdaces: & patientiã habes: & ſuſtinuiſti propter nomen meũ, & nõ defeciſti.

Qui in eccleſiarũ medio diſcurrit, & omnia perſpicit, pios adiuuans, admonens, & exhortans ad capeſſandas virtutes: eorũ, qbus ſcribit opera quecunq; ſint illa, vel que ſpeciatim hic exprimit, ſcire ſe dicit: quẽadmodũ & Joã.5. Noui vos q: dilectionẽ dei nõ habetis in vobis. Ergo ſcire hic pro eius nuda ac ſimplici cognitione, qua bona nouit & mala, accipit: nõ pro ſingulari ac electiſſima noticia que gratiã includit, alioqui quomõ in ipſo primã charitatẽ deſyderaret quã nõ habebat Epheſin' hic ep̃s: Sunt (fateor) loci in ſcripturis, nõ pauci, in qbus ſcire vel noſſe p placere ponit: neſcire p diſplicere. ſiue (vt clarius dicã) ſcire ſimul noſſe & gratiã habere: Neſcire noſſe quidem, ſed odire. Que igit ſunt ea opera, que chriſtus in hoc ep̃o videbat & ſciebat: Primũ eſt, labor, qd̃ afflictiones, & cruces itemq; ſolicitudinẽ demonſtrat. ſolicitudinem (inquã) nõ eã, que a dño interdicit. Math.6. ſed eã, que probat in virtutũ ſectatoribus: iuxta illud apoſtoli Roma.12. qui (inquit) preeſt in ſolicitudine. Jlla alia ſuperuacanea carnalis & mũdana impia eſt, q ſit diffidentie fructus: hec vero ſancta, q ſit fructus fidei que eſt p charitatẽ efficax, facitq;, vt ſit de aſſequenda vita, in quã vocatus eſt pie ſolicitus. Porro q labor p anguſtia ac erumna ſiue ẽt afflictione capiat docet Pſal.25. vide humilitatẽ meã, & laborẽ meũ. vbi humilitas & labor p moleſtijs atq; angoribus ponunt. verũ qa eiuſmodi labor ſine patientia non eſt, addit & patientiam: Patientia enim opus perfectũ habet Jac.1. quã tribulatio operat. Ro.5. Eſt aũt patiẽtia magnũ quoddã diuini ſpũs robur,

Scientia dei hic nuda cognitio.

Patientie virtus.

qua fidelis anima obſirmaẜ aduerſus quęcũq; mala, ne ꝓpter ipſa a veritate deficiat, et ſi in medio vmbrę mortis verſeẜ: hac libenter perferimus aduerſa, nec ſi qd acciderit triſtamur: imo nõ ſecus volumus ꝗ͂ diuina voluntas ſemel decreuit. Speramus aũt, nec dubitamus nos a deo opportune liberandos, in quo ſolo fiduciã noſtrã poſuimus. Et qa vera patientia ſine zelo dei non eſt, nec ſine odio eoꝝ, qui illi aduerſanẜ, recte ſubiectũ eſt. Et qa nõ potes ſuſtinere malos, eos ſcilicet, q aperte ſe contra deũ erigunt, ⁊ faciunt ſcandala: q contumelioſi ſunt deo ⁊ hoibus, vtpote totius pietatis hoſtes. de qbus diciẜ. Iniquos odio habui. Pſal. 118. Et iterũ. Nõne q oderunt te domine oderã: ⁊ ſup inimicos tuos tabeſcebã? Perfecto odio oderam illos, ⁊ inimici facti ſunt mihi. 138. Quę verba ſunt iuſti aduerſus impios inimicos dei. Hinc habes qa nõ poſſe ſuſtinere malos, vt mali ſunt, a deo eſt, ⁊ ſanctũ eſt. Non dico ferendos omnino non eſſe malos, ſed blaſphemiã malorũ minime tolerandã: ⁊ ea quę iuſta correctione queunt emendari. Nimirũ mali ſunt corripiendi, vbi opportunitas exigit ⁊ cauſa ſubeſt, nec illis eſt conniuendũ aduládũue. Uideant ergo hi, q p fidelibus haberi volunt, ⁊ interim impijs conſentiunt, eorũ manus roborãt. Habebunt ꝓculdubio ij ſuũ iudiciũ in die reuelationis dñi nr̃i Jeſu chr̃i: Et beatus q eruditus fuerit ab ipſo. Porro, verus affectus in deũ nedũ parit odiũ pręſentis ⁊ noti mali, ſed facit vt diſcretionis ſpũ armeẜ aduerſus hypocritas: obſeruetq; prudẽtius ſubdolas calliditates eorũ, quibus laqueos fallaciter tendunt, vt imponant ſimplicibus, decipiant, teneantq; ac perdãt. Qua argutia pręditũ fuiſſe Epheſinũ hunc epm̃ poſita oſtendunt verba. Sequiẜ enim. Et tentaſti eos, q ſe dicunt apl'os eſſe, ⁊ nõ ſunt, ⁊ inueniſti eos mendaces. Tẽpore nãq; b. Joannis ſurrexerant quidam pſeudo apli, hoc eſt heretici, Marcion, Ebion, ⁊ Cherintus in Aſia, contendentes ſtudio ac induſtria omni deprauare rectam orthodoxę fidei veritatẽ, minorẽ patre chriſtũ prędicantes, ⁊ tamen interim nihilominus apoſtolos chriſti ſe eẽ confitentes, q non erant chr̃i apli, ſed ſatane, miſſi a ſatanã. Apl'us nanq; miſſus interpretaẜ. Dicit ergo, tentaſti eos, q ſe dicunt apl'os eſſe ⁊ nõ ſunt. ideſt. ꝓbaſti fidẽ illorũ ⁊ doctrinã. Tentatio ergo hic ad ꝓbationẽ ptinet. Hi enim, Ebiõ, ⁊ cęteri nequã ſpũs miniſtri, añquã examinarenẜ, ſpeciẽ pietatis prętendebant, ſed occulte ſub veſte ouilla lupi erant, id quod probati inuẽti ſunt manifeſte. vbi aũt ſic inuenti ſunt anathemate innexi eiecti ſunt ab eccl'ia, queadmodũ ⁊ Sabellius, Photinus, ⁊ cęteri clãcularij latrones, q non p oſtiũ intrabant, ſed aliunde irrumpebant ⁊ latebant donec deprehenderẽnẜ. Certe verorũ antiſtitũ eſt arcere lupos a grege. Ergo ſũmo ſtudio aduigilent oportet, ne ſubdoli irrepant, q ſeſe pro veris apl'is, ⁊ ſummi dei nuncijs volunt haberi adorariq;. Hinc laus perſeuerantię in epo ſubdiẜ, ꝙ ex ſuſtinentia multa nõ defeciq; defecerit, ſed conſtanti animo perſeuerauerit. Multa enim mala ab his peſtibus irrogabanẜ ſctõ epo, ſed nihil illis cedebat, qn

Malorũ blaſphemia tolerãda nõ ẽ.

Epi veri officium.

in ſtatiōe ſua viriliter pſiſteret, donec effugatis illis, dñi grex integer
pmanēs liberaret. Bōa verba, laborare in negocio fidei, & laboris
multiiugi patientiā habere, atqȝ audentius contra peſtes eiuſmodi
reſiſtere, & nō deficere. Niſi vnū eſt neceſſariū, Primū ſemp charitatē
retinere, quę in epō alioq cōmendatiſſimo deſyderabat. Non putat
Paulus, vllū meritū citra charitatē, ēt ſiqs igni ſe tradat, bona pro-
digat: hoīm. qualis fuit Demoſthenes inter grecos, Cicero inter lati-
nos: atqȝ adeo angelorū loquat linguis, cuius fluat vt ros eloquiū,
imo ruat vt imber. In ſumma. Non eſt cuiqȝ virtuti honor, nō eſt me-
ritū, nō eſt merces apd deū ſine charitate. ppterea ſequit. ℭ Pun. 4.

Sed habeo aduerſum te paiica, ꝙ charitatem tuam pri-
mam reliquiſti.

Charitatis cōmendatio.
Charitas eximia virtus eſt, & principale fundamentū vitę ſpiritua-
lis, hoc eſt, verę chriſtianę: quę iccirco primū & maximū legis quoqȝ
pręceptū putat, ꝙ quicqd pręcipit lex, imo deus in lege totū tendit in
charitatē. vt bene finis pręcepti ipſa fore aſſeueret, plenitudoqȝ legis
dei ſtatuat, quā definit Paulus de corde puro, conſcientia bona, & fi-
de non ficta. 1. Tim. 1. quę ſola facit diuortiū inter filios dei, & filios
perditionis, quę ēt fideliſſima menſura fœlicitatis ſummę exiſtima-
tur: vt tantū quiſqȝ glorię beati dei percipiat, quantū habuit charita-
tis. Hanc chriſtus excoluit, per hanc mortem oppetijt, propter hanc
iraſcit, ſicubi non inueniat, ēt ſi vniuerſa legis pcepta facere is videa-
tur, & fidē teneat indubiā. Hanc cū expoſtulatione deſyderat in epō
hoc Epheſino, alioq integro & bono. vt dicat, Illud quidē pro te eſt.
ꝙ tam ſtrenue agis, inqȝ ferendis tot iniurijs patiens es, tentas fu-
catos, & oſtendis, nec deficis in negocio fidei. Sed id aduerſum te eſt,
ꝙ in tantis ſtudijs officijſqȝ tuis tuā primā reliqueris charitatē, quę

Charitas index verę pbitatis.
verę probitatis index eſt, & teſtimoniū, & legis ſumma. Nunc queren-
dū illud nobis eſt, vtrū tota ſimul ratione ſublata fuerit charitas, in
eo, q ſic arguit, qui in opibus pietatis tā vehementer cōmendabat,
Quod nequaquā cenſuerim, alioq quo pacto aduerſum malos, dñi
hoſtes, tā ardenter inſurgeret: quo pacto in tolerantia iniuriarū per-
ſeuerarct: Habuit ergo charitatē, ſed iminutā, ſed deferuentē, vt pre-
deſtinationi dei, coronęqȝ pręparatę minus reſponderet: ideoqȝ mi-

Charitas imminuta repbēdit.
ſericorditer a dño argui meruit, vt exterreat, reſipiſcatqȝ. Quo in loco
impenſius conſyderare debemus, qa corā ęterno iudice repbendunt
nedū hi q a fide deficiunt charitateqȝ; ſed & hi, qui hanc & illā in ſe-
metipſis ſinunt iminui. Nā q eiuſmodi ſunt quaſi p deſertoribus co-
rā dño habent. Quaſi enī nō ſunt, dū minus ſunt: neqȝ enim id ſunt
qd erant, eo ꝙ in via dñi retrogreſſus nō eſt, ſed progreſſus: ſicut ſcri-
ptū eſt, Ibunt ſancti de virtute in virtutē. Pſal. 83. Et alibi, iuſtorū ſe-
mita quaſi lux ſplendens: pcedit & creſcit vſqȝ ad perfectā diē. Pro-
uer. 4. qualis nō erat epīs Epheſinus, licet tot titulis noībuſqȝ clarus.
Primū enī ardentior erat in verę charitatis fructibus, quā tpe ſcriptę

huius epl̃e, et ideo tanquã deſertor reprehendit. Uides quã pernicioſum ſit charitatẽ pati dſeruere iminuiqꝫ in pectore militis chriſtiani, principiũ ſiquidẽ ⁊ via quedã eſt ad extremã ꝑniciẽ: ad cuius diminutionẽ ſequat anihilatio opus eſt. Ignis enim ſenſim extinctus in fauillã deniqꝫ ac cineres reſidet, vt vltra ignis non ſit, ſed fauilla ⁊ cinis. ſic ⁊ charitas vbi virtute remiſſa ſit atqꝫ a primo feruore tepefacta, quẽ dederat ſpũſſctũs in cor hoĩs, lenteſcit ⁊ deficit. Nunꝗ̃ in rebus ex tpe ortis ẹque ſimilẽ typũ charitati reꝑias vt ignẽ. ardore enĩ ſeruat ignis, nutrimẽns ligni alit, nunꝗ̃ eſt ocioſus, opat ſemper: ⁊ charitas ſpũ dei ſeruat, alitur opationibus quaſi qbuſdã nutrimẽtis: ſemꝑ honori dei pſpicit: ⁊ proximi vtilitati. Huius certiſſima ſigna ꝓdit Paulꝰ ſcribẽs Corinthijs ſuis. Charitas inqt patiẽs eſt, benigna eſt, charitas non ẹmulat, nõ agit perperã, nõ inflat, nõ eſt ambitioſa, nõ querit quẹ ſua ſunt, nõ irritat, non cogitat malũ, nõ gaudet ſup iniqtate, congaudet aũt veritati: oĩa ſuffert, oĩa credit, oĩa ſperat, oĩa ſuſtinet. 1. Cor. 13. quatinus ex his certius, q ſint charitatis veri emulatores, agnoſceres. contra hypocritas, q ſe iactitant quandoqꝫ charitatẽ habere. ac ſi dicat Aplꝰs, ex his titulis effectuũ agnoſcẽt hi q verã in ſeſe habeant charitatẽ: qm̃ hi patientes malorũ ſint oportet, perbenigni ẽt, ⁊ vt nõ inuideant alienẹ fẹlicitati: nec fruſtra, nec perperã qppiã agant: nec alia eiuſmodi. Nutrimenta aũt ꝓpria charitatis ſunt, ꝓficiendi deſideriũ, animi recollectio a ſenſibilibus, verbi dei pabulũ, rememoratio beneficiorũ dei, creando redimendoue, ſiue ẽt conſeruando, dona impertiendo, tã corporalia ꝙ̃ ſpũalia: Cuius aſſeruanices ſunt humilitas ⁊ voluntaria pauꝑtas, qbus aſſeruari conſoueriqꝫ nouit charitas, vt in cinere ignis. Hẹc ſi in te videas, probaris ſane in te habere charitatẽ. Sin minus egens charitatis es, ⁊ ex conſequenti reiectus a dño, huicqꝫ increpationi obnoxius. vt dicat tibi, habeo aduerſum te pauca. Pauca, hẹc dictio, non eſt in grẹcis exemplaribus, forte ab interprẹte addita, vt ſenſus ſit locupletior. Quid aũt eſt, habeo aduerſum te pauca: niſi hoc habeo quod tecum expoſtulem, qđ querar, qđ contra te lamẽter, id quod in tuã perniciẽ in primis erit, quod tibi oppido vertet in dedecus, niſi cõmodũ reſipueris. Quare cõueniet attentius cogitare, qd mõ ſis, ⁊ qd antea fueris, vnde dilapſus ſis, quã multa, ⁊ quã prẹcioſiſſima amiſeris, In quod ſequitur.

Charitatis certi effectus.

Charitatis nutrimenta.

¶ Punc. 5.

Memor eſto itaqꝫ vnde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac.

Ad verã reſipiſcentiã eũ, q priorẽ charitatẽ amiſerat revocat, hortaturqꝫ: ⁊ hoc ex ſua ineffabili benignitate, qua non vult mortẽ pctõris, ſed vt magis conuertat, ⁊ viuat. Quod nimirũ opportuniſſimo documento eſt his q priorẽ deſeruere charitatẽ. Neceſſe eſt enĩ vt reuocent in ſemetipſis eandẽ, quã dñs deus eis donare dignatus fuerat charitatẽ: nempe vt eo ſpiritus feruore incedant in via mãdatorꝫ

Charitas dei ſemꝑ retinẽda.

dei,quo cœperant:nec patiant̃ in ſe iminui,aut tepeſcere quouis mõ,
ſed pergant,ambulent,aſcendant,nitant̃ ad ſumma,donec ad glĩaꝫ
ꝑueniant:q̃a dñs in ſion magnus,ꝛ excelſus.Equidẽ in via domini
aſcenſus eſt ſemꝑ,vt in via ſatane deſcenſus.Uides quoſdã aſcẽdere
in tumore cordis ſui,altaqꝫ mundi captare.ſed ſi verũ diſpicias,hoꝝ
aſcenſus non niſi deſcenſus eſt,ꝛ ruina grauiſſima.Suſcipit incremẽ
tũ ambitio,aſſequutio honoris alta videt̃:tamẽ q̃a in perniciem his
tendit,via decliuis ad inferos in eiſdẽ arctat̃.Cõtra humilitas ima
petit,ſed tendit in arduũ:via enim eſt ad cœlũ, vt nõ iã deſcenſus,
ſed aſcenſus rectius exiſtimet̃.Ambigeres forſitã quid prima chari-
Charitas prima. tas ſit,cuius velut deſertorẽ arguit dñs Ephesinũ epm̃,ꝛ ꝑ hunc vnũ
queqꝫ negligentẽ quãtũuis fidelẽ alioq, niſi primorũ aperte operũ
mentionẽ faceret.Primã ergo charitatẽ prima opa dicit, quę in epo
cępta in ardore ſpũs erãt,tã in deũ q̃ȝ in ꝓximũ:in deũ quidẽ, pręter
pios affectus,erant in eo ieiunia, orones aſſiduę,vigilię, contẽpla-
tiones,aliaqꝫ id genus reliqua,exercitia bonorũ opeꝝ quorũcũqꝫ in
q̃bus delectabat̃ chriſtus.Ad proximũ,prouiſio corporalis,eruditio
ſpiritualis,cõſolatio,ꝛ alia,in quibus feruor ſpũs ſolet exerceri: quę
Fides ſola nõ ſufficit. in epo tepebant,nec eo feruore ac ſolicitudine quo cepta erant fiebãt.
vt vna opera eorũ opinio vana eẽ demonſtret̃, q dicunt ſolã fidem
citra opus ſufficere ad ſalutẽ.Hoc ſi veritas eſſet,non vtiqꝫ chriſtus
quaſi indignabundus improperaret negligentiã operũ primorũ huic
epo alias ſtudioſo.Sed nec apud Mattheũ ſeruũ malũ ꝛ pigrũ in-
Fides cuꝫ opibus cõmẽdabiliſ crepareret,q talentũ traditũ defoderat in terrã,vt nõ eo operaret̃, ſer-
uaret aũt dño rationẽ exigenti,niſi fides in opibus foret exercenda,
ꝛ abſqꝫ his fere nihil eſſe exiſtimaret̃.Ergo mentitus eſſet Jacobus
q fidẽ ſine opibus mortuã eẽ adſtruit in ſemetipſa cap.2.Alioq fru-
ſtra audiremus ꝛ Paulum, ꝛ totã ſacrã ſcripturã clamantẽ,Reddet
deus vnicuiqꝫ ſm̃ opa ſua,ſi ſola fides ſufficiat.Oſtende mihi fidem
tuã ſine opibus(inquit Jacobus)ꝛ ego tibi oſtendã fidẽ meã ex ope-
ribus.qd̃ probans conſequenter ait,vis ſcire o hõ inanis, qm̃ fides
ſine opibus mortua eſt:Abrahã pater noſter, nõne ex opibus iuſtifi-
catus eſt,offerens filiũ ſuũ Jſaac ſuꝑ altare:vides qm̃ fides coopera
bat̃ opibus illius,ꝛ ex opibus fides cõſũmata eſt:ꝛ impleta eſt ſcri-
ptura quę dicit,Credidit Abrahã deo,ꝛ reputatũ eſt illi ad iuſticiã,
ꝛ amicus dei appellatus eſt.videtis qm̃ ex opibus iuſtificat̃ homo,
ꝛ nõ ex fide tantũ.Totũ id Jacobus.Sed nunquid putabimus con
trariũ Paulũ,imo in Paulo repugnantẽ ſpũm,quũ dicat Roma.4.
Abrahã ipſum nõ ex opibus legis iuſtificatũ:Minime:nõ eſt men-
dax ſpũs ſctũs,qui loquebat̃ in Paulo,ꝛ qui in Jacobo.Quod ſi ad
uertimus,nihil cõtrariũ dicunt:neqꝫ Paulus negat Abrahã iuſtifica
tũ ex opibus,ſed ex opibus legis,cuius cõſũmatio in chriſto implen-
da erat.Scribebat Paulus aduerſum Judęos,qui ſuperuacanee ad
huc confidebant in opibus legis,quę iã euacuata erat in chriſto, ꝛ
nõ in fide Jeſu chriſti,in quo eſt ſalus,vita,ꝛ reſurrectio noſtra. Et

ideo oīs argumenti neruos eo tendit, quo fidē ſtatuat, que eſt in xpo Jeſu dn̄o nr̄o, abolitis figurarū ceremonijs: & ideo nuſquā dicit opa in fide Jeſu chriſti nō eē meritoria: ad que exercenda nuſq̄ nō horta tur, excita tq3. Sugillat ergo & reprobat ſola legis opa que fidē ele uant, vt nō in his conſiſtat. pinde Galathis ſcribens ait, Nō iuſtifi cat hō ex opibus legis, niſi p fidē Jeſu chriſti: et nos in chriſto Je ſu credimus, vt iuſtificemur ex fide chriſti, & nō ex opibus legis ca. 2. Et infra cap. 5. Ecce ego Paulus dico vobis quoniā ſi circuncidami ni chriſtus vobis nihil proderit. & iterū, Euacuati eſtis in chriſto: qui in lege iuſtificamini, a gratia excidiſtis: nos enim ſpū ex fide ſpem iu ſticie expectamus: Nā in chriſto Jeſu neq3 circunciſio aliquid valet, neq3 preputiū, ſed fides, que p charitatē operat. Jā habes ſpūs cōſen ſum in Paulo, & in Jacobo: quādoquidē dānat Paulus pfectiore ad ueniente niti minus perfectis, id eſt legis opibus: inter que precipuū erat circūciſio, que nō iuſtificabat hoiem: fides aūt iuſtificat, que eſt in chriſto Jeſu dn̄o nr̄o. Probat Jacobus opa nō legis, ſed fidei, id eſt, virtutes qbus exhibet fides, imo ſtatuit: tantū abeſt vt labefacte tur ab illis, hoc & Paulus predicat, imo contendit oī virtute pſuade re paſſim in epl'is ſuis: adeo vt vanā deputet fidē frigentē & pigrā in ſtolidis. Lege epl'as eius, & penſiculatim lege, & ita inuenies. Nūquā negauit Paulus iuſticiā operum, que in fide fiunt, neq3 merita abro gat, q Gal. vlti. ait, Que enim ſeminauerit homo hec et metet. & rur ſum, Bonū aūt facientes nō deficiamus, tpe enim ſuo metemus non deficientes. Sequit, Ergo dū tēpus habemus operemur bonū. Dies me deficeret, ſi cuncta operū, meritorūq3 apertiſſima loca velim per cenſere ex Paulinis epl'is. Jd nobis p vero habeat, mereri iuſticiam, & gr̄ā apud deū exercitijs bonorū operū, alioq fruſtra diceret ca. 22. huius libri. Qui iuſtus eſt iuſtificet adhuc, & q ſctūs eſt ſcificet adhuc. vt oēs oium delirāmēta tollant. Qui iuſtus eſt ait iuſticia fidei, iuſti ficet adhuc, ſcilicet iuſticia operū bonorū &c. ¶ Punc. 6.

Pauli cū Jacobo cō cordia.

Jacobus que opera probet.

Sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.

Sicut multa ſacre ſcripture teſtimonia, ſic & locus iſte docet nos mi nus precipitandam ſententiam ſup eccleſiarū antiſtites, immo ſuper quoſcunq3 gradus eccleſiaſticos. Nō enim dicit, qa charitatē tuam primā reliquiſti, icirco venio tibi, & mouebo candelabrū tuū de loco ſuo. ſed longiore intercapedine vocis frenū currenti ſententie impo ſuit, dicens, Memor eſto vnde excideris, & age pœnitentiā, & prima opera fac: quaſi p ſingulas ſententias impetus furorē temperaret vt nō cito erūperet in vltionē. qbus deniq3 ſubiunxit. Sin aūt, venio ti bi, &c. Sin aūt, id eſt, ſi negligas cōſiliū, vt nō prima opera facias. ve nio tibi. id eſt. aduerſum te procedā. Ecce qa nō precipitat iudiciū ſuū deus: ſic neq3 nos precipites ſimus in ferendis ſententijs aduerſus alios. ſed oportet precurrere conſilia, monitiones, increpationes, ſim

Nō preci pitāde ſen tentie iudi ciorū ɔtra prelatos.

tempus ⁊ ꝑſonā,poſt quę ſequius ſequet̃ vindicta,vbi cōtemptus ac
cerit vitia. Nā nec Saul ille rex protinus punitus eſt,vbi inobediens
deo fuit:nec extrema vltione ſententię in eū deſeuijt deus,quū pecca-
uit:ſed vbi addidit contemptū paulatim punitionis fragor deſcendit
in ipſum.Dauid quoqʒ adulterio addens homicidiū, ſcelus ſceleri,
primū vtiliter pręmonitus eſt:qui prudentiſſime ad pœnitentiā con-
uerſus diuinę vltionis ſententiā mitigauit,vt nō in eū deſcenderet:
videlicet memor vnde excidiſſet,quodqʒ primā charitatē amiſiſſet:
nec addidit contemptū,q in cōtritiōe ſpūs ſui humiliatus dixit, Pec-
caui.2.Reg.12.Et in Pſal.50.Quoniā iniqtatē meā ego cognoſco,⁊
peccatū meū contra me eſt ſemper,Tibi ſoli peccaui:⁊ malū corā te
feci.vt nō veniret ei ardens in ſua indignatione deus,neqʒ moueret
candelabrū eius,ſicut mouit Saulis,aut Pharaonis regis Aegypti,
aut Nabuchodonoſor,aut Balthaſar,q manū ſcribentem contra ſe
ſententiā ad parietē vidit.Nā ⁊ regnū Dauidis ſtetit,⁊ prophetica illi
gratia cū docendi authoritate permanſit. de quo diuina authoritas
pronūciat dicens,Inueni Dauid ſeruū meū,oleo ſancto meo vnxi eū.
Pſal.88.Et rurſum ibidē,Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo,

Eccl'iaſtici iuris ē nō ꝑtinus priuare dignitate.

manus enim mea auxiliabit̃ ei,⁊ brachiū meū confortabit eū.Proin
de iuris eccl'iaſtici eſt,nō ꝑtinus mouere candelabrū angeli.id eſt.ca
nonice pręſidentis,non ſubito auferre ſacerdotiū eius,ſed monere vt
reſipiſcat:agatqʒ pęnitentiā:⁊ prima opa faciat:cui ſi acquieuerit, bñ
quidē:alioquin dimouendus loco ſuo erit,⁊ priuandus bñficio eccle
ſiaſtico.Id qđ nō ſolū p̃latis,ſed ⁊ cōmiſſo gregi dñico apte congru
it.Nā ſi qs peccauerit,nō ſtatim puniendus,neqʒ ꝑtinus anathema
te erit innodandus,ſed in lenitate ſpūs primū admonēdus ſeorſim:
q ſi reſipiſcit, ſuo bono reſipiſcit,alioq iuxta eius duriciā cum eo erit
agēdū ſm leges ⁊ ſtatuta:ita vt etiā ſi opꝰ fuerit in tempus loco ſuo
dimoueat̃,qđ eſt candelabrū moueri taliū,priuari videlicet conſor-
tio bonorū,ſequeſtrariqʒ.Siue certe(vt vetus codex habet)mouebo
candelabrū tuū.id eſt.promiſſo te lucis munere priuabo,quod ſeuio
ris indignationis res eſt.O quā terribile verbum hoc eſt, venio tibi:
neqʒ enim facili impetu dñs ad iudiciū veniet,ſed in zelo magno,vt
parcere peccanti neſciat:ſed iudicet,ſed ſententiā ꝓnunciet,ſed puniat
ſine fine.Seuiſſima ergo cōminatio dei eſt,venio tibi. veniet procul-
dubio dñs,⁊ quis ſuſtinebit diē aduentus eius?veniet minax,terribi-
lis,truculentus,ſęuus,terrificus aduerſus emulos ſuos,⁊ condēna-
bit eos.Quā conſentaneū igit̃ fuerit bonis conſilijs in tempore ac-
quieſcere,declinare a malo ⁊ facere bonuʒ:in vniuerſum reſipiſcere,
qm̃ boni operis ſic fructus erit glorioſus. ¶ Punc.7.

Sed hoc habes,quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

Imitandū ſane veritatis documentū, corripere ea quę minus bene
geſta ſunt,⁊ cōmemorare interim quę melius.ita eni fiet vt faciliori

pœna ac ſenſu acrimonia correptionis ſuſtineat, nec ſine effectu emẽdationis: ſic ⁊ remedia queq̃ molliori tẽperatura adhibentur, quo mordacitas eorũ equius toleret. cõmendauit primo epm a nõnullis eiuſdẽ virtutibus, hinc amiſſe prioris charitatis eundẽ redarguit, nõ tamẽ ſic vt in reprehenſionẽ pſeueret, ſed reliquã quoq̃ eiuſdẽ virtutẽ, vnde cõmendari poſſet, cõmemorando. Id quod et in mulieris illi⁹ Samaritane cõuerſione diligenter dñm obſeruaſſe pſpicimus: cui anteq̃ ſcortationis ſue notã opprobraret, premiſit cõmendationẽ de virtute ſermonis eius, q̃ ingenue confeſſa ſit veritatẽ, ſed ⁊ reprehenſionẽ ipſã in ſine mitigauit.

Correptionis mod⁹.

Dicit ergo, ſed hoc habes, qa odiſti fctã nicolaitarũ. Qui fuerint Nicolaite arbitror obſcurũ nõ eſſe ex actis aplorũ, vbi Neolaus inter ſeptẽ diacones cõnumerat, hic qa de anxia zelotypia pulcherrime cõiugis, quã legitimã habebat, argueret, expurgandi ſui gratia fecit eã cõem, dicẽs ⁊ vxores ita debere eſſe chriſtianis cõmunes, queadmodũ ⁊ alias res: vt non eſſet quippiã homini chriſtiano propriũ. vnde putauere ꝑmulti abuti vxoribus, cõmutari inter ſeſe cõiugia licere: cuius rei poſtea multi ſectatores, ſatane ꝓcuratione emerſere, promiſcuos facientes cõcubitus, vt nõ aliquis ꝓpriã vxorẽ haberet.

Nicolaite

Nicolaite ſunt gentiles ex vocabuli interpretatione. Quid enim Nicolaus, niſi ppls ſtultus eſt? Gentiles ſunt pplus ſtultus, q verã ſapientiã accipere nolunt, ſtultitia eni eſt illis chriſtus ⁊ vera eius ſapientia. teſtat aplſ. 1. Cor. 1. Nos predicamus chriſtũ crucifixũ, Judeis quidẽ ſcandalũ, gentibus aũt ſtulticiã: ipſis autem vocatis Judeis atq̃ Grecis chriſtũ dei virtutẽ, ⁊ dei ſapientiã.

Gentiles Nicolaite

Sunt heretici quoq̃ Nicolaite, q dũ de ſapientia dei, q eſt chriſtus, vera nõ ſentiũt, licet iuxta mundũ ſapientes ſint, tamen iuxta deũ ſtulti.

Heretici Nicolaite

Stultus erat Arrius, q chriſtũ creaturã ſomniabat vano ſatis cerebro, nec verebat filiũ ſeparare ab illa eterna ⁊ incõprehẽſibili dei patris ſubſtantia, dicens. Erat tempus quando nõ erat, nõ intelligens filiũ patri coeternũ eſſe, ⁊ eandẽ in trinitate ſubſtantiã habere, q apud Joannẽ ait. Ego ⁊ pater vnũ ſumus, Et iterum. Ego in patre, ⁊ pater in me eſt. quẽ in principio ſui euangelij ipſe Joannes ponit in patre di. In principio erat verbũ. vnde in priori epl'a idẽ Joannes ait. Ois ſpũs q ſoluit Jeſum ex deo non eſt: ⁊ hic eſt antichriſtus, de quo audiſtis qm venit, ⁊ nunc iã in mundo eſt. 1. Joan. 4. Quẽ tandẽ diabolicum virũ deus nõ ꝑmiſit impune, Laodicenſi nanq̃ in concilio, epõrũ, ⁊ ppli frequentia ſtipatus, dũ leuandi ventris cauſa ſecedit, ipſo conatu inteſtina oia egeſſit, ⁊ ſic mortẽ vita digniſſime cõmutauit.

Arrij hereſis.

Stultus erat ⁊ Sabellius, a quo Sabelliani heretici dicti, q blaſphemias in deũ patrẽ ⁊ filiũ eius chriſtũ euõmere minime veritus, chriſtũ ſummi dei filiũ eẽ negabat primogenitumq̃ omnis creature: ſimul ẽt ſpũſcti intellectũ auferebat. dicebat eni ⁊ predicabat vnã tantum patris ⁊ filij, ⁊ ſpũſcti eſſe pſonã: ſed non ad extremũ vltrices manus diuine ac tremende maieſtatis euaſit, quũ turpiter occubuerit.

Sabellij hereſis.

Stultus ⁊ Manichẽus q veſano cerebro cõmentans corpus phan-

Maichei hereſis.

ſtaſticũ dei ęterno ⁊ conſubſtantiali verbo circũpoſuit. Jdẽ duo principia rerũ ſtatuit, q grauiſſimo in finẽ iudicio pœnas immaniſſimi erroris ⁊ ipſe tulit. Stultus erat ⁊ Pelagius monachus hereſiarcha nullo medendus remedio, qui e Roma in Angliã ꝓficiſcens, inſulã oẽm execrabili errore infecit: peruulgabat eni hoiem ſine gratia dei ſaluari poſſe ſola naturali induſtria: ⁊ vnumquenq; proprijs meritis, proprijsq; virtute ad iuſticiam dirigi: qd ſane confiteri inſaniſſimũ erat, eo ꝙ non ſimus ſufficientes ex nobis. Ro. 8. Simili catalogo cõputatur ⁊ ille qui aiebat, deſtruã horrea mea, ⁊ maiora faciã: qui continuo audiuit, ſtulte hac nocte animã tuã repetũt a te. Luc. 12. vt veſania ſit terrena lucra ſectari. Per hęc enim alij ad rapinã currũt: alij peierant, alij ſanguinẽ innoxiũ fundunt. Quid (oro) Judã ſceleratiſſimũ latronẽ ad proditionẽ pijſſimi magiſtri adegit, niſi inſana eius auaricia, ⁊ pecunię cupido: cuius modo ſectatores quã plurimi ſunt, ⁊ hi pręſertim q ꝓ ſcris primiſq; chriſtianis haberi volunt: a maiori vſq; ad minimũ oẽs ſtudentes auaritię. Nunc vt breuiter cõcludã. Nicolaitę ſunt vniuerſi corruptelę carnis ſectatores, quorũ cõmertia qſqs nouit, xp̃m nõ nouit, nec iuſtitiã eius. ¶ Punc. 8.

Pelagius hereticus.

## Qui habet aurem audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs.

Hęc breuis admonitio quotieſcunq; ponitur, ſiue hic ſiue alibi, qcquid ſequitur, vel pręcedit, ſpũaliter intelligendũ eſſe docet: qa nõ tã corporis hic auris requiritur, quã ſpũs: quã qui nõ habet ſpũs verba capere nequit. Sic ⁊ dñs in euangelio loquens turbis in parabolis, quũ oẽs, q iſtic aderãt aures hẽrẽt, dicebat. Qui habet aures audiẽdi audiat, Luc. 8. Et alibi aplis dicit. Vobis dico q auditis. hoc eſt. ſpiritu percipitis. Carnis itaq; auris ad ſtrepitũ vocalis verbi pateſcit, ſpũs ad intelligentiã: ſed caro nõ prodeſt qcq̃, ſpiritus aũt eſt q viuificat Joan. 6. Sed venit in queſtionẽ, Cũ enim angelus in perſona chriſti loqueretur hęc, cur nõ dicit qd filius dei dicat: ſed qd ſpũs: Quia videlicet verba filij dei, verba ſunt ſpũſſcti. Quo nomine ẽt tota trinitas intelligitur. ſpũs enim eſt deus. Joan. 4. Proinde dum chriſtus loquitur, in eo pariter loquitur pater ⁊ ſpũſſctũs, Quia ſicut ſunt inſeparabiles vnitate, ſic inſeparabiliter loquuntur, ⁊ docent ſctõrũ vnitatẽ. Deniq; in hac reuelatione (prout in ſequentibus aperte cõmonſtrabitur) aliquando loquitur filius ex pſona ſua, Quod illi ſolũmodo conuenit: aliquando ex perſona totius trinitatis. Jdeoq; ſingulę loquutiones expendendę ſunt, ⁊ quę ad humanitatẽ pertineant, ⁊ quę ad deitatẽ. hoc eſt. trinitatem. Loquitur aũt nobis. hoc eſt. vere credentibus, quo excitatiſſimis ſimus ſenſibus, cuius verba ſemp auſcultanda ⁊ ſuſcipienda ſunt. Ad hoc enim vt gratiã conſequaris, vtq; deo placeas, ferueas corde, ſide integer ſis: verbũ dei qd prędicatur, aut auſcultes diligenter, aut mediteris intente opere pręciũ eſt. Nã primũ ⁊ pręcipuũ id vehiculũ eſt in te gratię dei, qd niſi prędicatũ eſſet, nec fides tibi contigiſſet, nec ſalus obueniſſet. Hoc mõ primitiuę eccleſię cre-

Verbũ dei vehiculũ gratię.

dentes ſpiritum ſanctum ſubinde accipere merebant. Legis expꝛeſſe Actuū. 10. Quia loquente adhuc petro cecidit ſpiritusſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum. ¶ Punc. 9.

Vincenti dabo edere de ligno vite, quod eſt in paradi/ſo dei mei.

Victoꝛi pꝛomittitur eſus ligni vitę, qđ ipſe chꝛiſtus eſt dei ſapientia: Salomone atteſtante, q̄ ait, lignū vitę his q̄ appꝛehenderint eam: ⁊ q̄ tenuerit eā beatus, Pꝛouer. 4. Quę recte lignū vitę dicit̄, q̄a fide/libus ſuis vitā tribuit ęternā, quos fructu ſuo ſatiat, qđ eſt verbū eius: ſatiat ⁊ ſacramento ſacroſancti coꝛpoꝛis ſui edulio perq̄ ſuaui ⁊ con/ſeruatiuo. Dicat̄ igit̄, vincenti dabo edere de ligno vitę. Quis iſte vin/cens eſt, niſi q̄ credit q̄m̄ Jeſus eſt filius dei: hec eſt victoꝛia que vin/cit mūdū fides nr̄a. 1. Joā. 5. ⁊ q̄ cuſtodit mandata dei: vincit enī hic incentiua carnis ꝑ gratiā, quā adminiſtrat deus: vincit ſatanę tenta/mina, vincit mundi deceptiones. Et huic dabit dn̄s edere de ligno vi/tę. nr̄a ⁊ ſapiētia ſua in ſapoꝛe ſuo illū replet: ⁊ coꝛpꝛe ſuo ſanguineq; paſcit, vt nō videat moꝛtē in ſempiternū. Qui enī manducat ex hoc pane viuet in ęternū Joan. 6. Poterit ⁊ aliter ꝑ anagogiā intelligi vt ſit lignū vitę, ſaturitas celeſtis gloꝛię, in qua eſuri ſunt beati ſuꝑ men/ſam dn̄i. iuxta illud, diſpono vobis regnū, vt edatis, ⁊ bibatis ſuper menſam meā in regno meo. Lu. 22. vt nō aliud ſit hic paradiſus q̄ ibi regnū, in quo eſurus eſt vincens de ligno vitę. Scimus ex Geneſi lignū vitę eſſe in paradiſo ab oīpotente deo pꝛimis adhuc illis ini/tijs plantatū: cuius fructū natura ſuppeditaret̄ humana, ne deficeret: quinpotius rediuiuis nature viribus ſeruaret̄, qđ idē fiet eſu ligni vi/te huius, hoc eſt perceptione gloꝛię bti dei. Sed dices, de hoc nulli eſt ambiguū q̄n det̄ vincenti. At vero de verbo vitę, ⁊ vitali ſacramen/to, quo deus ipſe ſumit̄, obꝛepit ſcrupulus: eo q̄ percipiat hoc, atq; il/lud, malus ⁊ bonus, vincens et nō vincēs. Sed enimuero mal⁹ nō percipit internā eoꝛundē virtutē, quantūuis externe percipiat ſacra/menta eucharıſtię ac verbi dei. Neq; enim niſi foꝛtiter vincens ad id admittit̄. Non eſt ocioſum qđ dicit ſcriptura. Sap. 1. In maleuolam aīam nō introibit ſapiētia, nec habitabit in coꝛꝑe ſubdito pctīs, Spi/ritus enim ſctūs diſciplinę effugiet fictū, ⁊ auferet ſe a cogitationibus quę ſunt ſine intellectu, ⁊ coꝛripiet̄ a ſuꝑueniente iniquitate. Sapien/tia eſt interna vis verbi cū ſapoꝛe penetrans, ⁊ ꝑfundens animi ſen/ſus ſui experientia, mireq; afficiens ⁊ ꝑtentans ⁊ delectans venas eius. hoc non ſentit malignus, nec delectat̄, nec laudat. Jd qđ ⁊ in ꝑceptione vitalis alioq̄ ſacramenti vſu venit. Nō enim niſi ſpiritua/liter manducet̄, ꝓdeſt: dn̄o atteſtante qui ait. Spūs eſt q̄ viuificat: ca/ro nō ꝓdeſt q̄cq̄: Joā. 6. Sic ne in eremo q̄dē ꝓderat māna indigne ſumentibus: et quaſi ſumentes hi non ſumerent, moꝛtui enim ſunt in infidelitate eoꝛū, ceteris fide ſeruatis. ⁊ hi q̄a vicerūt ſeruati ſunt: illi q̄a vincere noluerunt perierunt. Quare vincere noluerūt: q̄a ve-

Victoꝛi e/ſus ligni vite pro/mittitur.

dere noluerũt.fide enim cõſtat oĩs victoria.1.Joan.5.hec eſt victo-
ria,que vincit mundum,fides nr̃a.Quid credere noluerunt?Jeſum
chriſtũ eſſe panẽ nr̃m.id eſt.filiorũ in manna figuratũ.vnde Paulus
1.Cor.11.Quicunq; manducauerit panẽ hunc,⁊ calicẽ dñi biberit,
indigne,reus erit corporis ⁊ ſanguinis dñi: probet aũt ſeipſum hõ,
⁊ ſic de pane illo edat,⁊ de calice bibat: qui enim manducat ⁊ bi-
Paradiſi bit indigne,iudiciũ ſibi manducat ⁊ bibit,non diiudicãs corpus dñi.
noie quid Paradiſi aũt noie ẽt preſentis tẽporis eccleſia intelligit, in qua eſt
intelligat. verbũ vite eterne:eſt ⁊ dñici corporis ſacramentũ,qđ quotidie confi
cit,⁊ ſumit,verbũ vite predicat.Jn cœleſti regno autem chriſtus eſt
vite lignũ his q ſalui fiunt.Quod aũt deũ ſe habere dicit, in cuius
paradiſo hoc eſſe lignũ aſſeuerat,iuxta humanitatẽ loquit, quã aſ-
ſumpſit,Qui ergo vincunt oblectamenta carnis ⁊ pcti,illi ad perci-
pienda dei verba,corporis quoq; dñici ſacramẽta digne pertingunt.
Et iidẽ ad dei contemplationẽ,glorieq; eternã ſaturitatẽ perueniunt,
ipſum deniq; vite lignuʒ xp̃m in remunerationẽ accipient:qa nimi-
rũ ipſe idem eſt lignũ vite quod daf:ipe idẽ qui datũ.Lignũ ergo eſt
⁊ fructus ligni chriſtus,q ſeipſo paſcit hoies angeloſq;.Edit lignũ,
editur ⁊ fructus eius,⁊ tamẽ fructus nõ ſeparat a ligno. O miracu-
lũ miraculorũ,ſtupet natura,deficit humana cogitatio.cogitat mens
⁊ ſuccumbit,quũ longe aliter curſus nature occurrat. Quis vnquã
vidit talia?quis talia audiuit?chrĩs eſt totũ qđ dicit, ⁊ qđ intelligit,
cui eſt honor ⁊ gloria,⁊ ſumma fœlicitas in ſecula ſeculorũ amẽ.

## DE PRAECEPTIS ANGELO SMYRNEAE ECCLESIAE SCRIBENDIS.

### SEC. 2. PVN. 1.

ET Angelo Smyrneæ Eccleſiæ ſcribe.
Smyrna vrbs eſt in minori Aſia,quã Meles amnis gurgite pre
cipiti circunfluit.Hanc Theſeus Theſſalus in memoriam vxoris ſue,
que Smyrna vocabaf,condidit:illuſtris quondã Homeri inter Gre-
cos Poete primi origine.Sex eni vrbes certant de eo, quarum vna
eſt Smyrna.iuxta illud.
Sex vrbes certant de ſtirpe inſignis Homeri.
Smyrna,Rhodos,Colophos,Chios,Argos,Athene.
Smyrna. Hec ſub ſctõ aplo Joãne,cui in ſortẽ pdicatiõis ceſſerat minor Aſia,
fidẽ ſuſcepit.Huic ergo eccl'ie de toleranda pſequutiõe ſuggerit,qđ ⁊
alijs quoq; eccleſijs eque conuenit queadmodũ ⁊ ipſa vox Smyr-
na,vt probatũ eſt ſupra,ſuo loco,quũ de his noibus,ppꝛie tractaref.
Conuenit ẽt alio hoc myſterio:qđ nunc ex alijs poſituri ſum⁹.Smyr
na enim ⁊ Myrrha eſt, que vtiq; carnis mortificationẽ pre ſe fert,
de qua loquitur Paulus Colloſſenſibus ſcribens cap.3.Mortificate
membra veſtra,que ſunt ſuper terrã.⁊.2.Cor.4.Semper mortificatio
nem

nem Jeſu chriſti in corpore veſtro circũferentes: vt ⁊ vita Jeſu manifeſtet in corporib[9] veſtris. Myrrha (vt Pli. eſt author Li. 12. cap. 15.) arbor eſt, altitudo eius ad quinq; cubita exurgit, nec ſine ſpina, caudice duro ⁊ intorto: foliũ oliuę, verũ criſpius, ⁊ aculeatũ. Aliqui ſimilem Junipero, ſcabriorem tamẽ, ſpiniſq; horridã: folio rotundiore, ſed ſapore Juniperi: inciditur bis a radice ad ramos. Sudat autem ſponte priuſquã incidat̃ ſtacten, cui nulla pręfert̃. Satiua multũ ſilueſtri pręlata, gaudet raſtris, ⁊ ablaqueationibus: ideſt circũfoſſiõibus, radicũq; ſuperiorũ recisionibus. melior radice refrigerata: gignitur in multis arabię locis: conuehit̃ ⁊ ex ſiluis laudata, petunt eam ⁊ a Troglodytis Sabęi tranſitu maris: naſcitur ⁊ apud alios, Jn ſilueſtri quoq; melior ęſtiua. Cęterũ, paſſim ac vulgo coemptã in folles confartiunt, ipſiq; vnguentarij digerunt haud difficulter odoris atq; pinguedinis argumentis. Sunt ⁊ multa eiuſdem genera, precia ex occaſione ementiũ varia. Quę igit̃ eſt hęc Smyrna ſeu Myrrha odora, niſi eccleſia, de qua Cant. 1. dicit̃ a ſponſo rege. Nardus mea dedit odorẽ ſuũ. Jtẽ Cant. 3. Quę eſt iſta quę aſcendit per deſertũ ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhę, ⁊ thuris, ⁊ vniuerſi pulueris pigmentarij: Hęc ipſa eſt mons myrrhę, ⁊ collis thuris, Ca. 9. cuius emiſſiones paradiſus. id eſt. hortus malorũ punicorum, cum pomorũ fructibus: Cypri cũ nardo, nardus ⁊ crocus, fiſtula, ⁊ cinamomũ cũ vniuerſis lignis libani, Myrrha ⁊ Aloe, cũ omnibus primis vnguentis. quę eſt fons hortorũ, puteus aquarũ viuentiũ, quę fluunt impetu de libano, cui ſponſus candidus ⁊ rubicundus, ⁊ dilectus vltro aquilonẽ ⁊ auſtrũ accerſit, vt perflent eã, vtq; fluant aromata illius. Quę omnia graui myſterio ſunt dicta. Eccleſia nanq; perflat̃ tribulationibus, quando mittit aromata virtutũ ſuarum, vt dicat, Manus meę ſtillauerunt myrrhã cap. 5. Jpſa eſt humili altitudine quinq; ſenſuũ: quos nitentes propria cupiditate cohibet, vt vere dicere poſſit, Dñe nõ eſt exaltatũ cor meũ. neq; elati ſunt oculi mei, Neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus ſup me, Pſal. 130. Aſpera in exteriori cultu: delicias, ac oẽm mundi gloriã exhorrens. Amara guſtu carni: ſed odora olfactu ſpiritui: qa etſi iniquis diſpliceat vita proborũ, ſpirat tamẽ odoramenta virtutũ. Sudat ſtacten (id enim vnguentũ eius eſt) vltro: qa ſpontanea ſeruit Deo in operibus ſctis, atq; omni deuotione pleniſſimis, quę tã ſuauia ſunt Deo, vt nulla alia his pręferant̃. Jncidit̃ bis, qa ſępe ⁊ bonis temporarijs priuat̃, ⁊ carne affligitur varie. vnde illi manant patientię virtutes. Satiua ſilueſtri pręlata, qa virtutibus exercita: cultra doctrinis, correptionũ ſarculis impetita, eſt melior ꝙ neglecta: tum enim proficit, quũ colit̃: tũ fructificat, quũ exercet̃: tum ſpirat odore, quum quatit̃: tũ ſudat proprijs vnguentis, quũ premit̃. Reſpice martyrum tempora, ⁊ dicta ꝓbabis eſſe veriſſima. Neglecta fuit aliquoties eccleſia, nulloq; perſequutore moleſtata, ⁊ delicijs mũdanis deliciuit, ſuis euanuit virtutibus, quę niſi exercitia florere neſcit: nec ſudare ſta-

Myrrha arbor.

Myrrha eccleſia.

eten ſuã, nec odoꝛe pꝛecioſa eſſe: vt bene raſtris gaudeat, ablaqueatio nibuſq; cui ſi concupiſcentię radix carnis moꝛtificatione refrigeret, mirũ ꝙ euadat felicioꝛ melioꝛq;. Hęc non vna terrarũ parte concluſa, ſed ſicut in omnẽ terrã exiuit ſonus apłoꝛũ, ⁊ in fines oꝛbis terrę verba eoꝛũ: ita paſſim ſeſe exbibet, apud omnes terrę nationes. Venit ⁊ e filiis gentilitatis eccleſia laudata: ⁊ alius ab alio fidẽ ſuſcepit: melioꝛ in ſiluestri ęſtiua, quę caloꝛe charitatis ęſtiuam ſe efficit. Unguentarij angeli haud difficulter odoꝛis atq; pinguedinis, id eſt, virtutũ ac gratię argumentis diſcernunt, digeruntq;. Exibũt naq; angeli, ⁊ ſeparabunt malos de medio iuſtoꝛũ, ⁊ mittent eos in cãminũ ignis. Matth. 13. Multa ſunt certe chꝛiſtiani collegij genera, paſſim in oꝛbe terrarũ diffuſa: vt alii ſint ſimplices chꝛiſtiani, Eccleſiaſtici alij: alij monachi, eremitę alij: quos oẽs vna eademq; eccleſia, Myrrha hęc pꝛecioſa, continet, cui ſponſus ſcribi iubet caſto amoꝛe ſponſam depetiens, quę eſt ipſa eccleſia. ¶ Punc. 2.

Hæc dicit primus & nouiſſimus, qui fuit mortuus, & viuit.

**Sponſus ecclię pm⁹ ⁊ nouiſſimus.** Quis ſponſus eccleſię tam odoꝛatiſſimę, tamq; pꝛecioſiſſimę ſit, in pꝛimis explicat, quũ ſe pꝛimũ atq; nouiſſimũ adſtruit: in quo moꝛs nihil efficere potuit: qa reſurgens ex moꝛtuis viuit. vbi ſimul ſue omnipotentię ęternitatiſq; conſyderationẽ ingerit. Pꝛimus enim eſt, añ quẽ nullus: nouiſſimus, poſt quẽ redemptoꝛ alius non eſt ſperandus: vt in pꝛimi appellatione, conditoꝛem vniuerſi: in nouiſſimi vero redemptoꝛẽ cõmodius intelligas. **Pꝛimus ⁊ nouiſſim⁹ chꝛiſt⁹ cur dicatur.** Pꝛincipiũ ac finis media concludunt, ⁊ in xp̃o ſeruantur omnia quęcunq; non exoꝛbitant a recto. Jcirco aũt ita ſe appellat vt pꝛimus ſit ac nouiſſimus, qa ſcribit eccleſię multis pꝛeſſuris grauatę, vt foꝛtius ſperent in eo, q immenſitate ſui ambit vniuerſa: quiq; ſuos ſinu cõplectiť, quos ſtatim conſolãs, de moꝛte ſua meminit, ſimulq; reſurrectione in vitã immoꝛtalem, in exemplũ eoꝛũ qui aliqd ꝑ fidei iuſtitia tolerant, q eſi pꝛemantur ad tempus, pꝛęſſura tamen illa futura eſt eis in gloꝛiã, ſicut ⁊ in chꝛiſto fuit ⁊ moꝛs ⁊ paſſio, q eſt pꝛimus, ⁊ nouiſſimus: in quo ſicut gratiam hic habemus, ita ⁊ glĩam habituri ſumus in futuro. Qua etiã ratione congruenter pꝛimũ ſe nouiſſimũq; nominat, moꝛtuũ ⁊ viuũ: vt non dubitemus aggredi ardua, ſequi iiſdẽ veſtigijs dñm, qbus ille pꝛęceſſit, q multa maloꝛũ genera ꝑ nobis conſtantiſſime vſq; ad crucẽ pertulit ⁊ moꝛtẽ. Qui adeo nullũ admiſit facinus, vt nec in lingua eius dolus repertus ſit vllus. Quũq; in eum aceruatim conuitia a perfidis congererenť adeo non regeſſit, vt ẽt patrẽ ꝑ impꝛudentia eoꝛũ exoꝛaret: ligabať, cedebať, crucifigebať, non tamen cõminabatur. Qui indubie ꝑ diluendis ſceleribus noſtris holocauſtũ factus libẽter moꝛtẽ oppetijt, quatinus ſua moꝛte imerita, cõmeritã a nobis depelleret moꝛtẽ: vtq; nos moꝛtui pꝛiſtinis peccatis, affectibuſq; malis, quibus addicti ſeruiebamus, innocentię deinceps viuamus: in qꝺ

nos ille omnis innocentię fons conſecrauit, ꝗ noſtra pctã in ſe tranſtulit, ſuamqꝫ iuſticiam in nos tranſfudit. O magne admiratiõis res. Nos peccauimus, ille pęnas dedit. Noſtra rigebant flagitia, in illum deſeuijt animaduerſio. Proinde qſqs tribulationũ arietibus pulſaris: quiſqs pateris indigna, quiſqs iniurijs laceſſeris, impeteris conuitijs, pſcribe tibi primũ ⁊ nouiſſimum: ſub oculos tibi pone Jeſum chriſtũ, vnicũ verę pietatis exemplũ, ꝗ deus eſt ⁊ hõ, ideſt, primus ⁊ nouiſſimus, qui fuit mortuus ⁊ viuit, paſſus ⁊ reſurrexit: vt non mireris, neue expoſtules in tentationibus tuis, quaſi noui aliquid tibi ex hoc cõtigerit, dũ ſic angeris, dũ ſic iactaris, dũ ſic deijceris p̃merisqꝫ. Ac ſi dicat huic ſpũs, quẽ interno ſenſu vult conſolari. Tu qdẽ propter iuſticiã, quã tenes, iactaris, vreris, ⁊ quaſi hõ ignobilis contemneris. Sed quantũ quantũ ſit illud qđ pateris ſi ad illũ reſpicias, ꝗ pro te valde indecentia ꝑtulit, tibi ꝑ oẽm modũ exemplũ relinquẽs, vt ſcias qbus illũ vijs ſequaris, nihil erit. Uis ſcire verũ eẽ qđ dico, audi. Ille ꝗ ſemꝑ integer fuit, ⁊ innocens, quo apud deũ nemo pręſtantior, precioſior nemo, nemo charior eſt: ſecundũ alterã naturam deus, ſecundũ alterã hõ: hac illibatiſſimę virginis, illa dei altiſſimi filius: Qui cũ ſic eſſet primus ⁊ optimus, ⁊ prę filijs hoim ſpecioſiſſimus apud hoies nouiſſimus fuit, ideſt. vilis reputationis, ideoqꝫ abiectiſſimus, deſpectiſſimus, ⁊ inter ſceleratos recenſitus: de quo eſt illud Eſaię vaticiniũ, Aſcendit ſicut virgultũ corã eo, ⁊ ſicut radix de terra ſitienti, ⁊ nõ eſt ei ſpecies neqꝫ decor: ⁊ vidimus eũ, ⁊ non erat aſpectus, ⁊ deſyderauimus eũ deſpectũ, ⁊ nouiſſimũ viroꝝ, virũ dolorũ, ⁊ ſcientẽ infirmitatẽ, ⁊ quaſi abſconditus vultus eius, ⁊ deſpectus: vnde nec reputauimus eũ. Eſa. cap. 53. Ecce qui primus in deitate, nouiſſimus in humanitate, ꝗ vt vermis, ⁊ non hõ habitus eſt in terra, Pſal. 21. Ut deus ſtat primus in ſynagoga deorũ, vt homo nouiſſimus inter homines opprobrium hoim, ⁊ abiectio plebis. Quid igit̃ magnũ ſi tu homo, ⁊ non deus, de tuo quantulocũqꝫ honore ꝓpter illũ deijceris? ſi quid pateris? ſi rebus priuaris? ꝗ ſine pctõ non es, nec cares offenſa, equidẽ bono animo ferenda tibi ſunt omnia, tanquã non ſine cõmeritis immiſſa. Neqꝫ enim ęquiſſimus deus inultũ ſinit effluere pctũ, vt in ordinẽ iuſticię redigat delinquentẽ. Illud vero qđ dicit̃, qui fuit mortuus, ⁊ viuit: huc pertinet vt ſciamus, quia qui ſe mortificat vitijs ⁊ concupiſcentijs ſequendo veſtigia chriſti, vere viuit: quod vtiqꝫ ad cumulum conſolationis pertinet vere chriſtianis.

¶ Punc. 3.

Scio tribulationẽ tuã, & paupertatẽ tuã: ſed diues es: & blaſphemaris, ab his, qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt: ſed ſunt ſynagoga ſatanæ.

Ne hic quidẽ volo diſputare de ſcientia approbationis vel reiectionis, qđ frequens eſt apud theologos: eodẽ pondere hoc dictũ fore arbitror, quo apud Eſaiam cap. 13. quem locũ mox ſupra citauimus. Et

vidimus inquit eum virum dolorū, ⁊ ſcientē infirmitatē: ſcientē dixit
pro experimentū habentē, quomodo ⁊ hic ſcripturā rectius intelligi-
mus, Scio tribulationē tuā ⁊ paupertatē, id eſt, tribulationis ⁊ pau-
pertatis eiuſmodi angores, erumnaſq; in memetipſo primū exper-
tus ſum. Nanq; me Judeorū gens impia ſicut ſcriptura teſtatur perſe-
quuta eſt, hoīem inopē, ⁊ mendicū, compunctum corde mortificare,
Pſal. 108. Huius experimenti memor Apl'us, dixit, Hebr. 4. Non ha-
bemus pontificē q nō poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatū
aūt per omnia, p ſimilitudine abſq; pctō. Tentatus quippe eſt fame,
ſiti, eſtu, algoribus, cōuitijs, paſſione, cruce, ⁊ morte. Itē cap. ſequēti.
Quū eſſet filius dei, didicit ex his que paſſus eſt. Ac ſi dicat, Ex me
ſcio tribulationē tuā, ⁊ paupertatem tuā, que prius te ſuſtinui: ſed me
ita oportuit pati, ⁊ ita intrare in gloriā meā. Luc. vlt. Iccirco non ni-
mis doleas, qa afflictionibus mundanis probaris, quibus ⁊ ipſe pro
batus inuentus ſum. Scio ergo, id eſt, in meipſo prius expertus ſum
tribulationē tuā, ⁊ paupertatē, quibus mō opprimeris: ſed nihil eſt
ꝙ cures: iuxta mundū tantū hec ſunt, tribulatio, ⁊ paupertas tua: ⁊
cū mundo tranſeunt. Apud me liber es, abundeq; diues: nā donis
potioris cœleſtibus affluenter. Ego enim aſcendens in cœlū liber de
meis angoribus ſedenſq; ad dexterā patris, mecū habeo oēs theſau
ros ſapientie ⁊ ſcientie dei, vnde ēt dedi dona hoībus, qbus quiſq;
diues eſſe poſſit. Hinc ⁊ tibi ſuppetunt diuitie ſecundū donationē me-
am: dedi ſmonē meū in os tuū: dedi oris gratiā, vt loquaris ⁊ enar-
res magnalia dei: his te abundare oportet in grege meo, ⁊ nō defice
re vtut vexeris, vtut aduerſis flatibus ac reflatibus fortune impetta-
ris. Nā neq; ego defeci in increpationibus meis, quāuis aduerſarij
mei dicerent, In beelzebub principe demoniorū eijcere me demonia:
quāuis doctrinā meā impuro demonio adſcriberent, quo cū me con-
ſuetudinē habere paſſim clamitabant, dicentes, Demoniū habes, ⁊
alia multa. Sed ego hec nō aduertens, imo nec pili quidē faciens
pre vtilitate ſermonis mei, que prouentura erat ex eo, tum ſancto, tū
ſalutari, vrgebā patris negotiū, ſaluare hoīem cupiebā. Tu quoq;, ſi
mecū ſentis, quū blaſphemaris, ⁊ quū cōtemneris tanquā hō nihili
ab his q ſe dicunt Judeos eſſe, ⁊ nō ſunt, ſed ſunt ſynagoga ſatane,
equanimiter feras, quo me germaniſſime ſequaris, ⁊ me magiſtrū ac
preceptorē colas: imo in te exprimas veraciſſime. Nanq; diuitias ob
tines cœleſtes, tū multas, tū varias, ſiue in fidei candorē, ſiue in mo-
rū ſuauitatē. Sapientia etiā premines, vt verſare te libere valeas in
quocūq; genere eruditionis, vt nō deſit tibi quicꝙ in vlla gratia, me
tibi cumulatiſſime donante omnia, vbiq; in omni re adſiſtente, tibi
fauente. Tria itaq; hic ex ordine enumerat chriſtus, que ſingulatim
amabat in epo, tribulationē, paupertatē, blaſphemiarū tolerantiā: ꝙ
in his omnibus ſingulari patientia inſignis eſſet, que ipſe chriſtus
primū in ſeipſo tolerauit, ⁊ ex tolerantia didicit in ſe primū: vt dice-
ret, Scio tribulationē ⁊c. Ecce primū. Agnoſcit quippe deus tribula-

Chriſtus primū tribulationibus vexatus.

tiones iuſtorū,eaſqꝫ ad gloriā illis vertit, q ſecundū ꝓpoſitū vocati ſunt ſancti.Alioq̄,quos chariſſimos habet nequaq̄ affligi permitteret,qbus vna ⁊ ea potentiſſima in oībus aduerſitatibus eſt conſolatio,ꝙ de bona dei voluntate fiant,⁊ pro ſalute eorū tendent. Juxta id quod ſcriptū eſt Prouer.3.Quē diligit dñs caſtigat.Itē.Hebr.12. Caſtigat oēm filiū deus quē recipit.Et.1.Cor.11.Quū iudicamur a dño corripimur, vt nō cū mundo dānemur.Hęc aūt tentamina opportuno ſatis remedio nobis adhibent.Poteſt enim fieri vt homini interna prauitas cordis ſui interdū aliter minime conſtet,nec agnoſcat,ſed neqꝫ miſericordia dei circa illū aliter declaret niſi aduerſis impetat.Proinde conſultiſſime miſericordia dei ſępe tribulationes immittit,vt ſui exerceant,ſibiqꝫ conſtēt, ⁊ vt ceterū cautiores ſint.ſicut ſcriptū eſt Eccl.18.Correctio tribuit ſapientiā.Porro vt doceant alibi querendā eſſe manſionē,iuxta illud dictū Bti Gregorij. Mala quę nos hic premunt,ad deū ire cōpellunt.Secundū,paupertas.Bñ aūt poſt tribulationē ponit paupertas,in qua ſimiliter deus ſuos agnoſcit.Paupertatē hic intellige,nō ſolū rerū,ſed ⁊ ſpūs: qua paupertate beatos futuros ſuos fore dixit chriſtus.Matth.5.qbus ⁊ regnū cęlorū promiſit,ibidem.Ideo recte dictū eſt:ſed diues es.diues nō ſolū promiſſione,ſed ⁊ poſſeſſione.Nanqꝫ vt Fortunatus poeta ait,Paup in anguſto regnat habendo deū. Huius profecto ſola poſſeſſio vere diuitem facit:queadmodū docte loquit Paulus.2.Cor.6.Tanq̄ nihil habentes,⁊ omnia poſſidentes.Quid enim eſt qđ nō poſſideat, q omnia poſſidentē poſſident:Scriptū eſt de diuitibus mundi, Diues in itineribus ſuis marceſcit.Et iterū alia ſcriptura dicit, Ne timueris quū diues factus fuerit homo:⁊ quū multiplicata fuerit gloria domus eius:qa quū interierit nō ſumet hęc omnia:neqꝫ cum eo deſcendet gloria domus eius.Pſal.48.Et in alio loco,Theſaurizat, ⁊ ignorat cui congregabit ea Pſal.38.Nanqꝫ,vt Pſalmus hꝫ.48.Relinquent alienis diuitias ſuas,⁊ ſepulchra eorū dom⁹ illorū in ęternū.Et ſequit.Sicut oues in inferno poſiti ſunt,mors depaſcet eos. vt recte Salomon dixerit,Qui amat diuitias,fructū non capiet ex eis. adeo nō capiet vt ⁊ regno cęlorū priuet, Saluatore atteſtante, qui ait,Diues difficile intrabit in regnū celorū.Et iterū.Facilius eſt chamelū ꝑ foramē acus trāſire,q̄ diuitē intrare in regnū cęloꝝ Matth. 19. Tenent enim viſco ſuo hoiem diuitię,⁊ arctiſſime tenent, vt inuolutus ſemel amplius euolui vix vnq̄ queat.Quā itaqꝫ fœlices q his retinaculis liberi ſunt,hi ſunt ſpū pauperes.Ne vero cūctos eos qui diuites ſunt inſectari videamur.Erant ꝑmulti patriarchę, prophetę,⁊ reges ſcti diuitijs pollētes,vt Abrahā,Iſaac,⁊ Jacob,Moyſes quoqꝫ,Job,⁊ Dauid,⁊ alij:q tamē qa ab omni auaricia excuſſa corda gerebant,nō ſunt priuati regno dei,neqꝫ fęlicitate eius.Dauid enim dicit,Diuitię ſi affluant,nolite cor apponere. Pſal.61.Quod perinde eſt atqꝫ dicat ſpūſſctūs,nolite concupiſcere,neue ſpem in eis reponite,quātūuis hiſce preſidijs muniri videamini, ſed in ſolo deo

Tribulatio ſocia iuſtis.

Tribulationū cauſe.

Paupertas quę cōmendabilis.

Diues deum habēs

Diuitiū terrenorū periculum.

Diuites erant ſcti quoqꝫ ꝑmulti.

tõſidite. Nã niſi qs (ait dñs) renũciauerit oĩbus quę poſſidet nõ põt
meus eẽ diſcipulus, Luc. 14. Renunciat, q cor nõ apponit, q nõ con-
cupiſcit, qui ſpem in eis nõ reponit. Sequit nũc tertiũ. Et blaſphema-
ris ab his qui ſe dicunt eſſe Judęos, & non ſunt &c. Judęus hic reli-
gionis eſt vocabulũ, nõ gentis: ſpũs, nõ carnis: fidei, nõ erroris: iuſti
cię, nõ falſitatis: quo noĩe hypocritę gloriabant, queadmodũ aduer
ſarij quoq; epĩ huius, cõturbatores eccleſię Smyrnenſis. Quod to-
tũ nõ ſolũ ad vnã Smyrnęorũ ptinet eccleſiã, ſed generaliter ad oẽs
quę ſunt in vniuerſo orbe: quę fere in ſingulis locis, & in toto orbe
blaſphemat ab impijs, q ſe dicunt eſſe iudęos. id eſt. fidei cõfeſſores,
& profeſſores: & nõ ſunt. Judęus nanq; confitens interpretat. ſed ſunt
ſynagoga ſatanę. Qui enim vere confitet chriſtũ, ipſe eſt Judęus. De
Judę⁹ confitens. talibus loquit dñs dicens, Qui me cõfeſſus fuerit corã hoĩbus, con-
fitebor & ego eũ corã patre meo, Luc. 12. Judęi ergo nominis expreſ-
ſio, mediatoris noſtri eſt confeſſio: ac p hoc quicunq; chriſtianitatis
Judęi nominis amiſſio. noĩe cẽſent, ſpiritualiter Judęi ſunt. Quod nomẽ. id eſt. proprię no-
bilitatis appellationẽ, tunc vtiq; ipſi Judęi perdiderunt, quãdo xp̃m
negauerunt, & occiderũt ſuſpendentes in ligno: q vſq; modo eccleſiã
dei blaſphemant: ad quorũ ſocietatẽ ptinent ij oẽs q falſo chriſtia-
ni ſunt, q iuxta aplm confitent ſe qdẽ noſſe deũ, factis autẽ negant.
Blaſphemat itaq; ecclia electorũ a Judęis reprobis, qa ſp mi dcã tñ
facta eorũ contraria ſunt cogitationibus reproborũ: q etſi intra ambi
tũ eccleſię ſint, vita tamen & moribus ſe ab ea diuidunt: ac diuerſum
collegiũ ſibi conſtituunt. Tales nimirũ falſo chriſtianorũ ſibi nomen
vſurpant, quia nequaq̃ id vita ac moribus comprobant: ſine qbus
vane ſibi gloriam aucupant. ¶ Pun. 4.

Nihil horum timeas, quæ paſſurus es.

Impatoris belli officiũ animare ſuos. Ad magnanimũ belli imperatorẽ pertinet in acie verſantẽ confortare militẽ, ſuiſq; hortamentis veluti quibuſdã claſſicis excitare: metũ aio depellere, polliceri victoriã: breui in gloriã finiri laborẽ. id quod fortiſſimus hic imperator noſter Chriſtus facit, qui ad certamina noſtra ſemp preſto eſt: Adiutor in tribulatione, & in opportunitatibus noſtris. Quo duce tuti ſumus, qcunq; ſub eiuſdẽ noĩs pfeſſione tenemur. Inuictus enim eſt, cui nihil preualuit mors ẽt quũ occideretur, qui habet ptãtẽ ſup omnia, q modo dicit nobis ſingulis, Nihil eorũ timeas quę paſſurus es. In expeditione quicunq; ſunt, certũ eſt eos pati oportere, maxime vbi iminet hoſtis robuſtus exercitu grandi & forti. noſter aũt hoſtis multus eſt nimis, & fortis: cuius fortitudinem

Chrs ſpectandus a nobis in nr̃is certaminibus. teſtat dñs Lu. 11. Quũ (inquit) fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum. ſed fortior hoc eſt chriſtus impator noſter, vt ibidẽ in ſequentibus dicit, Si aũt fortior eo ſupueniens vicerit eũ, vniuerſa arma eius diripiet &c. Proinde in cunctis certaminibus hunc ſolũ ſpectemus, huius virtuti inuincibili fidamus, in hunc totos nos reijciamus: cui cura eſt de nobis ſupra matrũ curam, vt contemni non poſſimus ab eo,

neq; derelinqui. Non qa aliqd nō pati oporteat, q prior multa paſ-
ſus eſt in ſuo certamine p nobis, vt ēt ſanguinem fuderit, oppetierit & mortē: ſed qa in finē minime derelinquemur, q adiuuat noſtra certamina, & coronat poſt victoriā. Magna res: ipſe vincit in nobis, & nos coronat p victoria: vincit ergo vt coronet: nō vt ipſi vtilitas aliqua ex hinc proueniat: nobis magis his rebus conſulit. Sic enim gaudet bonis noſtris, vt poſt victoriā det etiā gloriā. O magne admirationis res. O eximie dilectionis ineffabile exemplū. Nihil ergo horū timeas que paſſurus es. id eſt. paſſurus certo certius es, eo ꝙ fixū ſit in cœlo tribulari hic ſctōs dei electos: ſed poſt tribulationē, merces tibi eterna gloria erit. Hinc animati nō poſſunt timere ſcti, ēt ſi caſtra aduerſus eos conſiſtant: eo ꝙ illos obfirmat chriſti virtus potens & preualida: alioq quomō ſcti Martyres toleraſſent citra metum tam atrocia? quomō in medijs ēt poenis exultaſſent? irritaſſent ſeuiſſimos in ſe tyrannos? prouocaſſent, & beſtias feroces ad deuorandū ſe? Sancta Agnes tenerrima virgo, vtpote tredecim annorū conſtantiſſimo pectore contra ſeducentē, blandis primū ſermonibus, deinde terroribus, conſtitit prefectum: dicens, Quicqd vis age, qa quod queris nō poteris obtinere. Alij delectari ſe in eiuſmodi poenis qbus diſcerperent dicebant. Sanctus Vincentius diffluentibus ex vngularū diſcerptione viſceribus, ſuper cratem ferreā, que ad ignē poſita erat inſiliebat, inertiaſq; ac ceſſationes carnificū arguebat, tanꝙ nihil pateret. Nec reliqui minoris conſtantie fortitudiniſq; erant, quos ſpūs ille cœleſtis, & numen eternū ac potens valde premuniebat, vt fortes eſſent in bello, nec cederent: alioq quomō ferre potuiſſent, niſi virtus chriſti multo oīum paſſionū fortior eos corroboraſſet? Paulus primus eremita annis ſeptē & nonaginta vaſti eremi longa faſtidia hominibus incognitus pertulit: nihil interim aduerſariorū ſpūaliū cōtra ſe ſeuientiū moleſtijs carens. S. Antonius, cui magni nomen eſt terribiles aſpectus demonū, diſcerptiones, & alia ſolitudinis incommoda p plures annos ſuſtinuit: quatinus conſtaret hos omnes ſola virtute chriſti fuiſſe inuictos, q adiuuat vbiq; & ſemp infirmitatē noſtrā, vt ſufferre valeamus: alioq non diceret, Nihil horum timeas, que paſſurus es.

Christus nō derelinquit suos.

¶ Punc. 5.

Ecce miſſurus eſt diabolus ex vobis in carcerē, vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem.

Eccl̄ia rotanda tribulationibus.

Donec eccleſia chriſti in terris agit, neceſſe eſt vt multa eam circūueniant incōmoda, pulſet, iactet, premat, rotet, quaſſet, ac excrutiet: ſcilicet vt duro in tēpore fides eius pbet, quēadmodū probari ſolet ignibus aurū. Quod ſi deſit aduerſitas, nulla erit pbatio fidei, nullus eccleſie ſplendor, nulla viri virtus. Tolle ignē, & aurū ſordeſcit, nec fulgore irritabit aſpectū. Certe niſi tribulatio cogat nos ad interiora ſpectanda, vix dum nobis ipſis conſtabimus qd ſimus, aut qd valemus: quū vero vrgemur tū demū occurrimus nobis ꝙ fragiles, ꝙ inutiles,

Tribulationū vtilitas.

deſerti coeleſti pręſidio ſimus. Eſt deniq; & in aliud vtilis addita nobis eiuſmodi tribulatio: φ ea ipſa, excuſſa nobis aſinina ſegnitie, ſtrenue dehinc virtutes capeſſimus, pręter id quod hac ipſa a vitijs purgamur. Temperat tamē bonus deus impetus in nobis tentationum, vt ſufferre valeamus. Et ideo vt cito immittit, ita & cito eleuat. Hoc vt oſtendat ait, Ecce, hoc eſt, cito: vt nō in tēpora longa protelet. vel cito, id eſt, in pręſenti: oīa enī tēpus habent, ſicut ſcriptura dicit, Eccl. 3. Eſt tempus flendi, eſt tēpus ridendi. Pręſens nobis, id eſt, electis, tēpus luctui deputatū eſt: riſui impijs. Futurū aūt riſui nobis, impijs luctui: ſic ſtat ſententia fati. Proinde nihil mirū ſi quid interim patimur tanq̄ paſſioni nobis deputato tēpore, & ab impijs quidē. quorū rex q̄a diabolus eſt, Job. 41. eiuſq; arbitrio illi viuunt, qcq̄d ſub crudeli ſatanę imperio contra pios tentant, ipſi diabolo imputatur. Ideo dicitur, Ecce miſſurus eſt diabolus ex vobis in carcerē. Siquidē diabolus agitat intrinſecus hoīes malos ad exercendā, conſūmandāmq; maliciā aduerſus ſctōs dei. vnde totū agitatori imputatur qcq̄d extrinſecus faciunt impij perſequentes. Indoleſcendū ergo ſuerit ipſis, φ ſic obſidet eos malignus, a cuius imperio liberauit nos chrs. Quocirca dixit, Orate pro perſequentibus vos, & calumniantibus vos. Matth. 5. hoc primū ipſe impleuit, q̄ pro crucifigentibus ſe patrē exorauit, Luc. 23. datūq; eſt quibuſdā, vt ſanguinē, quē perſequendo fuderent, poſtea credendo biberent, & adorarent. Exauditus eſt enim p̄ ſua reuerentia vt Paulus teſtatur Hebręorū. 5. Itaq; dum pius martyr affligitur, tribulatur, carceratur: ſciat, & dicat, q̄a hoc facit diabolus, a quo captiuus tenetur perſequutor: & ſic inter vincula, & carceres ſua contemperet reſponſa, ſupplicēr animū proſternat in orationibus, ſi quo pacto aliquos ex eis a diabolo obſidente valeat liberare. Orauit Stephanus & Paulū liberauit. Hoc & alij fecere permulti. Dicatur ergo, Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerē. Ecce, id eſt, in pręſenti tempore, quod nō diu protelabitur. Similē eſt apud Joannē de Juda cap. 13. Quū (inquit) diabolus miſiſſet in cor eius, vt traderet eū, &c. Miſſurus ergo, ſed qua intentione? Nempe vt tentemini. Ille enim tentator eſt Matth. 4. Et eo totus intendit, vt decipiat, vt pdat, vt exturbet. Hac intentione ſanctū Job expetiuit. Job. 2. Idcirco illū in carne hulcere peſſimo & abominabili repleuit: atq; ex percuſſu liuore plurimo fœdauit, vt nō eſſet in eo ſanitas, quatinus intus in mente ſimplicitatē eius rectitudinēq; euerteret, vt peccare virū ſanctū, in labijs ſuis faceret, vt ſtultū aliquid contra deū loqueretur. ac ſic deo, q̄ dicebat, nunqd conſyderaſti ſeruū meū Job, φ nō ſit ſimilis ei in terra, homo ſimplex, & rectus, ac timens deū, & recedens a malo, quaſi victor inſultaret. ſed conſtantia viri ac fortitudine factū eſt, vt eluderetur improbus ille & impius carnifex: magno nobis exemplo, quo ſciamus aduerſus inſidias diaboli reſiſtere, nec protinus illi ſuccumbere manūve dare illi, inire cū eo fœdera ęterna: ſed ppetuo reluctari, ne quid offendatur deus, pręſertim in aduerſitatibus noſtris, in

Diabolo imputatur qcq̄d ab aduerſarijs fit contra pios.

Diabolus tentator ē in euerſionem.

qbus virtus credentie ꝓbari ſolet. Beatus vanqꝫ vir, qui ſuffert tēta-
tionē ⁊c̄. Iac. 1. Poſtremo qd decē dies, niſi breue tempus ſignificāt:
quēadmodū enim longū tempus longo tēpo, ita breue breui figurā- | Decē dies breue tpūſ
tur. Igit decē dies tēpus breue ſunt, qđ vbi pręterierit finē habebit tri-
bulatio. Id qđ vtiqꝫ ꝑ cōſolatione dictū eſt, vt fidelis quiſqꝫ in afflic-
tione poſitus, ſemper apud ſe dicat: Breue tempus ferā, decē dies ci-
to implebunt: tū redibit pax, tum multa tranqllitatē deniqꝫ potiar.
Quod ſi dies longiores videbunt, nihilominus ferā, certū eſt eni qa
cito finē ſunt habituri: quēadmodū ab eo, qui hoſce dies mihi conſti-
tuit pręfinitū eſt: ipſe eni nouit dierū ſuorū menſurā, ⁊ quotus ſit apđ
eū numerus ille denarius, q quotus quotus ſit vtiqꝫ mihi gratus: li-
benter igit̄ ſuſtinebo, feramqꝫ manū dñi lubens: expectabo reuelatio
nē cōſolationis ſaluatoris mei, ſciens qm̄ ſuſtinentiā hanc vertet mi-
hi in gloriā: qcqd ꝑ iuſticia patiar manebo innoxius, nec ſtultū quid
contra eū loquar. Quis ego ſum, q aduerſus dñm erigar? quiqꝫ vel
tantillū contra eū audeā loqui? Ipſe agat libere, ego patiar ſponta-
nee: tantūmodo det mihi virtutē vt ęquanimiter tolerē. Haymo epſ,
per decē dies qbus eccl̄ia tribulat̄, oē pręſens tēpus intelligit, in quo | Decē dies pſens tpſ qđ decalogi eſt.
decalogi mandata ſunt neceſſaria. Sicut eni (verbi grā) mittēs quili-
bet imperator milites contra hoſtes, omni genere armorū munit: ſic
deus omnipotens mittens electos ſuos ad bellū in hunc mundum,
contra demones, vel peruerſos hoies: decalogi mandatis eos inſtru-
it, qbus muniti eis reſiſtere poſſint: ⁊ quādiu decalogū habent, neceſ
ſario in procinctu ad claſſicū belli poſiti ſunt: qbus recte dicit̄, Habe
bitis tribulationē diebus decem. ac ſi dicat̄, Nolite quęrere in bello
vitę pręſentis requiē, quādiu contra tentamenta inimici ſiue aperta,
ſiue occulta bellū gerendū eſt: ſed decē pręceptis tanquā armis mili-
tes armamini. neqꝫ enim gaudij locus eſt, vbi vita hominis tota ten | Decē per-ſecutiones eccleſię.
tatio eſt. Quidā decē dies ad decē ꝑſecutiones eccl̄ię referunt, de qui-
bus meminit D. Aug. lib. 18. ciuit. dei. Prima fuit Neronis. Secunda
Domitiā. Tertia Traiani. Quarta Antonini. Quita Seueri. Sexta
Maximini. Septima Decij. Octaua Valeriani. Nona Aureliani. De
cima Diocletiani ⁊ Maximiani: quę omnibus pręcedentibus graui-
or fuit, durauitqꝫ annis decē. In quibus innumerabiles viri ac mu-
lieres, ꝑ confeſſione fidei exquiſitiſſimis cruciatibus martyrio corona
ti ſunt, certatim chriſtianis ad martyriū currētibus: adeo vt in trigin-
ta diebus, viginti quinqꝫ millia chriſtianorū occiderent̄, eccleſijs ⁊
ſacris libris cōbuſtis. Pōt ⁊ aliter denarius numerus intelligi. Con
ſtat enim tribus tentationibus primū hoiem, Adam, principaliter a
ſerpente in paradiſo aggreſſum ac victū: q totidē poſtea eiſdemqꝫ
armis a ſecundo hoie chriſto ſuperatus ſuccubuit, gula, auaricia, ⁊
vanagloria: contra quas quotidie eccleſia dimicat in membris: q nu
merus additus ſeptenario, decē conſtituit: in quo preſens omne tem-
pus voluit. Septē enim dies ſunt ⁊ nō amplius. Quia ergo in omni
vita trina iſta tentatio deeſſe nō pōt, ⁊ hęc ipſa mortalis vita per ſe-

ptē dierū curricula euoluit, recte decē dierū numero principalis eccleſię tribulatio inſinuat. Dicat itaq; electis, Habebitis tribulationem diebus decē. Quod perinde eſt atq; ſi diceret, Uſquequo preſens vita finiatur, quę per ſeptē dies euoluit: contra varia tentationū genera, q̄ in trib⁹ potiſſimū cōſumant, certamē habituri eſtis. ℭ Punc. 6.

**Eſto fidelis vſq; ad mortem: & dabo tibi coronā vitæ.**

Quo decē dies pertineant apertius oſtendit, q̄a vſq; ad mortē fides cōſtantiſſime ſeruanda ſit. Denarius q̄ppe numerus perfectus eſt, ⁊ primus limes numerorū cardinaliū ſtatuit. Græci decadem appellāt: ⁊ nō ſolū numerū: ſed quādoq; et magnitudinē ſignificari per eum volunt, vt decumanus. id eſt. magnus. Hinc decumani (vt Aſconius Pedianus docet) vocant publicanorū principes, a quibus Decumę, ſiue Decime exigebant. Jam q; vſus habet, Decanos eos appellari, qui cęteris paribus in officia eligunt. Decadis ergo perfectione totus vitę humane decurſus, ⁊ totū tēpus eccleſię deſignat, in quo fidelē quēq; opus eſt fore chriſtianū. nā nequaq̄ fidelis ille arbitrādus eſt, q̄ aliquādo defecit: nec vere credit, q̄ in fine deſijt. Qui enim perſeuerauerit vſq; in finē, hic ſaluus erit Matth. 10. Quis eſt q̄ perſeuerat, niſi q̄ fidelis vſq; ad mortē erit? Fidelis oēm iuſticiā tenebit: meritū cumulabit, ſalutē quę in chriſto eſt, operabit: vnde facile eſt colligi inconſtantes ⁊ reprobos fallaciter fore fideles: nō enim vere credunt. alioqui tanquā firmi contrarijs aſſultibus viriliter repugnarent: ꝓpter qđ nec in ſemine Abrahę computant: nec fides eis ad iuſticiā imputatur. vt recte moneat, di. Eſto fidelis ⁊c. Ac ſi dicat, vide ne defeceris: defectus enim ipſe teſtimonium fert inconſtantię prius abſcondite, fideiq; ficte. Obſerua, Et ſi nouerit deus electos ſuos nunquā prorſus a conſtantia defecturos, hortatu tamē ſuo velut claſſico ad exacuendos militū aīos admouet, quos ſpū ſuo confirmare decreuit: quia nimirū tādiu fidelis conſtantia bono hortatu indiget roborari, quandiu mortalis homo, id eſt, fragilis, et nutabundus verſat in harena mundi: ⁊ quandiu tribulationū arietibus non deſinit impugnari. Alia ratio. vt dū miles videt q̄ nihil ex ſe efficiat, diſcat humiliari, atq; ad flagitanda preſidia ardentius inflāmari. Sequitur, Et dabo tibi coronā vitę. Quid corona hęc ſit, niſi gloria ⁊ honor ⁊ decus vitę eternę? hoc eſt inuictiſſime fidei premiū: hoc conſtantis animi merces ⁊ gloria, ⁊ honor, ⁊ decus. Proponit mercedem, vt fortius pugnent ſui. Solet enim propoſitū premium certantes accēdere, ſuppeditare robur, ⁊ prouocare ad victoriam. ℭ Punc. 7.

Defect⁹ in cōſtātie abſcondite ſignum eſt.

**Qui habet aures audiat, quid ſpiritus dicat eccleſijs.**

Hoc breui hortatu inolitā carni diſcutit ignauiā, adhibet torpentibus calcar, imo aures arrigit animoſq;, quo attentius dei verba auſcultemus, quę vere auſcultanda ſunt, ⁊ ruminanda: panis enim eſt dei verbū: eduliū ſpūs eſt, quo alitur, quo vegetat ſpūs in nobis: quem niſi illi impertias emori neceſſe eſt illū. Spiritus et vita eſt deus, ver

ba quoq; dei ſpũs ⁊ vita ſunt. Loquenti deo hoc eſuriens olim puer
egregię indolis Samuel dicebat, Loquere dñe, qa audit ſeruus tuus.
1. Reg. 3. Et beatus Dauid, Audiã (inquit) qd loquat in me dñs de⁹,
qm loquet pacẽ in plebẽ ſuã. Pſal. 84. Et beatus qui verbũ ſpũs con-
cupiſcit, inquit, ⁊ audit. Quantis ergo animaduerſionibus digni
ſunt qui recuſant, qui auerſant, qui cõtemnũt, qui audire diſſimulãt
dei verbũ, ſalutare ac viuificũ: hoc eſt illud prandium, qđ magnifico
apparatu inſtructum narratur Matth. 22. hę dapes, hę delicię, qui-
bus ſuauiſſime paſcit animus, roborat, ⁊ viuit: quas nõ percipit ani-
malis hõ: ſtultitia eni eſt illi, ⁊ nõ põt intelligere, qa ſpiritualiter ex-
aminat. 1. Cor. 2. Ut aũt ardentius mens tua ad hoc inflãmet, noue- Verbi dei
ris cõplures verbi ſacri effectus eſſe. Numerabo paucos. Primus, qa effectus.
emollit, Jere. 23. Nunquid non verba mea quaſi malleus conterens
petrã. vbi in tropo per petrã cor humanũ in ſaxi duriciẽ obrectũ intel-
ligit. reſpuit enim id ictũ omnẽ conſiliorũ optimorũ quodcunq; eiuſ-
modi fuerit: molleſcit tamẽ ſancto dei verbo, ſi ad vitã pręđeſtinatũ
fit. de quorũ numero erant hi de quibus ſcriptũ eſt Act. 2. His autem
auditis cõpuncti ſunt corde: ⁊ dixerunt ad Petrũ, ⁊ ad reliquos apo-
ſtolos: quid faciemus viri fratres? Secundus, quia inflãmat: vbi. n.
ignis iſte diuinus illabitur, vires ſuas mox exerit, adurit, totũq; ho-
minẽ ſibi vendicat, ac in ſui ſimilitudinẽ vertit, vt diuinus ſit, ⁊ igne-
us. ſicut ſcriptũ eſt de Elia. Eccl. 48. Surrexit Elias quaſi ignis, ⁊ ſer-
mo illius quaſi facula ardebat. Et Propheta, Eloquium (inquit) dñi
inflãmauit eũ. Pſal. 104. ⁊ Pſal. 118. deũ compellans ait. Ignitũ elo-
quiũ tuũ vehementer. Equidẽ verbo dñi Maria Magdalena inflã-
mata ardebat, quę prius peccando frigida erat. de cuius ardore teſta-
tur dñs Luc. 7. Tertius, quia confirmat: confirmati olim chriſti diſci-
puli ibant gaudentes a conſpectu concilii, quoniã digni habiti ſunt
p noĩe Jeſu contumeliã pati Act. 5. Et de ſctis militibus Hebr. 11. di-
cit. Fortes facti ſunt in bello. Qui enim acceperant dei verbũ nõ ſo-
lũ alligari, ac cędi verberibus, ſed ⁊ mori pro dño parati erant: qua-
les erant oẽs martyres, nõ ex ſe, in quo infirmi erant, pares cęteris
mortalibus, ſed ex dei ſpũ ⁊ verbo eius ⁊ virtute. Semen eſt verbum
dei, ait dñs Luc. 8. Semen terre mixtũ erumpit, vt nequeat ipſum co-
hibere terra operiens: ſic timor nõ cohibebat illos, qui ad conſpectũ
cohibentiũ intrepide conſiſtentes dicebant, Nõ poſſumus quę vidi-
mus ⁊ audiuimus nõ loqui. Act. 4. Neq; eos, quorũ vox vna erat,
nos ſanctũ dei nomẽ omnino negare nõ poſſumus. Quaſi terra di-
ceret, cohibere ſemen ſuſceptũ quin erũpat non poſſumus: ſuperat. n.
fortitudo eius. Quartus, quia purificat: teſtis eſt dñs qui diſcipulis
ait, Jã vos mundi eſtis ꝓpter ſermonẽ meũ, quẽ loquutus ſum vo-
bis. Joan. 15. Et apłus. Peccatores aliquando fuiſtis, ſed abluti eſtis,
ſed ſctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in noĩe dñi noſtri Jeſu chriſti, ⁊
in ſpũ dei noſtri. 1. Cor. 6. Quod tali argumẽto perſpice. Si fides pu-
rificat corda Act. 15. fides ex auditu eſt, auditus aũt p verbũ chriſti

Ro.10.profecto ergo verbum dei habebit vim in purificatione. Proinde q habet aures audiat ⁊c. Quintus, q̃a illuminat, ſicut ſcriptum eſt Pſal.118. Declaratio ſermonũ tuorũ illuminat, ⁊ intellectum dat paruulis. Legis Actu.2. Qui receperunt ſermone baptizati ſunt. Et rurſum cap.4. Multi autẽ eorũ q audierant verbũ crediderunt. Itẽ. cap.10. Adhuc loquente petro, cecidit ſpũſſctũs ſup oẽs q audiebant verbũ: p quod eſt omnis illuminatio in noticiã veritatis. Unde dñs, Quũ aũt venerit ille ſpũs veritatis, docebit vos oẽm veritatem. Ioan.16. Sextus verbi dei fructus eſt, q̃a cuſtodit conſeruatq;. ſic enim in prouerbijs Salomonis ſcriptũ eſt. Ne obliuiſcaris, neq; declines a verbis oris mei, neq; dimittas ea: cuſtodient enim te, ⁊ conſeruabunt te. Prouer.4. ¶ Punc.5.

Qui vicerit, non ledetur a morte ſecunda.

Optanda ab oibus promiſſio: hoc enim in voto ab omnibus expetendũ eſt, ne lędant a morte ſęcunda, quę cunctos neceſſario cogit. Obſerua, in ſacra ſcriptura tres mortes leguntur, vna peccati, carnis alia, tertia gehennę. Peccati mors ſeparat hoiem a vita gratię, quę eſt in fide dñi noſtri Ieſu chriſti. Iuſtus enim ex fide viuit, Abac.2. ⁊ Ro.1. Dõec gratia manet in anima habet vita ex ea, eo ꝙ ſpiraculũ animę ſit gratia. Gratia aũt vita ęterna Ro.6. Quo contra, Stipendia pcti mors. ibidẽ. Carnis mors ſeparat a vita animali, qua in corpore viuit quilibet animã habens, hac ſpiramus ⁊ mouemur. Gehẽnę aũt mors ſeparat hoiem a vita glorię: hanc ſtatuit chriſtus in tenebris exterioribus vbi erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ. Matth.25. Dicat ergo. Qui vicerit conſtantia videlicet fidei, ac puritate vitę, mortem, ⁊ infernũ, peccatũ, mundũ, ⁊ diabolũ calcando: non lędet a ſecunda morte, quę carnis eſt, per ſeparationẽ animę a corpore (vt dictum eſt). Quomõ nõ lędet? aut quare nõ lędet? Quia videlicet ſiet tranſitus per eã in gloriã. vt illi iam nõ mors ſit hęc, ſed natalis ad vitã, lucemq; ppetuã. Unde ⁊ dormitio conſolationis verbo p apoſtolũ dicit. Nolumus (inquit) vos ignorare de dormientibus, vt nõ contriſtemini. 1. Theſſ.4, Similiter et. 2. Macha. 12. ſcriptũ eſt. Quod hi, q cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiã. vt clarum ſit illud quod Pſal.115. legis, preccioſiſſimam fore mortẽ ſanctorũ in conſpectu domini. Contra vero, mortẽ peccatorum peſſimam. Pſal.33. Hi autem ſunt peſſimi, qui increduli ſunt ⁊ qui non vincunt, ſed vincuntur a tentationibus: hi ledentur a morte ſecunda: quandoquidem capient iudicium nequiter factorum ſuorum in igne, qui non extinguitur. Eſa. vlti.

Mortes tres.

## DE PRAECEPTIS ANGELO PERGAMI ECCLESIAE SCRIBENDIS.

### SEC. 3. PUN. 1.

ET Angelo Pergami Eccleſiæ ſcribe. Hæc dicit, qui habet rhompheam ex vtraq; parte acutam.

Pergamus, ſiue Pergamū, ciuitas Aſię minoris inſignis fuit diu ſub Attalicis (id eſt. magnificis, ab primo Attalo ditiſſimo, q aurū inuenit intextere veſtibus dictis) regibus fortunata: poſtea vero Romanorū prouincia facta, apud quā chartarum vſus inuentus eſt. quę nunc quoqꝫ vulgo pgamena dicunt, ab Attalo, vt Helianus: vel ab Eumene, vt Pli. ait. Ex Pergamo Galenus medicus celebris: ⁊ Apolodorus orator, Auguſti Cęſaris magiſter fuere. In hac ergo eccleſia doctrinā malā tenentes, doctrinā Balaam, ⁊ doctrinā Nicolaitarū redarguunt. Que vox qua rõne vniuerſę eccleſię cõueniat videamꝰ: Pergamus (ſi gręcis interpretibus qd credit) altitudinē latinis ſonat. Pergama quoqꝫ erant arces Troianę in ſublime erectę, e qbus omnia alta edificia Pergama dicta ſunt: ⁊ eccleſia ſublimis eſt. Gal. 4. Illa aūt quę ſurſum eſt Hieruſalē libera eſt, quę eſt mater noſtra: in qua eſt turris illa fortiſſima nomen dñi. Prouer. 18. Quod ſanctū eſt, ⁊ terribile Pſal. 110. ⁊ Quod benedictū in ſęcula. Quodqꝫ añ ſolem permanet. Pſal. 71. ⁊ Quod laudabile eſt a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum, Pſal. 112. Quod quiſqꝫ fideliū inuocat, Pſal. 115. Et nomē dñi inuocabo. Et Quod inuocatū eſt ſup nos. Iere. 14. In quo baptizati remiſſionē peccatorū ⁊ donū ſpūſſcti accepimus. Actu. 2. In quo claudus ex vtero matris ſuę ad iuſſum Petri ſanatus eſt: Nanqꝫ eiꝰ protinus conſolidatę ſunt baſes, ⁊ plantę, greſſus quoqꝫ redditꝰ eſt. Act. 3. innumeraqꝫ alia miracula facta, qbus plena ſunt volumina, vt nō ſit opus, quędam e multis recenſere. Eſt in ea dico eccleſia arx quoqꝫ Dauidis fortiſſima, quę eſt fides: cū propugnaculis, quę ſunt fidei articuli, aſſertioneſqꝫ catholicę. Canti. 4. e quibus mille clypei pendent, ⁊ oīs armatura fortiū. Ibidemqꝫ ſunt ſcripturarū ſacrarum authoritates. Huic ergo inexpugnabili atqꝫ inuincibili, iuxtaqꝫ altiſſimę Pergamo, dñs Ieſus chriſtus ſcribi iubet, quę ob veritatis conſtantiſſimā aſſertionē in ſua conſiſtit fortitudine: diuidens cornua ac potentias aduerſariorū. Nā Pergami interpretatio ⁊ id explicat vt ſupra memorauimus. Rhomphęa gladius eſt vtrinqꝫ acutꝰ, quod eſt verbū dei Ephe. 6. qđ vim habet ad docendū in pręſenti, ⁊ iudicandū in futuro, Ioan. 12. Sermo quem loquutus ſum, ille iudicabit in nouiſſimo die. Proinde q habet authoritatē doctrinę, ac iuxta iudicij efficaciſſimā potentiſſimamqꝫ vim. id eſt. chriſtus Ieſus, dicit hęc, vt vnus quiſqꝫ recognoſcat, qa ipſe eſt ſolus, q pōt corpus ⁊ animam perdere in gehennā, Matth. 10. Viuus eſt enim ſermo dei, ⁊ efficax, ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti, ⁊ pertingens vſqꝫ ad diuiſionem animę ac ſpūs, compagū quoqꝫ ac medullarū, ⁊ diſcretor cogitationū, ⁊ intentionū cordis. Heb. 4. Ipſe qdē qui habet gladiū rhomphęę: viuū, ⁊ efficacē, ⁊ penetrabilē ſermonē dei, diſcernit quo quiſqꝫ animo ſit, aut loquat: qd propter terrena cōmoda faciat, quid propter cœleſtia. Atqꝫ vt iuxta pręſentē cauſam loquar: ipſe diſcernit inter benedictiones Balaā, Moyſi quoqꝫ: quoꝝ vterqꝫ benedixit filijs Iſrael: ſed doctrina longe diſcrepauit. Balaā quippe eodem ore, quo

Pergamꝰ eccleſia.

Nõis dñi ſcitas.

Rhõphea

Chr̃s diſcretor cogitationū.

benedixit, docebat Balach regẽ mittere ſcandalũ corã filijs Iſrl, edere, ⁊ fornicari: hoc Moyſes non fecit. Utinam nulli eſſent noſtro hoc inauſpicatiſſimo euo Balaami, q alioq ex officio in eccl'ia dei, populo benedicunt: eodẽ tamẽ ore quo benedicunt, immittunt ſcandalũ corã populo dei: docentes edere ⁊ fornicari, ⁊ alia multa contra deũm perpetrare: quos iudicabit dñs qui habet in manu ſua rhomphęam vtrinq; ſcindentẽ: vt perdat ⁊ corpus ⁊ aiam in gehẽnã ignis. Binã rhomphęe aciem reduxit Haymo ad vim vtriuſq; teſtamẽti; noui videlicet veteriſq;. q; hoc, opus: illud, reſecet cogitationes. Uetus quippe teſtm̃ dicit, Si qs adulteriũ admiſerit morte moriat, Leui. 20. Nouũ vero, Qui viderit mulierẽ ad concupiſcendũ eã, iam męchatus eſt eã in corde ſuo, Matth. 5. Et multa his ſimilia. Uel certe vtraq; parte acutus ideo dicit gladius hic: quia ſicut gladius eiuſmodi carnẽ diuidit, ⁊ mẽbra a mẽbris ſeparat: ita gladius verbi dei ſeparat bonos a malis. Unde dñs Matth. 10. Non veni pacẽ mittere: ſed gladiũ: veni enim ſeparare hoiem a patre ſuo: ⁊ filiã a matre: nurũ a ſocru. Siue etiã icc irco dicit vtraq; parte acutus, quia ⁊ ſimplices per hiſtoriã docet: ⁊ perfectos per allegoriam erudit. ℭ Punc. 2.

Scio vbi habitas, vbi ſedes eſt ſatanæ: & tenes nomen meũ: & non negaſti fidẽ meã in diebus illis, in quibus Antipas teſtis meus fidelis occiſus eſt apud vos, vbi ſatanas habitat.

Laudant hi, qui habitant in locis, in quibus ſatanas habet ſedẽ ſuam: perſiſtunt aũt, ⁊ a fide minime deficiunt. Quid vero ſit ſedes ſatanę, niſi regnũ eius, regnũ pcti ⁊ mortis: regnũ ſcandali ⁊ confuſionis? Regnũ aũt eius eſt, vbi ſunt filij ſuperbię, quorũ ipſe eſt rex Iob.
Sedes ſatanę. 41. Iã vbicunq; ſunt contẽptores verbi dei, ſuperbi, rebelles, increduli, homicidę, raptores, iniuſti, adulteri, ſacrilegi, auari, diſſidiorũ amatores, ebrioſi, ⁊ id genus aliorũ vitiorũ ſectatores, ibi eſt ſedes ſatanę: in eis quippe regnat ⁊ ſedet. quorũ ẽt pater vocat. Ioan. 8. Punctus iſte intelligit de locis in quibus aperte, ⁊ potenter regnat ſatanas: in
Boni cũ malis mixtim in hac vita ðgũt. quibus quotquot in veritate permanent hic a dño cõmendant. Neceſſe eſt enim donec finiat orbis, vt mixtim boni cũ malis ſiant. Cuius rei pręclariſſimũ extat exemplũ Iud. 3. q; e gentibus quidã inter Iſraelitas ſparſim manebant: ⁊ mõ in medio piorũ multi pietatis hoſtes ſunt vt probent per eos vtrũ pij ex animo chriſtũ colant. Ipſa autem probatio cedit eis in bonũ eorũ. Phil. 2. In medio nationis praue ⁊ peruerſę, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, verbũ vitę cõtinentes. Et Canti. 2. Sicut liliũ inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Quod adeo pijs cedit in bonũ ipſorũ, vt ex hinc laus eorũ apd deũ ſumat incrementũ. qm̃ in medio malorũ ſeruant innocentiam, ⁊ pietatis opera non omittunt. Hinc ſanctus Loth laudat in ſcriptura, qa habitans inter eos, qui quotidie affligebant animam eius: viſu ⁊

auditu iuſtus erat. Geñ. 19. Et Noe ſimiliter longeuus ille pater, de
quibus. 2. Pet. 2. dicit. Iuſtū Loth oppreſſum a nefandorū iniuria ac
luxurioſa cōuerſatione eripuit deus. Et Noe iuſticię pręconē cuſtodi-
uit. Nouit enim deus pios de tentatione eripere. Proinde epſ hic in-
teger Pergamenſis cōmendat, ꝙ inter malos ſctē vixerit: nomenq́z
ſanctū dñi coluerit, fidei confiterit, in illis inuerſis ac diſſidiį plenis
diebus, in q̄bus Antipas innocens, ⁊ precipuus cultor iuſticię, ob te-
ſtimoniū ſanctū coeſus eſt ab his, quos ſatanas poſſidebat. Ac ſi di-
cat. Placet mihi ꝙ videns alios affligi, ⁊ occidi ob nomen meū, q̄d
ipſi aperte pręedicarent, tu nequaꝗ̄ es deterritus, q̄n audacter palāq́z
confiteréris fidē meā: veri paſtoris agens officiū, qui animā pro dño,
proq́z ouibus eius ponere minime dubitaueris. Obſerua, ad vnū ſer-
mo dirigit, ſed cunctos fideles ac ſanctos, q̄ erāt Pergami: ⁊ omnes
eccl̄ias ſic in veritate confeſſionis perſiſtentes alloquit. Antipas aūt
hic, de quo ſermo habet: p̄ typo ponit oīm, q̄ pro chriſto aduerſa per
ferunt, aut occidunt. Antipas enim contra oēs, interpretat: quod pla Antipas teſtis.
ne eccleſiā, ac quēq́z fidelē deſignat. Eccleſia nanq́z piorū cōtra oēs
iniquos ſanctitudinis perfectione adſtat, nihil operibus eorū conſen
tiens: quę quū oībus huius vitę cōmodis in electis veritatē pręfert,
omnibus odio eſt hoībus: ſicut ⁊ ſponſus eius fuit, qui ait, Me odit
mundus, quia ego teſtimoniū perhibeo de illo, q̄a opera eius mala
ſunt. Joan. 7. Et de electis ſuis dicit, cap. 15. Si mundus vos odit, ſci-
tote q̄a me priorē vobis odio habuit. Cuius rei cauſa in promptu eſt.
Si. n. de mūdo fuiſſetis, mundus q̄d ſuū erat diligeret. Quia vero de
mūdo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, ꝓpterea odit vos mun
dus. Et poſt pauca. Non eſt ſeruus maior dño ſuo: ſi me perſequuti
ſunt, ⁊ vos perſequent. Neq́z vero id ad ſolos apl̄os pertinet ſed ad
omnes electos fideles, q̄ ſunt in eccleſia. Iuxta illud Mar. 13. Quod
dico vobis omnibus dico. vt nemo electorū a gratia verbi eius exclu
deret. De Antipa ſentit Haymo ep̄us ꝙ fuit quidā martyr, qui occi-
ſus erat Pergami ob confeſſionē fidei: per quē (vt diximus) oēs mar
tyres intelligunt, quicunq́z in hoc mundo ſiue aperto, ſiue occulto
martyrio patiunt aduerſa. Quod aūt apud ſctōs ſuū teſtē interfectū
eſſe cōmemorat: ſic intelligendū eſt, non ꝙ ab illis, ſed ꝙ inter illos
fuerit interemptus: ab his videlicet, in q̄bus ſatanas habitat, id eſt,
a reprobis, q̄ ſedes ſunt ſatanę. Magna confuſio hypocritarū, ma-
gna incredulorū, magna impiorū verecundia perſequutorū, eſſe ſedē
ſatanę: in quibus ſedet, regnat imperatq́z ſatanas pro libito. Ve illis
ab huiuſmodi inhabitatoribus: vtinam fiant aliquando ſedes dei,
vt transferantur de regno diaboli ad regnum chriſti. ¶ Punc. 3.

Sed habeo aduerſus te pauca, q̄a habes illic tenentes do
ctrinā Balaam, qui docebat Balach mittere ſcandalum
corā filijs Iſrael, edere, & fornicari: ita habes & tu tenen
tes doctrinam Nicolaitarum.

Nihil a rigore iuſticia iudicantis declinat, laxatur nihil: ſtat perpe-
tuo tenore, nec pijs opibus tegunt mala, vt nõ ſubluceant, id eſt nõ
Virt⁹ ſine mixtura mali ꝓbat
ad lucẽ oſtendant. Non ſuſtinet mixturã integritas vt ꝓbata ſit. Am
bula corã me, dicit dñs, ⁊ eſto ꝑfectus, ponãqꝫ foedus meũ inter me
⁊ te. Gen. 16. Perfectũ vult eſſe deus, quẽ corã ſe ambulare iubet. Per-
fectus eſt, cui nihil in vlla virtute deeſt: qđ quanto quiſqꝫ minus ſe
aſſequutũ intelligit, tãto ad perfectionẽ niti debet ardentius. Eſt enĩ
homini ſemꝑ qđ vlterius apprehendat. Equidẽ conatus nõnihil ꝓ-
ficit ad ꝑfectionẽ, cũ quo deus amicitie foedera iungit: ⁊ quicunqꝫ
eiuſmodi ſit: hoc eſt qui perfectus eſſe contendit, is eius eſt. Hoc etſi
ad oẽs pertineat fideles, maxime tamen ad antiſtites eccleſiarũ, qui
⁊ ſibi ⁊ alijs, prouidere debent, vita primũ inculpata, deinde doctri-
na ſctã. Nãqꝫ ⁊ chriſtus Ieſus cępit primũ facere, hinc docere, Act. 1.
Neqꝫ enim ſatis fuerit his pro ſe vitã tranſigere inculpatiſſimã, niſi
diligenter proſpiciant ⁊ credito gregi, ne lupi ſub ouilla pelle irrepãt,
ne ſuauiſſimũ paſtũ animorũ vitient, aut interturbent pacem eorum.
Quod vehementer in epõ hoc deſyderari animaduertimus: cui dici-
tur, Sed habeo aduerſus te pauca. Pauca dicit, quatinus rigor corre
ptionis lenitate quadã moderet, libentiuſqꝫ capiat. Erat enim huic
negligentia quędã de cõmiſſo grege, ꝙ non aduerteret quoſdã ſedu-
ctores irrepſiſſe, qui ſynceritatẽ gregis dñici corrũpebãt: vt iam non
pauci reperirent inter eos ſequentes impietatẽ Balaam, ac Nicolai-
tarũ ſcandalũ. Hiſtoria nota eſt, qualiter ſcilicet Balaam a Balach
rege Madianitarũ ad maledicendum filijs Iſrael fuerat euocatus:
qbus maledicere noluit, imo ſimilẽ illis fieri ſe in morte preoptabat:
ſed poſtmodũ donarijs victus in eiuſdẽ populi exitiũ conſiliũ dedit.
Balaami cõſiliũ aduerſus filios Iſrael.
Sciebat nanqꝫ animos filiorũ Iſrael ad libidinẽ fore procliues, per-
ſuaſit Balach regi, vt electiſſimas quaſqꝫ foeminas ac virgines il-
lis corã educeret, quarũ forma irritati illi ad illicitos concubitus ir-
ruerent, illarũqꝫ blandicijs deliniti de ſacrificijs Beelphegor man-
ducarent: quatinus offenſo deo derelicti facile cederent gladijs illo-
rũ. Quid plura? regis iuſſu egreſſę ſunt mulieres forma electiſſimę,
quas cũ vidiſſent filij iſrael cõcupierunt, ⁊ cõmixti cũ eis incitauerũt
iram dñi, percuſſiqꝫ ſunt ex eis vigintiquatuor millia, donec Phinees
vltione manus ſuę placaret dominum. Num. 25. De qua re meminit
Pſal. 105. Et ſtetit Phinees ⁊ placauit: ⁊ ceſſauit quaſſatio. Quũ enĩ
vidiſſet Phinees vnũ de filijs Iſrael intraſſe ad ſcortũ: ingreſſus poſt
eum vtrunqꝫ gladio in genitalibus confodit. id quod reputatum eſt
ei in iuſticiã in generatione ⁊ generationẽ, vſqꝫ in ſempiternũ. Quod
vtiqꝫ forma eſt noſtri temporis. Habet enim ſeculũ noſtrũ Balaam,
habet ⁊ Balach, habet ⁊ Iſrael. Iſrael vir videns deũ interpretat,
Balach elidens, Balaam populus vanus. Balaam itaqꝫ hęretici
ſunt, qui pondus virtutũ ac fidei non habent, ideoqꝫ ſe vanos oſten-
dunt. Balach principes ſęculi huius fore probant, quia proculdubio
dũ alijs atqꝫ alijs ſuperiores fieri contendunt, ſiquẽ ad dignitatis
ſuę

ſuę culmen aſcendere velle conſpiciunt, pro virili ad terrā elidunt.
Qui plerūqz ſuadentibus hereticis: contra Iſrl', hoc eſt, pietatis cul-
tores, q ſpiritu deū vident, depugnant, qbus pulchras forma mulie-
res obiectare non deſinunt: qa ſuaſoria quędaz ac dulcia in verbis
prętendunt, qbus ſimpliciū mentes illaqueent, ⁊ perdant: vnde ira
dei cadat in illos. Vel certe Balaā typus eſt demonū per inania di-
ſcurrentiū, Balach aūt caro eſt ſpiritui aduerſatrix, quę plerunqz eli-
dit ſpūm ad ꝑuerſa deiiciendo. Id enim eſt elidere qđ effringere, ex-
trudere, diſſipare: ſicut ſcriptū eſt, Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus in-
fernū. Tunc quippe diſſipabunt oſſa noſtra ſecus infernū, quādo ro-
bur ſpūs effringit, atqz a ſua conſtantia per illicitamenta vicioꝝ
emollit. caro ergo velut muliebres delicias delectationes ſenſuum
ſpiritui obiectat: ⁊ ad conſenſum eū ꝑtrahit, cuius ſpūs figura propria
Iſrael eſt deū contemplās, vt nō alibi poſtmodū ꝙ ſecus infernum
virtus eius oberret, varias ſectando voluptates. Docente ergo Bala
am, miſit Balach irritamenta voluptatū corā filijs Iſrael: qa caro
voluptatibus vires rationis frangit: ſeducitqz vt idola colat dū ex-
plendę libidini indulgere eā cogit. Sed Phinees zelo dei feruens in
ſurgit, ⁊ ambos confodit in genitalibus gladio: qa ſanctus prędica-
tor verbo dei peccantes mactat: ſicut ſcriptū eſt. Verte impios ⁊ non
erunt. Quomō nō erunt? nullo modo erunt? Non vtiqz, ſed impij nō
erunt. vt in peccatis viuant, Et ſic placabit dei indignatio, ⁊ ceſſabit
quaſſatio. Qua vero conſequentia dictū eſt: Quia habes illic tenen
tes doctrinā Balaā, q docebat Balach mittere ſcandalū corā filijs
Iſrael edere et fornicari, ita habes ⁊ tu tenentes doctrinā Nicolaita
rū: niſi qa vterqz ſcandalo fuit populo dei: ⁊ Balaā ⁊ Nicolaus il-
le. ⁊ q adhuc tenebant doctrinā eorū, nihil minori erant ſcandalo.
Quod dñs ferre adeo nō poterat, vt etiā indignaret epo alioq̄ pbo
propter nōnullos q ꝑ inaduertentiā eius illic inter ſuos agerent, do
centes ſimilia errori eorū. Obſerua, ſicut mulieres pellices madiani-
tę cogebant filios Iſrael edere de idolothytis, ac iuxta fornicari: ita
⁊ Nicolaite promiſcue habentes coniugia, comedebant idolothyta,
⁊ cibos ſuos cibis q erant de idolothytis gentilium cōmiſcebant, in
ſcandalū multorū: qđ dño nō placebat. Poteſt per Balaam, ⁊ id ge- Balaā ſa-
nus ſacerdotū capi q ſacrā deo militiā pollicentes, aulicā vitā deli- cerdotes
gunt: qđ haud quaquā caret crimine, quorū conſilijs in impia nego adulato-
cia ſepę principes abutunt, q intelligunt ſub typo Balach, ſacerdo res ſūt au
tes aūt ſub Balaā. Quo in loco aduertendū eſt. Nanqz quoties Ba- lici.
laā in publicū ꝓcederet, benedictiones dei tinnulis vocibus conci-
nebat: atvero in ſecreto, impio impias regis aures conſilio opplebat.
⁊ ſacerdotes ij, de quibus ſermo habet, benedictiones dei in publi-
co, vt Balaā, occinūt, diuina celebrantes: in ſecreto vero mirū valde
eſt, ꝙ impia ſubinde dent principibus conſilia. Balaā muneribus re
gijs victus cupiebat mente maledicere populo dei: ſed deo prohiben
te nō audebat ore, ſed econtrario benedicebat: eadē ad fœlicitatem

populi illius de chriſto veraciter pnuncians, que ⁊ Moyſes, ⁊ alii
Balaami prophete pie fideliterq; annūciauere. Orietur (inquit) ſtella ex Jacob,
pphetia. ⁊ conſurget virga de Iſrael, ⁊ percutiet duces Moab. Ita ⁊ iſti pleni
iniquitate, quū nō audent palā tranſgredi regulas fidei: recitant aūt
Sacerdo- lectiones ſacrarū ſcripturarū, pferunt teſtimonia prophetarū, cantāt
tū quorun dñice paſſionis, reſurrectionis, ac aſcenſionis hiſtoriā: ⁊ in hac fide
dā intole- benedicunt, baptizant, conſecrant. Ceterū quid agant, ipſi ſciunt: ego
rabilis ma nolo quippiā de eis proferre, etiā ſi exploratiſſima mihi ſint quedaz.
licia. Dñs iudicabit pplos in iuſticia. Pſal. 9. q eſt ſcrutator renū ac cordis
Pſal. 7. ⁊ qui reddet vnicuiq; iuxta opera ſua. Legis ſententiā eandē
expreſſe ⁊ Pſal. 61. ⁊ 1. Cor. 3. Porro quū hec publice fecerint, proh do
lor, in abdito vertunt ad impia conſilia, detractiōes, ⁊ alia, que nec
calamus tuto exequit. Quid inde fit? (niſi tedeat narrationis) proce-
dunt ſubornate filie madian ludentes, ⁊ compoſito gradu inceden-
tes; parate ad decipiendū: quas videntes filij Iſrael irruunt impo-
tenti libidine perciti, perpetrantq; qd̄ ſcelus eſt etiā cogitare. vnde fa-
cile excandeſcit deus, ſeſeq; ad pdendū accingit. vnde ⁊ tradit nos
in manus gentiū, vt dñarent nobis inimici noſtri, qui oderunt nos;
vtq; affligerent nos, quorū ſub manibus ſepe humiliati ſumus ni-
mis: ⁊ necdū erudimur, necdū reſipiſcimus e tot malis noſtris corre
cti. O miſerā ſortē, o infœlicitatē magnā. Sed eſt aliud quoq; infoe-
licitatis noſtre malū, q: iam Nicolaite multi ſunt in nobis: nō Nico
laite tantū, ſed his multo monſtruoſiores: qui paſſim cuniculos que
ſunt innaturales effrenate libidini eorū: vt nō natura his ſufficiat,
vt nō immerito opprobret chriſtus, habes ⁊ tu tenentes facta, doctri
namq; Nicolaitarū, quā illi reliquerunt in promiſcua cōmercia vxo
rum comeſſationeſq;. hec ſunt precipua arma diaboli, quibus op-
pugnat ac deijcit fortiſſimos quoſq;: aduerſus que conuenit nos ar-
mari armis pulcherrimarum virtutum chriſti. ¶ Punc. 4.

Similiter & tu pœnitentiam age: ſin autem, veniam tibi
cito: & pugnabo cum illis gladio oris mei.

Similiter, hec dictio, reſpicit id qd̄ dixerat in prima epl'a epo eccle-
ſie Epheſinorū, Age penitentiam, ⁊ prima opera fac. Bonus eſt dñs;
cuius miſerationes ſunt ſup oia opa eius. Pſal. 144. Neq; enim vult
mortē peccatoris, ſed vt magis conuertat, ⁊ viuat. Ezech. 18. Unde ⁊
alibi pientiſſimo affectu monet reſipiſcentiā. ita dicens. Derelinquat
impius viam ſuā, ⁊ vir iniquus cogitationes ſuas, ⁊ reuertat ad do-
minū, ⁊ miſerebit eius, Eſa. 55. Age ergo ⁊ tu (inquit) ſimiliter poe-
Peniten- nitentiā. Enimuero nihil eſt vſquā virtutis, ac meriti, quod non di-
tie laus. gna pœnitentia aſſequat. hec aūt nō tā carnis crucifixione, aut tem-
poris diuturnitate q̄ cordis contritione perficit. nō ergo tanti valet
apud deū menſura tēporis quantū vis doloris: nec tantū a cibis ab-
Penitētie ſtinentia, quantū a pctis. Quocirca, menſurā tēporis ſacri canones
neceſſitas in arbitrio relinquunt ſacerdotis. ⁊ qdē tanta poterit eſſe vis dolo-

ris:vt ſufficiat ad tollendū peccatū,⁊ etiā reatū ad pęnam. Acceptat
enim deus in ſacrificiū expiatoriū piā cordis contritionē,immo ⁊ ſa-
tiſfactorium:vt ſimul ⁊ expiet a pctō ⁊ ſatiſfaciat ꝑ ipſo,ruptis ſubla-
uiſq; retinaculis,quę ligabant ad pœnam pctis debitā. Sed nō pro-
inde actus externus pœnitentię contemnendus. In eo quippe demō
ſtrat veritas contritionis. Semꝑ enim afflictio corporalis externa ſe-
quit ad internū dolorē,in vere pœnitentibus. Neceſſe eſt enim vt pri-
us doleat quis de pctis inſaniſſime contra deum admiſſis, ⁊ deinde
voluntarie aſſumat ſue carnis afflictionē. Alioq̄ quid intererit inter
hypocritā,⁊ veracē. Ille ſiquidē in tēpus aſſumit formā penitentiuꝫ.
id eſt.agit qđ agere ab integris videt:ſed nō ex corde agit,ficte auteꝫ
omnia:q̄ eiectus eſt de ore dei. Nam neq; huius eiuſmodi pęniten-
tia fructu locuples fiet vnq̄;nec quippiā virtutis aut meriti aſſequet:
eo ꝙ veritas eſt deus, et veritatē diligit,⁊ retribuet abundanter faci-
entibus ſuperbiā,vt Pſalmus habet myſticus. Proinde pęnitentia Pęnitētie
vera,quę nihil ficti neq; fuci habeat:in cordis contritione in primis origo.
ſedet. Cuius duas origines ſiue fontes oſtendunt theologi: amorem
dei,⁊ pcti dolorem:vt quantus fuerit amor,tantus ſequat in corde ⁊
dolor.id eſt.quantū quiſq; amauerit deū,⁊ virtutes ipſas,quarū ipſe
rex dicit,⁊ dn̄s:tantū de contrario doleat,mereat,⁊ affligetur. Sed
amor ineſſe cordi nequaquā poterit niſi per gratiā, quę transformat
cor,⁊ ſtatuit in omnibus bonis ⁊ virtute ipſa,ingenerat etiā diſplicen
tiā,⁊ odiū,⁊ abominationē pcti,tanq̄ contrarij deo:⁊ q̄ turpe ſit pec
catū nihilq; decori habens oſtendit. Natura nāq; ipſa deprauata in Pctm̄ na-
nobis nunq̄ pōt de ſe odiſſe pctm̄,immo amat ipſum tanquā ſibi con tura odire
ueniens,que ēt vult in ipſo delectari. Proinde neceſſe eſt,vt superue- non pōt.
niat grā,quę facit primo diſplicere pctm̄,deinde odire,poſtremo abo
minari. Supra naturę ergo opus eſt diſplicentia ⁊ odiū ⁊ abomina-
tio de pctō. Hic ſi obijcias mihi veteres philoſophos,⁊ quoſdā alios
odiſſe pctm̄,q̄ ſtudebant virtutibus. Reſpondeo, nequaq̄ odiſſe eos
in veritate,magis aūt in faciē,⁊ in hypocriſi,qui ſeſe fingebant ama
re virtutes:faciebant tn̄ in ſecreto,quę nō licebat:quali forma noſtrę
tempeſtatis ſunt oēs hypocritę,q̄bus nō ineſt cordiꝓbitas,ſed exter-
ne ſolū ⁊ in faciē,q̄ aucupare volunt ſibi laudē:quos odit deꝰ. Nā niſi
retinerent pudore aut pęna,erūperent in mille genera flagitiorum,
enormiaq; facerent. Donec ergo non erit grā in te:natura te guber-
nante,ſp̄ erit dolus in ſpū tuo q̄ impedit ſemꝑ gratiā,⁊ ꝑ conſequens,
pęnitentiā verā:cui ſic deus ſemꝑ imputat pctm̄,qđ alioq̄ placet tibi,
⁊ ſic inueteratis oſſibus,vt ꝓpheta dicit,⁊ fortitudine ſpūs ſublata,
clamabis conſcientia rugiente,q̄a manus dn̄i grauat te ⁊ premit te.
Uis ergo vere pęnitentiā agere:eijce dolū primū de ſpū tuo,vt nō re-
maneat voluntas peccandi in te. Quere gratiā dei,quę odire tecum
ſtatim faciet pctm̄,⁊ beatus eris. Quare beatus:q: iā remiſſę ſunt tibi Pęnitētiā
iniquitates ⁊ tecta ſunt pctā:vt vltra nō redeant in memoriam apud veterum:
deū,nec imputent tibi:q: in confixione ſpinarū.id eſt.cōpunctionum vide infra.

cordis, in erũnã ⁊ dolore conuerſus es ad deũ: nec peccata occultas vltra in corde, ſed manifeſtas deo corã ſacerdote. lege Pſal. 31. Bonum ergo erit homini in primis gratiã dei quęrere, ⁊ dolere de peccatis ⁊ abominari ⁊ odire: ⁊ virtutes imitari, perfectuq; cor corã deo gerere. Quod quũ feceris reſtat, vt nec pęnitentiã exter nã cõtemnas. ⁊ quia pauciſſimi ſunt eiuſmodi qui verã dignãq; agant pęnitentiã, pauciſſimi inueniunt̃ pfecte boni in ꝗbus delectaret̃ deus, ⁊ non ſeruaret in pęnã. Ver. dicit. Iudicent alij, ſentiant prout volunt: ego certe adhuc nullũ reperi pęnitentẽ, quẽ nõ ęſtimem igne ⁊ flãmis purgatorij indigere: mecũ deniq; recte actũ putabo, ſi vſq; in diẽ iudicij ita me purgatoriũ ab omni ſcoria emundabit, vt audeã iudici purus occurrere. At modo riſus eſt quibuſdã vitę auſteritas: ſed non fuit riſus quod exegit deus ab Adam, nongentis ⁊ amplius annis, quẽ poſt mortẽ nihilominus conieciti in lymbi carcerẽ. cuius longa faſtidia pertulit vſq; ad dñi aduentũ, pęnitentiã, mortẽ, ⁊ deſcenſum ad inferos ⁊ reſurrectionẽ. Quare? Quia videlicet deus vltionũ dñs, deus vltionũ libere egit. Pſal. 93. qui punire ſolet peccata vſq; in tertiam ⁊ quartã generationẽ. Neq; illud quidẽ riſus fuit, ꝙ Petrus perpetuo fleuit negationis ſuę ſcelus. Iacobus minor, frater dñi dictus, licet ex vtero matris ſanctus fuerit (vt fert opinio multorũ) ⁊ cũ cęteris ſpiritũ ſanctũ acceperit, tanquã pignus ſalutis, arctiſſima tamen pęnitentia vitam conſtrinxit: vt et vino ꝑpetuo abſtinuerit, ⁊ ſycera: ⁊ a carnium eſu: q nec balneo vnq̃ vti voluit, nec vnguento contra ſolis ęſtum, genti illi prope peculiari. Semper ieiunabat, ſemꝑ ſuꝑ genua orabat, quę ex aſſiduitate orandi cameli in modũ callũ obduxerant: cui ⁊ ipſa frons frequenti in faciẽ cadendi vſu tumida carne obduruerat: ſemper gemens, ſemꝑ flens, pectuſq; ꝑcutiens. Quid amplius dicam? carnẽ ſuã tanta auſteritatẽ afflixerat, vt omnia mẽbra mortificata in eo eſſent: cuius ſanctitudinis fama attractus btũs Paulus apłus, e longinquo hieroſolymã venit, cupiens videre eũ. Hic primus hieroſolymorũ per apłos eſt ep̃us ordinatus. Quid memorẽ Ioannis baptiſtę cilicium? qd vitę eius ſummã abſtinẽtiã? cui cibus locuſta erat melq; ſilueſtre, potus turbida aqua. Paulus in frigore ⁊ nuditate ⁊ fame, ⁊ continua perſequutione ſua gloriat̃. Bartholomeus apłs in oratione centies ꝑ diẽ, centies ꝑ noctẽ ad genua cadebat. Paulus thebęus nudus in eremo ꝑmanſit, ſeptẽ ⁊ triginta annis pauciſſimis caricis, reliq̃s ſexaginta annis medio panis fragmine vitã ſuſtentãs. Quid Hieronymi ſaccũ, ⁊ ſaxũ, ⁊ cutẽ ſitu obductã ⁊ ſqualore, vixq; coherentia oſſa, fletũ quoq; cõmemorem? Quid Benedicti vepres? Arſenij lachrymas? ⁊ alia rigidiſſima pęnitentię exempla: quę multo amplius nos confundunt, atq; actiori iudicio ſtatuunt. Quãobrẽ conſentaneũ fuerit in tẽpore expꝑgiſci: ne ſero tandẽ nos turpis negligentię pęniteat. Pugnat enim dñs gladio iudicij aduerſus impęnitentes, q dicit: Sin aũt. id eſt. ſi nolueris pęnitentiã agere, corrigereq; in te negligentię tuę torporẽ: ⁊ ſi vigilans cęterũ non fueris in extur

bando eijciendoq; de medio gregis tui tenentes doctrinā Balaam, ⁊ doctrinā Nicolaitarū, peſtilentiſſima ſcilicet hęc ſcandala: veniam tibi. id eſt. contra te: ⁊ cito veniā, nihil vltra protelans vltionē: ⁊ pugnabo cū illis gladio oris mei, id eſt. iudicij. pugnaturus qppe eſt dominus contra obſtinatos, qa parauit in iudicio thronū ſuū. Pſal. 9. Et gladio oris ſui pugnaturus. id eſt pugnare in diē paratus ⁊ horā. De quo gladio meminit Deuter. 33. dicēs, Si acuero vt fulgur gladium meū, reddā vltionē hoſtibus meis. Et in Pſal. 7. dicit Niſi conuerſi fueritis, gladiū ſuū vibrauit, arcū ſuū tetendit, ⁊ parauit illū. Vibrauit quippe gladiū ſuū chriſtus aduerſus impios tetendit ⁊ arcū: qui in ſcripturis ſacris cōminat vltionē. Veniā ergo: ⁊ pugnabo cū illis. Quod nequaq̃ ita accipiendū eſt, quaſi venturū ſe ita polliceat, quatinus ꝓ epō negligente contra aduerſarios pugnaturus ſit: ſed vt ſimul cū illis cōdēnet illū: quaſi diceret. pugnabo tecū, qui hęc ſcandala inter tuos pateris. pugnabo ⁊ cū illis: quatinus te ⁊ illos pari iudicio perdā. Recte aūt gladio pugnaturū ſe memorat, q de Balaam meminit. Hoc enim habet de eo hiſtoria, qa mercede conductus ad maledicendū pplo dei, dū aſinę inſidens proficiſceret, ſtricto angelus gladio in via eidē reſtitit: ſed nihil ille nihil inde correctus perrexit aūt, ⁊ impio regi impiū dedit conſiliū, ⁊ errare fecit pplm dei, edere ⁊ fornicari: qui ⁊ ipſe inter Madianitas tandem occiſus eſt Num. 31. Fornicatores eteni ⁊ adulteros iudicabit dñs. teſtat Paulus Heb. 13. Fornicatores aūt nō ſolū q imundiciā carnis ſequunt, ſed ēt qui ſpiritualiter relicto vero cultu vnius ⁊ veri dei, idola adorant. de qbus ſcriptū ē, Perdes oēs q fornicant abs te. Hi ſunt heretici, q doctrinis demoniorum relicta ſynceritate adherent, contaminanturq; perſuaſionibus illorum. ℭ Pun. 5.

Qui habet aures audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs.

Hic rurſum excitat animos auditorū: erigit aures, vt non ſtupeāt ad audienda dei verba: non alto premant ſopore carnalium voluptatū ceu ſecuri iam nacta fide ſint. ⁊ qui pręſident ne negligentes ſint: ſed ſoliciti de grege credito. Nam qui eiu ſinodi ſunt, id eſt. voluptatibus ſepulti, ⁊ negligentię dediti, nihil abſimiles ſunt illis, q olim templū dñi ſubinde repetito nomine gloriabant, dicentes, Templū dñi, templū dñi, templū dñi eſt, vt Jeremias habet cap. 7. Et fecerāt illud ſpeluncā latronū. Sed ſtultorū plena ſunt oīa. Pateſcāt opus eſt noſtre aures ad audienda verba ſpiritus, animi intendendi ad myſteria percipienda. ℭ Punc. 6.

Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit niſi qui accipit.

Quis victor eſt? niſi q eluctatis carnis deſiderijs demonū callidis ꝟfricijs ſuperatis, ac mundi illectamentis contemptis ſuperior ſtat Victor qs ſit.

omnibus, ſpūs robore intus & extra obfirmatus. Huic ergo tria pmittunt. Eſus mānę, calculus precioſus, et nomē nouū ſcriptū in calculo. Quid māna ſit ignorare nō poſſunt, hi, q primitias ſpūs habent, qa guſtando potius q̄ legendo, aut audiendo diſcit. Dat autē manna dilectis filijs, ex amore patri deo ſeruientibus, q eius parere nutib⁹ cupiunt, ſtudentq; placere illi, & q eius gloriā quęrunt. Exprimit aūt māna internā ac medullarē mentis dulcedinē: ſiue ēt ſctōrū in hac vita conſolationē, eorū q vicijs fortiter reſiſtūt: alioq nec dulcedo, nec conſolatio ſpūs his inerit, quos conſcientię amaritudo replet, & pauor iudicij terret. Eſt ergo ſenſus, contemnenti carnalē conſolationē dabo ſpiritualē: repellenti externā delectationē, dabo internā: pro terrenis cœleſtia, pro momentaneis ęterna, pro cunctis pręſtabiliora: nempe ſpūs illū replens chariſmatibus, quę merito ſui cuncta excellunt: quę talia ſunt ac tanta, vt nemo ad ſenſum cognoſcere pōt, niſi ſtudeat deguſtare: nec deguſtare valet, niſi diſcat prius perfecte carnalia contemnere. Uir enim inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hęc. Pſal, 91. Scriptū eſt, qa olim deus complutū mānę filios Iſrl' in deſerto pauit: nec deſuit eis celeſtis hic cibus donec intrarent in terrā promiſſionis ſctē: quū aūt de frugibus terrę illius guſtaſſent, pluere illis māna deſijt. Et ſctī donec peregrinant a dn̄o grām internę conſolationis recipiunt, hoc videlicet pane interim victitantes, qui dat eis in abundantia, tam diu donec depoſita carnis ſarcina viuentiū terram ſubintrent, quando aliud genus cibi eis pręſtabit: vbi nulla tribulatio, ſed pax ſempiterna, perennę gaudiū occurrit. At ſunt multi qui cœleſte hoc māna, hanc ſpiritalē conſolationem deeſſe eis lamentantur. Quę orō cauſa iſtius ariditatis noſtrę, & inſipidi palati? niſi q: forte ad egena, & infima mundi ſolatia plus ſatis defluximus, carnis ſequimur voluptates: & ſi noſtro interim iudicio pure hę videant, ad ollas tamē ęgyptias ſedemus: quę ſi paruxillū gulę ſubtrahant, murmuramus. Ubi iam queſo primitialis ille feruor noſter? vbi fortitudo ſpiritus? vbi propoſitū durabile? qbus armis Aegyptū egrediebamur: linquebamus ſęculū: quādo pollicebamur nobis omnia quantūuis dura pro chriſti perferre gloria? ſublata ſunt omnia, expuncta, ac deleta, vt nec veſtigiū qdē ſupſit vllum: nec cinis. Strenue ſatis, & cū gaudio ad montē dei Oreb, ad audiendam vocem ſermonū dei, ad legē vitę & diſciplinę tractandā cucurrimus, dum monita ſeniorū libenter auſcultare, dum ſecundū ea religioſe viuere reſpondimus. Cur igit nunc tedet itineris? Cur grauati ingemiſcimus? cur pręcedentiū exempla ſctōrū ſequi recuſamus. Nō ſomnolentibus obtinget regnū illud pbeatū ęternumq;: nō ocioſis merces prouenit ęterna, quā nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: quū operarij ad capiendū denariū diurnū ab iconomo accerſent. Chriſtus patientia multa regnū ſibi illud conciliauit ęternū, & nos voluptatibus ad id peruenire volumus. Neceſſe ergo eſt neceſſe inq̄ vt vincat, q magna capere deſyderat: quoniā

Māna interna mentis dulcedo.

Abbatis Ruperti queſtio.

id vnũ ex certis electionis diuinę ſignũ eſſe ꝓbaẗ, victoria ſcilicet ſup peccatũ, ⁊ mortẽ ⁊ infernũ. Nõ vult coronari, q non vult vincere: nec vincit qs, niſi legitime certauerit. Ad certamen victoria ſequiẗ, ad victoriam daẗ corona. Deniq; eſt mãna ⁊ celeſtis dulcedo btitudinis: quã habent ſancti in deo ſuo ⁊ agno: quã abſcondit deus ſe metuentibus, vt ſoli ij capiant ac ipſo captu delectentur, nõ alij: ideoq; eſt mãna abſconditũ, ne vnq̃ deguſtent, q non merenẗ, id eſt, q nõ vincunt. Porro eſt ⁊ ſapientię diuinę guſtus mãna hoc, qui eſt de verbo dei, qḋ totum gratię eſt, ac ꝓmiſſionis vitę ęterne: ad cuius penitiorẽ ſenſum intrantes miris paſcunẗ internarũ voluptatũ delectationibus: ſed non niſi ſynceri, victoreſq; penetrant. Animalis enim homo nõ ꝑcipit ea quę ſunt ſpũs dei: ſtultitia enim eſt illi, qa ſpũaliter examinaẗ, ⁊ nõ põt intelligere, docet Paulus. 1. Cor. 2. Ut dicat penetrãs Quã dulcia faucibus meis eloqa tua dñe, ſup mel ⁊ fauũ. Et iteꝝ. O quã ſuauis ⁊ bonus eſt ſpũs tuus dñe. Quippe qa ipſe deus ſugitur de verbo eius ⁊ guſtaẗ, q oẽm ſuperat delectationẽ: mel de petra eſt, ⁊ lac de ouibus, ⁊ quicquid eſt vſquã dulcedinis, totum eſt ſuauitas ſpũs: q haud ita intellectu q̃ ſentimento capiẗ. Sunt (fateor) ſubtiles cogitatione viri, q mirabiliter diſputant de verbo ſacro dei, palato tamen inſipidi, eo ꝙ nec dulcedinẽ ſentiant dei. Sunt alij qui cũ ſentimento diſputant, hi ſoli ſpũm gratię habentes delectanẗ, qbus dei verbũ bonũ eſt ⁊ ſuaue gutturi eorũ. Hi ſunt viri cõtẽplatiui, qui ſuccu ſpũs dei alunẗ, magis q̃ philoſophorũ pręceptionibus, carnaliſq; ſapientię verbis. Quod ſi verbũ bonũ eſt ⁊ dulce, nihil minus ⁊ ſapientia (quã dat ẽbis paruulis) bona eſt ⁊ dulcis: hac penetram⁹ coelũ, hac corã celſa maieſtate dei conſiſtimus, hac iucundamur, hac pręclari ſumus: quę fidei eſt modo, ⁊ ſpei, ⁊ ſemꝑ duraturę charitatis: vt quũ illuſtramur ſuperna eius virtute: ⁊ roboremur, ⁊ ardeam⁹ oportet, vt nõ vane accepiſſe probemur. Iã vero qa mãna hoc, quod victori promittiẗ, inſignis figura eſt ſacramenti eucharistię, quo pręſtantius nihil habemus, ob qḋ etiã in ſolẽnitate eius, verſus iſte crebro reperiẗ in eccleſia dei. videamus qua ratione ei competat, paulo altius repetentes figurę originẽ. Scriptũ eſt. Exo. 16. q: deficientibus filijs Iſrael in deſerto, ⁊ murmurantibus, pluit dñs ſup faciẽ terrę in circuitu caſtrorũ mãna in ſimilitudine pruinę: quod cũ vidiſſent filij Iſrael dixerunt, Manhu, quod ſignificat, qd eſt hoc? ignorabant enĩ qd eſſet. qbus ait Moyſes, Iſte eſt panis, quẽ dñs dedit vobis ad veſcendũ: colligat vnuſquiſq; ex eo quantũ ſufficit. Sequiẗ. Et collegerũt alius plus, alius minus: nec q plus collegerat habuit amplius, nec q minus parauerat reperit minus: ſed ſinguli iuxta id quod edere poterant. Magnũ id tũ miraculũ fuit, ſed maius nunc in veritate eſt ſacramentũ. Deficientibus quippe nobis in via, dedit dñs ſacramentũ ſui corporis ⁊ ſanguinis, ſub ſpeciebus panis ⁊ vini: vt hoc alamur donec peregrini ſumus: qḋ recte admirantes, nihil dubitando quęrimus, Manhu. i. quid eſt hoc? Aliud nanq; cernimus, aliud

Manna dulcedo btitudinis ſupernę.

Mãna ſapientia diuine.

Mãna eucharistie figura.

intelligimus: cernimus ſpecies, intelligimus chriſtū verū deū, verūqꝫ hoīem ſub ſpeciebus velatum: in quē ſubſtantia in vtraqꝫ re, ideſt in pane ⁊ vino tranſiuit. Hoc eſt ergo manna verū, longe vetere maius pręſtantius, ⁊ ſolennius: quod ideo abſconditū dicit, qꝛ exterius ſpeciebus velatū, omni dulcedine internę conſolationis refertū. Nam ⁊ māna illud mire afficiebat, delectabat ſuauitate inenarrabili: cuius noſtri dico veri māne dulcedo ſpiritu potius ꝙ̄ carne percipit: ad quā nemo admittit niſi pfectę ſit fidei, ac ſynceritatis innocuę: vt hi ſoli, qui eiuſmodi ſint eo perfruant veracius: vt non ab re Paulus dixerit, Probet aūt ſeipſum homo, ⁊ ſic de pane illo edat, ⁊ de calice bibat: q enim manducat ⁊ bibit indigne, iudiciū ſibi manducat ⁊ bibit, nō dijudicans corpus dn̄i. 1. Cor. 11. Quid eſt, pbet ſeipſum homo: niſi videat ſi perfecte credat: ⁊ ſi purus ſit a crimine, id eſt. Si plena fide, ⁊ puritate conſcientię accedat, ſciens illū eſſe chriſtū regū regē, quē adorant angeli, quē inferna tremiſcunt: qui ſalutē dat digne ſe ſuſcipientibus. Accedat inꝗ̄ ſecure, ⁊ reuerenter ⁊ manducet ⁊ bibat: quatinus particeps tantę diuinitatis fiat. Eſt enim panis viuus, qui de cęlo deſcendit: ſiquis manducauerit ex eo viuet in ęternū. Joan. 6.

Pane eget homo. Eget pane homo, vt viuat, cui proprius cibus panis ē. Eget aūt ſecundū vtrūqꝫ hoīem, internū videlicet ⁊ externū. Externus illi panis triticeus eſt: internus chriſtus, q eſt panis noſter: eſt ⁊ vita. Quomodo? Panis eſt in ſacramento eucbariſtię: quo alitur ſpūs, dū ei vnit, vt diceret ipſe, q eſt panis noſter: Caro mea vere eſt cibus. idē eſt ⁊ vita: In ipſo nanqꝫ vita erat. Joā. 1. ⁊ cap. 6. Ego ſum panis vite. Rurſum qꝫ ait, Ego ſum panis viuus, q de celo deſcendi: ſi qs manducauerit ex hoc pane, viuet in eternū. Sic panis, ꝙ alat: ſic vite, ꝙ vitā det. vitā aūt nō ꝑeuntē, ſed eternū ꝑmanentē. Nā ⁊ ipſe ſic viuus eſt, ꝙ non intermoriat. Quod enim mortuus eſt ſemel, peccato mortuus eſt: quod autem viuit, viuit deo. Roma. 6. cui per Petrum dicitur. Uerba vitę eterne habes Joan. 6. Hunc ergo panem quicunqꝫ digne ſuſcipiunt viuunt: q indigne ſuſcipiunt pereūt: infirmi enim fide ſunt, ⁊ nō diſcernunt: non iudicant corpus dn̄i eſſe, ⁊ regē eſſe angelorū ⁊ hominū: quē tanta incuria, tanta indignitate ſuſcipiunt: ⁊ ideo pereunt. vt verū ſit, qd dicit, quia datur vincenti. ac ſi diceretur digne ſuſcipienti. Dat aūt ſalutaribus eius gratijs, qbus pdeſſe poſſit, qbus nō datur indignis, qui non ad vitam ſed ad mortē capiunt illud: vnde nec ad catalogū ſanctorū pertinent: ſctōrū dico, quorū ſctificatio omnis in fide eſt, ſctiſqꝫ opibus. Nā ⁊ olim q indigne veſcebant māna in eremo mortui ſunt corpore ⁊ anima: q vero digne. i. ſpiritualiter intelligēdo chriſtū vera fide in māna illo, ſeruati ſunt: quandoquidē eadē meruerunt imortalitate potiri, qua Moyſes, ⁊ cęteri perfecti: neqꝫ enim eis obfuit māna viſibile ſpiritaliter vtentibus cibo illo corporeo. quēadmodū nec mō obeſt, ſub ſpeciebus corporeis eucbariſtiā ſumi, dico pfectis, ſuper petrā fundatis. Secūda promiſſio de calculo candido.

Calculus cādidus. Nota. Calculus hic gēma precioſa eſt, quę ad morē illius margari-

tę,(vt Primaſius ait)quã negociator inueniens venditis omnibus comparauit,intelligenda ꝓponit. vnde ⁊ quędã tranſlatio margaritã habet. Hanc igit quũ pollicet,pollicet pro mercede ſeipſum chriſtus. Ipſe eſt enim calculus, ⁊ margarita gẽma precioſa. Calculus lapillus paruus eſt,ſolidus ac durus:qui calce preſſus lędit. vnde ⁊ calculus a calco verbo qđ ꝓprie pede comprimo eſt, dictus putat. Et chriſtus paruus ob ſui depreſſam humiliationẽ fuit: humiliauit nanqꝫ ſemetipſum vſqꝫ ad mortẽ,mortẽ aũt crucis teſtat apoſtolus Phil.2. ſolidus tamen,⁊ durus,ob inuincibilẽ eius virtutẽ,q preſſus leſit plurimos. vnde ⁊ lapis offenſionis dictus,Aplo dicente, Offenderunt enim in lapidẽ offenſionis,ſicut ſcriptũ eſt,Ecce pono in ſion lapidẽ offenſiõis,⁊ petrã ſcãdali Ro.9.⁊ Eſa.28. Eadẽ legis.1.Pet.2. Lapidem eũ vocat,⁊ Pſaltes.Pſal.117. Quẽ ſcripturę locum citans idẽ dñs p ſe Matth.21.ait,Nunꝗ legiſtis in ſcripturis, lapidẽ quẽ reprobauerũt ędificantes,hic factus eſt in caput anguli:Et qui ceciderit ſup lapidẽ iſtum,confringet:ſuper quẽ vero ceciderit,conteret eũ. Solidus ergo eſt ⁊ durus,fortiter reſiſtens aduerſarijs:⁊ lędens, ⁊ conterens eos. Candidus aũt qa pctm̃ non fecit:nec dolus inuentus eſt in ore eius.1.Pe.2.⁊ Eſa.53. Bene aũt poſt mãnę mentionẽ, mox calculũ ponit:is nãqꝫ ordo ⁊ in Petri ſcriptis obſeruat loco iã citato, Si tamẽ(inquit)guſtaſtis,qm̃ ſuauis eſt dñs:ad quẽ accedentes lapidẽ viuũ,ab hoibus quidẽ reprobatũ,a deo aũt electũ,⁊ honorificatũ:vbi ⁊ mãna,⁊ calculus,⁊ candor innoteſcunt. Mãna in ſuauitatẽ guſtus,calculus in lapide viuo,candor in honorificatione. Haymo calculũ carbunculũ hunc fore autumat,q in tenebris velut carbo accenſus lucet. Et chriſtus in ſęculi tenebris illuxit. Joan.1.⁊ lucet vſqꝫ adhuc,q illuminat oẽm hoiem venientẽ in hunc mundũ. Preterea eſt calculus ⁊ ſupputatorius,quo ſolemus rationes ſupputare: vt ad hũc modũ victor numeret inter conſortia ſctõrũ,qui mercedẽ reportet ex promiſſione. Sed ⁊ Romanis familiare erat in ferendis ſuffragijs,calculis noia magiſtratuũ inſcribi,ac poni in vrna,vt teſtat Liuius in tertia Decade.lib.2. Noibus,inqt,in vrnã conjectis. Et chriſtus,qb⁹ ſuffragia fert,noia eorũ in ſeſe indelebiliter,velut in calculo inſcribit,ac cœli magiſtratus efficit. Et fauſti dies candido ſignabantur lapillo,atro infauſti,vt Satyricus poeta habet, Hũc macrine diẽ numera meliore lapillo. Et grantę magnę dies quibus recõciliati ſumus per chriſtũ,vt cęterũ p charis apud patrẽ cœleſtẽ habeamur,meliore lapillo chriſto,conſignati ſunt. Quũ ergo candidũ ꝓmittit calculũ,electione fœliciore nos conſolat in diebus gratię ſuę, ꝓponens milinę noſtrę mercedẽ,quã oculus non vidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Teſtant Eſa.cap.64.⁊ Paulus.1.Cor.2.vt nihil vltra conſcientijs paueamus gratiã conſequuti. Nihil enim damnationis eſt his,q ſunt in chriſto Jeſu,q non ſecundũ carnem ambulant:Lex enim ſpũs vitę in chriſto Jeſu liberauit nos a lege peccati ⁊ mortis,dicit Paul⁹ Ro.8. Tertia ꝓmiſſio. Et in cal. nomẽ nouũ ⁊c.

Nomen nouum.

Nomen hoc nouũ eſt,qđ os dñi nõlauit, Eſa.62.vocabiť,inquit,tibi
nomẽ nouũ,qđ os dñi nominauit. Quid hoc eſt,niſi vt a chriſto ve-
re chriſtianus dicaris:qđ fiet ſi viceris. Neq; enim qſpiã id rẽ habet
niſi victor. In harena ſtas,pugnandũ tibi eſt: Nã militia eſt vita ho-
minis ſup terrã Job.7.quatinus ex pugna victoria tibi naſcať:vt no-
uo nomine digne glorieris,hoc eſt,vt chriſtianus dicaris. Hoc enim
omnino nouũ nomẽ eſt,priſcis inauditũ ſeculis:poſtremo huic tem-
pori reſeruatũ. Ut aũt tibi nouũ hoc nomen videať: quęre ſub cœlo,
quod nomẽ ſit tam amplũ,tã magnificũ,qđ iure huic conferri poſſit.
Omne enim qđcunq; reperies,temporaneũ eſt,breue ⁊ inefficax:hoc
aũt ęternũ,ac potens:ideoq; nouũ,mirabile,mundoq; inauditum.
Quod ſi aliqua ſunt noua,ad carnis ſolũmodo iudiciũ noua ſunt,
ſed nõ deo:hoc vero ⁊ deo nouum eſt. Nouum enim eſt illi ꝙ noſtrę
mortalitatis trabea indutus eſt.nouũ ꝙ ꝑ ętatẽ creuit:nouũ ꝙ in cu-
nis vagijt:nouũ ꝙ alſit,ſudauit,eſuriuit,ſitiuit. Breuiter. Nouũ qcqd
geſſit ĩ carne. Sequiť. Quod nemo ſcit,niſi q accipit. Scire ꝓ experiri
poſitũ eſt. Nemo enim ſcit ꝗ̃ dulcis eſt dñs:niſi nomẽ eius,qđ ſanctũ
eſt,fluenſq; chariſmatibus digne in ſe geſſerit. Sciant igiť oẽs philo
ſophi,⁊ quantũ volunt ſciant:ſiue vt Ariſtoteles,ſiue Ariſtotelici oẽs
cõpugnent inter ſeſe argumentis,ſiue ẽt buccis crepitibus colluctenť
ſuis ſyllogiſmis,plectent ſuas relationes:ſed niſi ſpũs adoptiõis re-
generando filiũ dei efficiat, ſcire nomen hoc nouũ nequeunt. Nemo
enim ſcit,niſi q accipit. Aut quo pacto alienus a religione fidei ſcire
poſſit,cui exoſum eſt:ſtultitia enĩ eſt illi. Sed poſteaquã ſacramentis
fidei initiatus fuerit,amabile,⁊ honorificum,atq; grã multa redun-
dans,⁊ ſaluificũ. Neq; enim eſt aliud nomen ſub cœlo datũ homi-
nibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri. hoc neſciunt hi q nõ percepe
runt fide. Ergo dať hoc nomen hominibus fide imbutis:fide imbu-
tos hoc ſcire oportet,hi ſunt prędeſtinati a dño,de qbus. S. Joannes
preſtať,filij dei ſumus,⁊ nondũ apparuit quid erimus: ſcimus qm
quũ apparuerit ſimiles ei erimus,qm videbimus eũ ſicuti eſt.1.Jo-
an.3. Hoc nomẽ polliceť victori chriſtus,quod tũ manifeſtũ faciet in
vnoquoq; ꝑ gloriã:quod a nobis nũc in virtute habeť ꝑ gratiam:vt
nomen qđ ſciri hic ceptũ eſt,ibi multo perfectius ſciať,quando virtu-
te eius fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno patris eorũ, vt nõ inconcinne
promiſſiones haſce omnes pro futuro nonnulli expenderint, vt ibi
earum retributio fiat victori, mannę,calculi quoq;, ⁊ nominis no-
ui. Namq; ⁊ corona poſt victoriam redditur vincenti: tali ſenſu. Qui
vicerit mundum, diabolum, ⁊ carnem, dabo ei poſt hanc vitam
manna diuinę dulcedinis meę: quod abſconditum eſt impijs, ne
vnquam deguſtent.dabo ⁊ calculum, aut meipſum,aut ſoliditatem
corporis glorioſi lucentem, in qua reſurgent iuſti omnes, ⁊ in cal-
culo nomen nouum, filiationis diuinę: quatinus id perpetuo ap-
pareat in ipſis.

# DE PRAECEPTIS ANGELO ECCLESIAE THYATIRAE SCRIBENDIS.

## SEC. 4. PVN. 1.

ET Angelo thyatire Eccleſię ſcribe. Hæc dicit filius dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis; & pedes eius ſimiles aurichalco.

Thyatira ciuitas erat & ipſa in Aſia minore, prius Semiramida dicta. Quę vox qua ratione vniuerſę eccl'ie cõueniat, exquiramus. Thyatirã ſupra illuminatã reddidimus: eſt enim eccleſia fide illuminata. Græce ſonat odorẽ ſiue laboris ſacrificiũ, aut contritionis. Thyos enim odorẽ facio, & Thyo ſacrifico, & Tireo, contero: vel Tiro laboro, quę voces aptiſſime eccl'ię ſanctę cõpetunt. Eſt enim congregatio eorũ q ſunt bonus chriſti odor. 2. Cor. 2. & q ſe continuo deo viuenti ſacrificant, hoſtiam viuentẽ, ſanctã, & placentẽ. Ro. 12. Sancti aũt laboris, & ſctę contritionis odor eſt, & ſacrificiũ ipſa eccleſia, in ſpũs ſui humiliatione, & vera erga deũ affectione. Huic ergo ſctę Thyatirę, quę in odorẽ ſuauitatis ſeipſam victimam ſctę contritionis quotidie deo offert, ſcribi hęc dñs iubet: Nõnulla in principio ſchemata habitus ſui ponens e regione eccleſię ſanctę, ſiue etiã ep̃o reſpõdentia: cuius opera, tum fidẽ, tũ charitatẽ, miniſteriũ quoq; & patientiã noviſſe ſe dicit, & opa nouiſſima pręfert prioribus. Ideoq; oculos habet tanquã flammam ignis, & pedes aurichalco perſimiles: quippe viuaciſſimi ſunt & penetrabiles viſus eius, pertingentes vſq; ad diuiſionẽ animę & ſpũs, compagũ quoq; ac medullarũ, necnon cogitationũ intima, & intentionũ cordis, & nõ eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius, cui omnia nuda ſunt & aperta. Hebr. 4. Unde & iudiciũ eius prodit ęquiſſimũ. Sed de his abunde ſupra tractauimus. Nunc qua ratiõe ſe filiũ dei nominat exquiramus: non enim ocioſe aut iactabunde hęc ita cõmemorat, ſed vt agnoſceres p eũ multos factos dei filios, in grã adoptionis q eſt verus atq; perfectus, & vnicus filius dei naturalis, atq; ad eandẽ oẽs ptinere hęreditatẽ, quã in fine ep̃lę victoribus promittit luculentiſſime. Videns namq; dei filius paternã hęreditatẽ tã multã tã diuitẽ ſibi alijſq; poſſe ſufficere, venit in terras: & filios dei, qui erant diſperſi varijs erroribus per orbẽ, in vnitate fidei congregauit, dans eis pręcepta vitę & diſciplinę: quos flãmeis modo oculis cõſpicat: vt qui olim legem Moyſi ſeruo ſuo dederat in igne, per ignẽ orbẽ iudicaturus crederet. Ignis enim ante ipſum pcedet, & inflãmabit inimicos eius, Pſal. 96. Hoc animaduerſo demũ videamus qd rationis ſit, q oculi columbę huic ſponſo Canti. 5. tribuuntur: hic vero tanq̃ flãma ignis eſſe perhibentur. Nempe quia quũ primus eius aduentus in humilitate pręceſſerit, ſecundus expectat terribilis: cũ ptãte ſiquidẽ magna, & maieſtate terribili eſt aduenturus: ad cui

Thyatira ciuitas Aſię.

Thyatira eccleſia.

aduentũ vniuerſus orbis contremiſcet, nã & virtutes cœlorũ moue bunt Luc.21. Recte ibi colũbe oculos habet velut humiles, humili ter ipſe in primo aduentu apparens. Non enim venerat vt iudicaret mundũ: ſed vt mundus ſaluetur per ipſum. hic vero terribiles oculi eiuſdem ſunt, qa in ſecundo aduentu, in quo eũ expectamus, veniet nõ ita humilis, ſed qui poſſit iudicare orbẽ cũ ptãte magna & maie ſtate, vt dictũ eſt. Huius pedes aurichalco ſimiles ſunt, qa multis & anxijs tribulationibus, terminus vite eius in terris concluſus eſt: & tãto ſplẽdidior glĩa eius ex his effulſit. Et ecclĩa in finẽ multo igne tri bulationum probanda eſt, vt pciosior ſit auro, in gloriam admira bilem valde. ¶ Punc.2.

Aduẽtus p̄rim⁹ dñi humilis ſecundus terribilis.

Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & miniſte rium & patientiam tuam, & opera tua nouiſſima plu ra prioribus.

Niſi opera neceſſaria forent ad fidẽ, nequaquã ipſa probaret domi nus. Ecce enĩ dicit, Noui opera tua, & fidẽ. Noticia enim hic gratiam includit: & p approbatione ponit. Noui. id eſt. probo, vel placent mi hi. Nouit deus quod amat, & approbat. non nouit, quod odit: quem admodũ de quibuſdã dicit. Nunq̃ noui vos. Matth.7. & de fatuis vir ginibus. neſcio vos. id eſt vos odi & abieci. Sic & apud Lucã loquit dicens. Neſcio vos vnde ſitis. Luc.13. Neſcit enim malos deus, quẽ admodũ & diabolũ. Grauis ſub hoc tempus contentio orta eſt de fide & operibus, vt probẽt alij opera nihil ad fidẽ ptinere, immo eis ipſis fidei virtutẽ detrahi: quũ iam nõ fide ſed opibus ſalus petat: Nec fo re opus deo noſtris opibus, quũ nihil bonorum noſtrorum indigeat Pſal.15. Petrus aũt ſingulariter fidei tribuit ſalutẽ dicens, Reportan tes finẽ fidei veſtrę, ſalutẽ animarũ veſtrarũ. 1. Pe.1. Alij aũt, vanas putantes fidẽ viduatã operibus, pducũt teſtimoniũ chriſti. Matt.19. Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata. Et legiſperito ex lege man datũ charitatis corã pnũcianti reſpondit, hoc fac & viues. Et in iudi cio de opibus dicit ſe partẽ vtranq; iudicaturũ, & p merito operum cuiq; redditurũ. Matth.6. & 25. Itẽ. 2. Pet.1. Satagite, vt p bona ope ra certã faciatis vocationẽ veſtrã, & electionẽ. Et certe idẽ pbat locus ſcripturę huius. Noui, inquit, opa tua, & fidẽ: vbi opa & fides ſepara tim ſtatuunt, tanq̃ diuerſa mercede remuneranda. Et ne multa con geramus: certũ eſt, qa flagitat deus ab homine opus ad fidẽ: quũ nõ euacuat, imo magis ſtatuit. Nanq; preceptũ dei eſt Deut.6. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viri bus tuis, & ex omni mente tua, Luc.10. Matth.22. Mar.12. vt totus homo corpore & anima captiuet in ſeruitio dei, & cultu eius: id quod & a primo homine exegit. ideoq; mandatũ ei impoſuit: qđ ſi ſeruaret beatus eſſet: quo mandato eũ ſibi totũ vendicare voluit, videlicet, vt crederet illi, obediretq; & ſeruiret, atq; operũ merito aſſequeretur, qđ diſpoſuerat illi tribuendũ. Cui etſi opus non ſit bonorum noſtrorum

Noticia approbationis.

Fidei & operũ contentio.

Fidẽ ſtatuũt opera

opus tamen nobis eſt illis, vt acceptet tanquã meritoria ęternę vitę, etiã ſi olida ſordidaqꝫ ſint in nobis, non ſecus ac pannus menſtruatę: tamen qa acceptat a nobis deus, nobis redduntur munda perfecta ⁊ ſalutaria: ⁊ hoc ꝑ voluntatẽ eius, quę eſt prima rerũ oĩum cauſa. Nanqꝫ omnia quęcunqꝫ voluit fecit in celo ⁊ in terra, ⁊ in omnibus abyſſis Pſal. 134. Et ideo quodcũqꝫ opus a quocũqꝫ acceptat, bonũ ſit oportet, ⁊ inquantũ acceptat: quatinus tanti, ⁊ non pluris in pondere ſit ac eſtimatione. Quid igitur admirandũ, ſi noſtra acceptet opera, etſi minus habentia: vt precellenti pro his dignos nos decernat honore, vt dicat, Noui opera tua id eſt acceptaui. Uide qa primũ ipſa opa pronũciat, ⁊ pręfert nouiſſima prioribus, tanꝙ pluris ęſtimata: vel qa pſeuerantia addit ad ęſtimationẽ, vel qa aucta ſuis gradibꝰ fuerint. Duas aũt eximias virtutes inter cętera cõmemorat, fidem, ⁊ charitatẽ, eo ꝙ fides principiũ ſit ſalutis. Eſt enim omnis boni fundamentũ, lumen noſtrorũ actuũ in finẽ debitũ directiuum, vt iure primũ locum vendicet: nanqꝫ ſine fide impoſſibile eſt placere deo, dixit apłus. Poſt hanc ſtatim ſequitur charitas, tanꝙ conſũmatio operis inchoati. Ipſa qppe addit pfectionẽ rebus noſtris ⁊ preciũ. vt tãto precioſiores ſint, ⁊ pfectiores, quanto fuerint maiori charitate inſtructę, eo ꝙ in pręceptis charitatis vniuerſa lex ꝓpendeat ⁊ ꝓphetę Matt. 22. ⁊ Paulus Coloſſenſes exhortans ait, Sup oĩa aũt charitatẽ habete, quod eſt vinculũ pfectionis. Petrus quoqꝫ in priore epła cap. 4. Ante oĩa aũt mutuã in vobiſmetipſis charitatẽ cõtinuã habentes: qꝛ charitas operit multitudinẽ pctõrũ. ne cũ pręiudicio virtutis huius, fidei tribuamus omnia. Habet nãqꝫ ⁊ fides in re ſalutis ſua officia ⁊ locũ: habet ⁊ charitas: prout eſt aliud diſtinctũ dei donũ, etiam ſi in iuſtificatione ſimul cõcurrant: fides inchoat, perficit charitas, de quibus Thyatirenſis antiſtes cõmendatur, vt non ſupuacanee gratiã dei accepiſſe videatur. quod roborant ſequentia. nã ⁊ miniſterio, in quo poſitus erat, ſtrenue fungebatur, ne ſoli ſibi viueret: ⁊ ſingulari patientia tolerabat aduerſa, quę ſubinde occupatis officio procurrunt. Opera aũt ſalutis, quę cęperat adeo nihil minui in ſe patiebatur, vt etiam certis incrementis augeret: quę omnia approbare ſe dñs in eo adſtruit tanꝙ ei placita ⁊ grata, alioq minime commemoraret, procul ab adulatione per omnem modum diſſitus: qui ſeuere in vicia omnis ſolet animaduertere, affici virtutibus. Proinde ſequitur. ¶ Pun. 3.

Fidei lꝰ.

Sed habeo aduerſus tẽ pauca, quia permittis mulierẽ Iezabel, quæ ſe dicit propheten, docere, & ſeducere ſeruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis.

Quam perſpicaces ſint oculi dñi, quã flãmeſcentes, quãqꝫ ꝓfunde ⁊ quidem diſtincte cuncta diſpicientes, hinc perſpicies: quippe in eo quẽ tã inſigniter cõmendauit, reperit quod reprehendat, qa e grege ſuo ſcandalũ nõ depulerit. qđ a figura declarat. Scimus enim Jezabelẽ olim vxorẽ fuiſſe Achab regis Jſrael, quę cultrix idolorũ mol-

ios a cultu vnius ⁊ veri dei auertere puerſiſſima mente contendebat:
Iezabelis exitus. nec impune qdē. Nāq; deiecta p feneſtrā, iuſſu Iehu principis effra-
cta ceruice expirauit, ⁊ ibidē vngulis equorū proculcata immanitatē
ſceleris ſui morte nefanda compenſauit: cuius ſanguine aſpſus eſt
paries, ⁊ canes carnes eius comederunt, vt nihil ex ea niſi caluaria
⁊ pedes, ⁊ ſummitates manuū reperirent, iuxta verbū dñi quod locu
tus fuerat p Eliā theſbiten dicens: In agro Iezrael (que ciuitas fuit
metropolis in regno decē tribuū) comedent canes carnes Iezabel, ⁊
erunt carnes Iezabel ſicut ſtercus ſuper faciē terre, ita vt pretereuntes
dicant, heccine illa eſt Iezabel. 4. Reg. 9. ⁊ 3. Reg. 21. Huius operum
imitatores erant in eccleſia Thyatirenſi, quos notat hic dñs titulo
Nota. mulieris Iezabel, quaſi in vno corpore ſimiliter peccantes. Nam ⁊
electi in chriſto vnā vitā, non dubiū quin ſpiritualem agentes, vnū
corpus pficiunt, vt precedentia ſequentibus, ſequentia precedentibus
melius reſpōdeant. Unde ſcriptura loquit̄ dicens, Ue illis, q in via
cain abierunt, ⁊ in errore Balaā mercede effuſi ſunt, ⁊ in contradictio
ne chore perierūt Iude. 1. quinus parricide oēs in vno Cain, ⁊ oēs p-
phete mercenarij in vno Balaam: ⁊ oēs contradictores in vno Cho
re cōputent̄. Ad hunc modū idololatre fornicarij in vna Iezabele.
Affirmant alij vxorē fuiſſe antiſtitis thyatirenſis Iezabelē hāc: que a
veritate declinans pphetabat, ⁊ ſeducebat multos, docens idolis im
molata licite manducari, fornicariq;. Quicqd de his ſit, hoc certum
eſt, qa ex vna ad generalē totius orbis Iezabelē ſermo figurate trāſ-
Fornicatio duplex. fert̄. Eſt aūt fornicatio duplex, corporalis ⁊ ſpiritualis. De corporali
loquit̄ Paulus. 1. Cor. 6. Fugite fornicationē: omne enim pctm̄ quod
cuiuſq; fecerit hō extra corpus eſt, q aūt fornicatur in corpus ſuū pec-
cat. Hanc eandē incluſit in aīa dñs p conſenſum ⁊ delectationē, di-
cens. Qui viderit mulierē ad cōcupiſcendū eam, iam mechatus eſt
eā in corde ſuo Matthe. 5. Id eſt. non aliter ſibi imputat̄ ac ſi mecha
tus eſſet eam, conſenſit enim per libidinē, ⁊ eā intentione conſpexit.
Spiritualis fornicatio idololatria dicit̄, in qua relicto vero ſponſo
anima adheret demonio adorans Idola, de qua dñs deus p Iere-
miā contra Ieruſalē loquit̄, dicens. Mechata eſt cū ligno ⁊ lapide.
Iere. 3. ⁊ Oſee. 2. ait. Iudicate matrē veſtrā (ſynagogā indicans) iudi-
cate, qa nō vxor mea, ⁊ ego nō vir eius: auferat fornicationes ſuas a
facie ſua, ⁊ adulteria ſua de medio vberū ſuorū, id eſt. de corde quod
inter vbera reſidet. ſeu metaphora eſt q inter vbera meche, mechus
fere totius cōcupiſcentijs verſet̄. De talibus alibi dicit̄. Perdes oēs q
fornicant̄ abs te. Et licet iam deleta ſint ⁊ ſublata a facie terre idola,
viuit tū adhuc p corporalē fornicationē Iezabel hec typica meretrix
in multis docens ⁊ ſeducens: ⁊ multi ſunt q ſequunt̄ eā, ii ſunt cor-
poris voluptatibus dediti, q nolunt vt ſoli pereant, alios quoq; alli
Voluptuoſorū argumentum. ciunt, vt cupitis perfruant̄ voluptatibus, dicentes, qa ſi hoc deus fie
ri noluiſſet, maſculū primū ⁊ feminā nō creaſſet: nec corporis ea mem
bra feciſſet. Stultū eſt ergo inquiunt, abſtinere ab huiuſmodi delecta

ſtonibus, qbus fruuntur ⁊ alites ⁊ muſcę: dũqʒ ita ſeſe puocant, ali-
os quoqʒ: ſepe carnẽ quandoqʒ recuſantẽ ſtimulant, delectari com-
pellentes, flãmaſqʒ cupidinis ardentius in ſeſe incendentes: vt nullã Jezabelis
miſero corpori tribuant requiẽ nec honorẽ. quorũ maxima mater Je- iter ptatio
zabel ſanguinis fluxus, vel fluens ſanguine, vel et̃ ſterquiliniũ dicit̃.
Mulieres quippe (vt. D. tradit Hiero.) eo ꝙ maledictiõi obnoxię ſint
p ſingulos menſes fluxũ ſanguinis ſuſtinent: qa quũ menſtruũ tem-
pus aduenerit, ſupabundans ſanguis egerit̃. Sanguinis aũt nomine
pctã deſignant̃. Nã ⁊ ita orans dicit David. Libera me de ſanguini-
bus deus deus ſalutis meę, Pſal. 50. id eſt. de pctis adulterij homici-
dijqʒ. Recte ergo Jezabel fluxus ſanguinis eſt: qa videlicet reprobi Sanguis
oẽs malã voluptatẽ, quã prius conceperant: mox vbi opportunitas peccatum.
aduenerit ad effectũ pducunt opationis: dũqʒ opus cupitę voluptatis
pficit̃, grauioribus mens retinaculis illaqueat̃: nec ſtãnis conceptę
ſemel libidinis liberat̃, donec fetore malę de ſe opinionis in ſterqui-
liniũ redigat̃, ſcriptura dicente, Computruerunt iumenta in ſtercore
ſuo, Johel. 1. Jumenta quippe in ſtercore computreſcere eſt, luxurio-
ſum quemlibet in cęno libidinis vitam terminare vt. D. ait Gregori⁹.
Uerũ enimuero nec mlani ſuperſtitionũ deſunt ſectatores, velut ido-
lolatrę: q p quibuſdã egritudinis, ſiue etiã rerũ euentibus: ad arbo-
res, fontes, ⁊ auſpicia recurrunt, dicentes, qꝛ hoc agendo tale ⁊ tale
euaſi periculũ, rurſum talẽ conſequutus ſum pſperitatẽ. dũqʒ hęc fa-
ciunt, quaſi ad ſpiritualẽ fornicationẽ ppl'm ſimplicẽ ire compellunt.
Utinã nulli in eccleſia dei horũ malorũ ſectatores eſſent, parcius irã
dei viuentis ſuſtineremus: verũ qa ꝑpauci ſunt fideles, qui ſyncero
corde deũ colãt, nõ mirũ ſi tam ſeuerũ Deũ iudicẽ formidamus, qui
neſcit in tpe furoris ſui pcere peccantibus. Poteſt non incongrue hęre- Jezabel
ticus quiſqʒ p hanc Jezabelẽ intelligi, ꝙ ea primũ pphetas dñi per hereticus
ſecuta ſit. Nullus ante illã legit̃ in ſcripturis diuinis prophetas oc- quiſqʒ.
cidiſſe: hęc vero furore malignitatis ſtimulata, in magna crudelitate
iuſtũ Naboth ob vineã, quã regi vendere noluit, lapidibus obrui pre-
cepit. Eliã theſbiten virũ ſanctũ, ⁊ pphetã grauẽ vſqʒ ad mortẽ perſe-
cuta eſt: cuius exemplo ducti poſteriores quoqʒ, vt Ochozias rex Ju-
da, filius Jorã, ⁊ Athalia filia Jezabelis, ⁊ Joas, ⁊ Amaſias ad vnũ
oẽs pphetas dñi pſequuti ſunt, ⁊ occiderunt eos: verbũ quoqʒ ſanctũ
dñi phibuerunt, vt merito de chriſti genealogia eraderent̃, Matt. 1.
Jamdudũ quidẽ fabricati fuerant vituli aurei, et ſciſſe erant decem
tribus de domo David, ⁊ a templo dñi: qđ ſane initiũ fuit oĩs hęre-
ticę diſceſſionis, ⁊ totius ſchiſmatis: verũ quia Jezabel ſupaddidit
cultũ Baal, ⁊ impietatis gladiũ: nã ⁊ iuſtũ ſanguinẽ fudit, ⁊ verbum
dei impediuit, miniſtros quoqʒ eius pſecuta eſt in mortẽ, recte princi-
patũ tenet, quatinus Jezabel tota ea familia vocaret̃, quę omnibus Prelati eẽ
ſibi ſimilibus de ſe indidit nomẽ, quos in ſe velut in vnũ corpus coe- debent vt
git: quã quoties prelatus eccleſię inter ſuos verſari patitur, indigna- Elias.
tionẽ dei omnipotentis promeret̃. Quos, dico prelatos, quales eſſe
oporteat, docet zelus Elię, q ſe aduerſus Jezabel, ⁊ prophetas Baal

geſſit fortiter, vt et gloriaret dicens, Zelo zelatus ſum p dño deo exercituū, q a pphetas tuos occiderunt, ꝛ altaria tua ſuffoderunt. Ita quippe fortiter zelatus fuerat, vt pphetas Baal viros quadringentos occideri gladio. 3. Reg. 18. Eadē zeli fortitudine Phinees quoqȝ arrepto pugione ingreſſus eſt poſt virū Iſraelitē, q ingreſſus fuerat ad ſcortū, ꝛ confodit ambos in locis genitalibus, ſicqȝ auertit furorē dñi dei ab Iſrael. Nume. 25. Memorabili ſane exemplo vterqȝ vlciſcens iniurias dñi. vnde etiā non mediocrem laudē vterqȝ in eccliā dei promeruit. horū inſigni zelo condiſcere debent oēs eccleſiarū prælati, ne ſomnolenti ſint, neue conniueant ad iniquas actiones ſubditorum: Alioqui metuant iudiciū dei, ꝛ manus vltrices ſup ſe, ne vna cū grege pereant. Exemplo erit oibus Heli ſacerdos, qui quū noſſet inique agere filios ſuos, nō digne corripuit eos, ſed propenſiore quadā indulgentia, paternis affectibus cōniuebat dicens, Nolite filij mei, nolite ita facere, nō enim eſt bona fama, quā ego audio, vt tranſgredi faciatis ppl'm dñi. dūqȝ ſic blandit, nihil correxit in filijs: vnde etiā venit ira dei ſup eū, q dixit, Iuraui domui Heli, q nō expiabit iniqtas eiꝰ victimis, ꝛ muneribus vſqȝ in eternum. 1. Reg. 3. De cuius exitu cap. ſequenti habet, qr deſcendit ira dei ſup eū, ꝛ filij eius duo Phinees ꝛ Ophni, in bello philiſtim perierunt: ꝛ ipſe audito hoc, ꝛ q capta eſſet arca dñi, expauefactus, quū eſſet homo ſenex, ꝛ grandeuus, retro collapſus de ſella, effracta ceruice miſerabiliter occubuit, quatinus q antea facilis ac lentus eſſet in correptione filiorū, vltrices poſtmodū dñi manꝰ grauius ſuſtineret in expiētia penarū. ¶ Pun. 4.

Et dedi illi tempus vt pœnitentiā ageret, & non vult penitere a fornicatione ſua.

Pęnitētię tps datꝰ peccatori. De talibus Paulus dicit, Dedit illi deus locum pęnitentię, ꝛ ille abutitur eo in ſuperbiam. Et rurſum. An diuitias bonitatis eius, ꝛ patientię, ꝛ longanimitatis contēnis? Ignoras, qm benignitas dei ad pęnitentiā te adducit: ſecundū autē duriciā tuā, ꝛ impenitens cor, theſaurizas tibi iram in die irę, ꝛ reuelationis iuſti iudicij dei, qui reddet vnicuiqȝ ſecundū opera eius: his quidē ſecundū patientiā boni opis, gliam ꝛ honorē ꝛ incorruptionē, quęrentibus vitā ęternā: his autem q ſunt ex contentione, ꝛ qui nō acquieſcunt veritati, credunt aūt iniquitati, ira ꝛ indignatio, tribulatio ꝛ anguſtia, in oēm animā hoīs operātis malū, Iudei primū ꝛ Gręci: Gloria aūt honor et pax omni operanti bonū, Iudęo primū ꝛ Gręco. Ro. 2. Quiſquis enim delinquit, ꝛ viuit: ideo hunc diuina pietas iniqua agentē ſuſtinet, vt ab iniquitate reſipiſcat: vnde quo amplius is expectat, ꝛ non vult pęnitere, eo arctius reatus ſui vinculis cōſtringit, ꝛ iuſto dei iudicio puniendus exponitur. Huc pertinet illud Eſa. 65. Puer centū annorū morietur: ꝛ puer centū annorū maledictus erit. Puer ſenſu ꝛ ſtultitia, qui neſcit excogitare dei iudicia: nō innocentia puer, alioq viueret benedictus. Sed quęrendū nobis eſt, quū antea negligenti paſtori dictū ſit, ha-

Petōr viuit vt a pctis auertatur.

beo aduerſum te, ꝙ ꝑmittis mulierē Jezabel, quę ſe dicit ꝓphetē, do-
cere ⁊ ſeducere ſeruos meos. cur nō ſubiungit, dedi tibi ⁊ illi, aut cer-
te ſub vno, dedi vobis vt pęnitentiā ageretis? Ad qđ dicendū eſt, qa
in antiſtite omne corpus eccleſię comprehendit: ⁊ dū ipſe increpat,
ad eos quoq; increpatio ptinet, q rei ſunt: ideoq; a ſpecie pręlatorū,
q ſuperius latiori myſterio fuerant reprehenſi, redit ſermo ad genera
litatē ppl̄i, ⁊ in ea partē ſpeciei reprobā. Jccirco ne pars ſpeciei ſynce-
ra, illi quę in reprobis eſt videret eſſe coniuncta, in cōminatione, par
tē dūtaxat reprobā cōtingit. Uel certe dū authorē flagitij monet, com
monet ⁊ epm, quē cōcernit vigilare ſuper gregē ſuū. Bene aūt dediſſe
illi tēpus ad agendā pęnitentiā epm docet, quatinus illi ſuggerat, vt
ptinus reſipiſcat: vel ſolo hoc pudefactus, ꝙ iam ne ipſum qdē epm
id negocij latuerit: qđ ⁊ celitus ꝓderetur. Uide aūt dei ammirabilē Dei āmirabilis clementia.
clementiā, qui non ptinus ferit, nec punire feſtinat: imo ne puniat prę
monet, ⁊ in multa lenitate ſuſtinet peccatorē, q nō vult mortē pctōris,
ſed vt magis cōuertat ⁊ viuat. Ecce enim dicit, Et dedi illi tempus vt
pęnitentiā ageret. Equidē vnicuiq; dat breue vel longum pęnitentię Pęnitētię tpſ dat cuiuis a deo.
tps deus: ſtat tamē in arbitrio hoīs ſiquis velit aut nolit pęnitere. Jn
hoc ēt cōminationes facit. Scriptura teſtat de Achab, qa quū dn̄o
peccaſſet, miſit Eliā prophetā ad eū, ⁊ dixit. Ecce ego inducā ſuper te
malū: ⁊ demetā poſteriora tua: ⁊ interficiā de Achab mingentem ad
parietē: ⁊ dabo domū tuā ſicut domū Jeroboā filij Nabath. Sed ⁊
de Jezabele loquutus eſt. di. canes comedēt Jezabel in agro Jezrael.
Rurſum quoq; de Achab ait, Si mortuus fuerit Achab in ciuitate,
comedent eū canes: ſi aūt mortuus fuerit in agro, comedent eū volu-
cres cœli. Et Achab qdē vtcūq; pœnitentiā egit: quo circa dn̄s ſen-
tentiā penę, quā cōminatus fuerat illi, iuxta modū pęnitentię tem-
perauit. Sic enim de eo ſcriptū eſt, Jtaq; quum audiſſet Achab hos Pœnā temperat iuxta modū pœnitentię.
ſermones ſcidit veſtem ſuā, ⁊ operuit cilicio carnē ſuā, ieiunauitq;, ⁊
dormiuit in ſacco, ⁊ ambulauit demiſſo capite. Proinde quoq; dn̄s il
li pœnā cōminatā temperauit, ⁊ de ſententia nōnihil decidit. Nāq;
qđ in initio ſermonis dixerat, Jn loco hoc, in quo canes linxerūt ſan
guinē Naboth: lambent tuū quoq; ſanguinē, illud qdē impletū eſt.
verūtamen neq; in ciuitate canes, neq; in agro volucres cœli illum
comederunt, de quo ſcriptura teſtat. 3. Reg. 22. Mortuus eſt aūt rex,
⁊ perlatus eſt in ſamariā: ſepelieruntq; regē in Samaria: ⁊ lauerunt
currū in piſcina Samarię: ⁊ linxerūt canes ſanguinem eius, ⁊ habe-
nas lauerūt iuxta verbū dn̄i, qđ locutus fuerat. Jtem quod dixit, de-
metam poſteriora tua, ⁊ dabo domū tuā ſicut domū Jeroboam, ita
moderatus eſt vt diceret, Quia enim humiliatus eſt mea cauſa, non
inducā malū in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferā malū domui
eius. Porro de ſententia Jezabel nihil decidit, qa nullo mō pœniten
tiā egit: expleuit aūt oēm cōminationē in illā. Quo certiſſime agno-
ſceres deū p mō pœnitentię placari, ⁊ in ipſum pęnitentē inclinari:
vt diceret, Ecce dedi illi tempus vt pœnitentiā ageret. O magna dei

clementia: dedi illi tempus, vt pœnitentiã ageret. Quid eſt. Dedi illi tempus vt pęnitentiã ageret? niſi vt hõ mutabilis quantũ in ſe eſt, quęrat opportunũ remediũ per ſpacia data a deo tẽporis, vt habeat deus vnde miſereaƭ noſtri? An nõ ſimilis ſententia eſt apud Eſaiam dicentẽ. Propterea expectat nos dñs, vt miſereaƭ noſtri, q͂a deus iudicij dñs: cap. 30. ⁊ vere deus iudicij eſt dñs, q ſecundũ qualitatẽ pęnitentię remittit nobis pctm̃: ⁊ q nullo mõ pęnitentiã facit, nullo mõ accipit remiſſionẽ. Sed eſt in pęnitẽtibus, q ꝓ admiſſo ſcelere dolẽt, differẽtia. Nã quidã pęnitẽtiã ex miſſi habẽt: ſed non ſpe aſſequendę venię, vt Judas: ⁊ ante hunc Cain qui fratrẽ occidit. hi nihil ꝓficiũt ſua pęnitentia. Alij habent pęnitentiã cũ ſpe venię, ⁊ hi differenter. Nã quidã ſic habent, vt tamẽ ꝓpoſitũ nõ de ſe eradicent, nec a ſe occaſionẽ peccandi alienent: quorũ pęnitentiã fucatã potius q̃ verã eẽ dicimus: nec hi quippiã vltra ꝓficiunt. Alij pęnitent vt nunq̃ iterẽt, q ſoli brauiũ obtinẽt. Quo in loco aduerte nequaq̃ ad verã pęnitentiã poſſe ꝑuenire, niſi pcti cognitione, ſine qua ſpũale vulnus non ſanaƭ: nãq3 impoſſibile eſt morbo eiuſmodi aliter occurri. Eſt eñi inter morbũ corporis, ⁊ morbũ animę ꝑmagna differentia. Quũ enim ad curationẽ morbi corporis ſufficiat ſola cognitio medici: in morbo animę nõ ꝑueniƭ ad curationẽ, niſi cũ cognitione laborantis. Quoniã (inquit Dauid) iniquitatẽ meã ego cognoſco, ⁊ pctm̃ meũ contra me eſt ſemꝑ. Pſal. 50. Eſt tamen iſta cognitio duplex. vna naturalis, quę fit naturali lumine rationis. altera ſupnaturalis, quę fit ꝑ gratiam a deo imediate irradiantẽ ſupnaturale lumẽ rationis: illa ſępe venit in deſperationẽ, hęc in venię ſpem. Illa Cain parricidale facinus cognouit, ⁊ periit. Dicebat enim maior eſt iniq̃tas mea, q̃ vt miſericordiã ꝓmereat. Sic ⁊ Judas traditor, piiſſimi magiſtri impius carnifex, nũq̃ ad miſericordiã ꝑuenit: nanq3 abiens laqueo ſe ſuſpẽdit. Porro Petrus pctã cognouit: ⁊ egreſſus fleuit amare, vſq3 dũ viſitationẽ miſericordię dei caperet. quatinus liquido intelligeres, nõ ſine ſpe venię noticiã iniq̃tatis vllo modo profuturã. ⁊ hoc in vera cordis contritione, ⁊ propoſito firmo non iterandi. ¶ Punc. 5.

Pęnitẽtiũ differẽtia.

Pctĩ cognitio origo pœnitẽtię.

Cognitio peccati duplex.

Et ecce ego mitto eam in lectũ: & q mechantur cũ ea in tribulatione maxima erunt, niſi pœnitentiã ab opibus ſuis egerint: & filios eius interficiã morte: & ſcient oẽs eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes & corda: & dabo vnicuiq3 veſtrum ſecundum opera ſua.

Unũ corpus ſatanę mecbꝰ ⁊ mecba.

Quod Jezabel, hoc ⁊ mecbi eius, ⁊ filij. ideſt. vnum corpus ſatanę. Quia enim reprobi reprobis ſuccedunt, genus in ſuas ſpecies rectius diuidiƭ, vt oſtendaƭ q̃bus ſucceſſibus totũ corpus ſatanę proficiat, incrementis qualibus augeaƭ. Sed in lecti myſteria videamus. Potuit enim eſſe hęc mulier Jezabelis nomine conſignata, aliqua thyatirẽſis, quę ad modum illius, de qua ſermo Regũ loquitur ſeducebat

multos:vt libere,⁊ abſqȝ metu fornicarent, ac manducarent de his
quę idolis eſſent immolata,in multorū ſcandalū,qui recta alioq̄ per-
gerent in ſalutē:vt ſic nō aliud ſit lectus,q̄ locus ſtramentis,ſiue pul
uillis inſtructus,quo iacendi,quieſcendiue gratia ſolemus decumbe
re.Et in hunc minat̄ deus deijcere mulierē peſtilentē poſtq̄ percuſſa
fuerit ęgritudine,vbi iaceat non ad quieſcendū,ſed ad cruciamenta
corporis ſuſtinendū.vt prouerbialiter dictū ſit,Ecce ego mitto eam in
lectū.ideſt.feriā eā infirmitate,quatinus laborans decumbat in lecto
quę mō delectans quieſcit in explenda corporis voluptate.Ergo vox
hęc,nō quietis,ſed laboris eſt:nō pacis, ſed tribulationis:videlicet
vnde ſit illi tranſitus poſtmodū ad pęnā duriorē.Nā ⁊ Jezabel mu-
lier illa famoſiſſima vxor Achab regis Samarię decē tribuū, poſt
ſua ſcandala nō in lectū quietis miſſa fuit:ſed deiecta ꝑ feneſtram,
iuſſu Jehu iacuit mortua.De qua ſcriptura teſtat̄ di.Jezabel quū au- Jezabelis
diſſet introitū Jehu,depinxit oculos ſuos ſtibio,⁊ ornauit caput ſuū, exitus.
⁊ proſpexit ꝑ feneſtrā:ingrediens aūt Jehu ꝑ portā vidit,⁊ dixit eunu
chis,pręcipitate eā deorſum,⁊ pręcipitauerunt eā:aſperſuſqȝ eſt ſan-
guine paries:⁊ equorū vngulę conculcauerunt eā: quūqȝ introgreſ-
ſus eſſet Jehu vt comederet ⁊ biberet ait,ite ⁊ videte maledictā illā,
⁊ ſepelite eā,q̄a filia regis eſt:euntes aūt nō inuenerunt niſi caluariā,
⁊ pedes,⁊ ſummitates manuū,vt ſermo dn̄i impleret̄, quē locutus
eſt ꝑ ſeruū ſuū Eliā theſbiten dicens,In agro Jezrabel comedent ca
nes carnes Jezabel:⁊ erunt carnes Jezabel ſicut ſtercus ſuꝑ faciē ter-
rę,in agro Jezrabel.4.Reg.9.Illo itaqȝ locutionis mō hęc, de qua
ſermo eſt,mitti in lectū dicit̄,quo miſſa eſt illa princeps totius ſcan-
dali in mortē ⁊ pęnā inferni.Nūc vide ſermonis cōuenientiā ad facti
ordinē.Nimia ira infirmatus Achab deiecit ſe in lectū,nō volēs co- Achab
medere panē:ingreſſa ad eū Jezabel,maritū ſemianimē iacere vidēs peccauit
cauſam morbi didicit ab eo,bonoqȝ mox eū animo fore iuſſit.Quid ex concu-
dico?exagitauit eū ſermone,riſit inertē,⁊ dixit.Bene grandis autho- p.ſcentia:
ritatis es rex:⁊ bene regis regnū Jſrael:ſurge,comede, ęquo animo et vxoris
eſto:ego dabo tibi vineam Naboth Jezrahelite,ſicqȝ tot vocibus ve- ſolicitatio
luti ſubiectis iaculis excitauit herū de lecto:mox ipſa lecto decubitu- ne.
ra.exagitauit acuitqȝ audaciā in nefariū ſcelus:armauit manum in
ſanguinē innocentis,vt Nabothe interfecto cōcupita potiret̄ ꝑ omne
nefas vinea.Hinc mihi iā diuinę quoqȝ animaduerſionis ſeriē per- Diuiſe ani
ſpice.Jn Jezabele q̄dē explete ſunt primū oēs cōminationes intentę: maduer-
hinc in virū eius q̄ mechabat̄ cū ea in idolis, deinde in vniuerſam ſiōis ſeries
domū:ſed ⁊ miſera plebecula,cui imperitabat,magnis tribulationi- ſuꝑ achab
bus vexata eſt:quatinus ꝑ ordinē dn̄icus ſermo in hoc tropo proceſ- ⁊ domum
ſerit.De Achab veritas hiſtorię habet,q̄a in bello contra regē Sy- eius vni-
rię ſagitta inter pulmonē ⁊ ſtomachū vulneratus eſt,⁊ mortuus,per uerſam.
latuſqȝ in Samariā.3.Reg.22.De domo quoqȝ eius certū habem⁹,
quia Jorā filius eius,⁊ omnis pplꝰs in tribulatione maxima poſiti
erant ex obſidione Benadab regis Syrię, quando facta fuit fames

valida in ciuitate, vt caput aſini octoginta argenteis venderetur: & quarta pars ſtercoris colūbini quinqꝫ argenteis: tunc factū eſt vt mater ꝓpriū filiū coqueret & comederet, quę clamabat ad regē tranſeuntē per murū, ſalua me dñe mi rex: mulier iſta dixit mihi, da filiū tuū, vt comedamus eū hodie: & filiū meū cras comedemus: coximus ergo filiū meū & comedimus &c. Ecce tribulatio. Et quę (oro) maior potuit eſſe hac? De Jorā quoqꝫ filio Achab & Jezabelis, hoc exhibet Regū liber, qa quū egreſſus eēt cū Ochozia rege iuda, ſinguli in curru ſuo, in occurſum Jehu, dixit, pax eſt Jehu? at ille reſpondit. Quę pax? adhuc fornicatiōes Jezabelis matris tuę: & veneficia eius multa vigēt: tetenditqꝫ arcū manu: & percuſſit fugiētē inter ſcapulas, & egreſſa eſt ſagitta per cor eius, ſtatimqꝫ corruit in curru ſuo: & mortuus eſt. Ochozias quoqꝫ filius filię Jezabelis rex Juda, qui venerat ad viſendum Jorā regē Iſrael eadē via interfectus eſt. ſed & ſeptuaginta viros omnes filios regis Achab, partim ex Jezabele, partim ex cōcubinis iuſſu Jehu optimates ciuitatis Samarię, apud quos nutriebant interfecere: & poſuerūt capita eorū in cophinis, & miſerunt ad Jehu in Jezrahel. percuſſit igit Jehu oēs q reliqui erant de domo Achab in Jezrahel, & vniuerſos optimates eius, & notos, & ſacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquię: occidit & fratres Ochozię quadragintaduos viros. 4. Reg. 10. Interroganti nanqꝫ Jehu, quū inueniſſet eos, q eſſent, reſponderunt fratres Ochozie ſumus, & deſcendimus ſalutarū filios regis, reginęqꝫ: protinus ad ſuos ait, comprehendite eos viuos, quūqꝫ cōprehendiſſent, trucidauerunt eos., & non reliquit ex eis quēquā: Sed & Athalia filia Jezabelis mater Ochozię videns filiū mortuū, interfecit oē reliquū ſemen regiū, qđ ex Jezabele erat. id eſt. abnepotes eius: ex quibus oībus viuens Joas, filius Ochozię regis Juda paruulus furto ſublat⁹, ꝑ Joſabā filiā regis Jorā, ſororē Ochozię remanſit. 4. Reg. 11. Quatinus ex hoc tropo condiſceremus oēs q̄nto odio execret dñs illos q exēplo malo doctrinaue ſunt peſtilentes: & qs eos maneat exitus. Sed & hereticus qſqꝫ per Jezabelē hīc

Jezabel hereticus quiſqꝫ.

(vt diximus) recte deſignat, quē dñs minat deijcere in lectū pœnarū ſiue ęgritudinis, ſiue inferni: cuius culcitrę ſunt vermis & ignis, ſicut ſcriptū eſt. Uermis eorū non moriet, & ignis non extinguet. Eſa. vlti. At placet alijs per lectū ipſam delectandi in pctō conſuetudinē au-

Lect⁹ peccandi conſuetudo.

daciamqꝫ & ſecuritatē debere intelligi, in quē ponit iſta myſtica meretrix: nō vt quieſcat, ſed vt ſua febre langueſcat, phreneſimqꝫ ſuſtineat: quatinus ea iam dicat, vel agat, quę alij audire videreqꝫ erubeſcunt. Sępe enim iuſto dei iudicio, propter ante acta facinora, nec ſequenti pęnitudine deleta, ruunt in grauiora impij: dūqꝫ ſine metu audacter peccant, quaſi in lecto praue conſuetudinis cubant, tradente eos deo in ignominiā paſſionis ſuę, Teſtis eſt Paulus Roma. 1.

Ira dī grauiſſima.

Sequit. Et ſcient, inquit, oēs eccleſię, quia ego ſum ſcrutans corda & renes. ac ſi dicat, ſcio qua quis intentione quid agat, & quid concupiſcat. In renibus quippe ſeminaria ſunt libidinis: de corde aūt ex-

ſunt cogitationes. vt in corde cogitatio deſignetur, in renibus dele-
ctatio. Ne vero longius abeamus quęrẽdo cur dicat dñs qa ego ſum
ſcrutans renes ⁊ corda: memoriter teneamus cõminationibus his
interpoſitã conditionẽ: niſi, inquit, pęnitentiã egerint ab operibus ſu- Pœniten-
is. Nã qa ſunt alij, q propter conſequendã ęternã vitã: alij q ꝓpter tiũ diuerſi-
obtinendã fœlicitatẽ terrenã, pęnitentiã agunt: alij q omnino impę- tas.
nitentes ſunt: pertinuit ad iudicẽ, qui ſe redditurũ ꝓfitet vnicuiqꝫ ſe-
cundũ opera eius, oſtendere, vnde ſcire poſſit, quale, vel cuius meriti
ſit cuiuſlibet pęnitentię, vel impęnitentię opus. Et hoc, inquit, ſcient
oẽs ecclesię. Quando ſcient: In futuro, in die retributiõis magno: nã
nunc perpauci ſciunt, perpauci diſcernũt, quomõ condigna ſingulis
reddant. Exempli gratia. Achab ſępe dictus pęnitẽtiã quidẽ egit, ſed Pœniten-
tota eius pœnitentia circa renes, nõ in corde fuit. hoc eſt, nõ curauit, tia Achab
nec timuit, ne a regno dei fieret alienus: ſed hoc ſolũ, ne regno priua qualis fuit
ret terreno. Econtra Dauid ꝑpetrati adulterij, homicidijqꝫ additi
pęnitentiam agens: non cogitabat ne regno ſuo priuaretur, ſed ne Pœniten-
gratia dei vacuus eſſet: vnde ⁊ in amaritudine cordis ſui aiebat, tia dauid
Ne proijcias me a facie tua, ⁊ ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a qualis.
me. Porro Joram ęque vt mater impęnitens cor gerens in malis
obſtinatus perſiſtebat, ⁊ in obſidione blaſphemabat dicens, Quare
tantũ malũ eſt a dño: indignans ſane contra dominum deum om-
nipotentẽ incuſabat eũ cur tantũ malũ in ciuitatẽ ſuã immiſiſſet, inqꝫ
regnũ eius: ⁊ quare non depelleret, quũ poſſet: ⁊ ſic furens debac-
chabat, quia explere nõ poſſet iniuriã in dñm: ⁊ quod in dñm non
poſſet, tentauit in ſeruũ prophetã eius, dicens, hęc faciat mihi deus,
⁊ hęc addat, ſi ſteterit caput Eliſei filij Saphan, ſup eũ hodie: pre-
miſitqꝫ virũ, q pręcideret caput eius. Hic ergo ſcrutans corda ⁊ renes
id eſt veraciter diſcernens, quali quiſqꝫ intentione affectuue, carnali
aut ſpũali, pęnitentiã ſuã exequat, in Achab quidẽ pęnã exercuit, Da-
uid aũt recepit in gratiã: Jorã, ⁊ cęteros Jezabelis filios abſqꝫ dila-
tione interfecit: reddens vnicuiqꝫ in hunc modũ ſecundũ opa eius,
⁊ ſecundum qualitatem quantitatemqꝫ operum plus minuſve: ſe-
rius citiuſue. ¶ Punc. 6.

Vobis autem dico, & cæteris, qui Thyatire eſtis, qcunqꝫ
non habent doctrinã hanc: & q nõ cognouerunt altitu
dinẽ ſatanæ, quẽadmodũ dicunt: non mittã ſuper vos
aliud pondus, tantũ id qđ habetis tenete donec veniã.

Quemadmodũ impijs aſper, ita pijs facilis ẽ dñs. Terruit impios,
ſolat nũc pios, quos alloquit dicens. vobis aũt dico. hoc mõ loquẽ-
di vtit erga ſuos dñs, Matth. 5. Ego aũt dico vobis. ⁊ alibi. vobis
datũ eſt noſſe myſteriũ regni dei. vobis, id eſt, meis, nouis, ⁊ electis
hominibus, nõ alienis, nõ antiquis carnaliter legẽ ſapientibus, nõ
reprobis, ſed meis domeſticis, amicis, ⁊ familiaribus, quicunqꝫ nõ
habent doctrinam hanc peſtiferę Jezabelis. Eſt aũt tranſitus de ſe-

cunda in tertiā ꝑſonam,in vobis,⁊ habent.Similiter loquit̄ Deus 3.Reg.19.id quod citat Paulus Ro.11.Reliqui mihi ſeptē millia virorū,q̄ nō curuauerunt genua ante Baal. hos enim ſibi aſſeruauerat ꝑ gratiā,vt nō adorarent idola.Igit̄ q̄ non habent doctrinā hāc,

Satanę altitudo. idest,qui carent ꝑſuaſione Jezabelis,ſed nec ſuperbiā ſatanę voluerunt imitari:hoc eſt enim ſatanę altitudo,q̄ſ ſuperbia : q̄ tumens in ſeipſo dicebat,In cœlū conſcendā,ſuꝑ aſtra dei exaltabo ſoliū meū: ſedebo in monte teſtamenti,in lateribus aquilonis: aſcendam ſuper altitudinē nubiū:ſimilis ero altiſſimo.Eſa.14.Hanc eius altitudinē cognouit primus homo,quando iniquis eius perſuaſionibus deceptus preuaricatus eſt legē dei,equalitatē dei ⁊ ipſe quodāmodo affectans.Dictū quippe erat ei.In quacunq̧ die comederitis ex eo,aperient̄ oculi veſtri,⁊ eritis ſicut dij.Gene.3.hanc altitudinē cognouerūt ⁊ hi q̄ turrim Babel in cœlū educere moliebant̄.Gē̄.11.Quā altitudinē,filij dei electi fugiunt,vt nō agnoſcāt,ideo ſe in ſemetipſis deprimūt,⁊ humiliter viuunt formā chriſti imitantes:q̄ quum deus eſſet,in trabea mortalitatis noſtrę humiliter ſeſe geſſit:vt nō dn̄s ſed miniſter aliorū fieret,portans onera oīm vt oēs lucrifaceret ſaluteq̧ donaret.Attamen non deerant, q̄ in thyatirenſi eccl̄ia agnoſcerent hanc ſędā ſatanę altitudinē,qui deceptricē eius doctrinā probarent, colla illi ſummitterent:miſcerent̄ contaminationibus,ſacrificiorum adinuentionibus applauderent inſeruirentq̧, curuabant hi mutis ſurdiſq̧ idolis genua,⁊ thure ſacrificabant illis:omnia aūt docente Jezabele(quęcunq̧ hęc fuerit)faciebant.Inter hos tamē erant ⁊ piſſimi immunes ab hiſce inquinamentis,q̄ ſpū dei pleni expuebant in ſatanę altitudinem.Quę in veritate non erat altitudo,nihil enim diuinī habet ſatanas,vnde ſublimis eſſet.ita tamē q̄buſdā ſtultis eſſe videbat̄,q̄ in ſimulachris mirabant̄ aurū,argentū,cęteroſq̧ gēmarū fulgores,q̄ alioq̄ capiebant̄ auro,atq̧ id genus cupiditatis irritamentis,cupidi,auariq̧ hoīes,⁊ decipiebant̄:q̄bus ex auro demon loquebat̄,varie eos illudens.Proinde quū diceret altitudinē ſatanę,addidit,queadmodū dicunt.ac ſi diceret,nō dico altitudinē ſatanę, q̄ in veritate ſit,ſed queadmodū ſtulti admiratores dicunt.Huc annumerant̄ oēs q̄ externo verborū colore illitū doctrine mendaciū recipiūt, mirantes in eo elegantiā vocis,ditemq̧ ornatus ſupellectilē: contra quos pronunciat Dauid,Narrauerunt mihi iniqui fabulationes,ſed nō vt lex tua. pſal.118.Et rurſ̄ū.Lex dn̄i imaculata pſal.18.Quā illi nō nouerūt conuerſi ad fabulas.Quoniā non eſt in ore eorū veritas:cor eorū vanū eſt pſal.5.Sequit̄.Non mittā ſuꝑ vos aliud pōdus,tantū id q̄ſ habetis tenete donec veniā.Propter illos hęc dicit, q̄ inflati contra filiū dei,altitudinē ſatanę cognoſcentes, nitebantur eos q̄ crediderant ex gentibus ad veteris legis ceremonias pertrahere,de q̄bus Act.15.dicit̄.Quia a Judęa deſcendentes docebant fratres,vt niſi circunciderent̄ ſecundū legē,nunime ſaluos eos futuros. Quocirca miſerūt Petrus ⁊ alij apl̄i Paulū ⁊ Barnabā,⁊ Judam,⁊

Siliā, viros primos ſcribentes in hunc modū ꝑ eos. viſum eſt enim
ſpūiſctō, ⁊ huius inſtinctu nobis, ne qd oneris vobis addatur pꝛe-
ter hec, que viſa ſunt neceſſaria. primū videlicet vt abſtineatis ab his
que ſunt ſimulachris immolata: ne veſcentes videamini ſupſtitioni
conſentire, quā ſemel abnegaſtis. deinde vt tēperetis a ſanguine ani-
mantis, ⁊ a pecude ſuffocata, qbus lex veſci ꝓhibet. poſtremo vt ab-
ſtineatis a foꝛnicatione, quā gentes ſibi putant eſſe licitā. Illi ergo di
miſſi venerūt Antiochiā. ⁊c. De hoc onere loquebat Petrus cū dice-
ret. Quid tētatis imponere iugū ceruicibus diſcipuloꝝ. ⁊ que ſequun-
tur. Pondus ergo hoc loci obſeruantia legaliū intelligitur, quod ſe
dñs minime impoſiturū reſpondit ſuis, hac ſententia, Non mittā ſup
vos aliud pondus ⁊c. Quo in loco ſolent nōnulli auſam oblatran-
di ſacris inſtitutis ceremonijs, ⁊ cōis obſeruantie eccl̄ie, nō dicā cape-
re, ſed pꝛeter ſcripture huius intentionē vano cerebꝛo fabꝛicare, velut
fruſtra omnia eſſent, que bonis auſpicijs optimiſqȝ cauſis in vſum
data ſunt nobis ab initio: velut ſunt, Ieiunia, feſta ſctōꝛū, diuini cul-
tus, Miſſarū celebꝛationes, pꝛeces hoꝛarie, ⁊ cetera id genus: vt iam
⁊ religionū obedientia, ipſiqȝ oꝛdines ſacri carcer ſint his: quū cōtra
dixerit dñs, Iugū ſuū ſuaue eē, ⁊ onus leue. Equidē omnia hec ſua-
uia ſunt, ac leuia: ſed quibus? Amantibus. Amoꝛ enim in amante fa-
cit quātuuis graue leue, ⁊ acre ſuaue. Quod in ſctis Martyribus pri-
mū licet inſpicere, deinde in patientiſſimis hominibus primis illis
ſolitudinis cultoꝛibus. Nū ieiunia onera ſunt: feſti quoqȝ dies ⁊ cere-
monie feſtiuitatū? pꝛeces hoꝛarie? ſupplicationes? ⁊ ipſa religionum
obedientia? Nū carcer oꝛdines ſacri ſunt? in qbus ſyncerius viuitur: ⁊
gratius, ⁊ ſanctius deo ſeruit? vbi ieiunijs caſtigat caro, ſpūs in deū
liberat. Feſtis diebus diuini cultus celebꝛioꝛes ſunt, pꝛecibus hoꝛa-
rijs ſpūs ⁊ caro deo immolantur: ipſa deniqȝ obedientia merces lo-
cupletioꝛ inſtaurat, vt ſine his nec pꝛimitiuā eccleſiam conſtet fuiſſe.
Aut cur dñs dicat iudeis: Auferet a vobis regnū dei, ⁊ dabit genti
facienti fructū eius. Matth. 21. Quis iſte fructus eſt, ſi nihil boꝛū fieri
debeat? Pꝛoinde dicit, tamen id qđ habetis tenete. Quo verbo acci-
pimus fuiſſe ſtatuta quedā eis tunc ꝑ apl̄os impoſita, que ⁊ apoſto-
lus ſanctus iubet Theſſalonicenſibus obſeruare. Ita eni dicit, Itaqȝ
fratres ſtate, ⁊ tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem,
ſiue ꝑ epl̄am noſtrā. 2. Theſſ. 2. Quod vero adijcit, donec veniā, nimi-
rū oſtendit perſeuerantiā optare in quocūqȝ noſtrū vſqȝ in finē: quan-
do veniens vnicuiqȝ apparebit: ſimulqȝ vſqȝ in finē eccl̄iā perman-
ſurā in gratia eius, cui nequaqȝ opus ſit vltra onere legis iuxta men-
daciū iudeoꝛū. Locus oſtendit aperte ſecundū dñi aduentū eſſe futu-
rū: id qđ neqȝ Eſaias reticuit, Veniet (inquiēs) dñs ad iudiciū cum
ſenioꝛibus populi eius cap. 3. ¶ Pun. 7.

Pōdus legaliū obſeruantie.

Et qui vicerit, & cuſtodierit vſqȝ in finē opera mea, da-
bo illi ptātē ſup gētes: & reget eas in virga ferrea: & tan

quã vas figuli ꝯfringentᷣ:ſicut & ego accepi a pr̃e meo.

Op̃a xp̃i. Victori nuſq̃ nõ pr̃mia pollicentᷣ. Nunc quę ſunt opera chriſti, quę
cuſtodiri vult ab omnibus? Reſpondeo, Quicq̃d geſſit in vita inter
mortales aut pręcepit ſacris ſermonibus, ſunt opera eius: quę nõ niſi
mera ſc̃titas ſunt ⁊ iuſticia, ⁊ virtus. hęc ⁊ voluntas patris eius ſunt.
Deſcendi (inquit) de celo, non vt faciã voluntatẽ meã: ſed voluntatẽ
eius q̃ miſit me patris. Joan. 6. legis ibidẽ. hoc eſt opus dei, vt creda-
Fides op⁹ tis in eũ quẽ miſit ille. Ergo fides eſt opus dei ⁊ voluntas patris: q̃
xp̃i, ⁊ vo- vult vt credamus in chriſtũ ſuũ, ⁊ credendo vitã habeamus ęternã.
luntas pa Hęc eſt, inq̃t, voluntas eius, q̃ miſit me patris: vt oĩs q̃ videt filiũ, ⁊
tris. credit in eũ, habeat vitã ętnã. Et hęc fides vincit in nob. 1. Joã. 5. hęc
eſt victoria quę vincit mundũ fides noſtra. Quõ? Quia videlicet pec
camus ⁊ in fide pctm̃ remittitᷣ nobis. Quũ peccamus diabolo cõſen
timus ⁊ opus diaboli facimus: quũ liberamur, gratia dei liberamur:
⁊ miſericordia dei in fide quod eſt opus dei. Joan. 6. Fides aũt mul-
ta includit. Primũ vt nihil dubij ſit in ea. dubius (inquit decretũ ca-
nonicũ) in fide infidelis eſt. Secundũ, vt q̃ optime de chriſto ſentiatᷣ
in bonitate, ⁊ iuſticia, ⁊ potentia, ⁊ ſanctitate perfecta. Tertiũ, vt oĩs
noſtra ſolicitudo proijciatᷣ in illũ. Quartũ, vt in ſenſu eius, ac fiducia
viuatᷣ, ſentiatᷣ ⁊ operetᷣ, In ſumma, hęc eſt diſciplina militaris hoĩs
chriſtiani, continenti ſtudio cuſtodire. ſ. opera chriſti, cui pręmiũ inſi-
gne pollicetᷣ, vt ſit illi ptãs ſup̱ gentes, quatinus ferme eadẽ ſit mer-
ces ſeruo atq; dño, cui dicitᷣ a patre, Poſtula a me, ⁊ dabo tibi gen-
tes, hereditatẽ tuã, ⁊ poſſeſſionẽ tuã terminos terrę. Et, Reges eos in
virga ferrea, ⁊ tanq̃ vas figuli confringes eos. Proinde recte infertᷣ,
Sicut ⁊ ego accepi a patre meo. Chriſtus eſt filius dei, idẽ dñs no-
ſter, q̃ ptãtẽ hanc, nõ per diuinitatem accepit, qua ęqualis ſemper eſt
Chr̃s po- patri: ſed p̱ humanitatẽ, qua paulominus minoratus ab angelis, vt
teſtatẽ ac- Pſalmus habet octauus: ſecundũ quã ⁊ in euangelio loquitᷣ dicens,
cepit a pa Data eſt mihi omnis ptãs in cœlo, ⁊ in terra. Cęterũ de ptãte, quam
tre. cũ patre habet ęqualẽ ante tẽpora, Daniel dicit. Poteſtas eius ptãs
ęterna Daniel. 7. Jllã igitᷣ ptãtem, quã in tp̃e chriſtus a patre accepit,
Chr̃s po- electis ſuis ſeſe daturũ pollicetᷣ, ⁊ quidẽ in ſe, a quo totũ corpus re-
teſtatẽ cõi gitur, ⁊ cui toto corpore adheret eccleſia. Quũ enim ipſe ſit caput ele-
caturus ctorũ, electi vero membra eius, id quod ipſum caput habet, habent
ſuis. ⁊ membra. Dicatᷣ itaq;. Vincenti dabo ptãtẽ ſup̱ gentes, ⁊ reget eas
in virga ferrea: hanc ptãtẽ primũ ipſi apl̃i a chriſto acceperunt, dein-
de poſteri eorũ, quibus data eſt ptãs ligandi atq; ſoluendi. Sciendũ
aũt q: quũ verbi dei miniſtri, ⁊ pręlati ptãtẽ ſup̱ alios accipiunt: ſibi-
Pręlatos metipſis primũ imperent opus eſt: effrenatos ſenſus in ſeſe coerceant,
ſibimet p̱- impetus quoq; animi oẽs, vt quẽadmodũ alios, q̃bus imperitant
mũ impa- volunt haberi, ſic ipſi primũ fiant, quorũ hic regimen p̱ virgã ferreã
re oportet. exhibetᷣ. Obſerua. virga ferrea rectitudinẽ habet, molliciẽ non habet:
quis ſcti eccl̃iaꝝ rectores, ac iuxta, verbi dei miniſtri, nec ſibi, nec aliis

contra iuſticiā parcunt: q tum in ſe, tum in alijs omnibus iuſticię tramitē tenent. vnde capiti chriſto dicit. Uirga directionis virga regni tui. Pſal. 44. Et. Dilexiſti iuſticiā & odiſti iniquitatē. Quod verbū Paulus Hebre. 1. citat, incunctanter de chriſto intelligens. vbi pro virga directionis virga ęquitatis apertius habet. Porro regnū chriſti eſt eccleſia, in qua nō debet eſſe virga mollis, & quę cito flectat a iuſticia: ſed ſolida, fortis, & ferrea, & quę perpetuo tenore obrecta ſit, nuſquam declinans a ſui rectitudine. atqui videre licet in quibuſdam virgam mollem, & nō ferreā: diſtortā nō rectā, maleq; errantē, pręſertim vbi paſtor ęquē cū grege pręceps vadit & peccat: aut vbi ad ſe mollis ſit & flexibilis: auſterus rigiduſq; ad alios, ſibi vt plurimū indulgens: in alios ſeuere animaduertens: ſua pctā ei ſi ſint enormia leuia reputans, aliorū leuiſſima, & quę p ſe minimi ſunt, pro maximis habens. Quiſquis hic eſt mollem pculdubio virgā ac flexibilem geſtat, non ferreā, qua chriſtus ſuā nō vult regi ecclīā, ſed ea quę ferrea eſt & recta: qua etiā ipſe euacuaturus eſt oēm ptātē, principatū ac virtutem in finem, vt preclare docet Paulus. 1. Cor. 15. ne vltra noceant, q modo aduerſant. Quiſqs is fuerit. id eſt, cui ęquitatis virga cordi eſt. hoc ē q amat iuſticiā & ad ſe & ad alios, dignus eſt. non illi q improbi ſunt, ſibiq; vehemēter indulgentes, quorū deus venter eſt, & gloria in confuſione, vt Paulus habet. Proinde id obſeruari debet, vt in eccleſia dei, q melior ſit ac modeſtior, zelatorq; iuſticię is pręficiat: cui ob ſui victoriā, eximio munere virga ferrea pollicet: peri[illegible] atq; dignus ſit ſuo magiſterio cęteros regere, quiq; ſeſe primum ęquiſſime in omni iuſticia & vitę modeſtia nouit regere, quē rectorē nulla nō reſpublica queat expetere, nullus conuentus poſſit contēnere, q ſolus a deo eſt, qui etiā alios in militiā chriſti poſſit cogere tyrones, dirigere, in ſcto pposito ſtabilire ac continere. Cui ſoli. id eſt q eiuſmodi eſt. chriſtus ſupremus ecclīe rector fauet, vt proſpere cędant eius omnia, quē cuncti digne vereant & ament, pellecti conſtrictiq; ęquitate ſpūs eius, vt a duricia emolliant, ſiue et ſi ſint natura duriores confringant tanq̄ vas teſtaceū, quod facili tactu confringitur cōminuiturq;: quo ſenſu dixit Eſaias, veniet contritio eius, & cōminuetur, ſicut conteritur lagena figuli cap. 30. cōminuetur (inquā) vt in meliorē vitā reformetur: quatinus non iam teſtaceum ſit, ſed ſolido ex auro elaboratū: & quod precioſa queq; dona continere poſſit. ¶ Punc. 6.

Uirga ferrea debet eē i ecclīa.

Regnum xpi ecclīa.

Pręlatus peruerſus.

Pręlatus bonus.

Et dabo illi ſtellam matutinam.

Stella hęc matutina poterit eſſe chriſtus, q quū ſtellā hanc matutinā pollicet, pollicetur ſeipſum, q varijs ſubinde noībus in hac ſcriptura appellari ſolet: vt mō calculus ſit, mō ſtella matutina. Scim⁹ aūt ſtellā matutinā q grecis Eooſphorus, latinis lucifer dicit. Greci enim eos lucē dicunt, qui mane conſurgens lucem prouehit, exortuq; ſuo vicinū pręnunciat ſolē: quē pulchris rutilantibuſq; radiorū ſpiculis pręludit, prouocatq; exortū: & chriſtus mane de ſepulchro no-

Stella matutina chriſtus.

etis exoriens diem illū precucurrit quē patris gloria plenius collu- ſtrauit. Aut certe exortu ſuo, fidei mox in cordibus credentiū exoriturę lumen conſequuturū velut ſtella matutina pręnunciauit, quod tene- bras ſęculi huius diſpelleret diſſiparetue. De hac ſtella Petrus loq- tur. di. Donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. 2. Petr. 1. Illud obſerua quotiens in ſcriptura ſacra ſingulari numero ſtellā matutinā poni vides, chriſtum figurari non ambiges: cū vero pluraliter aſtra matutina nominantur, angelicę creaturę deſignantᷣ: vnde eſt illud Iob. 38. Cū me laudarēt ſimul aſtra matutina. Sed & quū ſimpliciter ac ſine additamento, ſtellę ponunt, doctores eccłię exprimuntur: vt Dan. 12. Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & q ad iuſticiā erudiūt multos, quaſi ſtellę in perpetuas ęternitates. Chriſtus itaqꝫ apparens viuus poſt mortē, ac matutinā reſurrectionē, factus eſt nobis ſtella matutina: quia dū in ſemetipſo exemplū nobis futurę reſurrectiōis noſtrę prębuit: quę lux diei illius

Stella matutina corp⁹ glorioſum fidelium. ſequeretᷣ, quando fulgebunt iuſti ſicut ſol, indicauit. Pōt p ſtellā ma- tutinā & gloria corporis noſtri deſignari. Stellam ergo matutinā vi- ctori ſe daturū pollicetᷣ chriſtus, qa gloriā futurę reſurrectionis pręſtabit. Quod fiet, quando oēs qui in monumentis ſunt audient vocē filij dei Ioan. 5. & quando corpus humilitatis noſtrę configurabitᷣ corpori claritatis ſuę, ſecundū operationē virtutis eius. Phil. 3. Hoc aūt erit in mane. id eſt. in principio diei illius ſempiterne. Magnum myſteriū in mane illius diei ſempiterne, quando oēs quidē reſurge- mus, ſed non oēs inmutabimur. 1. Cor. 15. Huc ptinet titulus ille pſal mi primi & vigeſimi, q ſic inſcribitᷣ, Pro ſuſceptione matutina. q fit de cantatus, p gloria futurę reſurrectionis noſtrę: vnde oēs fere prophe- tę in matutino, auroraqꝫ & ipſo ſolis exortu delectati ſunt. Dauid di- cit. Mane exaudies vocē meā. Et iterū. Mane aſtabo tibi, & videbo, qm̄ nō deus volens iniquitatē tu es. Pſal. 5. Rurſum quoqꝫ. Ad ve- ſperū demorabitᷣ fletus, & ad matutinū leticia. Pſal. 29. Quia videli-

Prophete in mane diei delectati cū ſpiritu percepto. cet in toto huius vitę decurſu vſqꝫ in finē nō niſi tribulatio eſt & fle- tus: ſed ad matutinū reſurrectionis noſtre leticia. Et in Pſalmo. 62. In matutinis, inquit, meditabor in te: quia fuiſti adiutor meus. Iam vero quū ſeſe in laudē dei excitaret cū pſalterio & cithara: reſponſorie ſubiunxit. Exurgā diluculo. Pſal. 107. Et Iacob patriarcharū eximius in aurora cū angelo luctatus eſt & fidei nomē promeruit, vt Iſrael vocaretᷣ. Geñ. 32. Nec eſt vlla pars diei delectabilior, qua aīa noſtra poſſit ſiue in oratione, ſiue in contemplatione, magis oblectari: aut ē̄ ſtudio ſacro incumbere. Nanqꝫ & cerui, dāmęqꝫ, & lepuſculi hac ipſa

Mane gratiſſima pars temporis. hora libentius viriditā gramine ludunt. Ipe quoqꝫ vocales auiculę rupto ſomni ſilentio ſuauius tum cantillant: vt & natura ipſa in ani- mantibus illis illi vltimo mane noſtro qđ nos pręſtolatᷣ in finē, ſuf- fragari pręclariſſime videatᷣ. Tū certe noſtra gloria accipiet principiū & nunꝙ finē agnoſcet. tū quicqd Paulus: quicqd Prophetę oēs de gloria noſtra diuinati ſunt implebitᷣ: alioq miſerrimi omniū mortaᷣ

liū eſſemus, q nos in hunc modū noſtraqꝫ oīa contēnere chriſti lege iubemur, qbus in hac vita pręter ſpem nō relinquit aliud genus cō/ ſolationis, quę eſt in chriſto Jeſu dño noſtro. Jn quo ſolo reſurgente pręclariſſimū nacti ſumus reſurrectionis noſtrę exemplū, quatinus quēadmodū ipſe veris corporis ſui dotibus reſurrexit, ita ⁊ nos pręclariſſimi reſurgamus omnes. ¶ Punc. 9.

Qui habet aurem audiat quid ſpūs dicat eccleſijs.

Quid flagitet parenesis iſta: quid moneat: aut qd doceat. Qui habet aurē audiat, iam ſępe diximus. Sed quis nō habet aurē? ſurdus nō habet aurē, ⁊ ſi videat habere aurē. Auritis ergo ſpūs loquit, non tā corpore quā ſpū: quos optat excitatiſſimis ſemꝑ eſſe ſenſibus, alioqui audiens nō audit. Quomodo nō audit? aut cur non audit? Aut non audit audiens? ſed certe nō audit, q nō obedit, q nō obſequit, qui nō in pfectū capit quę audit, non in ęmulationē accipit quę diſcit, vt dignis exequat operibus, vtqꝫ fructū diſciplinę ſanctę faciat. Nanqꝫ audiens ſapiens ſapientior erit. Prouer. 1. Quomodo ſapientior erit? Sic videlicet ſi inſumat in opus, exequat opere quę audit. Jam habes quanto ſtudio nos oporteat audire verbū dei, verbū ſpūs, verbū vitę, verbū permanens in ęternū. quippe fides ex auditu, auditus aūt ꝑ verbū chriſti Rō. 10. Jllud quoqꝫ obſerua, quia in promiſſione pręmiorū chrīs loquit: in excitandis aīs ſpūs, cuius partes ſunt excitare nos in ſpē meliorē, vtqꝫ minime pigra ſolicitudine ſim⁹ in re ſalutis.

# CAPVT. III.

## DE PRAECEPTIS ECCLE. SARDEN. ANGELO SCRIBENDIS.

### SEC. 1. PVN. 1.

ET Angelo eccleſiæ Sardis ſcribe. Hec dicit qui habet ſeptem ſpiritus dei, & ſeptem ſtellas.

Hunc angelū id eſt ſacerdotē epm Sardenſem vt minus ſolertē, minusqꝫ vigilē chriſtus redarguit; cuius ignauia hęreticis ſuffragabat. Erant autē ⁊ q pietatē ſectabantur inter corruptos, q ob vitę candorē in albis ambulare ꝓhibent, qbus Sardia pulchritudo laudabilius competebat. Sardis enim princeps pulchritudinis eſt. hec Lydię ꝑmaxima vrbs erat, poſterior rebus Troianis, Creſi quondā regia. Dicit ⁊ canticū lętitię, quo canit eccleſia victoriā chriſti, ſcriptura exhortante, Letamini cū hieruſalē, ⁊ exultate in ea oēs, q diligitis eam: gaudete gaudio cū ea vniuerſi, vt ſugatis, ⁊ repleamini ab vbere cōſolationis eius. Eſa. vlti. Syris cortine eſt ſardis, ⁊ hoc my/

Sardis interpretatio.

Sardis vrbs Lydie.

ſterio eccleſię cōuenit,quę plena eſt myſterijs,nihil non retruſe habens:cuius etiā filij oēs in myſterio ſunt:filij enim dei ſumus,& nondū apparuit quid erimus.1.Joan.3.Equidē neceſſe eſt,vt donec mortale hoc corpus circūferimus in myſterio ſimus ideſt in occulto, vt nō videamur qd ſumus,qa filij beati dei.erit quādo apparebit chriſtus gloria noſtra,tūc ſimiles ei erimus:qm̄ videbimus eū ſicuti eſt.

Sarda gēma. Porro ſi a lapide precioſo nomē hoc ęſtimabimus,Sarda,ſardonicene pulcherrime adornabit eccleſiam,quę precioſa eſt nimis,precio magno empta.1.Cor.6.&.1.Pet.1.Uulgaris quidē gēma eſt ſarda, ſardibus primū reperta,ſignando oīm vtiliſſima, ob idq; vulgaris, vt nō eēt antiquis gēma vlla celebrior.Teſtant fabulę Menandri: candorē habet,ſimilē vngui hominis carni impoſito,& vtroq; tráſlucido:ſola gēmarū ſcalpta ceram non aufert:quo noīe vſus eius frequentior.Igit dum his,q ſardis erant credentes,epl'a hęc mittit,toti eccleſię mittit.A quo:ab eo q habet ſeptē ſpūs dei, nō dubium quin chriſto,cuius intereſt curam habere de ſua eccleſia.Eſaias de his ſpi

Septē dona ſpirit⁹. ritibus loquitur.Et requieſcet,inquit,ſuper eū ſpūs dn̄i,ſpūs ſapientię & intellectus,ſpūs conſilij & fortitudinis,ſpūs ſcientię,& pietatis, & replebit eum ſpūs timoris dn̄i.Eſa.11.Hi ſic requieſcunt ſup chriſtū,ꝙ ſint in eius ptāte,ꝙq; poſſit largiri cui vult,& quantum vult. Porro hos ſpūs ideo ſe habere dicit,qa erant Sardis q ſpū dei carebant hoīes vaniſſimi,hoīes futiles & nihili,quos parū tangebat cura ſpiritus:nō enim curabant,vtrū haberent necne,viuentes ex tempore,frigidi,carnales,q nullo pacto fidei initę per ſacramētū baptiſmi vita reſponderent,ac ſi nihil a reliqs profanis mortalibus diſgregati:quos oportebat recognoſcere ſpūs hos,ꝗ neceſſarios in ſalutē, ꝙ ſine his non conſtet cuiꝗ ſalus,nec honor coram dn̄o: ſimulq; ꝗ miſerrimū eſſet ſine his degere, ſine qbus ne quidā putat anima viuere.Uis o hō ſcire ꝗ tibi neceſſarij hi ſpūs ſint:equidē ſpiritu ſapientię ad intimū diuini ſaporis guſtū pertingimus : & niſi adſit hic ſpūs nō guſtabis,neq; ſcies ꝗ dulcis ſit dn̄s,& ꝗ ſuauis,& quanta delectatione ſenſus eius teneat,quo ſine vitā homini non conſtare cer-

Sapiētia. tiſſimū eſt.Sapientia ergo guſtat ſuauitatē eius, loquitur & myſteria dei.Sap.10.Sapientia aperuit os mutorū, & linguas infantiū fecit diſertas. Intelligentia introducit ad dei inuiſibilia, arcanaq; ſenſa

Intelligētia. myſteriorū,facitq; vt ex rebus ſenſibilibus inſenſibilia ab intellectu noſtro cognoſcant, Ap'lo dicente.Inuiſibilia dei p ea quę facta ſunt intellecta conſpiciunt.Ro.1.Ideo nāq; intelligentia dici putat,ꝙ faciat intus in rebus conſpicabilibus res incōſpicabiles legere mentē, diſcernereq; & diſputare,& vt in creaturis creator apprehendat, quē nō cernit oculis.Eſt ergo intelligentia quaſi intus legentia.Conſiliū bona a malis diſcernit,melioraq; bonis anteponit,vtpote temporarijs cœleſtia. Fortitudo ſpiritui robur & neruos aduerſus tentamina viciorū pręſtabit,vtq; nō frangamur aduerſis, neue eleuemur proſperis.Hęc ſola virtus inuictiſſimū reddit chriſti militē,& nihil non

ſubire amore eius cogit:non frangit hunc iniuria:non laceſſit emulatio,nõ emollit blãditia: ſtat autem imobilis aduerſus quoſcunq; ſtatus fortunę reflatuſq;.Scientia actiones moderat, in rebus ſalutis prudentẽ œconomũ inſtituit,perfectũq; inter malos eẽ.Pietas cultus dei eſt,& cõmiſeratio proximi,vt neceſſitatibus illius ſubueniatur dño dicẽte,Eſtote miſericordes.& rurſum,Bti miſericordes &c.Pietate candidatũ fide,pijſq; affectibus imbutũ pectus continuo imolamus,labijs quoq; holocauſtũ offerimus deo.Timor inſumit reuerentiã,quã impendit deo,cauet aũt offenſas.Huius duo ſunt genera, alterũ ſeruile,amicũ alterũ.Primũ docet ſapere de deo, ꝙ punitor ſit malorũ,remunerator vero bonorũ:Alterũ conſummat perfectionẽ, qa charitate pmiſtũ eſt:charitas aũt foras mittit timorẽ.1.Joan.4. hos duos timores ponit Augu.expendens illũ locũ apli ad Rom.8. Non enim accepiſtis ſpũm ſeruitutis iterũ in timore,ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei. ¶Punc. 2. Scientia Pietas. Timor. Timoris duo gña.

Scio opera tua:qa nomẽ habes,ꝙ viuas:& mortuus es.

Ecce qualibus mittit ep̃la,hoibus videlicet a ſpũ dei longe alienis, tametſi nomen vitę habentibus,q externis operibus vtcũq; vident hominibus viuere:ceterũ aũt quã nõ viuant ęquant ſepulchris dealbatis.Matth.23.quę extrinſecus pulchra ſunt,intus vero plena oſſibus mortuorũ,ac ſpurcitia omni:q haud ſecus viuunt aguntq;, ac ſi deus ſtudia cordis eorũ nõ videat dicentes,Non videbit dñs,nec intelliget deus Jacob.Pſal.93.De talibus ſtultis lege copioſe.Sap.2. Sed pũerſa eſt hęc illorũ cogitatio,quoniã ipſius dei abnegatio eſt, & idẽ omnino ac ſi dicerent,Non eſt deus.Pſal.13.Aut ſi deũ ore cõfitent,animo dicunt.Non eſt deo cura de nobis, circa cardines cœli ꝑambulat,nec noſtra conſyderat,Job.22.Atqui negent,confiteant, deus ipſe eſt,& viuaciſſimus ſpũs eſt,ſcrutans corda & renes,Hiere. 17.& pręcap.Ante cuius oculos nuda ſunt omnia.Hebr.4.& nihil eſt tectũ ab eo:nec aliqd effugiet cogitationẽ eius:omnia ꝓſpicit,omnia diiudicat.vt vere dicat,Scio opera tua.Scit deus vniuerſa opa omniũ,ſed nõ approbat vniuerſa.Scire igit(vt prẽfati ſumus)nõ ſemp approbare eſt.Scit quędã,& odit:ſcit alia,& amat.Sequit.Quia nomen habes,ꝙ viuas:& mortuus es.Externo habitu,opere,ſermone, ac morũ honeſtate comparaſti tibi apud homines nomen, & gloriã: apud quos ſanctus haberis,fama ſuper ethera notus, velut dignus vita ęterna,ac beata.At vero mihi q non faciẽ conſydero, non verba,non cultũ externũ,quacunq; in re ſit,ſed internũ mentis habitũ, affectus cordis,renum cupidines,plane mortuus es:eo ꝙ nõ ſit in te fructus vitę,ſed mortis.Quid plura:Sepulchrũ es dealbatũ,plenũ oſſibus mortuorũ,& omni ſpurcitia.Locus iſte demonſtrat eſſe, alia dei,alia hoim iudicia:& ſępe dei iudicia condẽnare hoim.neq; enim niſi in faciẽ iſ iudicant,deus aũt intuet cor,et ex illius conſyderatiõe facit iudiciũ.Uide aũt ſtudiũ dñi.Petrũ docuit de ſecreta correptione Stultorũ cogitatio & vox. Deus ſcit opa oim. Judicia dei atq; hominuꝫ diuerſa.

fraterna dicens. Si peccauerit in te frater tuus, vade, corripe eũ inter te ꝛ ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrẽ tuũ Matth. 18. Ecce ſecreto corripit delinquentẽ, vt ſanet eũ. Nemo enĩ preter ſe, ꝛ cõſcientiã illius nouerat, id quod obiicit, vel in quo ille mortuus erat: ideoqꝫ non diutius immoratur in commemoratione mortiferi opis, ſed protinus tranſilit ad conſiliũ, quatinus illũ opportune adiuuet: dicens. ¶ Punc. 3.

Hypocritę operą mortua.

Eſto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant.

Quęcunqꝫ in hypocritis ꝛ hereticis ſunt, qđ ad eos ſpectat, mortua ſunt, qa abſqꝫ ſpũ chriſti ꝛ fide ſunt. Atqui ſubinde fit vt in ecclesię vtilitatẽ, largiente deo, viuant dona in illis, quę fideliũ cauſa acceperunt. Multa enim dantur hypocritis in bonũ electorũ, velut donũ ꝓphetię, donũ intellectus, ac iudicij: externi mores decentes, ꝛ ſimilia. Sic impio Balaam pro electis ſpũs propheticus in tempus datus erat, vt liquet Num. 23. ꝛ 24. Sic ꝛ quoſdã frenat deus, ne externis geſtibus, ac parũ probis alios offendant moribus. Hęc ſunt illa hominũ iudicio viua, id eſt. bona opa, de quibus loquit̃ hic dñs, hypocritas taxando: quorũ ꝛ ſi opera deteſtet, nõ tamẽ nominatim eos exprimit, niſi ꝙ ſolo noĩe viuerent, quẽadmodũ iſte, ad quẽ ſingulariter ſermo dirigit̃. Proinde recte admonent̃ ſub vnius noĩe oẽs, cui dicit̃. Eſto vigilans. hoc eſt. vide ꝛ conſydera, attende ſup teipſo vere mortuo corã me: quantũuis alij te viuere credant, ob verbũ qđ apud eos bene loqueris, aut opera, quę in faciẽ bene geris. Sunt enim parũ hęc ſolida, parũ viua, parũ mihi grata, nẽpe ſolũ externa, fucata, ſolũ in faciẽ ſpectabilia, virtute aũt vacua, ꝛ ideo debilia: verũ tu (ſi ſapis) fac, ea corrobora, probitate tua, virtute, ꝛ gratia, vt ſint vera, firma, ꝛ viua. Quid enim mihi opus ſolũ externis, ꝛ inanibus verborũ folliculis? quid leuibus mendacij paleis? grana ſint oportet, quę cũqꝫ afferunt vtilitatẽ. Dicat ergo. Nomen habes ꝙ viuas. ac ſi diceret, Ideo te viuere putas, qa in quibuſdam bonis operibus exercitiũ habes. Sed attende, qa viuere nõ vere eſt, ſi vicia pręualeant virtutibus, quibus viuere alijs videris. Sunt enim nonnulli q elemoſynis inſiſtunt, pauperũ curã gerunt: ſed ipſi a rapina non abſtinent. nõnulli abſtinent quidẽ a rapina, ꝛ elemoſynarũ largitioni inſeruiunt, ſed ab adulterij perpetratione ſe non cohibẽt. Alii ĩmunes adulterij ſunt, largiunt̃ bona, ꝛ a rapina manus coercẽt, ſed irę frena minime imponunt: ij ſtimulis furię agitati, vbi incanduerint, proni ad effundendũ ꝓximi ſanguinẽ ruunt. Sicqꝫ fit, vt dũ ſe in qbuſdã bonis operibus viuere putent, alijs minus bonis, ꝛ quę mera ſunt peccata, ſe perimant: aut vno quopiã facinore enecent, vt cęterorũ omniũ merita perdant. Quicunqꝫ inquit Jacobus totã legẽ ſeruauerit, offendat aũt in vno, factus eſt omniũ reus. id eſt. merita omniũ amiſit. cap. 2. Ad quorũ perſonã benigna hęc exhortatio dirigit̃, Eſto vigilans, ꝛ confirma cętera, quę moritura erant. Ac ſi diceret, Si vis, vt

Hypocritis dantur dõa in bonũ aliorũ.

Non ſunt traducenda peccata vſqꝫ ad notam.

Solide ꝑfectuꝫ eſſe oportet chriſtianũ.

in illis, quę bene geſſiſti viuas, ab his quę malę geſſiſti abſtine: ⁊ euigila, q̄a ſi in illis mortuus ꝑmanes, in iſtis nullatenus viues. Hinc Pſalmiſta admonet dicens, Declina a malo, ⁊ fac bonū. Nam ⁊ in hoc qđ dicit, confirma cętera, quę moritura erant: ſubtiliter oſtendit, q̄a ſi a pc̄ti ſomno ꝑ pęnitentię lamenta ꝑfecte q̄s euigilet, nec illa ēt quę bene mortuus geſſit, poſt viuens opera amittit: atq; ideo illa viuificat, ꝙ ipſe a pc̄ti ſomno euigilat. Sic enim dicit, Eſto vigilans, ⁊ confirma cętera quę moritura erant: tanquā diceret, Si ex ea parte qua mortuus es reuiuiſcis, cętera quę adhuc in te vigent, ne moriantur confirma. Dicimus hęc nō temerarie, ſed ex aliorū ſentētia. Poteſt ⁊ aliter intelligi. Sunt nō rari, q̄ vitā ab omni crimine immunē cuſtodiunt, virtutibus adhęc inſeruiunt, ſed tamen in his humanam laudē requirūt: Et q̄a intentio recta nō prę̄cedit in cogitatione, parū eſt omne opus quod ſequit in oſtentatione. Per hoc ergo qđ ꝓcedit in publicū, viui apud hoīes reputant, ideoq; nomen habent ꝙ viuant: ſed quod interius latet, mortui apud deū ſunt: vnde pia mox cōſequit admonitio. Eſto vigilans ⁊c̄. Quod perinde eſt atq; diceret: Si viuere voles, caue laudē ab hominibus regras, ne intentionem operis elatio viciet fauoris. Ad hunc ſenſum loquit dn̄s, in euangelio dicens, Attendite ne iuſticiā veſtrā faciatis corā hoībus, Matt. 6. Forte (⁊ credo ſic eē) vt ⁊ ad cōmiſſum gregē vox hęc ꝑtineat. Et confirma cętera quę moritura erant. Quia enim erant, q̄ exemplo malo corrupti, nutare in interitū. id eſt. ad vitia cęperant, pręmonet Epūs, vt officio in cōmiſſum gregē fungat ſuo: nec dormitet, ſed vigilet, ſed omni ope ac induſtria ſataget, ſanet morbidos, viuificet morbūdos, quatinus dignā laudem ſimulq; mercedē a dn̄o referat ęternā: alioq̄ paſtor idolon (vt eſt in Jeremia) fuerit, foris pulchrū, cęterū nihil ad rē pertinens, neceſſe eſt, ſolo nomine velut ſimulachrū quoddā, rem forma exhibens, quū alioq̄ in rei veritate ſaxū iners ſit, aut auri maſſa argentiue, qđ nec viuit, nec ſentit, nec loquit: ſtat autē vno in loco poſitū, ab inſanis velut viuere creditum, ꝙ oculos quaſi apertos artificum manu habeat, patulas aures, naſum, os, manus, ⁊ pedes, ⁊ cętera corporis lineamenta. Sequitur. ¶ Punc. 4.

Opa mortua poſſe viuificari.

Non enim inueni opera tua plena coram deo meo.

Illius opera plena coram deo non ſunt, q̄ virtutes egregias, factaq; inſignia ſequentibus vicijs cōmaculat, vel q̄ de bonis actibus humanā gloriā captant. Si enim oculus tuus fuerit nequā, totū corpus tuū tenebroſum erit Luc. 11. Et vt iuxta pręſentem cauſam loquar, opera pręlatorū plena corā deo nō ſunt, quando grex dominicus negligit, nō paſcit, nō dirigit, nō corrigit: etiā ſi alioq̄ recte viuere ꝑ ſe videant. Tunc enim opera eorū plena corā deo fieri creduntur, quando miniſterij ſacri officiū dignis actionibus explent: vt non ſolū ad ſe, ſed etiā ad alios potiſſimum qui ſubiecti ſunt iuſticiam ſeruent, vita, doctrina, ⁊ exemplo lumen pręgeſtantes, vt videant opera eorū bo-

Opa defectuoſa.

na & glorificent patrē deū, q in cœlis eſt. Dico opera, nō ea quę ſolū foris hoībus apparent, ſed quę a recte inſtituta vita, ac moribus integerrimis proficiſcunt. alioqui facile reijciunt, quotiens non in vero ꝯſiſtunt, ſed fallaciter mentiunt. Neq3 vero ita ꝑbe viuere ſatis fuerit prelato corā deo, niſi ſingulari ſtudio, his quoq3, quorū curā gerit, vigilanter ꝓſpiciat, ne in precepe ruant, ne exorbitent, ne pereant. Neq3 enī fruſtra princeps paſtorū Petro amorē ſtipulanti, id eſt, per legitimā interrogationē ꝓmittenti iniunxit, vt paſceret non mō oues, ſed et agnos. id eſt nō ſolū eos q ſolido cibo ſuſtentant, ſed etiā quibus opus eſt lacte. Nā apud Joannē, cuius euāgeliū grece ſcriptū eſt, legit, paſce agnos meos. Quo mandato voluit chrs, vt Petrus paſceret agnos, id eſt. innocentes & paruulos nouitios in vita ſpiritus. Ceterū ſubiunxit & de gubernandis ouibus cū quadam authoritate dicens. guberna oues meas: quatinus e fonte ſcripturę agnoſceres nō tantū ſimplicē illi paſcendi ꝓuinciā preſcripſiſſe: ſed iniunxiſſe etiā, vt regeret gubernaretq3, id eſt, omne ſtudiū impenderet, vt ſano eius ſtudio recte proficiſcerent paſti greges. Sed ne hoc quidē contentus niſi & tertio loco indolenti planeq3 iam contriſtato Petro imperaret paſce oues meas, vt quēadmodū agnos paſcere, & ad paſcua ducendos eſſe mandauerit, ita etiā oues ad paſcua duceret. Hinc eſt, ꝙ apđ Hebreos reges (quales erāt, Dauid, Cyrus, & reliqui principes multi) paſtores dicti ſunt. Eo ſenſu & Greci regē populorū ducē ſuū vocāt. Nā & Agamennonē regē populorū dicunt. Docent hoc & alię litere, qa rex a regendo dicit, ſic omnis dux a ducendo. Ex Michea ſiquidē legimus in euangelio Matthei, Et tu Bethlehem terra Juda nequaquā minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, q regat, aut gubernaturus ſit ppl'm meum iſrael. Et Paulus Epheſijs loquens. dicit Epōs poſitos eſſe ad regendū & gubernandū eccleſiā dei. Sed nolim ita regimen interpreteris, intelligaſue, velut tyrannica poteſtas doceat. Nunquā enim id docuit dominus. ſed nec iſtę verborum deductiones id abvllo chriſtiano rege paſtoreue fieri poſtulant: Magis aūt curā & ſolicitudinē, quę maxime adhiberi poſſunt, vt his inuigilet ſuꝑ cōmiſſum dn̄icū gregē ab omni rege & paſtore chriſtiano. In primis aūt ab ſūmo illo, q vicarius eſt chriſti, ne vox illa tremenda dei in eos competat, quę apud Ezechielē in hęc verba legit, Ve paſtoribus Iſrael, q paſcebant ſemetipſos: nōne greges a paſtore paſcunt? Ecce lac comedebatis: & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregē aūt meū nō paſcebatis: quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod egrotū nō ſanaſtis, quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abiectū eſt, non reduxiſtis: & quod perierat non queſiſtis: Sed cum auſteritate imperabatis eis, & cū potentia: & diſperſę ſunt oues meę, eo quod non eſſet paſtor: & factę ſunt in deuorationē omniū beſtiarū agri, & diſperſę ſunt: errauerūt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerſo colle excelſo, & ſuꝑ omnem faciē terre diſperſi ſunt greges mei, & non erat qui requireret: & nō erat in

quam

Margin notes: Prelatorū vitā ꝗ integerrimā oportere. — Reges paſtores. — Taxantur paſtores q ſeipſos paſcūt neglecto grege.

quam qui requireret. Propterea paſtores audite verbũ dñi. Uiuo ego
dicit dñs deus, qa ꝑ eo ꝙ ſcti ſunt greges mei in rapinã, ꝛ oues meę
in deuorationẽ oium beſtiarũ agri, eo ꝙ paſtor non eſſet: neqꝫ enim
quęſierunt paſtores gregẽ meũ, ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, ꝛ
greges meos nõ paſcebant. Et poſt alia. Uos aũt greges mei, hęc di-
cit dñs deus. Ecce ego iudico inter pecus, ꝛ pecus arietũ ꝛ hyrcorũ.
Non igiť dicat prelatus, paſtorue gregis dñici. Quid mea intereſt,
vtrũ qs recte an ſecus viuat: ſatis mihi fuerit me integritati meę con
ſiſtere, mihiqꝫ ꝓſpicere: qui volunt ſequantur, recuſantes ipſi viderint,
nihil mea refert. Ita ne? Quid igitur quęris eſſe paſtor, ſi miniſteriũ
refugis? ſi minus digne officio ſctõ fungeris? nonne audiſti Petro nõ
ſolũ paſcendi curã eſſe iniunctam, ſed ꝛ regendi gubernãdiqꝫ? An nõ
ad paſtũ pertinet vigilans cuſtodia? ad cuſtodiã cura? ad curã labor?
ad laborẽ ſolicitudo? alioq̃ pręſtaret non paſcendi officiũ ſuſcepiſſe,
ſi ꝑtinentia hęc omnia defugias. Sic officiũ quoduis ſuſcipiendum,
vt quęcũqꝫ officij ſunt ſtrenue in vniuerſum obeanť: aut qua merce-
de dignũ eſſet paſcere, cęterũ autem feris lupis derelinquere miſeras
oues? aut morbo cui occurri poſſit, pati interire? Sed ais. Nolo eſſe
moleſtus, memini acerbus ero. Imo vero neqꝫ vnquam moleſtior,
neqꝫ acerbior eſſe potes, ꝙ̃ quũ per incuriã perire ſinis, quem ſtudio
poteras aſſeruare. Nulla moleſtia ẽ ęquã correptio, nulla acerbitas,
diſciplina ſalutaris: vt apud quẽ periclitabať chriſtus, velut res in-
ſalutaris, reddať ſalutaris: cui frigebant pręcordia, ferueant: iacebat
iners animus, exurgat: contemnebanť diuina, iam deinceps place-
ant. Tale opus paſtoris plenũ eſt corã deo, quando ꝛ propria ſalus Opus prę
non negligitur, ꝛ cura gregis ſubiecti diligenter ꝓcurať: opus autem lati quale
cęteri gregis tum plenũ erit, quũ nõ in faciẽ ſolũ piũ eſt, ſed interna placeat
veritate ſolidatũ, opus vere bonũ, ac fidele factũ ex fide, quę ꝑ chari deo.
tatẽ operať: nõ iniqua intentione deprauatũ, non ſuperſtitioſum, qua
le eſt opus hypocritarũ contẽptibiliũ corã deo. Porro quũ audis, Nõ
inueni. ſcito ꝙ inquiſierit: eſt enim inuenire, non caſus, ſed propoſiti,
ſed ſtudij: ſicut reperire proprie caſus vt grãmatici volunt, iuxta illud
Poetę naſonis in methamorphoſi ſua. Tu nõ inuenta reperta es, vt
plane verborũ differentia conſtet. Inq̃ſiuit ergo ſed nõ inuenit, niſi
ficta bona, fucata, inania, ꝛ in faciẽ apparentia: in q̃bus nulla veri-
tas, nulla ſoliditas virtutis ineſſet. Scrutať ergo omnia etiãnũ hy- Chr̄s ſcru
pocritarũ opa chriſtus. Iudex eſt enim conſtitutus a deo ſęculorum, tatur oia.
ad quẽ pertinet ſcrutari ſicubi qd inueniat, qđ aut ꝓbet aut damnet.
Quod vero ait, corã deo meo: innoteſcit, ſane deo nihil eſſe abſcon-
ditũ: ꝛ ꝙ opa hypocritarũ illi exoſa ſint, qa miſera, vacua, carnalia,
mutila, inabſoluta ꝛ impfecta: ſola nanqꝫ plena, ideſt pfecta, pia ſo-
lida ꝛ viua ſunt deo accepta. O quã beatus cui diciť a dño, Inueni
opera tua plena: vę aũt illi cui econtrario diciť. Non inueni opa tua
plena corã deo meo. Hoc loquendi mõ ſępe in hoc volumine vtitur
chriſtus, vt hõ appellans patrẽ deũ ſuũ. Sicut ꝛ nos dicimus. Pater

noſter,qui es in cœlis,deū vnius eſſentię compellantes patrem,per quē conditi ſumus,⁊ adoptati.Aliter tamē noſter pater, aliter chriſtus enim quū ſit perſona diuina,naturaliter patrē habet deū:Nos in hoīe ſolū ſubſiſtentes ꝑ gratiā.Sed iam ad reliqua. ¶Pun.5.

## In mente ergo habe qualiter acceperis,& audieris:& ſerua,& pœnitentiam age.

Jubet reminiſci,atqꝫ in mente fideliter retinere quęqꝫ acceperit exemplo,aut pręcepto audierit:⁊ nō ſolū reminiſci, ſed ꝓ virili portione adniti vt ęmulet,⁊ obſeruet:deqꝫ admiſſis pęnitentiā agat; ꝙ tam male bonas horas collocarit:⁊ vbi pietate gratiā promereri potuiſſet,iniqtate irritauit irā.Quatuor ergo tametſi breuibus indicat.Primū ;ꝙ mente cōplectat lucida exempla ſctōꝝ.Secundo ; vt verbi ſancti vim,ac ſpūm exquirat.Tertio,vt ęmuletur.Quarto, ꝙ vitę ſuperioris hypocritice ipſum pœniteat.Habes hic verę reſipiſcentię depictam velut in tabella formā:vt primū verbū dei ſanctū intētis pręcordijs auſcultet,aut legat,⁊ in vero eius ſenſu capiendo nonnihil laboris impendat:nec vero interim ſunt cōtemnenda ⁊ ſanctorum exempla,qui formā integritatis pręgeſſere,viamqꝫ ꝑueniendi ad exoptatiſſimā beatitatē oſtendere.Ad hęc quoad eius fieri poterit, conatus ęmulandi excitandus:deniqꝫ pœnitudo nequiter geſtoꝝ inſumenda:alioq̄ cętera parui momenti futura ſunt,quātūuis in faciem videantur eſſe aliquid.Hęc aūt forma etſi omnibus,maxime autem pręlatis cōpetit.Audiunt oēs apl̄m dicentē,Oportet epm̄ eſſe irreprehenſibilē,ſobriū,prudentē,ornatū,pudicū,hoſpitalē,doctorē:nō violentū,nō ꝑcuſſorē,ſed modeſtū:nō litigioſum,nō cupidū,ſuę domui bene pręſidentē:oportet illū bonū habere teſtimoniū,ab his qui foris ſunt,vt nō in opprobriū incidat,⁊ in laqueū diaboli.1.Timot.3.Audiunt ⁊ legē ita exhibentē,Omnis q̄ habuerit maculā de ſemine Aaron ſacerdotis,nō accedat hoſtias offerre deo:ſi cœcus fuerit,ſi claudus,ſi paruo vel grandi,vel torto naſo:ſi fracto pede, ſi manu mutilus,ſi gibbus,ſi lippus,ſi albuginē habens in oculo,ſi jugē ſcabiē,ſi impetiginē in corpore,ſi hernioſus.Et iterū.Oīs hō q̄ acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ſctā,in quo eſt imundicia,peribit corā dn̄o.Leuit.21.qbus omnibus accipimus ꝙ inculpatiſſimus debeat eſſe per omnē ętatē pręlatus,ꝙ integer,ꝙ abſolutus:quamqꝫ purus,modeſtus,ſobrius,ſtudioſus,benignus,nihil indecorū habens: prudens,ſtrenuus,doctus,acri iudicio pręditus,non in vicia ardens,ab omni aūt labe alienus:alioq̄ quo pacto ſydus luxqꝫ erit:quo pacto alios lumine colluſtrabit:In mente ergo habe qualiter acceperis,⁊ audieris,⁊ ſerua,⁊ age pœnitentiā.Multis ſcripturę in locis inculcat nobis chriſtus deus pœnitentiā: quod nō faceret niſi ſalutaris eſſet, inprimiſqꝫ potens ad cuiuſuis pcti deiectionē.Eſt enim vnicū remediū infirmitatis noſtrę,⁊ ſanitas perennis.Proinde quū dn̄s primū promulgande legi cœleſti os ſacrū aperuit,ab ea , velut a fonte ſalutis

Pęnitētię vera forma.

Pręlatoꝝ norma.

Maculoſus nō debet accedere ad offerendū ſacrificium.

Pęnitētia vnicū remedium.

ſermonē auſpicatus eſt: ſic dicens, Pœnitentiā agite, appropinqua-
bit enim regnū cœlorū Matth. 4. Hanc ꝛ Luc. 13. inſinuat, quū dicit,
Niſi pęnitentiā egeritis oēs ſimiliter peribitis, ſicut illi decē ꝛ octo ſu
per quos cecidit turris in Syloe ꝛ occidit eos. Et Joannes dñi prę-
curſor, quū ſublimiter tonaret aduerſus incredulitatē Judeorū perui
caciāqȝ: extremū remediū, quo illorū morbo mederetur pœnitentiam
docuit, dicens. Facite ergo fructū dignū pęnitentię; ꝛ ne velitis dicere
intra vos patrē habemus Abraham. Matth. 3. Jactabant nanqȝ hi,
velut ex eo ꝑ charis eos haberet deus, q̄ Abrahā dilexerit patrem
gentis ſuę: ꝛ nō magis vt corrigerent a malis: prout ꝛ modo putant
aliqui ex eo ſe charos eſſe deo, quia authorem ſui ordinis amauerit
deus: iamqȝ gloria inſignē fecerit. quū longe ſecus eſt: amat nanqȝ
deus q̄ amore digni ſunt, hoc eſt, q̄ ſcelere immunes ſunt, ꝛ q̄ puro cor
de querunt eū ꝛ colunt: alioqui oēs pontifices chari eſſent illi, eo ꝙ
B. Petrū amauerit, ideoqȝ gregi fideli paſtorē conſtituerit: quē iam
coronauit in cœleſtibus. Sed niſi q̄s Petrus ſit zelo quo ille feruebat,
ſermone quo docebat, tolerantia quā libenter ꝓ chriſto obibat, vitę
integritate qua pręcellebat charus deo eē nō poterit. Si filij Abrahe
eſtis dicit dñs opa Abrahe facite. Joan. 8. Facite ergo fructū dignum
pœnitentię: iuxta peccatorū qualitatē quantitatēue: quatinus com-
par ſit fructus pęnitentię ꝛ qualitati ꝛ quantitati pcti. Neqȝ enī com-
par fructus boni operis debet illū ſequi, q̄ minus, ꝛ illū q̄ grauius
deliquit: aut illū qui nihil, ꝛ illū q̄ aliquid peccauit. In hac itaqȝ re,
cuiuſlibet conſcientia cōuenit, vt tanto maiora querat bonorū operū
lucra ꝑ pęnitentiā, quanto grauiora incurrerat dāna ꝑ culpā. Digna
erit pęnitentia, ſi is q̄ illicita meminit cōmiſiſſe, a q̄buſdā etiā licitis
abſtineat: pręterea vt actionibus pijs occupet, compenſet erogatiōe
direptiones, cęlibatu ſcortationes, iniuriā beneficio, aſꝑitate delicias,
crapulā ieiunio, aſpectū illicitū cuſtodia oculorū auerſioneqȝ. In ſum
ma, dignū fructū facies pęnitentię, quū ſecundū modū culpę te accō-
modaueris ꝛ poenę: vt ſi plus peccaſti, plus indoleſcas: ꝛ quot inue-
neris in te oblectamenta culpę, tot de te facias holocauſtomata pœ-
nę: vt q̄ amiſeras deū pijſſimū patrē in pcti oblectatione, inuenias
eū in pcti dolore execratione ue, recogitando oēs annos tuos in ama
ritudine aīę tuę: nō ſpē amittendo, ſed veniā precādo. ¶ Pun. 6.

Nemo ab authore char⁹ ipſi deo, ſed a ḃtute quā q̄ſqȝ colit exiſtet.

Pęnitētię dign⁹ fru-ctus.

Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & ne
ſcies qua hora veniam ad te.

Graue horrendūqȝ nimiū eſt, quod hic hypocritis, alijſqȝ ſine fine
peccantibus cōminat dñs: cui diuerſum omnino ſcti precant, ꝛ cupi-
unt. di. Notū fac mihi dñe finē meū, ꝛ numerū dierū meorū quis eſt,
vt ſciā q̄d deſit mihi. Pſal. 38. Ac ſi dicant, Illuſtra me dñe ſpū tuo,
vt ſemꝑ finē meū in mente habeā, ꝛ intelligā ꝙ breues incertiqȝ ſunt
dies mei, cito euaneſcentes, atqȝ inſtar bulle aquatilis, inſtabiles, vt
memor ſim tranſitus mei ſemꝑ, ſemꝑqȝ adornē me dignis fidei ope-

Sctōrum deſyderiū de cogni-tione finis vite.

ribus ad pfectū: quoniā ita mones, vt ſimiles ſimus hoībus expectātibus dñm ſuū, quando reuertatᷣ a nuptijs, q̄a quā hora non putaremus tu aduenies. Luc. 13. Ait ergo in hac ſacra lectione e his, Si nō vigilaueris veniā ad te tanquā fur: ⁊ neſcies qua hora veniā ad te. Ac ſi diceret, nō veniā ad te ſicut ad illos q̄ vigilant, ⁊ q̄ expectant diē aduentus mei: ſed alijs atq; alijs intentus curis, dū nec ſperares irruā ſuper te, vt iudex, ⁊ vt vltor ſcelerū in iudicio, ⁊ in equitate: nec erit q̄ de manu mea poſſit te eruere. O tremendā increpationem. Si ergo nō vigilaueris, veniā ad te tanq̄ fur. Sic ⁊ Paulus loquitᷣ dicens. De tēporibus, ⁊ momentis fratres nō indigetis vt ſcribam vobis. Ipſi enim diligenter ſcitis, q̄a dies dñi ſicut fur in nocte ita veniet. Quū enim dixerint, pax ⁊ ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ⁊ ſicut dolor in vtero habentis, ⁊ nō effugiet. 1. Theſſ. 5.

In ſeculi amatores inuectio.

O amatores ſcli, audite qd̄ iudex dicat. veniā tanquā fur: ⁊ neſcies qua hora veniā ad te. Ad vos eſt hic dñi ſermo, quē modo nō diligitis, vt ſequeremini: cuius ꝓpoſitā legē contēnitis ⁊ in malo ſecuri eſtis, ſpem in longū protendentes, craſſos dies agitis, nemini non graues eſtis, ventri indulgetis, voluptatibus inſeruitis, ⁊ ſtupetis in vitijs, oculos clauſos tenetis, nec in diē aduentus dñi magnū ⁊ terribilē aperitis, velut ꝑpetuo victuri: ſed veniet veniet hora quā non ſperatis: veniet, veniet horrenda mors, quā nō expectatis: tunc rugient circa vos aduerſarij veſtri: tunc clamabitis, ⁊ nullus exaudiet: opē poſtulabitis, ⁊ nemo feret: nemo vobis ſuccurret. O filij hoīm graues corde, que vos tenet veſania? vt qd̄ rebus perituris tanta auiditate ſeruitis? cur vanitati tanto ſtudio confiditis? pereunt cuncta, ⁊ cito pereunt, nec vos ab exitio liberare valebunt. O legū improuidi temeratores, reuertimini ad cor, ſumite conſiliū, rebus veſtris ocyus conſulite, quādo oēs mūdi promiſſiones fallaces ſunt, ⁊ ſeductorie, omnes blandicie eius venena mortifera, cuncte delectationes pocula venenoſa, aconito nocentiſſimo ꝑmiſta, vie aūt eius ſempiterna ⁊ amariſſima mors. Cui nanq; dilectori ſuo dedit qd̄ ꝓmiſit? quē diu regnare ꝑmiſit? cui ſtabilis fuit? Nōne vno eodemq; tempore ſublimat, ⁊ humiliat: ſtatuit ⁊ deijcit? Ubi mō queſo potentū gloria qui terra mariq; imperiū dilatabant? vbi varia ſuppellex? deaurata veſtis? clientū numerus? diuitiarū copia? ⁊ odoramentorū diuerſa genera? delitiarū gaudiū? ⁊ cetera huiuſmodi: nunqd̄ profuerunt hec oīa ſeculi amatoribus? tranſierunt cuncta, ⁊ tranſient: reliquerunt, ⁊ relinquent alijs atq; alienis diuitias ſuas, quas cū magno labore queſierunt, ⁊ querunt: dormierunt, ⁊ dormient ſomnū ſuū, ⁊ nihil inuenerunt, nec inuenient oēs viri diuitiarū in manibus ſuis. Cur hec non aduertitis? cur nō aliorū exemplis erudimini? vt qd̄ pereuntiū caſus vos non deterret? Diues erat cui horrea plena frumento . . ant, redundabant cellaria vino: ſed ſtultus, Quare ſtultus? q̄a dū longam ſibi ꝓmitteret vitā, ⁊ ea que parauerat ſuffectura in multos annos putaret: ſubito audit, Stulte hac nocte aīam tuā repoſcunt a te, ⁊ ea que

paraſti cuius erunt, Luc. 12. Stultus, ⁊ purpuratus ille epulo fuit, q dum ſplendide apparat cõuiuia, inſtruit menſam, purpura ⁊ byſſo ſe exornat, gaudia miſcet, ſumma voluptate fruit, replet ingluuiem, ſaginat ventrẽ, breui hora raptus ad pœnã didicit poſt mortẽ, quod viuens diſcere noluit: cui ſitienti poſtea nec extremi quidẽ digiti guttula aquę data fuit. Luc. 16. Sexcenta ſunt id genus merę ſtultitię exempla, qbus pręmonemur, ne in hoc mundo ſpem defigamus, ne cũ ſtultis ⁊ mũdo pereamus: ſemp aũt vltimũ expectemus diẽ, in horas nos pręparemus, vt non ad ſubitũ dñi aduentũ exanimemur pauefacti. Expectas ſi vigilas, vigilas ſi a pctõ abſtines, ſi ſomnũ pcti ab oculis tuis excuties, ſi inſegniter ſtrennueq; ſaluti pſpicies: alioq nec vigilas, nec expectas, vt veniat ſup te omne verbũ, qd loquutus eſt dñs in zelo ſuo dicens, Veniã ad te tanquã fur. Fur veniet, vt pfodiat domũ, et diripiat bona ⁊ miſerũ faciat. Et neſcies quando veniã. Quare neſcies? quia nõ vigilas. Quare nõ vigilas? qa nõ expectas. Qd ſi expectares vigilares vtiq;, ⁊ nõ ſineres pfodi domũ tuam, neq; diripi bona, neq; miſerum fieri: ⁊ caueres ne malũ incurreres. Optimo igit conſilio vltima ſemp expectanda dies, expectandus ⁊ dñi aduentus. Pauli vox eſt. Non ſumus filij noctis, neq; tenebrarũ. Igit nõ dormiamus, ſicut ⁊ cęteri: ſed vigilemus, ⁊ ſobrij ſimus. q. n. dormiũt, nocte dormiũt. ⁊ q ebrij ſunt, nocte ebrij ſũt. Nos aũt q diei ſumꝰ ſobrij ſumꝰ. induti loricã fidei ⁊ charitatis, ⁊ galeã ſpẽ ſalutis: Quoniã non poſuit nos deus in irã, ſed in acquiſitionẽ ſalutis p dñm noſtrũ Jeſum chriſtũ, q mortuus eſt pro nobis: vt ſiue vigilemꝰ, ſiue dormiamus, ſimul cũ illo viuamus. 1. Theſſ. 5. ¶ Punc. 7.

Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inqnauerũt veſtimẽta ſua: & ãbulabũt mecũ in albis, qa digni ſunt.

Quem antea durius reprehendit, modo blandius lenit ac conſolat: ne videlicet perpetua reprehenſione frangat, ne deſperet, ne pereat. Sic enim conſueuit ⁊ in alijs eplis, vt vbi acrior interim intercedit correptio, nõnulla temperie leniat: quo cõmodius remediũ, qd ſalutare eſt, ſubeat, agat virtute intra viſcera dilapſum, expellat morbum reuocet ſanitatẽ. Per nomina ipſos intellige homines. Ideo autem noĩa ponit, vt oſtendat non ſolũ tenere numerorũ electorũ ſuorũ, ſed ẽt nomina, q Moyſen nouit ex noĩe, ⁊ ſuorum ſcribit in cœlo noĩa ſctõrũ: quẽadmodũ dicit. Gaudete ꝙ noĩa veſtra ſcripta ſunt in cœlo. Luc. 10. Idẽ oues ſuas noĩatim vocat. Joan. 10. vtit ergo loquutione ſuo more, di. habẽs pauca noĩa. id eſt. paucos noĩatos, cognitos ex nomine, ſcriptos in libro vitę, eo ꝙ munda ſeruauere veſtimenta ſua. Veſtimenta hęc holoſerica baptiſmatis ſunt, fideiq; ſemel ſuſceptę indumenta. Poſſunt eſſe ⁊ imortalitatis innocentięq;, qbus diabolus primũ hominẽ in paradiſo expoliauit, quũ ſibi hunc per peccatũ conſentire fecit: quibus iterũ veſtimẽtis nunc hõ veſtitus eſt, quũ per imolationẽ vituli ſaginati, q eſt chriſtus, iunior filius patri

Veſtimenta baptiſmatis.

Vetus hō exuendus. reconciliatus fuit, ⁊ prima ſtola indui promeruit. Luc. 15. huc perti-
net qđ Paulus Coloſſenſibus ſcripſit. Expoliantes vos veterē homi-
nē cū actibus ſuis, ⁊ induentes nouū, eū, qui renouatur in agnitione
dei, ſecundū imaginē eius q creauit eū, Coloſſ. 3. Itē. Ephe. 4. deponi
te vos ſecundū priſtinā cōuerſationē, veterē hoīem, q corrumpit ſecū
dū deſideria erroris. Renouamini aūt ſpū mentis veſtrę, ⁊ induite
nouū hoīem, q ſecundum deum creatus eſt, in iuſticia, ⁊ ſanctitate ve
ritatis. Ecce qualia ſunt veſtimenta, q̄ ſeruanda ſunt ab imundicia, ⁊
corruptione peccati. Ille hęc corrumpit q concupiſcētię ſuę prauo ope
re cōmaculat. Quia vero ꝑpauci ſunt q concupiſcentia nō ſeducunt,
aut q a cognitiōe criminis poſt ſuſceptū baptiſmi ſacramentū ſe ob-
ſeruent, recte pauca noīa in Sardis ſe habere dicit, q veſtimenta ſua
incoinquinata ſeruauerint. Pręceptū extat. Eccl. 9. Omni tpe veſtimen-
ta tua candida ſint. Et infra in hoc lib. cap. 16. beatus fore prędicat,
q cuſtodit veſtimenta ſua. Niſi enim qs illibatū ſe cuſtodiat ab hoc
ſęculo, veſtimenta eius candidā non ſunt, nec ꝓmiſſa illi beatitudo
Qui ambulabunt in albis. obtinget. De pijs ac modeſtis dicit, Et ambulabūt mecū in albis, qa
digni ſunt. Illi qppe ambulabunt cū chriſto in albis, q fidē, ⁊ inno-
centiā baptiſmalē, ac deniq; ſanctitatem oēm totius vitę cuſtodiunt:
quiq; ſequunt veſtigia chriſti, iuxta verbū Petri apli, Chriſtus (inqt)
paſſus eſt ꝓ nobis, vobis relinquens exemplū, vt ſequamini veſtigia
eius. Hi enim ſoli digni ſunt vt in albis cū chriſto ambulent. Cur in
albis ambulabunt? Quia lauerunt ſtolas ſuas, ⁊ dealbauerūt eas.
Magnū myſteriū. Lauerunt ſtolas ſuas, ⁊ dealbauerunt eas. Quo-
Veſtimentorū ablutio ⁊ dealbatio. modo lauerunt? aut quomō dealbauerunt? Sed lauerunt in morte
chriſti, ⁊ paſſione eius, quando in fonte baptiſmi ſeſe conſecrarunt.
Dealbauerunt quando pijs actibus ⁊ bonis ſtudijs ſeſe in lege do-
mini, ⁊ vijs eius exercuerunt in charitate dei ⁊ proximi. hęc eſt veſtis
illa nuptialis qua ad domū nuptiarū intromittimur, nec intromiſſi
vltra eijcimur, ſine qua nemo intromittit. Nā ⁊ angeli poſt dñi reſur
rectionē in albis viſi, Joan. 20. Act. 1. Et Paulus primus eremita ni-
ueo candore in ſublime conſcendere ab Antonio viſus. teſtis eſt Hie
ro. Quo contra pcti veſtis nigra eſt: in qua ambulant omnes impij
virtutibus vacui, ⁊ quibus placet iniquitas. Sed quid dicemus? Nun
quid deſperandū illi fuerit, q poſt baptiſmi gratiā, vitā peccatis inq-
nat? Non vtiq;, qa ⁊ illi, ſi pœnitentiā egerint, ſi lachrymis neqter
facta eluerint, candorē ſibi conciliant. Hoc nanq; alterū genus ba-
ptiſmi eſt, qđ ſcelera mire ac potenter deijcit, conſcientiā abluit, vitā
reſtaurat, iuſticiā reddit, vt nō minus candori congaudeat. Hęc itaq;
veſtimenta in quibuſdā imaculata ſeruant, in quibuſdā poſt macu-
las dealbant: qa alij poſt lauacri vndam nullū facinus admittunt,
alij admiſſum fletibus tergunt. vnde admonendi hi ne admittant, ij
Puri debent eſſe electi. vt ſine ꝓlatione tergant. Puros nanq; in miniſterio ſuo amat chri
ſtus, quos ad beatitudinē recipit, nec ad punctum in mali propoſito
ſtare vult. Ait enim. Ambulans in via imaculata hic mihi miniſtra

bat, Pſal. 100. Et iterū. Beati imaculati in via, ꝗ ambulant in lege
dñi. Pſal. 118. vt recta conſequentia ij candore glorię ſeſe adornent
in patria, ꝗ candorē innocentię tenuere in via. Sequit. Quia digni
ſunt. Quare digni? Aut quomō digni? Juſticia digni, ⁊ imitatione
veſtigiorū chriſti digni. Juſticia inquam, quā aſſeruit nobis chriſtus,
imo ⁊ donauit, vt eſſemus iuſti, ⁊ imaculati, ſancti in conſpectu dei,
ꝗ nos fecit reges ⁊ ſacerdotes, ideoqꝫ digni: Unde etiā datū vt ſeque-
remur veſtigia eius, cuius virtute melius regimur: vt iam nō noſter
ſenſus, ſed illius ſpūs ſit in nobis, cuius virtute recōciliatus eſt mun-
dus: alias pannus mēſtruatę ſumus oēs, ⁊ opera noſtra immunda
erunt omnia, tam aberit vt digni ſimus velut iniuſti, ⁊ pctōres. Du-
pliciter igit hic mihi conſiderabis hoiem. Primo in ſuo eſſe natura-
li, ſine gratia, ſine ſpū dei: quo pacto omnes iuſticię noſtrę ſunt ꝑinde
ac pannus menſtruatę, olidę, inquinatę, ⁊ turpes, ꝗbus vilitas in pre-
cioſitate eſt, hoc eſt. quantūuis pulchrę ſint ac precioſę ad hoim con-
ſpectū, ad dei tamē ęſtimationē viles ⁊ reiectę, ⁊ abominabiles: tan-
tū abeſt vt ex his digni ſimus. Deinde in eſſe grę, vt eſt inſitus chri-
ſto, membrūqꝫ eius eſt in corpore myſtico; quod eſt, eccleſia: hoc pa-
cto tantū dignus quantū a deo acceptus, in dilecto filio ſuo, in quo
etiā habemus remiſſionē peccatoꝝ, per ſanguinē eius acceſſumqꝫ ad
deū, vt pręclare ſcrīis Apl's nō in vno loco eplaꝝ ſuarū docet, in quo
⁊ gratificauit nos, ⁊ in filios adoptauit, heredes conſtituit regni ſui,
vt depulſo mortis ⁊ inferni metu, cęterū ſpem vitę habeamus. Nāqꝫ
heredes ſumus in chriſto ſecundū ſpem vitę ęternę. Ti. 3. Idē Roma-
nos docet, Quicunqꝫ ſpū dei aguntur, hi ſunt filij dei. Non enim ac-
cepiſtis ſpūm ſeruitutis, iterū in timore, ſed accepiſtis ſpūm adoptio-
nis filiorū dei, in quo clamamus Abba pater. Ipſe enim ſpūs teſti-
moniū reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumꝰ filij dei. Si aūt filij, ⁊ heredes:
heredes ꝗdē dei, coheredes aūt chriſti. Ro. 8. Ecce ꝗa digni ſecundū
operationē chriſti in nobis: Indigni aūt ex nobis, ſecundū quod pec-
catores conſtituti, aduerſarij deo. De pijs ergo ⁊ iuſtis loquit chrs,
quū dicit, Ambulabunt mecū: cū filio virginis, cuius caro virginea
continentię dedicauit exemplū, qui eſt virgineus flos, candens vir-
ginitatis liliū ⁊ corona. In albis. id eſt. in corporibus imaculatis: am-
bulabunt aūt conſpicui in morē ſolis fulgentes, quando reſurgent
ad vitā glorię ex mortuis: ⁊ velut agni nouelli, quocunqꝫ ierit incun-
ctanter agnū dei ſequentes. Da dñe vt agnus nouellus ipſe te ſeqr:
ſequar aūt in albis, te collaudans in magnitudine virtutis tue, qua
potens es ⁊ btūs vſqꝫ in ſempiternum. O qualis erit honor, quanta
gloria ſequi dñm in patria cœleſti, vbi defectus nullus, honor ampliſ-
ſimus, claritas ęterna, ⁊ ſemꝑ florens. Juuēta ibi ſardia pulchritudo
imarceſcibilis, ibi diuitię nunꝗ deficiētes, ibi ſacietas plena ac ſempi-
terna vt ſit qđ amplius expeti poſſit, aut cogitari ſaltē. Eſaias dicit.
Tūc videbis ⁊ afflues, ⁊ mirabit, ⁊ dilatabit cor tuū, quādo cōuerſa
fuerit ad te multitudo maris ſubintellige celeſtiū bonorū, ⁊ redundā

Chři virtute opera munda xpianorū.

Homo dupliciter cōſyderatur.

rie glīe bti dei. Idē. Ocul⁹ nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcēdit que pparauit deus diligētib⁹ ſe. ca. 64. 2. 1. Cor. 2. ¶ Punc. 6.

Qui vicerit ſic veſtietur veſtimentis albis: & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius.

Victoribus, hoc eſt, qui mundū 2 peccatū, 2 infernū vincunt: 2 tunicā caſti corporis, innocentieq3, fidei ac virtutū, morū quoq3 ſanctiſſimorū regulas inuiolabiliter cuſtodiūt: ſiue q in medio natiōis prauę, atq3 pverſe integri continuo ſtudio pſiſtūt, dn̄o plena fiducia in verbo eius adherentes, 2 candidū pectus illi conſecrantes, tria hic promittunt. Primū ꝙ veſtient cū ebro albis. Secundū ꝙ nō delebit nomen eorū de libro vitę. Tertiū ꝙ nomē eorꝫ magnifico quodā titulo, ꝙ vicerint, cōfeſſurus ſit corā patre ſuo, 2 angelis eius, teſtificans ꝙ ex ſuis ſint. Prima pmiſſio de veſtimentis albis, qua pculdubio ad id potiſſimū puocamur oēs, vt vnuſquiſq3 holoſericā ſui baptiſmatis p virili ſeruet, vtq3 ꝙ caſtiſſime viuat: hi preter id quod fidē habent in chriſtū, carnē edomant ieiunijs, ſubigunt rationi rebelles ſen ſus, vitant malas cupiditates, excubant, orant, ſtudent, legunt, meditant, auſcultant ſcripturę ſacrę precepta predicata. In ſūma dei beneplacitū cuſtodiunt. Res admodū preclara eſt ſtudere virtutibus, vitare vicia, demonis depellere ſuggeſtiones, excutere iugū tyrannidis pcti, liberū fieri ab eius nexibus: ſed non minus preclara res eſt ad ſincerā ęmulationē traducere que ſacris dei mandatis tradita ſunt, id eſt, ad exercitiū bonorū operū accingi ſtrenue, que fuco careāt, nec ſint corrupta hypocriſi, nec famę glīa diluat: vegetet autem dei ſpūs, in quo ſolo robur omne veritatis conſiſtit, 2 premia meritorum poſita ſunt. Contra qſqs innocentiā baptiſmalē minus cuſtodit, ſedetq3 tepidus, 2 languens, nec operat bona, exors pmiſſionis huius ſit neceſſe eſt, ꝙ non inter victores computet: hos infernus excipiet ſuis cruciatibus implicandos vt nō elabant, ſed vt ſemp miſeri ſint, 2 lugeant ſemp. Ad quos eſt ſermo dei p Eſaiā dicens. Ecce ſerui mei comedent, 2 vos eſurietis: ecce ſerui mei bibent, 2 vos ſitietis: ecce ſerui mei lętabunt, 2 vos confundemini: ecce ſerui mei laudabunt prę exultatione ſpūs, 2 vos clamabitis prę dolore cordis, 2 prę contritione ſpiritus vlulabitis. Eſa. 65. vt diſſimilis ꝙ longiſſime fiat exitus impiorū ab exitu pioꝝ, ſicut 2 vita fuit diſſimilis. Secūda pmiſſio ꝙ nō delebit nomē eorū, q vincūt, de libro vitę.

**Liber vite quid ſit.** Liber vitę ppoſitū diuinū eſt in mente dei, ſeu ipſa mens dei, in quo hi ſoli ſcribunt, q fide vincūt, nec proſternuntur ſuperati a vicijs: q ſunt electi, hoc eſt perfecte boni, fortes in fide.

**Scribi in libro vite aut deleri quid ſit.** Sed venit in queſtionē, vtrū ſemel aſcriptus deleat: 2 econuerſo. Et quid ſit deleri: ſcribiue in vite libro: An ergo fallit diuina preſcientia: Non equidem. Sed eo ſenſu dicit. Non delebo, ac ſi diceret, Scribam. Qui enim vincit, non delebit: q vero nō vincit, nō ſcribit. Deleri ergo non ſcribi eſt. Nouit enim deus q ſunt eius.

2.Tim.2.⁊ hos ſolos ſcribit,q non delebunt,qa vincunt.Quo ſenſu de reprobis,q non vincunt,dicit.Deleant de libro viuentiũ, ⁊ cũ iuſtis nõ ſcribant.Pſal.68.Neq; enim impij cũ pijs,hoc eſt.iuſtis ſcribunt,quorũ opa mala ſunt,⁊ fides in impietate.Victoria ergo certiſſimũ eterne prędeſtinationis ſignũ eſt.Volunt nõnulli duplicem hunc librũ eſſe.Alterũ eterne prędeſtinationis, alterũ prẽſentis iuſtificationis.In libro prędeſtinationis quicunq; ſemel inſcriptus fuerit nunq̃ delebit,in quo nemo reproborũ inuenit.Quia vero ille q prẽſentis iuſtificationis eſt,ſecundũ ſtatũ prẽſentis vitę digerit,ſtatq; cũ conditione humanę mutabilitatis:toties inſcriptus delebit ex eo, quoties peccaſſe cognoſcit:⁊ rurſum toties inſcribit aliquis quoties iuſtificat,eo ꝙ fit,appelleturq; liber is iuſtificationis prẽſentis:iuxta quod dicit in prẽſenti ſcriptura,Et non delebo nomen eius de libro vitę.Quo contra dicit.Deleant de libro viuentiũ:⁊ cũ iuſtis nõ ſcribant.Huc pertinet illud quoq; Ezechie.18.Si impius egerit pęnitentiã ab omnibus pctis ſuis,quę operatus eſt,⁊ cuſtodierit omnia prẽcepta mea,⁊ fecerit iudiciũ ⁊ iuſticiã,vita viuet,⁊ non morieť:omniũ iniquitatũ eius,quas operatus eſt nõ recordabor:in iuſticia ſua,quã operatus eſt,viuet.De recedentibus quoq; ait,Si aũt auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua,⁊ fecerit iniquitatem,ſecundũ oẽs abominatiões, quas operari ſolet impius,nunqd viuet:oẽs iuſticię eius,quas fecerat,nõ recordabunť:in preuaricatione,qua preuaricatus eſt,⁊ in peccato ſuo,qd peccauit,in ipſis morieť.Tertia promiſſio,ꝙ eorũ nomẽ ſit confeſſurus in laude multa corã patre ſuo,⁊ angelis eius.Confeſſio hęc conteſtatio fidelitatis eſt,meriti quoq;.Quippe illius nomẽ pollicet ſe corã patre ſuo confeſſurũ,cuius probat opera de prẽſenti, placentq; ei,quę ſunt,fiuntq; in fide.Sicut de viro iuſto ſcriptura ſacra loquit dicens,Omnia opera eius in fide,quę nõ poſſunt niſi iuſtificati facere,per patrẽ cœleſtem benedicti:qbus dicturus eſt in fine nõ dubiũ quin ipſe idẽ chriſtus qui iudicaturus eſt orbẽ,Venite benedicti patris mei.Matth.25.Ideo alibi ait,Qui me confeſſus fuerit corã hoibus confitebor ⁊ ego eũ corã patre meo Matth.10.Luc.12. Sed quare addidit,Angelis eius,hanc videlicet orõnis particulã: Nunqd ſatis erat dixiſſe,corã patre meo,niſi ⁊ angelos nominaret: Cur hoc voluit:niſi vt plenitudo honoris in illa confeſſione inſinuaret.Neq; enim parua res eſt,honorificari corã angelis dei, ⁊ nõ ab alio q̃ hoꝶ creatore,quos conſtat ſemꝑ aſtare deo.Hos in tres hierarchias diuidit Dionyſius,ternos in ſingulis ponens ordines,tres ſuperiores,tres inferiores,tres medios.Superiores,ſunt.Seraphin, Cherubin,Throni.Medij ſunt,Dñatiões,Principatus,Poteſtates. Inferiores ſunt,Virtutes,Archangeli,Angeli.Porro ordinis vocabulũ multitudinẽ eorũ indicat,q inter ſeſe aliquo munere gratię ſimilant, ſicut ⁊ in naturaliũ virtutũ dono conueniunt.verbi gratia. Seraphin dicunť q prę ceteris ardent charitate.Seraphin eñi interpretať ardens vel ſuccendens.Cherubin; q alios pręſtant ſcientia,

Victoria ſignũ prędeſtinationis.

Libri duo vitę.

Confeſſio chriſti corã pře ſuo quid ſit.

Hierarchię nouẽ.

nam ea vox ſcientię plenitudinē latinis ſonat. Thronus dicitur ſedes: throni autē vocant (vt D. Gregorio placet) q tanta diuinitatis gratia replent, vt in eis velut ſingulariter ſedere dicat deus, & p eos iudicia decernat. Dñationes vocant, q principatus & ptātes tranſcendunt. Principatus, qui ſubiectis ſibi quę agenda ſunt demandant, qbus ad explenda diuina miniſteria principant. Poteſtates nominant, ij, qui hoc cęteris potentius in ſuo ordine acceperunt, vt virtutes aduerſę eorū frenent poteſtate, ne hoīes tantū moleſtent tentatione quantū cupiant. Uirtutes illi appellant, per quos ſingulari priuilegio miracula edunt & ſigna. Archangeli, q maiora denunciant. Angeli q minora, vtpote ad ſolius perſonę cōmodū: ſicut frequēter legimus angelos apparuiſſe ſingularibus perſonis, tum in veteri, tū in noua lege. Id vero obſuādū fuerit, qa hęc noīa illis nō ppt ſe ſed ppt nos data ſunt. Qui enī ſibi noti ſunt cōtēplatione, nobis innoteſcunt cognominatione. Nominant aūt ſinguli ordines, a donis gratiarū, qbus excellunt, quū alioq omnia in omnibus ſint: non tamen ęqualiter, qa alij alia nobilius potentiuſq; alijs poſſident: ſicq; ab excellentiori dono, videlicet charitate ſuperior nomen accepit. Excellentius enim donū eſt charitas, q̄ ſcientia: ſcientia iudicio, quū & id ab ipſa ſcientia illuſtret. Dixi omnia dona omnibus eſſe cōmunia: oēs enim ardent charitate, & ſcientia pleni ſunt, & iudiciū habēt: ſed ſuperiores inferioribus pręclarius, a qbus nominant. Hoc eſt quod D. ait Gregorius, In illa ſumma ciuitate quiſq; ordo eius rei cenſet noīe, quā pleni⁹ accepit in munere. Corā his teſtatur⁹ eſt dñs nomē ei⁹, q vicerit, vt nō parui momēti videat eē victor gl̄ia. ¶ Punc. 9.

Qui habet aurem audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs.

Auris, vt docet Firmianus, ab hauriendis vocibus nomē habet: quę ſic ſinuoſa concauitate ab authore deo cōdita eſt, vt voces hauſtę ad cordis interiora miro dilapſu cōueherent, quatinus auditu perciperet, quę humanis procul diſſita eſſent ſenſibus: qualia ſunt, fides, & articuli eius, reſq; ſpiritales, myſteria cœleſtia, & id genus alia. Iam itaq; aurem non habet q fortiſſimos verbi dei ſonitus non audit, nō ſentit virtutē eius, neq; ſanctiſſima dei pręcepta aduertit, ſed manet obiectus nihil ſentiens, vt ſaxo potius ſimilior ſit q̄ hoī. Quid enim homo eſt, niſi animal rationis capax ad dei imaginē ſimilitudineq; formatus? Hic vero adeo rationis expers eſt, vt abiecta dei ſimilitudine, in pecudis formā abierit: Amplius dico, infra pecudem eſſe ceperit. Pecus actoris ſui voce excitat: it celerius, flectitur, vectat onus, aut graue trahit iugū: homo aūt, & q vix hō eſt, vixq; pecus, nihil ad dei vocem aures arrigit, nihil excitat, nihil flectit, nihil ſubit, imemor totius beneficij miſericordis dei, vt iam non aliud ſit q̄ īmane ſaxū, enormeq; & iners, & informe lignū, quod deſiccatū eſt. Hęc promiſſa fides? ſic te in ſceptra deus reponet? Hęc de malis dicta ſunt. Econtra ſtudioſus, bonus & integer, hominē quodāmo do

tranſcendit, ⁊ in cuiuſdam diuinitatis ſortem abibit, vt diuinus ſit, fortiſſimo vicz dei verbo demutatus: qui auditā receptāq; fidē vſq; in finem ſeruabit, quē deus minime ſuis promiſſionibus fraudabit.

## DE PRAECEPTIS ANGELO PHILADELPHIAE ECCLESIAE SCRIBENDIS. SEC. 2. PVNC. 1.

ET Angelo philadelphiæ eccleſiæ ſcribe. Philadelphia ciuitas eſt in Myſia, regione Aſię, terręmotibus concuſſa, cuius incolę in agris olim magna ex parte degebāt: cui ab oriente exuſta regio patet, ſtadijs longa quingentis, quadringentis lata, vbi nullę arbores pręter vitem inueniunt, quę exuſtū vinū fert ita elegans vt nulli cedat, ſumma camporū facies cinerulēta eſt: mōtana, petroſa, ⁊ nigra. Quidā ex crebro fulminū ictu id contigiſſe arbitrant: ſed credibilius eſt ſubterraneū ignē, qui poſtea defecerit, regionē exuſſiſſe. Sed iam ad myſteria vocis redeamus. Philadelphia nanq; latinis fratris amorē ſonat. Id quod plauſibiliter vniuerſali ecclīe cōpetit, quę tota in amore dei eſt ⁊ pximi. Nā qui amat deum, amet ⁊ fratrē neceſſe eſt. amat aūt deū q illius pręceptis obſequitur, dicente dn̄o. Joan. 14. Qui habet mandata mea, ⁊ ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Diligit idē ⁊ fratrē, cui precatur ſalutē. Alioq nec deū diligit. Nā ſi qs dixerit, qm̄ diligo deū, ⁊ fratrem ſuū oderit mendax eſt. 1. Joan. 4. Vt recte p Philadelphiā eccleſia deſignet: ſicut ⁊ in cęteris: quę perfecta dilectione counita eſt. Quid enim eccleſia in vere credentibus eſt, niſi fratrū ex corde mutuo ſeſe diligentiū congregatio? Proinde ſummus huius eccleſię rector, idemq; caput, ait fidelibus. In hoc cognoſcent oēs q mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionē ad inuicē habueritis, Joan. 13. Ibidē. Mandatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē. Nouū non nouitate pręceptionis, qa dudū pręceptū erat, ſed nouitate inſtaurationis. Nā pręceptū erat, ſed non ſeruatum: ſed neglectū, ſed ipſa vetuſtate obſoletū: vt nemo charitatē coleret, nemo obſeruaret, eo q a minimo vſq; ad maximū ſtuderent auaricię. Sic ⁊ aurea vaſa obſoleta fractaue ſolent refici: vt nihil ſit, quod maiori ſtudio inculcare, penituſq; conetur defigere hominum mentibus dn̄s Jeſus ſicut dilectionem. A quo ſi quęras quomō debeat pximus diligi: incunctanter tibi reſpondebit, ſicut (inqt) dilexi vos. Hoc nanq; eſt pręceptū meū, vt diligatis inuicē, ſicut dilexi vos. Joan. 15. Modū quęris quo dilexit ipſe nos. Si ſummā vitę eius perſpicimus, occurrit nobis in eius erga nos dilectione ſumma illa ſapiētia, quę illi eſt ita ppria vt nihil magis ppriū dixeris. Ipſe nanq; eſt dei ſapientia, q ⁊ dei verbū eſt, ⁊ ſermo, p quē deus pater loquutus eſt nobis. Heb. 1. Quid enim aliud erat eius pręedicatio niſi mera et vera ſapientia, ⁊ lux fideliū, ⁊ vita: vt bene Joannes dixerit de eo. Et lux in tenebris lucet. Et iterū. In ipſo vita erat. Inſeuit enim in nobis ⁊ lucē fidei, ⁊ gratię vitā in ſua ſapientia, qua ita ſeſe attemperauit ad oēs: vt hos be-

Philadelphia.

Ecclīa cōgregatio ſe diligentiū mutuo.

Mādatū nouum.

Dilectiōis modus.

nignius inſtrueret, illos corriperet ſalutarius, ⁊ omnibus ęquaret ſermoné. Quũq; ita ſapienter ſummá ⁊ ineffabilé dilectioné erga nos exhibuiſſet: memor ſubinde dulcedinis ſue, qua in primis fouendi eént infirmi pctõres, quos ſatan pœne in baratrum deſperatiõis abduxerat, ſua dulcedine eos deliniebat confouebatq;. Ad hęc, q̃ ſcriptũ eſt. Fortis eſt vt mors dilectio, fecit ex nimia dilectione vt etiã moreret̃ p̃ nobis. Sic ⁊ nos vt diligamus inuicé oportet. p̃rimo ſapienter, deinde dulciter: tertio patienter. Sapientia nobis opus eſt in erudiendo proximo in rebus fidei. Dulcedo in conuerſando. Patientia autem in ſufferendo infirmitates proximi. Quib⁹ oibus vtimur erga noſmetipſos: p̃inde debemus vti ⁊ erga p̃ximos nr̃os, iuxta dei preceptũ. Diliges p̃ximũ tuũ ſicut teipſum. Leui. 19. Que etiã noſmetipſi ab alijs nobis exigimus impendi. Ergo ęquę vt nos diligere debemus proximum, vel hac ſola ratione, quia ad dei imaginem creatus eſt ęquę vt nos, cuius ſimilitudinem refert. Quod ſi amas deum, illum qui ad eius imaginé creatus eſt odiſſe non potes. Joãne dicente, Qui dicit, q̃ diligo deũ, ⁊ fratré ſuũ oderit, mendax eſt. Qui enim nõ diligit fratré ſuũ, qué videt: deũ qué non videt quomodo poteſt diligere? ⁊ hoc mandatũ habemus a deo, vt q̃ diligit deũ, diligat ⁊ fratré ſuũ. 1. Joan. 4 Sed nemo eſt, q̃ quũ quęrit̃ vtrũ diligat deum, nõ protinus diligere ſe reſpondeat. Quod tamé odiũ vitij in primis arguit: nanq; niſi oderit viciũ, deũ diligere nõ põt, nec ſe. Scriptũ eſt enim, q̃ diligit iniquitaté, odit animã ſuã. Pſal. 10. q̃ aũt nec ſe diligit, p̃ximũ minus multo diligit. Principio ergo ſe diligenter exquirat hõ vtrũ diligat ſe. q̃ ſi nouit ſe diligere, tuto cõmittendus illi p̃ximus, qué diligere debet ſicut ſe. Quod ſi nõ nouit ſe diligere: nõ eſt p̃ximus illi cõmittendus. Si enim diligit ſe quiſpiã vt perdat, p̃cul dubio perditurus eſt ⁊ p̃ximũ, qué diligit ſicut ſe. Nolo ergo vt quéquã diligat is, quatinus ſolus pereat in ſui odio, ⁊ iniquitate quã diligit: ⁊ nõ p̃ximus. Diligere deniq; debemus p̃ximũ affectione quã habent membra ad inuicé. Nã multi vnũ corpus ſumus in chriſto, ſinguli aũt alter alterius membra. Roma. 12. Membra aũt inuicem ſibi compati manifeſtũ eſt, ⁊ mutuis ſuccurrere preſidijs. Manus pro capite ſeſe exponit, vim p̃pulſat armis, ne membra, q̃bus compacta eſt, lędant̃. Pulchra ſane res eſt dilectio, egregia eſt: hac alitur pax, firmat̃ cõcordia, deus poſſidet̃, nutrit̃ ſpes, chariſmata augentur: ⁊ nihil eſt aduerſi, quod nõ ęquanimiter toleret̃: hãc capeſſamus oẽs fratres dilectiſſimi, hac vniamur, hac firmemur: hac muniti tuti erimus: hac nõ errabimus, hac ad portũ ſalutis pertingemus, hac promiſſa glĩa potiemur: quã definit Paulus de corde puro, ⁊ conſcientia bona, ⁊ fide non ficta. 1. Timo. 1. His enim tribus ad charitaté op⁹ eſt nobis: videlicet, corde puro, conſcientia bona, ⁊ fide nõ ficta: hoc eſt non hypocritica, ſed ſolida, vera, ac perfecta. ¶ Punc. 2.

Chriſti in peccatores dulcedo.

Dilectiõis commendatio.

**Hæc dicit ſanctus & verax, qui habet clauem Dauid:**

qui aperit,& nemo claudit:claudit & nemo aperit.

Dñs Jeſus, amabilis valde, filius dei precioſus, ꝛ nunquã ſatis cõmendatus, q eruit nos de ptãte diaboli, ꝛ tranſtulit in regnũ adoptionis filiorũ dei: q eſt benedictus ſup oia, tria de ſe dicit. Primũ, ꝙ ſit ſanctus: ſecundũ, qꝺ ſit verax: tertiũ, ꝙ Dauidis clauẽ habeat. Sanctus, qa ſanctis ſcribit: quo noie agnoſcant cũ vere ſctitatis fontem eẽ. Etenim vnicuiqꝫ talẽ ſe exhibere ſolet, qualis eſt apud illos, qualeſqꝫ apud quemqꝫ erga ſe cõperit affectus. Sic cũ peregrinis peregrinus apud Lucã ambulat. Marie magdalene hortulanũ ſe exhibet. ſic exilis apud exiles fide: grandis apud grandes: infirmus ꝛ impotens, apud infirmos ꝛ incredulos: robuſtus ꝛ omnipotens apud fortes ꝛ credulos. Sanctũ ergo ſe dicit: ꝛ ad ſe, ꝛ ad illũ cui ſcribit, ꝛ qbus ſcribit, veritatis enim aſſertores erant, ꝛ vita inculpabiles: id enim eſt ſanctus qꝺ iuſtus, id iuſtus ꝙ ſine crimine eſt, ꝛ iniuria dei imunis. Nã ſi ſanctus a ſancio verbo venit, ꝛ iuſtus a iuxta ſecundũ philoſophũ. 5. Metaphiſicorum, pfecto is erit iuſtus, q iuxta preſcripta dei legẽ, ac voluntatẽ eius viuat: hoc ꝛ ſanctus eſt, ꝙ ſancitã dei legẽ cuſtodiat, in qua exprimit voluntas dei ſctã ꝛ iuſta. Proinde: hec dicit ſanctus, ꝛ verax. Qui ſanctus eſt, idẽ ſit ꝛ verax oportet. Sctũs: p eſſentiã deus: ordinatus eſt enim in ſe, vt origo maneat apud patrẽ, generatio apud filiũ, ſpiratio apud ſpũm ſanctũ: ꝛ ij non tres ſancti, ſed vnus ſanctus: ſicut vnus increatus deus, immenſus, omnipotens, idem ꝛ verax. Quũ enim imutabilis ſit deus, ꝛ natura verax, pmiſſio eius neminem fallit, ſed nec fallere põt. Et qa ſanctis ac veracibus hoc eſt, his q veraces ſe in omni vita, pioſqꝫ exhibent, pmiſit mercedẽ copioſam ꝛ amplam in cœleſtibus, reddet: vt pmiſſio eius non ſit irrita, ſicut nec põt, dicente Chriſto, Cœlũ ꝛ terra tranſibunt, verba aũt mea nõ tranſient, intellige, irrita. Nanqꝫ qꝺ dicit verbo, implet effectu. Sigdẽ verbũ dei manet in eternũ. Eſa. 40. Manet indẽ ſuoſqꝫ effectus pducet: malos male perdet in tempore ſuo. Sequit. Qui habet clauẽ Dauid, Quia enim in poſterioribus dicturus erat, Ecce dedi corã te oſtiũ apertũ ꝛc. recte in principio de claue meminit: claue enim oſtiũ aperit. De hac claue ſcriptũ eſt Eſa. 22. Dabo, inqt, clauẽ domus Dauid ſup humex eius: ꝛ aperiet, ꝛ nõ erit q claudat: ꝛ claudet, ꝛ nõ erit q aperiat: cui pphetie hic chriſtus alluſit, quẽ preluſit figura Eliachim, cui hec dicta ſunt. Eliachim nãqꝫ reſuſcitans, ſiue firmans, ſiue erigens deus interpretat: ab El, qꝺ deũ exprimit: ꝛ chom vel chim, qꝺ ſuſcitauit, vel reſurrexit, vel erexit, vel firmauit interpretat: chriſtũ ſane exhibens, q ſurrexit a mortuis ſecundũ carnẽ, q ꝛ reſuſcitat, ꝛ erigit, ꝛ firmat: cui iuxta holem data eſt clauis dom⁹ Dauid. Domus hec ecclia eſt, que ꝛ regnũ chriſti veraciſſima appellatione dicit, ꝛ templũ dei: cuius clauẽ ipſe idẽ habet, ad quẽ pertinet claudere ꝛ aperire, q eſt ſanctus, ꝛ verax: p quẽ ſanctitudinẽ habemus ꝛ veritatẽ. Clauis hec gratia ſpũſſcti eſt, que preſtat faculta-

Sanctus idẽ quod iuſtus.

Dom⁹ dauid ecclia.

tem penetrandi myſteria dei, in ꝓphetis abdite ſignata: inter quos

*Clauis dauid*

principatū tenet Dauid, e cuius ſtirpe ꝓgenitus eſt chriſtus: cuius ꝓphetia chriſti eſt diſpenſatione patefacta, ac ſi dicat, Qui habet clauem omniū ꝓphetarū, ad quorū intelligentiā, quos vult intromittit. Poſuit ergo vnū ꝑ omnibus, vtpote q primus in ordine prophetarū filij dei myſteria pręgeſſit, notauit ⁊ cecinit. Tāta q̄ppe ſunt in dictis ⁊ factis eius ſacramēta ꝓphetica, vt cuicūqȝ reſerata ea fuerint, a cęterorū ſenſibus ꝓphetarū excluſus eſſe nō poſſit. Sufficiens ergo ad cauſam ſiue intentionē ſermo hic eſt. Qui habet clauē Dauid. In eo nāqȝ ⁊ ſplendida nois authoritas ineſt, ꝙ ſecundū carnem chriſtus e Dauide duxerit originē, q poſt legē primus ſcripturā ꝓphetica edidit, rexqȝ fuit.

*Sine claue xpi nihil poteris in ſcriptura ſacra efficere*

Vide ꝙ nihil poſſis ſine hac claue in ſcripturis ſacris, etiā ſi oēm philoſophiā habeas: hac aūt omnia. Chriſtus eſt clauiger: hic petendus tibi eſt vt aperiat: nā cui aperit, introibit is in potentias dñi, memorabit iuſticię ei⁹ ſoli⁹. Pſal. 70. qa veritas iā in eo eſt, ⁊ ad lumen eius ꝑſpicit: nec erit q claudere offucijs poſſit erroris, mendacijue vectibus obſerare: quādo veritatis ſenſus ꝓteget eum, in quo ſcrutat magnalia dei, paſcit delicijs eius, abundabit diuitijs. Econtra cui clauſerit nemo erit q aperiat. Hinc infra habet cap. 5. ꝙ nemo poterat, neqȝ in cœlo, neqȝ in terra, neqȝ ſubtus terrā aperire librū, ⁊ reſpicere illū, niſi ſolus agnus. Legis quippe diuine abdita myſteria, ſolius chri ꝑtāte reſerant: ipſe ſuo arbitratu qbuſdā aperit, qbuſdam claudit: aperit dignis, indignis claudit, ne precioſiſſimas ſenſuū margaritas ꝯculcent: neqȝ enim ſanctū dari canibus dignū eſt, aut margaritas ſpargi ante porcos, eo ꝙ ęſtimare neſciant, inqȝ reuerētia habere.

*Prophetię donū interdū et īmerentes accipere.*

Hoc nō ideo dico, vt nō ⁊ indigni aliquando ſcripturas intelligant: intelligunt vtiqȝ, ⁊ donū ꝓphetię habent: qđ tamē nō tam ad eorū q̄ aliorū ſalutē accipiunt: nec ꝑ ſe cognoſcent vias dñi; ſed pro alijs, qbus prędicant: neqȝ enim ipſi introibunt in requiem eius, nec guſtū ſermonis eius ſentiunt: ⁊ ideo quantum ad id clauſum eſt eis hoc oſtiū vſqȝ adhuc: q etſi verā lucē ab oſtio copioſo lumine intelligentię ſpirantē videant, nō tamen introibunt in potentias dñi, vt memorent iuſticię eius ſolius quantū ad imitationē: negat enim ſe veritas illis q obſtinato ſunt corde erga illā, vt nō ęmulent, et ſi lumen eius videant, ⁊ prędicent. Quo fit vt externe ſolū ad litere oſtiū ſedeant, ⁊ pulſent, pulſuqȝ ipſo qcqd veri luminis effuſum ſit hauriāt. Hi ſunt canes circūeuntes ciuitatē famelici, ⁊ tabeſcentes; languētes ad carnē, ⁊ ad ollas ęgyptiacas reſpicientes, vt ſaturent carnaliter. Pōt ⁊ aliter clauis hoc loco accipi, vt ſit ꝑtās ligandi atqȝ ſoluendi.

*Clauis ligādi atqȝ ſoluendi.*

Eſt nanqȝ in eccleſia dei clauis ligandi atqȝ ſoluendi, cuius ſūma penes chriſtū verſat, q ſolus inſigniter audit. Tu es ſacerdos in ęternū ſecundū ordinē Melchiſedech, Pſal. 109. qđ ſane dictū de chriſto intelligimus, q primus ⁊ maximus ſacerdos oīm eſt, a quo oēs habent poteſtatē. Hic qa ꝑpetuo inter hoīes viſibiliter verſari nō poterat, vt ꝑ ſe tali inter eos fungeret officio, reliqt loco ſui vnū, ad quē ceteri

attenderent, cui regimen externū eccľie tradidit (nā internū ſolus ipſe
habet, nec vnꝙ̄ alicui tradidit) Dixit enim Petro. Paſce oues meas.
Joan. 20. Nanq̄ illud qđ Matth. 16. habet͂ tibi dabo claues regni
cœlorū, pmiſſio ſola eſt. ſicut ⁊ Joan. 1. de primatu eius dictū eſt, Tu
vocaberis cephas. Hęc enim, id eſt, primatus, ⁊ vſus clauiū, poſt re-
ſurrectionē collata ſunt ei in verbo, Paſce oues meas. Quid vero cau
ſę ſit, vt pluraliter eadē vox efferatur apud Matthęum, quę hic ſin-
gulariter nominat͂, ibi enim claues plurative dicit͂: hic vero clauem
ſingulariter. An et alias tradidit? Sed vt intelligeres in radice vnā
eſſe ptātē, virtute aūt ⁊ effectu multiplicem. Neq̄ enim aliud eſt cla-
uis ꝙ̄ ptās iudicandi ⁊ abſoluendi: aperit eadē clauis ⁊ claudit: li-
gat eadē ptās ⁊ ſoluit iuxta iudiciū. Nec tamē ſolus Petrus vſum ha-
bet clauiū, habēt ⁊ alij, quibus dictū eſt, Accipite ſpūm ſanctū, quoꝝ
remiſeritis pctā, remittunt͂ eis, ⁊ quorū retinueritis retenta ſunt, Jo-
an. 20. Quid remittere, niſi aperire? Quid retinere niſi claudere? Ape-
rit oſtiū gratię, cui remittit͂ debitū culpę: claudit͂ cui retinet͂: remittit͂
ei, q abſoluit: retinet͂ q ligat͂. Aut ligat͂ cui retinet͂: Abſoluit͂ cui re-
mittit͂. Nec ad hoc quippiā facit ſanctitas ſacerdotis, aut demeritū:
quū ea ptās non ꝓpendeat a dignitate miniſtri ſed a verbo dei. Alij
dicunt, nō a ſctitate miniſtri ſeu ſacerdotis, ſed a charactere impreſſo
p ſuſceptionē ordinis. Errant ergo toto cœlo q putant ſacerdotē pec-
catorē nō poſſe vti virtute clauiū, nec abſoluere. Deniq̄ ptās iſta ſo-
lis ſacerdotibus data eſt quorū primi ſunt aplī, qbus dictū eſt, Acci-
pite ſpūm ſanctū quorū remiſeritis ⁊c̄. Non igit͂ alij ea vti poſſunt,
preterꝙ̄ in caſu neceſſitatis. Quia enim neceſſitas lege non obſtrin-
git: in vnoquoq̄ fidele ſupplet baptiſmalis vnctio, eā quę i ſuſceptio
ne ordinis fit vnctionē. vt ⁊ anus poſſit eo caſu abſoluere. Poſtremo
vſus hic clauiū operat͂ ad culpę remiſſionē, nō vt principale agēs,
ſed vt inſtrumentale, diſponens ad gratiā: quā nō confert, ſed habili-
tat hoīem ad ſuſceptionē, p quā fit remiſſio culpę. Solus enim deus
remittit p ſe principaliter culpam, q ait, Ego ſum ſolus q deleo iniq-
tates tuas ꝓpter meipſum, Eſa. 43. Hinc Judęi credebant chriſtum
blaſphęmare, quē hominē cernebant, nec credebant deū, ꝙ diceret
paralytico: Homo, remittunt͂ tibi peccata tua: cœperunt enim reputa
re inter ſeſe dicentes, Quis eſt hic, q loquit͂ blaſphemias? Quis pōt
dimittere pctā niſi ſolus deus? Luc. 5. Habet ⁊ ętas noſtra ſuos ſcri-
bas ⁊ phariſeos, q herentes autoritati huic ſcripturę, ⁊ ex conſequen
ti, nec neceſſariā fore auricularē (vt vocant) confeſſionē, quā nos ſa-
cramentalē appellamus. Sed inſignit͂ errant, nō conſiderantes dñi
mentē, quā inſinuat in verbo, Quorū remiſeritis. Nanq̄ ad eos per-
tinet iudicare, ad quos remittere: iudiciū aūt fit ex auditu, ergo neceſ-
ſe eſt vt auricularis fiat confeſſio, priuataq̄ ad aures ſacerdotis, in
qua ſpecificari debent pctā, quęcunq̄ contra pręcepta dei fuerint cō-
miſſa: quatinus ſacerdos ſciat iudicare inter lepꝛā, ⁊ non lepꝛā: ab-
ſoluereq̄: id eſt, liberare reā conſcientiā virtute clauiū a chriſto tradi-

Claues habēt ⁊ cęteri aplī pter petrū.

Aperire qđ ſit aut claudere.

Uſus clauiū tanꝙ̄ agens inſtrumentale.

Dei eſt remitterē culpam.

tarū,q in tanta re(vt dixim⁹)pͤncipē agit,ſacerdote miniſtro coexiſtente.Juxta illud Dei enim adiutores ſumus.1.Cor.3.Et hi in primis debent eſſe ſancti ⁊ veraces,iuxta ęmulationē eius, de quo pręſens ſcriptura loquit̄,q eſt ſanctus ⁊ verax:quiq; principaliter tenet clauem Dauid,chriſtus Jeſus dñs noſter.Jam vero vſus clauiū in

Clauium vſus i tria neceſſari⁹.

tria eſt vtilis.Primo in culpę remiſſionē.Scđo in pœnę cōmutationē.Tertio in pœnę cōmutatę diminutionē.Pœna nanq; ęterna cōmutat̄ in tēporalē virtute clauiū.Jd enim certo tenemus, qa liberatus a crimine letali,manet adhuc ligatus ad pœnā temporalē, ſm ꝙ pœna tpalis eſt purgans veſtigia pctī mortalis.Exemplo nobis ē btūs Dauid,q poſt remiſſionē culpę requiſitus eſt ad pœnā.cui poſt cōmiſſum ſcelus dñs p Nathan ꝓphetam dixit. Ecce ego ſuſcitabo ſup te malū de domo tua:⁊ tollā vxores tuas in oculis tuis:⁊ dabo pximo tuo:⁊ dormiet cū vxoribus tuis in oculis ſolis huius.Tu eñi feciſti abſcondite:ego aūt faciā verbū iſtud in cōſpectu oīs Jſrael: ⁊ in conſpectu ſolis huius.Et dixit Dauid ad Nathan. Peccaui dño. Dixitq; Nathan ad eū.Dñs quoq; tranſtulit pctm̄ tuū.Nō morieris ⁊c.vides culpā remiſſam,in verbo,nō morieris:pœnā tñ reſeruatā.

Pœnā reſeruari cul pa dimiſſa

Sequit̄ enim.Ueruntamē qm̄ blaſphemare feciſti inimicos nomen dñi:ꝓpter verbū hoc,filius q natus eſt tibi morte morieſ.Et ſubdit̄. percuſſitq; dñs paruulū, quē peperit vxor Urię Dauid.2.Reg.12.⁊ in hoc differt ſacramentū pęnitentię a baptiſmi ſacramento:eo ꝙ in baptiſmo tota ſimul eluit̄ ⁊ culpa ⁊ pœna,⁊ omnis reatus pœnę:vt nihil pęnitus remaneat a baptiſmo.Cuius rei ratio eſt.Quandoquidē in baptiſmo fit regeneratio noui hoīs, qua quiſq; nouus homo fiet,nempe ſpiritalis,ex deo natus,⁊ altiſſimi filius:proinde nec pręcedentia illi imputant̄ pctā,quę cęterū fiunt illi quaſi nō ab eo facta, qa mutatus fit in aliū hoīem,videlicet,ex veteri in nouū,noua intercedente generatione.Jn ſacramento aūt pęnitentię,poſt pctī remiſſionē remanet adhuc pœna,ſiue reatus ad pœnā:virtute tamen clauiū hęc in temporalē incunctanter cōmutat̄,hac ratione,qa in pœnitentia,nō fit regeneratio ſed ſanatio,in qua ſibi imputant̄ ſcelera,velut ab eo facta,⁊ ſi nō ad culpā,quę abolita eſt in confeſſione ſacramentali,tamen ad pœnā temporalē,quę ſubeūda eſt ex debito.Neq; eñi certū habemus quantū dimittat̄ in pœna,credimus tamē p qualitate contritionis dimitti,in qua fit pręparatio ad gratiā: quę quanto copioſior abūdat,tāto vberior indulgētię vis exuberat. ¶ Punc. 3.

Sacramē ti pœnitē tię ⁊ baptiſmi differentia.

Scio opera tua.

Scientia gratiā includens.

Scientia hic p noticia capit̄,quę includit gratiā.vt ſit ſenſus, Noui opera tua,⁊ placent:opera qppe fideliū,quę ex fide fiunt, bona ſunt, ⁊ deo grata,vtut minus minuſq; habentia ſint.Chriſti enim, ⁊ fidei virtute,qcqd ineſt eis, impfectionis,id totū corrigit,vt ⁊ ipſi operatores placeant gratiq; ſint deo,qbus pctm̄ nō imputat̄.Nemo tamē velim ita capiendū exiſtimauerit,vt ſiqs enormiter ſceleratus ſit, aut

adulter,

adulter,aut ſacrilegus,aut ebrioſus,aut alienę rei raptor,alijs id ge/
nus grauibus flagitijs horreat:dum in eis eſt; ⁊ antequã reſipiſcat,
ipſa crimina ei nõ imputent̃:imputant̃ vtiq; quantúlibet chriſtian⁹
ſit:⁊ iudicat̃,⁊ cõdemnat̃ in eis.Impoſſibile enim eſt ſimul quẽquã
eẽ piũ ⁊ impiũ,iuſtũ ⁊ iniuſtũ,ęquũ ⁊ iniquũ,legiſragũ,⁊ legis cuſto
dem,bonũ ⁊ malũ,eſſe in gratia ⁊ in odio apud deũ:verũ alterum ſi
relinquit,redibit alterũ.nec vltra ea mala ei imputabunt̃,ſi vera ſuc
cedat reſipiſcentia,dño deo in ſcriptura dicente,Si impius egerit pę/
nitentiã ab oibus pctĩs ſuis, quę operatus eſt, ⁊ cuſtodierit omnia
pręcepta mea,⁊ fecerit iudiciũ ⁊ iuſticiã,vita viuet,⁊ non morietur:oĩm
iniquitatũ eius,quas operatus eſt,nõ recordabor.In iuſticia ſua,quã
operatus eſt,viuet.Ezech.18.Quo fit,vt iam nõ ſceleratus,nõ impius,
nõ malus ſit:ſed ſtudioſus,ſed pius,ſed bonus. Quę ſunt ergo illa Pctã q̃ nõ
pctã quę in bonis nõ imputant̃ fideli?Reſpondeo.Ea quę nolẽs fa/ imputant̃.
cit,quę nec vitari quidẽ poſſunt,quales ſunt motus veteris Adam a
vitiata natura,pdeuntes.Itẽ dũ bñfacere volumus,carnis impedimẽ
to minus facimus ꝙ conatus eẽt in ſpũ dei.Itẽ minus fidimus, mi/
nus oramus,meditamur minus,minus opamur:ſtudemus,legim⁹,
docemus,⁊ ita de reliq̃s.Neq; odio iſtorũ,nã id in crimine eſſet, ſed
ob impedimenta carnis.Id qđ interim odimus,qa ſic minus efficere
valemus, nec conatũ tam fœliciter pducere prout vellemus poſſu/
mus.Itẽ quũ pauloplus ꝙ par ſit manducamus, bibimus,citra ta/
men crapulã,⁊ ebrietatẽ,quę cauit Chriſt⁹ Luc.21.quũq; immode/
ratius ridemus,loqmur,diuagamur,veſtimur,citra tamẽ faſtũ ac ſu
pbã oſtentationẽ,⁊ ſic de ſimilibus.Sępe ſubeunt animũ improba cõ
ſilia,ſenſuũ tentigines caleſcunt:qbus ſi cõſentiat̃,crimen ſunt: lucta
tamen eijcit,vt nõ conſentiat̃ eis, etiã ſi paululũ delectatio cœperit
ſenſum occupare. ꝙ ſi nulla infuerit complacentia,materia exercen/
dę potius virtutis erũt ꝙ vitiũ.His aũt nemo annumeret contemptũ
docendi,primũ ignorantẽ,chriſti abnegationẽ p impiã vitã, hypo/
criſim in orando,ociũ perpetuũ,ignauiamq;,auariciã,rapinã, furta,
homicidiũ,vſurã,fornicationẽ,ardorẽ p libidinis conſenſum, aſpe/
ctus imundos,contactus illicitos,oſcula,laſciuos arriſus, munuſcu
la conſtantiã expugnantia,literas ſeductrices,colloq̃a corrupta,pol/
licitationes:⁊ alia quę ſunt arma diaboli:detractiones quoq;,ebrie/
tates,⁊ crapulas:quę niſi ſacramento confeſſionis, ac digna pœnitẽ
tia eluant̃,ſemp imputant̃,ſemp damnant.Sũma verbi eſt.Ea ſola
pctã ppetuo fidelibus remitti conſtat in chriſto,vt non imputent̃,quę
nolentes faciunt,⁊ odiunt,⁊ quę vitari nequeunt.Ab his enim pec/
cantes liberi fiunt in chriſto,⁊ in virtute fidei eius,vt nihil dãnatiõis
ſit his.vt habes manifeſte Ro.8.Alia vero pctã, dei verbo interdi/
cta,quorũ quędã cõmemorauimus,⁊ quę cũ fide ſtare nequeũt neq;
cũ gratia dei:tunc remittunt̃,quando ſacramentali abſolutione deij/
ciuntur.Sed mirum valde eſt quũ in reprobis omnia ſint impietas,
⁊ odiũ:in electis neſcio quid latens operat̃ deus, myſterio ſancto,

nobis tamen incognito. Nã quũ cadunt ij etiã in maioribus crimini-
bus: ſeruanť, ne deũ, aut veritatẽ eius ex animo abnegent: vt Dauid
q permiſcuit adulteriũ cũ homicidio. Petrus deteſtando peierauit: ⁊

In electis peccãtibus latenter opať de⁹.

modo nõ rari q hereditatẽ capiunt ſalutis, cadunt interdũ a ſynceri-
tate ſua, quũ pctã cõmittunt. Sed neſcio qd latens in eis operatur
etiã inter peccandũ deus, ita vt poſt lapſum mox ad reſipiſcendũ cor-
da eorũ moueanť: Id qd alios deficit, vt nõ reſurgant: hi ſunt q ode-
runt deũ, ⁊ quorũ ſuperbia aſcendit ſemꝑ, vt ſcriptura teſtať. Cadunt
iuſti in tempus, ⁊ iuſticia reuiuiſcunt. Nec tamẽ infœliciter exiſtimes
iuſtos eẽ, quũ peccant: ſicut quidã execrabili temeritate putauere. Neqꝫ
enim quũ ſcortať, tũ iuſtus eſt quiſpiã, quũqꝫ inebriať, quũ mentitur,
ſed quũ ex his reſurgit iuſti nomẽ habet: Scriptũ eſt enim, quia ſepti-
es in die cadit iuſtus, nec tamẽ iuſti nomẽ amittit, qꝛ cadẽs reſurgit:
cadit ꝑ carnẽ, ſurgit ꝑ fidẽ. pctõ cadit, fide reſurgit, vt nõ imputeť ſibi
caſus ꝓpter fidẽ. Iuſtus enim ex fide viuit. Abac. 2. Ro. 1. ⁊ Ieremię. 5.
Oculi dñi reſpiciũt fidẽ. ꝓpter quã manũ cadẽti ſupponit deus, vt nõ
pereat. Ego nihil dubito quin Dauid periiſſet niſi deus cadenti ma-
nũ ſuppoſuiſſet, ⁊ niſi ipẽ a crimine reſurrexiſſet. Petrus quoqꝫ, ⁊ Ma
ria peccatrix a magdalo dicta, ⁊ Paulus, q oẽs reddita eis gratia re
cte deinceps vſi ſunt, vt nõ perirent, quocirca datũ eſt illis vt reſurge-
rent. Contra nefariã eiuſmodi hoim aſſertionẽ eſt illud qđ ſcriptum
eſt Ezech. 18. Si auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua, ⁊ fecerit iniquitatem
ſecundũ oẽs abominationes, quas operari ſolet impius, nunqd vi-
uet? oẽs iuſticię eius, quas fecerat, nõ recordabunť: in preuaricatione
ſua qua preuaricatus eſt, ⁊ in pctõ ſuo, qđ peccauit, in ipſis morietur.
tam iniuſtus eſt electus quũ peccat: nemo enim ex pctõ eligiť, ſed ex
pietate, ⁊ virtute, vt electionis ſuę fructu felicius potiať. Opus eſt er-
go probitate ⁊ virtutibus, ⁊ fide, qui iuſticię coronam, ab agono-
theta chriſto cupit promereri, ⁊ ab eo commendari. ¶ Punc. 4.

Ecce dedi coram te oſtium apertum, quod nemo poteſt claudere: quia modicam habes virtutem, & ſeruaſti verbum meum, & non negaſti nomen meum.

Oſtiũ apꝑiri aut claudi in myſteria dei.

Hoc oſtiũ introitus in regnũ dei, ⁊ myſteriorum eius eſt: quod alicui
aperiri diciť dũ ad illud miſericorditer admittiť: claudi vero, dũ nõ
admittiť. Porro ad ipſum regnũ admittiť is, q fide chriſti membrum
fit, ⁊ digna chriſto operať. Ad eiuſdẽ aũt regni myſteria admiſſio fit,
dum gra ad intelligentiã ſcripturarũ dať: qua ſola ad ſolidã verita-
tẽ pertingiť. Nemo eſt enim q ingenij viuacitate ad id ꝑtingat: nemo
q ſtudiorũ preſidijs id aſſequať. Gratia ſola eſt, quę ad immenſam lu
cẽ aciẽ dirigit figitqꝫ, quę imbecillitatẽ naturę corroborat. Dicit ergo
Ecce dedi corã te oſtiũ apertũ, qđ gratia reſerauit, quę ſola myſteria
ingenijs pandit. Proinde (ſi ſapis) fac, contẽplare, intentuſqꝫ ſis: vide
tamen qbus armis te inſtruas, quo ornatu ingrediaris: hoc eni plu-
rimũ refert, alioq audies forſitan, Amice, quomõ huc intraſti nõ ha

bens veſtē nuptialē:ꝛ eiectus ludibꝛiū ceteris fias. Paruulū opoꝛtet eſſe ingredientē, qa xp̄s intellectū dat paruulis, Pſal. 118. reuelat ſua magnalia paruulis, Matth. 11. Lu. 10. quoꝛū eſt regnū celoꝛū. Niſi enim conuerſi fueritis, ꝛ efficiamini ſicut paruuli, nō intrabitis in regnū cœloꝛū, Matth. 18. vbi paruulus maioꝛ reputat̃. ꝛ hoꝛū angeli ſemꝑ vidēt faciē patris cœleſtis. ibidē. Huic nemo claudit, qſquis is inuentus erit, eo ꝙ electus ſit, ꝛ oſtiū digne inuenit. Inuenit aūt ſibi, qa ſe humiliare nouit: inueniet alius, ſed nō ſibi: neqꝫ enim ingredi tur: ſed foꝛſitan neqꝫ ideo inuenit, vt ingrediat̃: alijs inuenit, demonſtrat alijs, vt alij ingrediant̃, potiant̃ alij voluptatibus ſpūs, ꝛ diuitijs eius inenarrabilibus, quę intrinſecus latent. O infęlicē hāc eiuſmodi inuentionē: o ſtultā diligentiā. Quid ꝓdeſt alijs peruigilare: alioꝛū vtilitati inſudare: quęrere alijs, hęreditare, alios claros efficere: Tibi cumpꝛimis vſui ſis, deinde alijs: hoc eſt, vt tuę pꝛincipio omniū ſaluti conſulas, hinc alioꝛū quoqꝫ. Oꝛat pꝛimū pꝛo ſua claritate chꝛiſtus, exinde diſcipuloꝛū conſtantię atqꝫ perſeuerantię ꝓſpicit: ꝛ ꝓ eis q credituri erant in ipſum vſqꝫ in finem. Joan. 17. Qui in pręſenti lectione ait, Ecce dedi coꝛā te oſtiū apertū, hoc eſt. myſteria ſcripturarū tibi aperui, q ſoleo ſuperbis reſiſtere, humilibus dare gratiā. Gratia claue oſtiū apertū dedi, ꝛ quidē coꝛā te, vt ingrediaris: ꝛ ꝓſpice, hoc eſt ſentias ꝗ̃ dulcis ſit dn̄s in fidei vita, quatinus ſoli mihi placeas, ſoli mihi charus ſis. O eximiū diuinę munus clementię, o largitatis ampliſſuę diuitię, theſauri inexhauribiles, honoꝛes clari. Aperi mihi dn̄e hoc oſtium, vt ingrediar, ꝛ contempler magnalia tua, abyſſum iudicioꝛū tuoꝛū exqram: experiarqꝫ ꝗ̃ dulcis ſis his qui recto ſunt coꝛde, q te vnice amant, ſequunt̃, ꝛ laudant. Si queras qd in re ſit oſtiū hoc: incunctanter reſpondeo, chꝛiſtus eſt oſtiū, ꝑ quem patet aditus ad regnū ꝑbeati dei. q ait, Ego ſum oſtiū, ꝑ me ſi quis introierit ſaluabitur. Joan. 10. Hoc aūt gratia fidei aperitur: qd quia demiſſum eſt ꝛ humile nō niſi demiſſi ꝛ humiles ſubingrediunt̃: tam difficile eſt per ipſum gibboſos trāſire camelos. Clauſum eſt oſtium perfidis Judęis, clauſum quoqꝫ cunctis alienis, ſolis aūt credētibus patefactū, quod ſoli humiles ſolent ſubintrare. Iſtud oſtiū nemo pōt claudere ſemel apertū. Conabat̃ olim impietas apl̄is claudere, ſed nō potuit: cędebant̃ ij vt a confeſſione oſtij huius ceſſarent: at tanto ardentius confitebant̃, quanto cęderent̃ vehementius: vnde eſt illa eoꝛū vox, Non poſſumus, quę vidimus, ꝛ audiuimus nō loq. Act. 5. Ingreſſi iam erant oſtiū hoc apl̄i, iā dei magnalia contemplabant̃: ꝛ ideo fieri nō poterat, vt ceſſarent: vt verū ſit qa nemo pōt claudere ſemel apertū. Apertū eſt myſteriū fidei, ꝛ nō claudit hęreticus. Ritus ſacrarū cęremoniarū publicatus eſt, ꝛ nō abꝛogabit̃. Patrū noſtrum ſanctiones firmatę ſunt, ꝛ nō caſſabunt̃. Ingreſſi ſumus ꝑ oſtium, in domo dei habitamus, cultū diuinū didicimus, ſacrificio vero litam⁹, pctā confitemur, ſacramentis expiamur, pꝛeces fundimus, Gloꝛiam deo acclamamus: Gratias agimus, deo viuimus, cuius beneplacitū Oſtiū xp̄s

In nobis eſt,ꝓpꝛo fideli ⁊ ſctō.Et cui iniuria?diabolo,⁊ angelis eius,
quoꝝ ſupbia aſcendit ſemꝑ.Uerū agant ij vtut volunt, nos noſtra
ꝓbitate conſiſtamus,cōſtantiſſime ceptā pagamus,finis doceat am/
Uirt⁹ mo/ bos,quā qs mercedē meruerit.Sequit,Quia modicā habes virtutē.
dica. Quid modica hec virtus eſt?fides ne,an humilitas?vtraq₃ in facie
modica ſunt,⁊ fides ⁊ humilitas.Unde dñs in euangelio, humiles
apl̃os,paruulos vocat.Matth.11.Luc.10.⁊ fidē grano ſynapis cō/
parat Luc.13.Habes ergo modicā virtutē:tenes fidem in humilitate
ſenſus tui,vt nō ſupbe ſentias,nec tu te ſupꝛa alios euehas,id qđ ego
pꝛobo in te.Uel certe modicā habes virtutē in doctrina fidei, quā ⁊
ipſam libenter in alioꝝ vtilitatē expendis.Nā hoc eſt veraciter ha/
bere,in pꝛoximi vtilitatē expendere.Contra vero nō expendere, non
habere eſt.Hoc ſenſu dñs in Euangelio loquit dicens.Omni habēti
dabit:ab eo aūt q nō habet,⁊ qđ habet auferet Luc.19.Matth.13.
Dicat ergo,q₂ modicā habes virtutē,ac ſi diceret,virtutē quā habes,
⁊ ſi modica ſit,nō abſcondis,imo erogas, vt ingentē facias eroga/
tione:talentū dñi nō defodis in terrā,nō abſcondis ſub modio lucer
nā,ſed pꝛofers,ſed cōmunē facis:hoc mihi placet in te.Et ſeruaſti ver
bū meū,vel bū fidei,vel bū noue gratie,vel bū ꝓmiſſionis eterne, id
eſt.inter turbines ſeculi huius,inter varias perturbationes eius,inter
perſequutoꝝ ſeuitiā,minime defeciſti,nomenq₃ meū nō negaſti:qđ
inſignis tue conſtantie,dilectionis ac fidei in me pꝛeclariſſimum eſt
indiciū.Hec ex ſentētijs alioꝝ poſita ſunt:nūc meam quoq₃ audite:
qm̄ licet vnicuiq₃ abundare in ſenſu ſpūs dei. Aliud ergo mihi eſt
oſtiū hic ꝙ̃ aut regni dei introitus ſit myſterioꝝq₃ eius:aut ꝙ ſit ſcri/
pturarū intelligentia ſacrarū.Aliud ēt modica virtus,ꝙ̃ fides cū hu
militate.Eo ergo ſenſu accipiendū oſtiū hic puto,quo vtit Paulus.1.
Coꝛ.16.de Epheſijs loquēs.Oſtiū,inqt,mihi apertū eſt magnum ⁊
euidēs.vbi p oſtiū nō aliud vult intelligi,ꝙ̃ coꝛda aīosq₃ paratos ad
ſibi obediēdū ſeq₃ recipiēdū in euāgelio dei.Qđ ergo dic hic.Ecce de
di corā te oſtiū aptū,intellige de pꝛeparatione animoꝝ philadelphi
enſi.i,id qđ ſine deo nō ſit.Nā ⁊ in ſeqntibus ſimili ſenſu oſtium ipſe
dñs intelligit cū dicit.Ecce ſto ad oſtiū,⁊ pulſo.vbi conſenſu omnium
coꝛ oſtiū eſt.Confirmant hec ⁊ verba mox conſequentia.in qbus ꝓ/
mittit dñs de ſynagoga ſatane ſe daturū illi q veniāt ān pedes eius,
qbus iā aīos ꝑparauerat vel ꝑparaturus erat.Ipſe enim eſt,q coꝛda
pꝛeparat,p grām ſuā.Grā ergo clauis eſt.hac aperit vbi vult, ⁊ quo
modo vult.hac dabit ⁊ intelligentiā ꝓpheticā.Ideo in pꝛimis clauē
Dauidis ſe habere dixit.Quid hec clauis Dauidis ſit, obſcurū non
eſt his q ſcripturas ſciunt.Dauid quippe ꝓpheta fuit ⁊ rex, acceptus
apud oēs ⁊ gratus:omniū enim coꝛda aperuerat illi deus vt amoꝛe
reciperet.Id qđ huic quoq₃ epō tametſi nō ſatis erudito pio tamen
ꝓmittit.Nā modicā eius virtutē in aliud interpꝛetari nō auſim : niſi
ꝙ fuerit ſimplex ⁊ rectus,ac timens deū.Id quod illi ſufficiebat co/
rā deo,⁊ pꝛo magna ſcientia computabat.vt q minus valeret in ſub/

mi intelligentia ſcripturarū ac eloquentia myſterioꝝ magnoꝝ:va‑
lebat ſimplicitate,ac moꝝ modeſtia in exemplum alijs.Plus nāqꝫ
ſepenumero mouent exempla q̄ verba.vt teſtis eſt Lactantius Fir.
in diuinis Inſti. Sequitur. ¶Pun. 5.

Ecce dabo de ſynagoga ſatanæ, qui dicunt ſe iudæos eſſe & nō ſunt ſed mentiunť:ecce faciā illos, vt veniāt, & adorent ante pedes tuos: & ſcient qa ego dilexi te.

Fidelis dñs ⁊ verax ſic attemperat ꝓmiſſionē,vt liberaliter impleat illā:conſtans eſt,non variať:nō fallit,nō mentiť,ſed nec mentiri po teſt:potens eſt virtute vt faciat qđ vult Pſalmographo dicente,Deus noſter in cœlo omnia quecūqꝫ voluit fecit Pſal.113.Et iterū Pſal.134 Omnia quecunqꝫ voluit dñs fecit in cœlo,⁊ in terra,⁊ in mari, ⁊ in omnibus abyſſis.Uult qđ dicit,dicit qđ vult,implet qđ vult ⁊ dicit. Pſal.148.Quia ipſe dixit ⁊ facta ſunt.Dixit deus,fiat lux, ⁊ facta eſt lux Gen.1.Et,Faciamus hoīem ad imaginem ⁊ ſimilitudinē nr̄am. Quid vero ad hanc voluntatē conſecutū ſit adiungit Moyſes dicēs, Et creauit deus hoīem ad imaginem ſuā.Qui aūt hec voluit ⁊ fecit, idē nunc ait.Ecce dabo de ſynagoga ſatanę ⁊c̄.certū id eſt,qa quum veritatis oſtiū ꝑfecte aperiť,fieri nō pōt,quin in dei ecclīā ex ſynago ga ſatanę aliq̄ tranſferanť nempe prędeſtinati ad vitam : ⁊ tū ma xime,quū tempus cecitatis ipſoꝝ fuerit impletū:quo nondū imple to minime ad veritatē pertingunt,minime pietatē ſequunť,eo ꝙ non dū eis gratia data ſit,nondū lux diuina cecitatē eoꝝ rupit,nondum potenti virtute corda eoꝝ illuſtrauit,nōdū traxit, nondū imutauit. Pertinent aūt ad hoc tempus omnes cecitatis dies,q conuerſionem prędedunt:q quū impleti fuerint,fieri non pōt, vt non verbū dei ca piat in ipſis,opereturqꝫ:qđ receptū ſine fructu nunq̄ erit.Eſa.55.ſed in electis dico.Nā id qđ ſupra petrā cecidit,natū exaruit.Et qđ inter ſpinas ſuffocatū eſt:Quod vero ſecus viā, a celi alitibus comeſtum eſt ſemen.Solū autē qđ cecidit in terrā bonā exoꝛtū fecit fructū cen tuplū Luc.8.Ergo quoties ſuo tēpoꝛe verbū dei ſyncere ac veraciter prędicatū fuerit,abſqꝫ vllo omnino fructu nō erit.Semper enim ex auditoribus ſunt aliqui in vitā prędeſtinati in qbus fructificet : ſic ⁊ chriſti tēpoꝛe erant in qbus caperet dei verbū:ſic mō ſunt nonulli,⁊ vſqꝫ in finē fient,tū maxime quādo omnis Iſrael ſaluus erit.Ro.11. Proinde his,qbus oſtiū aperit chriſtus, dat aliquos ex eis q prius erant ex ſynagoga ſatanę vt obediant ſermoni eius.Ex eis aūt ꝓmit tit ſe daturū,q ſe dicunt Judęos eſſe ⁊ non ſunt,ſed ſunt hypocritę,q difficilius longe cōuertunť,vt maius miraculū appareat,qa eos ſub iugaturus eſt illi,q difficilius conuertuntur.Quid Judei, niſi ſemen Abrahę ſunt?Quid autē verū ſemen Abrahę,niſi q fidem Abrahę imitanť:ij nimirū ſunt veri Judei,Iſraelitę,filij ꝓmiſſionis,⁊ popu lus peculiaris dñi.Ro.4.⁊.9.Judęus ergo nomē eſt religiōis plusq̄ generationis,hoc eſt,q ſingularē cultū erga deū habent,ob id ⁊ con

Dei poten tia in oīa.

Prędeſti nati ad vi tā ꝯuertunť

Judei ſe mē Abra hę.

Judei de/ſicti a magnifico patriarcha noiari.

Judei a Juda ꝓditore mō dicuntur.

fitens deū interp̄tat̄: qḋ nomen ſepe impietate calcat. Ideo Judei
carne, poſtquā contra dn̄m erecti ſunt, nec ſuſceperunt ꝓmiſſionē, a
via veritatis aberrantes, deſierunt nomē ducere ab illo magnanimo
ꝛ ſancto patriarcha Juda, filio Jacob, a quo deſcēdit Chriſtus ſecun
dū carnē: ſed a ꝓditore Juda iſcariotis: q occidit xp̄m dei filium.
Unde factū eſt, vt oēs Judei carne in hoc vno parricida conſtituerent
tur, a quo pacto precio mercati ſunt xp̄m, poſtq̄ venalē eis impius
negociator fecit. Tantū erat odiū erga benemerentē, tanta impietas
erga ſaluatorē quē ꝓmiſerat olim deus illis: vt impiū carnificem, ꝛ
pientiſſimi magiſtri ꝓditorē, in principē generis, olim antiqui ac no
bilis, ꝓ illo vero principe ac ſancto Juda, q forti robore perſepe fœli
citer ꝓ ppl'o dei pugnauit: cuius tribus primū omniū audaci pectore
diuiſionē maris rubri ingreſſa eſt, vltro reciperent, ipſis ꝓ hoc facino
re infœliciter a deo relictis. Quo (oro) ſpectabat illa eorū vox: venite
circumueniamus iuſtū, qm̄ inutilis eſt nobis: ꝛ contrarius eſt operib⁹
noſtris. Et ſequit̄, Contumelia, ꝛ tormento interrogemus illū. Et ite
rū, Morte turpiſſima cōdemnemus eū. Sap. 2. Quo ꝛ illa: Eradam⁹
illū de terra viuentiū, ꝛ nomen eius non memoret̄ amplius. Jere. 2.
Nempe vt agnoſceres quantis odijs facibus illū ſint perſequuti: quī
ſibi ducē nacti Judā ꝓditorē pfecerunt omnia, quęcunq; voluerunt
occidendo xp̄m: nec tamē, vt conabant̄, nomen eius de terra eradere
potuerūt: nec memoriā eius delere: quin potius eo ipſorū conatu atro
ciq; parricidio clarū ac memorabile vniuerſo orbi multo amplius
reddidere. In quorū catalogo ſeu congregatione ſunt vniuerſi hypo
critę, ꝛ heretici, q ſe dicunt Judeos eſſe, et nō ſunt, ſed mentiunt̄: qa
aliud mente gerunt, aliud ſermone pretendunt. Ex his ꝓmittit quoſ
dā venturos, atq; adoraturos ante pedes eius, hoc eſt, tradere ſe il
lius voluntati ꝛ imperio. Ac ſi diceret, Ne pre multitudine aduerſan
tiū tibi pturberis, neue exanimeris, Uideo, gloriā tuā, quā habes ſplē
didā, in apertione oſtij ad diuitias meas, comes conſequit̄ inuidia:
vrgeris qdē, ſed minime deijceris, qa ego tecū ſum: ꝛ dabo tibi inſi
gnē triūphū ſup eos, q modo funeſto ac parricidali animo tibi ad
uerſant̄. Immo pleriq; conciliatis animis ppius tibi accedent, ſeq;
humiliter ſubmittent, pœnitentiā neqter factorū ſuorū agentes, ꝛ con
fitentes pctā ſua, cęterū aūt parati obedire voluntati tue: quēadmo
dū mecū quoq; actum eſt, vt quos antea hoſtes haberē, poſtmodū
nactus ſum amiciſſimos, mihiq; p oēm modū obſequentes: ꝛ tales
qdē, q quū omnia mala mundi mea cauſa tolerāt, ipſam quoq; vitā
dependere p me minime in finē addubitent. En vides Paulū q̄ inſe
gniter rē meā gerat: En vides ꝛ alios q̄ fideliter negociū fidei exe
quantur, q̄ ſtrenui ſint, qui olim mihi hoſtes erāt atrociſſimi, palāq;
in oībus aduerſabant̄, ſubſannabāt, irridebant, quū dicerent, Nōne
hic eſt filius fabri? ꝛ contemnebant: palā me reijcientes ac dicentes,
Nolumus hunc regnare ſup nos. ſed regnū vtiq; meū adimpletum
eſt in eis, iuxta illud. Ecce puer meus intelliget, ꝛ exaltabit̄, ꝛ eleuab

bit, ⁊ ſublimis erit valde, Eſa. 52. Abijci primũ debui ⁊ contemni, vt poſtmodũ exaltaret in hanc gloriã, quã mõ in authoritate regendi poſſideo in cœlo ⁊ in terra. Judicandus erã ab omnibus, futurus iudex oĩm ⁊ ſup vniuerſum mundum, redditurus vnicuiqȝ iuxta opera ſua. Porro de ſynagoga tum erant pleriqȝ eorũ q mõ mei ſunt, q ſe aſtruebant Judęos eſſe ⁊ non erãt: clamabãt ex ſemine natos Abrahã, ob idqȝ ad Abrahã pertinere, ſed mentiebant. ijdẽ temere iactabant, vnum patrem ſe deũ habere, ſed tamen ex patre diabolo erant Joan. 8. Fiet igit, vt poſt hanc tribulationẽ gloria te ſequat, quę tibi aduerſarios ſub pedes ponet, quatinus tibi pareant: ⁊ tanta virtute id fiet, vt oẽs decernant dei potius virtute id effectũ eſſe ꝙ hominis, ſimulqȝ ſciant te in primis dilectum a me: qui ad tantam gloriam te euexerim. Sequitur. ¶ Punc. 6.

Quoniam ſeruaſti verbum patientiæ meæ: & ego ſeruabo te ab hora tentationis, quæ ventura eſt in orbem vniuerſum, tentare habitantes in terra.

Verbum ſuum verbum patientię ſuę dicit: id eſt, eternę veritatis: qđ ideo facit, qa ꝓ eo paſſus ſit in carne, actus in crucẽ: ⁊ nunc pro eodẽ membra patiunt: oportet enim ſemp pati ꝓpter verbũ eius, ferre crucẽ, eo ꝙ verbum crucis ſit, verbum paſſionis, verbũ eius. Crucis inquam, ⁊ paſſionis: nõ delitiarũ, nõ mollicię. Quare? Quia verbũ veritatis, ⁊ nõ mendacij, nõ aſſentationis eſt. Veritas enim odiũ parit, amicos aſſentatio. Proinde opus eſt, vt ea ipſa in magna conſtantia pſequutioni ſe exponat, ⁊ aſſertores ſuos tentari a mendaciorum filiis patiat. Bene ergo verbũ patientię verbũ chriſti eſt, verbũ veritatis, verbũ conſtantię, verbũ admirandę virtutis, roboris, patientięqȝ. *Verbum xpi crucis ⁊ paſſiõis.*

Quocirca annunciatores veritatis in multa patientia ſeſe inſtruant oportet, ſi diuturni atqȝ admiratiſſimi miniſtri veritatis eſſe volunt: ſiquidẽ plurimũ aduerſi ferendũ eſt eis. Põt ⁊ ipſa res patientię hoc loco verbum patientię fore: quẽadmodum in Euangelio quoqȝ apđ Mattheũ cap. 19. verbũ caſtitatis ꝓ ipſa re caſtitatis capit: vbi dñs ait. Non oẽs capiunt verbum iſtud, ſed qbus datũ eſt. Virtus quippe caſtitatis ſingulare donũ dei eſt. Eſt ergo ſenſus verbi, O fidelis ⁊ conſtans verbi mei aſſertor, qa ſeruaſti verbũ patientię meę. id eſt. in tribulationibus tuis patiens fuiſti, nec defeciſti, ſicut ⁊ ego patiẽs fui, nec defeci: ꝓ hoc officio in me tuo vicẽ tibi pręſtabo: nã ⁊ ego ſeruabo te ab hora tentationis magnę, vt nõ preſſuris eius ſubijciare, neue iactere: nõ tu gladio fundes ſanguinẽ: nec grauibus tormentis excruciatũ reddes ipſum, ſed facili placidaqȝ admodum morte ſolueris a carne: mecũ pari fœlicitate gauiſurus, quã tu ardenter deſyderas, ꝓ quo nihil nõ in vita ſubire debes. Põt ⁊ aliter ſenſus accipi, vt polliceat dñs inconcuſſum cor, ſolidũ, ⁊ ſtabile in tentationibus, quę varie occurrerent: maxime vero quę ab hypocritis excitarent, ⁊ hereticis. Oportet enim hereſes fieri, vt q probati ſunt manifeſti fiãt. 1. Co- *Prędicatores patienteſ eẽ oportere.*

rin.11.Nō ſt ab his ſolū ſed a tyrānis quoq; ſepe ēt a demōe,& quot inferoꝝ portę ſunt:a qbus oibus ſeruatū iri eū pollicetˀ xp̄s,vt in his oibus victor exiſtat:tantū aberit vt ſuccumberet. ¶ Punc. 7.

Ecce venio cito: tene quod habes, vt nemo accipiat co/ronam tuam.

Dicit ſctūs Petrus in ſcda canonica ſua.cap.2.Nouit dn̄s pios eripe de tentatione.Idē in ſeq .ca.ait.nō tardat dn̄s,pmiſſionē ſuā.Quum

Chriſtˀ in morte cui/q; vētur⁹.

igit dn̄s,pmittit cito ſe venturū,ppinquā illi,cui hec ſcribit, mortem ſubindicat:venturus autē vnicuiq; in morte:id qd plerīſq; ſcripturę in locis daſ intelligi.Ille venturus,de quo ſcriptura dicit,Ecce mer/ces eius cū eo,& opus illius corā illo.Eſa.62.Ac ſi dicat, nō longum tempus abeſt,quo tentationes illę graues ſupuenturę ſunt: proinde neq; pſidiū meum tibi diu ,ptelabitˀ:cito veniā,ſuccurrā cito,cito te eripiā ab his laqueis,priuſquā ſeua tonitrua ac ,pcelle vehementes tribulationū veniāt facili te morte reſoluā,cito te ad me in beatā ſedē recipiā:vt mecum deinceps ſis,& mecū pari gloria fruaris,communi mecū fœlicitate beatus.Obſerua.In verbo,cito,accipimus oēs dies

Dies hoīs breues.

vitę noſtrę breues eſſe,ſicut ſcriptū eſt.Breues dies hoīs ſunt Job.14. Porro in tentationū pſſuris id nobis conſolationi eſt, quo ſcimus in eis tranſitū quendā eſſe,nō ſtatū.Cito nanq; erit omniū malorū finis.Cito venturū ſe pollicetˀ,quaſi iā accinctus ſit,vt eſt,vt a malis liberet nos.Ecce venio cito,quo dicto ſuos conſolatˀ, terret alienos: vult enī pius dn̄s,ne qs inani pnitioſaq; fiducia dicat, diu viuam, poſt aliquot annos reſipiſcam,parcā interim mihi, aliquandiu pro meo libito liberius genio indulgebo,fruar voluptatibus,expiar mol les carnis delectationes:num ante tempus me excedam? Aut quid opus pœnitudine ppetua?incedere ſacco,ieiunijs atteri,vigilare,ora/re,geniculari,toties pectus tondere?gemere?ſuſpirare?illachrymari? mœſtā vitā ducere,obſtipo capite incedere,angi?Erit tempus quando his vacare licebit,mō minus licet,ſed nec libet qdē.Ita ne?Chriſtus q eſt iudex viuorū atq; mortuorū cōſtitutus a patre deo dicit.Ecce ve nio cito,& quādo nō expectares.venio tēpus illud a te excogitatū pre occupaturus.Arguā arguā te,& ſtatuā contra faciē tuā, diſperdam te niſi cito conuertaris, & facias omnia quęcunq; poſtea te facturū tibi blandiris.hodie eſto quicqd poſtea futurus es.heres adhuc?nec au des bona aggredi?aggredere,nāq; in ſolo tm̄ aggreſſu labor eſt,ad/erit tibi mox pſidiū aggredienti,qd te adiuuet.At quia in hoc ep̄o virtus commendabilis erat,qua ſe placitū dn̄o holocauſtū offerret: cuiq; dn̄s ſe venturū pollicetˀ vt amico ad eripiendum eū de malis, quę ventura eēnt,nihil horū illi cōpetit quę in craſſos dicta ſunt,cui

Donū dei erogādū.

loquitˀ vt amico.Ecce inquiens,venio cito ad te eripiendū: interim aūt tene qd habes,tene qd habes.Quid habes? modicā virtutē ha/bes,& illā tene.Erogando magis poſſidetˀ donū dei, ꝗ̄ auare reti/nendo.Non poſſidetˀ dei donū niſi erogando. Sed neq; is aliquid

habere putatꝛ q nō erogat: dicente dño. Omni habenti dabitꝛ, ⁊ abundabit: ei aūt q nō habet, ⁊ qđ videtꝛ habere auferetꝛ ab eo. Matth. 25. Quis eſt habens, ⁊ abundans: niſi erogans? Quis nō habens: niſi auare retinens, ⁊ occultans pecuniā dñi ſui? a quo auferetꝛ ⁊ qđ habere videtꝛ: q̄a nimirū fructū nō capiet ex eo: eo ꝙ datū erat illi, vt vſurā faceret ex ſorte, ⁊ ſortē faceret ex vſura: in qđ omni ope, ſtudio et induſtria illi incūbendū erat. Habuere illi qui ſortē fecerant ex vſura, quiq; duplicatā dño in euangelio pecuniā obtulere: ⁊ ita habuere vt ⁊ ſortē ⁊ vſuram ſint a dño aſſequuti. Sic. n. dictū eſt, Euge ſerue bone ⁊ fidelis, q̄a ſuꝑ pauca fuiſti fidelis, ſuꝑ multa te conſtituam: intra in gaudiū dñi tui. Pigro aūt illi puſillanimi q̄d dictū eſt? hoc ſcilicet. Tollite itaq; ab eo talentū, ⁊ date ei q habet decē talēta: oī enim habenti dabitꝛ: ⁊ abundabit ⁊c. vt nō ab re dicatꝛ ep̄o huic, tene qđ habes: quaſi diceret. acceptū a me donum, ſiue ēt cōparatā per te virtutē in cōmodū proximi expende: operare cibū q nō perit: labora ſicut bonus miles, fidei fructus carpe, nec deficias, vt non alius tibi pręripiat honorē: alioq̄ velut negligens, ⁊ piger, ⁊ inutilis, ⁊ malus ſeruus condēnaberis. Sed cur addit, vt nemo accipiat coronā tuam? Quia nimirū ſanctorū numerum, qui apud deū fixus eſt impoſſibile eſt zizaniorū ꝑfidia breuiari: cadente nanq; alio alius ſufficit, q locū ⁊ coronā cadentis capiat. Sic in paſſiōe Quadraginta martyꝝ, quū vnus defeciſſet, alius ſuffectus eſt, q amiſſam illius coronā percepit. Ergo falli? diuina prędeſtinatio in illo q cadit? Minime. Sępe eniꝫ deus alta ſua ſapientia quoſdam vocat ad coronā viſibiliter, ad quā nō prędeſtinauit eos, quos ſciebat indignos, quā ſic vocati amittūt ſine pręiudicio infallibilis ſcientię dei. Vocat alios q̄bus certus contingēt euentus, q̄a digni ſunt: quo pacto indignos nunq̄ vocat. verbi grãa. Vocauit Judā chriſtus ad ap̄ſtatū, quē tamen ad coronā non prędeſtinauerat, q̄a indignū fore pręſciuit. Vocauit ⁊ Petrū, quē ad coronā prędeſtinauit. Ille ꝑdidit coronā, hic accepit. Illius alter, hoc eſt, Mathias pręripuit honores: huius nemo, q̄a dignus fuit. De illo quippe ſcriptura loquitꝛ. Fiant dies eius pauci, ⁊ ep̄atū eius accipiat alter. ps. 108. Petro āt dixit Jeſus. Tu me ſeq̄re Joā. vlt. id eſt ſeq̄ris, ad capiēdā vcꝫ coronā ꝑ martyriū, quā nūq̄ amiſſurꝰ es. ¶ Punc. 8.

Vocatio duplex.

Qui vicerit, faciam illum columnā in templo dei mei: & foras non egredietur amplius.

Ex his quę diximus in alijs ep̄lis, palā eſt, q̄s ſit victor: nempe vere fidelis, ⁊ permanens in veritate ⁊ ſynceritate cordis ſui: is deniq; ꝑfectus eſt q eluctatis noxijs cupiditatibus carnis, ⁊ mūdi lenocinijs ſpretis, continentiſſime viuit, irridet quaſi ex arce malas ſuggeſtiōes aduerſantiū demonum: tali victori mercedē robuſtiſſimi ſpūs ꝓmittit chriſtus: quo munitus nō vacillabit vſq̄, nec de eccleſia quoquā egredietꝛ: manet aūt, eternumq; manebit ceu colūna firmiſſima, cui totū ędificiū poſſit inniti. Tēplum ergo ſctām dicit eccl̄iam, per illud

Victor columna in tēplo dei.

Hieroſolymorũ templũ figuratũ. Propter quod in Pſalmis myſticis ⁊ in Ezechielis viſione vltima, domus ac templi dei noĩe eccl̃ia capitur. In hoc tẽplo colũnę fuerunt apl̃i, eminentes virtute ac doctrina in omni plebe. Eo ſenſu Jeremias dicit̃ factus vt columna ferrea. Jere. 1. Expreſſe dicit Paulus Gal. 2. Apl̃os colũnas, hi enim ſuſtinebãt totũ ędificiũ eccl̃ie, multa virtute conſiſtentes in ea. Similẽ illis gratiã ꝓmittit hic chriſtus victori. Obſerua, Templũ dei ſui vocat eccleſiã chriſtus vt hõ: patrẽ ſimul, ac ſeipſum iuxta diuinitatẽ, ⁊ ſpiritum

Eccl̃ia corpus chr̃i myſticũ.

ſanctum, deum ſuum appellans. Hęc eccl̃ia corpus chriſti eſt ⁊ ſponſa, ⁊ regnũ cœlorũ. Ephe. 1. Jpſum, nõ dubium qn chriſtũ, dedit caput ſuꝑ oẽm eccleſiã, quę eſt corpus ipſius, ⁊ plenitudo eius: q omnia in oibus adimplet. Jtẽ. 1. Cor. 12. Uos autẽ eſtis corpus chriſti, ⁊ mẽbra de membro. Sponſa eadẽ eccleſia dicit̃ Apoc. 21. ſub typo ſctẽ ciuitatis nouę hierl̃m de celo deſcendentis, que ornata erat ſicut ſponſa viro ſuo, figurata. Eadẽ ⁊ regnum celoꝝ. Matth. 20. 22. ⁊. 25. quę aptiſſime deſignata eſt per arcã Noe, extra quã nulli ſalus contingit aquis infidelitatis omnia operientibus. 1. Pet. 3. Caret hęc macula

Fidelis qũo non errat.

⁊ ruga, id eſt. errore ſalſitateq;. Nam quicunq; tenet eccleſię vnitatẽ, nõ errat, in his, quę ſunt vnitatis eccleſię: tametſi ꝓ ſua quis ꝑſona ſepe errat: vt plane indigeat reconciliatione, ꝙ nondũ, donec viuit, cõfirmatus eſt a peccabilitate. Jdeo Paulus hortat̃, Obſecro vos fratres ꝑ nomen dñi nr̃i Jeſu chriſti, vt idipſum dicatis oẽs, ⁊ non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autẽ ꝑfecti in eodẽ ſenſu, ⁊ in eadẽ ſentẽtia. 1. Cor. 1. Et in epl̃a ad Epheſios, vnitatẽ ſpũs precatur in vinculo pacis cap. 3. vbi vnũ corpus aſtruit eccl̃iã: vno ſpũ vegetatã, quę eſt vna ſpe vocationis vocata: cui eſt vnꝰ dñs, vna fides, vnũ baptiſma: vnꝰ deus, ⁊ pater oim, q eſt ſuꝑ oẽs, ⁊ ꝑ oia, ⁊ in oibus nobis. Hoc eſt tẽplum dei, ⁊ eccl̃ia, de qua nõ egrediet̃ firmatus ſpũ chriſti. Quomõ nõ egrediet̃? Non egrediet̃ ad extraneã fidei, erroris habitu ſuper ſe inducto, quaſi diceret: manebit ſemꝑ fidelis, ⁊ ſtrenuus. Poterit id ⁊ de religioſis exponi. ſic. Qui vicerit. id eſt, ꝑfecte ſe abnegauerit, nec ſecundũ ſuã voluntatẽ vixerit ſed ſecundũ ſuꝑioris ſui precipientis, votaq; ꝓfeſſionis obſeruauerit: obediendo, caſte viuendo, ⁊ ſine ꝓprio: is nõ egrediet̃ foras ꝑ apoſtaſiã: ſed erit colũna in templo dei. Patiẽtia ergo vobis eſt neceſſaria o viri religioſi, vt voluntatẽ dei facientes reportetis promiſſionem. Hebr. 10. ¶ Punc. 9.

Et ſcribam ſuper eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouæ Hieruſalẽ, quæ deſcendit de celo a deo meo, & nomen meum nouum.

Calamus quo ſcribit̃ nomẽ dei ſuꝑ electos

Calamus quo nomen iſtud inſcribit̃, gr̃a ſpiritusſancti eſt, per quam filij dei efficimur: hoc eſt enim ſcribi nomẽ dei quod effici filium dei. Quod Paulus manifeſtat dicens. Miſit deus ſpiritum filij ſui, in corda veſtra clamantẽ, abba, pater: ⁊ ipſe ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, ꝙ ſumus filij dei. De hoc noĩe Jeremias preclare teſtat̃,

dicens:Nomē tuū inuocatū eſt ſuper nos.cap.14.Scribi ergo nomen
dei ſuꝑ victorē,eſt annumerari electo ppl'o dei,vt ex eo ſit ſempꝰ,⁊ di-
cat,ego ſum hō dei.Spiritus nanq; ſanctus in id teſtimoniū fert ſpi
ritui meo ꝙ ſim filius dei.Porro ciuitatis nomen ſcribit ſuꝑ eum, vt
videlicet ꝑ ciue noue hierl'm corā deo habeat: noue inquā,nō illius
antique,que ꝑ carnē corrupta erat,⁊ antiquata, ⁊ tota carnalis effe-
cta:hec autē electoꝝ eſt,ſpiritualis ⁊ ſctā ſuꝑ chriſtū ſolidā petrā edi-
ficata:cuius oīs decor ⁊ pulchritudo ab intus eſt,intra conſcientiā,
quā inhabitat deus,quaq; pulchri ſumus apud illū oēs quotquot
ſumus eius,q nomen dei ſuꝑ nos in baptiſmate inuocatū p̄clarius
geſtamus.Obſerua,horū triū nominū inſcriptio indiuiſibilis eſt.Nā
q dei eſt,ille ⁊ chriſti,⁊ eccleſie eſt,idē ⁊ ex ppl'o dei eſt,e ciuibus vide
licet eccleſie ⁊ ex veris ouibus chriſti:habet tamē in ratione intelli-
gendi quodlibet propriū mānā abſconditū,qđ nemo ſcit,niſi is q ac-
cipit:vt quū reputes,ego ſum dei,ego ſum ciuitatis dei,ego ſum chri-
ſti,nō ſine dulcedine reputes.Meditare,⁊ videbis:guſta,⁊ ſenties q̃
ſuauis ſit dn̄s in verbis iſtis.Sūma rei eſt.hic ꝓmittit victori ꝙ erit
ꝑpetuo ex electis dei,ciuis eccl'ie ſctē,⁊ ouis veri paſtoris Chriſti.Ob
ſerua deniq;, q̄m oīa que ad chriſtū pertinent noua ſunt,vt nomen
nouū,canticum nouum,ciuitas noua,nouus homo.Nouum enim ⁊
admirabile ꝙ deus hō factus eſt,per quem innouata ſunt vniuerſa.
Sed quid eſt, ꝙ hec ſctā dei ciuitas primū noua dicit, ſecundo hie-
ruſalē,tertio deſcendiſſe de cœlo,a deo?hec enī ſcire conuenit.Itaq;
Primū dicit noua,qa ex antiqtate renouata,⁊ ꝙ iuxta morē aliarū
haud quaq̃ ſit:ille enim vno in loco poſite,muro circūducte, lapi-
dee,latericieue, aut lutee:humanis gubernate legibus,plene crimi
nibus:in quibus ſepe plus diſſidij,q̃ concordie:plus litis,q̃ pacis:
plus liuoris q̃ amoris,plus odij q̃ beneuolentie:ꝑmixte fraudibus,
adulterijs conſpurcate,vſuris,ac rapinis note : in quibus nulla niſi
iuxta carnē gloria.Illa vero nihil taliū habens.Eſt enim ſpiritualis
cunctis orbis ſpacijs dilatata, diuinis legibus cōmunita,plena pie-
tate ⁊ innocentia,vbi vnio ſpūs eſt:nullū diſſidium,nulla lis,nullus
liuor,nullū odiū,mutua autē dilectio:vbi veritas ſine ſimulatione :
puritas ſine macula:cōicatio ſine auaricia : gloria p̄ter carnem ⁊
ſanguinē,hoc eſt.ſolida,⁊ imarceſcibilis:impolluta,ſctā in vniuer-
ſum,glorioſa ⁊ admirabilis,que ſub ſpōſe typo in Salomonis Can
tico figurat.Hec eſt ciuitas illa dei,cuius nomen,Dn̄s ibidē.Ezechie
lis.vlt.Secundo dicit noua hieruſalē,nihil ſimile habens cū illa ve
teri ⁊ terrena: p̄terq̃ ꝙ eius nomen idē ſit cū illa:⁊ ꝙ illa carnalis
in nōnullis typum geſſit huius ſpūalis : in eo ꝙ perpetuos hoſtes
habuit gentiū ppl'os:⁊ tēplum dei in ea fuit.Nā ⁊ eccleſia incircunci-
ſos patit aduerſarios.id eſt,incredulos:⁊ tēplum dei,gratū dei habi
taculū in ea eſt,vbi iuge ſacrificiū illi offert,cādidum pectus macta-
tur,orationū thymiamate adolet.Tertio deniq; loco ipſa noua hie
ruſalē e cœlo a deo deſcendiſſe memorat : eo ꝙ ex deo nati ſint filij

Decor oīs electorum intus. Pſ. 44. Omnis gloria ei⁹ filie regis ab intus.⁊c̄.

Electorū cōſolatio cū delectatione.

Noua oīa ad chriſtū ꝑtinentia.

Ciuitas noua.

Hieruſalē ſpiritualis qualis.

Hieruſalē noua ſpūalis figurata per terrenam.

eius,ꝛ verbo dei ipſa ciuitas conſtituta ſit,dũ illi credit ꝛ acquieſcit:ꝛ verbũ aũt dei cœleſte eſt,ꝙ a deo ſit,quẽ in cęlis eẽ ſedereq́ꝫ ſcripturę ſacrę non raro teſtanť.De filijs ꝛ ciuibus huius ciuitatis dicit Johnes.Qui nõ ex ſanguinibus neq́ꝫ ex voluntate carnis,ac viri, ſed ex deo nati ſunt.Ut igiť nõ putareť eccleſia originẽ duxiſſe e terris, ſed e cęlo:recte e cęlis atq́ꝫ a deo deſcendiſſe diciť,cuius ſpũ,ꝛ verbo vegetať ꝛ aliť.Quo ſenſu aptus loquiť Gal.4.Jlla aũt(inquiens)que ſurſum eſt hierl'm libera eſt,quę eſt mater noſtra.Unde ꝛ rex eius de ſupernis diciť Joan.8.ꝛ quotquot ad eũ pertinent de ſupernis ſunt: quũ alij ex infernis ibidẽ memorenť.Jlli cęleſtes,ij terreſtres.Legis Apoſtolũ.1.Cor.15.factus eſt primus homo Adã in aiam viuentẽ, nouiſſimus Adã in ſpiritum viuificantẽ:primus hõ de terra terrenus ſecundus hõ de cęlo cęleſtis:qualis terrenus,tales ꝛ terreni: ꝛ qualis cęleſtis,tales ꝛ cęleſtes.Quod autẽ ſuum quoq́ꝫ nomẽ inſcripturũ ſup conſtantẽ forteq́ꝫ fidelẽ hoc magnę glię eſt: vt ſcilicet, filius dei ꝛ ipſe ſit,q iá eſt ciuis hierl'm,a ſe chriſtianus dictus. ¶Pun.10.

## Qui habet aurem audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs.

Ut oſtenderet dñs illius verba eſſe, q in euangelio dum in parabolis loquereť dixit,Qui habet aures audiat.Luc.8.nempe ſua: eo ꝙ ſimiliter ꝛ hic loquatur dicens,Qui habet aurẽ audiat: quaſi q habet donũ intelligentię intelligat,qd in myſterio diuinus ſpiritus velit eccleſiã docere:hoc enim generoſi cuiuſdã ſpiritus eſt, intelligerẽ voluntatem dei,ꝛ meditari in lege eius die ac nocte.Pſal.1.Job dicit,Auditu auris audiui te dñe.ca.42.Et Eſaias,Dñs deus dedit mihi aurẽ.Quanto igiť ꝗq́ꝫ tremendo iudicio condẽnaturus eos, qui quum egregiam aurem habeant,hoc eſt intelligentię acumen, nec tamen in legem domini aperiunt,non meditantur,non exquirunt,ſatis ſibi fore arbitrantes intelligendi vim a natura,ſiue a deo nactos eſſe,ꝛ prompte ingenia acuta in quoduis poſſe applicare.Quod perinde eſt ac ſi ingentem vim auri argentiue ſibi qs compararet,nec eam tamen in vſum conuertat,abunde ſatis ſibi putans comparaſſe,etiã ſi hiſdem minus vtať.Aliter.hic perſuadet dñs,q monet, vt cui donũ intelligentię in rebus ſcripturę contigerit,exquirat,ſcruteturq́ꝫ,expendat voluntatem dei: quandoquidem ea eſt ſumma philoſophia,ec ſummę diuitię,ſumma gloria,ſummus honos:ſcire deum,ꝛ noſſe voluntatem eius.Scriptum eſt enim,Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua,ꝛ non glorietur fortis in fortitudine ſua, ꝛ non glorietur diues in diuitijs ſuis:ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire ꝛ noſſe me:quia ego ſum dominus qui facio miſericordiam, ꝛ iudicium, ꝛ iuſticiam in terra.Jere.9.

## DE PRAECEPTIS ANGELO LAODICIAE ECCLESIAE SCRIBENDIS. SEC. 3. PVNC. 1.

ET Angelo Laodiciæ eccleſiæ ſcribe.

Laodicia vrbs eſt celeberrima in Aſia Lyco flumini impoſita, primū Dioſpolis, deinde Rhos, poſtea Laodicia a Lyco flumine appellata: quā inſignē fecit & loci virtus, & ciues fortunati: primum Hiero, q̄ hereditatē populo diuiſit ſupra duo millia talentorū, & plurimis donis ciuitatē in imenſum exornauit, ditauit & ampliauit: poſtremo Zeno orator, & Polemo filius: qui ob res egregie ac fortiter geſtas prius ab Antonio, poſtea ab Auguſto ad regię dignitatis faſtigiū euectus patriā ſceptro illuſtrē fecit. Hęc igit̃ vrbs ad fidē conuerſa, ſed ob rerū copiā (vt aſſolet) diuitiaſq; corrupta, non in feruore ſpiritus chriſtū imitabat̃. Et ideo iuſte a dño obiurgat̃, vt in ſequētibus patebit. Nunc aūt quo pacto nomenclatura hęc toti eccleſię cōpetat exquiramus. Laodicia tribus amabilis dñi eſt: & de eccleſia ſcriptū eſt, quoniā dñs oīm dilexit eā. Quod ſi e gręco traducis, populū iuſtum latinis reddit. Populus iuſtus, pp̄t̃s chriſtianus eſt: nimirū ea pars eccleſię, quę ſine ruga eſt. En vides q̄ apte ea vox competat eccleſię vniuerſę: ſed & in geſtis ſuis hęc Laodicia eccleſiā proxime exprimit, q̄ pleriq; ex hac eccleſia eſſent, q̄ ſpecietenus ſanctitatē prętendebant, ceterū autē corrupti & deo abominabiles, ſubdoli, & malicia pleni: hi ſunt hypocritę, inſynceri verbi dei miniſtri: qui q̄m iuſtos ſe ęſtimant, recte etiā Laodicię nomē vſurpant. ¶ Punc. 2.

Laodicia vrbs Aſię.

Hiero hereditatem pp̄lo diuiſit.

Laodicia i myſterio

Hæc dicit Amen teſtis fidelis, & verus: qui eſt principiū creaturæ dei.

Amen hebręa vox eſt, hanc autē hebręi dicere ſolent vbi aliq̄d fieri cupiunt: ſignificat autē vere, aut fideliter, aut fiat verū. Eo ſenſu ponit̃ in fine Pſal. 40. & 71. Amen & Amen, q̄d interpres vertit. fiat fiat. Puto autē hic p̄ vere, vel in veritate poni, atq; debere accipi: vt ſit ſenſus, hęc dicit, & in veritate ſic eſt, teſtis ille fidelis ac verus: non dubiū quin dñs Jeſus: quē eſſe fidelē & verū teſtē habes ſupra. cap. 1. Quo autē ptinuit talis deſcriptio hęc? Eo videlicet, vt quiſq; bonorū ſibi eſt conſcius operū, prout iſte Laodicenſis angelus, ſciat & recogitet q̄ non ſibi opus ſit teſtificari ante tempus de ſemetipſo, q̄ diues ſit, & locupletatus, imo nec ad ſe pertineat huiuſmodi teſtimoniū, ſed ad illū q̄ & teſtis, & iudex omniū eſt conſtitutus, in tēpore ſuo reuelādus: cui relinquendū eſſe nouerit bonorū actuum oē teſtimoniū & iudiciū: atq; vt de malis tantū teſtificet̃ contra ſe, & accuſet ſeipſum: nā iuſtus in primis accuſator eſt ſui, vt ſcriptura ait, Prouer. 18. Et dñs in euangelio. Quum feceritis omnia quę precepta ſunt, dicite ſerui inutiles ſumus, Luc. 17. Siquidē mali dūtaxat ex nobis ſumus, Luc. 11. vos quū ſitis mali. Ex ſolo aūt deo omnis bonitas noſtra. quippe nemo bonus niſi ſolus deus, Luc. 18. Et rurſum. Unus eſt bon⁹ deus. Matthe. 19. Deus ex ſe eſt, & bonus ex ſe eſt: nos ex nobis non ſumus, ita nec boni ſumus ex nobis. Rupertus abbas. Amen, refert ad ipſam ſummā & ineffabilē veritatem: ſic dicendo. Amen, id eſt, ipſa veritas,

Amen hebręa vox.

Chřs teſtis fidelis & verus.

Boni act⁹ iudicium dño relinquendū.

quę falli vel quippiã ignorare nõ põt: teſtis fidelis, q̃a mentiri non nouit, vt dicat bonum malum, ⁊ malum bonum. Uerus in ꝓmiſſiõe,

Chr̃s verus ⁊ fidelis.

fidelis in impletione. Magnũ myſteriũ ꝙ iudex oĩm ſeculoꝝ debuit eẽ deus ⁊ hõ: deus q̃ nude cognoſcat oĩa, ẽt abſcondita cordiũ: hõ q̃ teſtificet in veritate ſic eſſe, iuxta q̃d dicit Jere. 29. Ego ſum iudex et teſtis. Porro quo, ⁊ illud quoq; quod dicit. Qui eſt principiũ creaturę

Xp̃s principiũ creaturę dei.

dei? Eo certe, vt intelligeres chriſtum q̃ eſt in diuinitatis eſſentia veritas, ꝑ incarnationis myſterium factus eſt vtiq; principiũ creaturę dei, quũ in eo renouent oĩa, vt ſunt iã in parte renouata. Eſt ergo ſanctę nouitatis principiũ chriſtus, nunc quoad aĩam, in fine etiã quoad corpus: Reformabit nãq; corpus humilitatis noſtrę, configuratum corpori claritatis ſuę, ſecundũ operationẽ virtutis ſuę, Phil. 3. Id q̃d ⁊ Ro. 8. ſignificauit dicens, Expectatio creaturę reuelationẽ dei expectat: vanitati eñi oĩs creatura ſubiecta eſt. Et poſt pauca, Et ipſa creatura liberabit a ſeruitute corruptionis, in libertatẽ glorię filiorũ dei. Quo inquã, pertinuit, vt diceret angelo huic de iſto teſte fideli ⁊ veraci ꝙ ipſe ſit principiũ creaturę dei, niſi vt ſciret totũ ſuũ bonũ eſſe ab hoc principio nempe dño noſtro Jeſu chriſto, deo vero, ⁊ hoĩe, teſte fideli, ⁊ illi attribuere totũ bonum ſuum, nõ ſibi: quẽadmodũ hic ep̃s ſtulte faciebat. Ille nanq; dñs noſter Jeſus chriſtus ⁊ nouus homo eſt, vt ꝓbatur. 1. Cor. 15. ⁊ ſancte nouitatis noſtrę principiũ, ⁊ cõſũmationis finis. Nã de morte ad vitã certus nobis ꝑ ipſum eſt tranſitus,

Per xp̃m tranſit⁹ ad vitam.

quia in ipſo iampridẽ tranſlati ſumus de morte ad vitã. 1. Joan. 3. Et ab operibus mortuis emundati, quatinus in ſanctitate ſeruiamus deo vero ⁊ viuo ſm̃ bñplacitũ volũtatis eius. Uel principiũ creaturę dei, q̃a omnia ꝑ ipſum facta ſunt, Joan. 1. quantũ ad diuinitatẽ: renouata aũt quantũ ad humanitatẽ in qua ſumus redempti. Nã virtus ſui ſanguinis eius lauit nos a p̃ctis noſtris, ⁊ conuiuificauit. Dicamus

Chr̃i oculos nihil effugiet.

ergo dñm Jeſum xp̃m ⁊ principiũ eſſe creaturę dei, ⁊ teſtem fidelẽ, ⁊ veracẽ conſcientiarũ noſtrarũ ꝑſpectorẽ, adeoq; opeꝝ oĩm cognitorem, vt nõ alieno egeat teſtimonio, q̃ ꝓſpicit omnia ẽt quantũuis abſtruſa: cuius obtutũ nec tantilla res effugiet: in cuius lucidiſſima cognitione ſunt oĩa. Quo maxime intelligant cœci ⁊ nudi, dico illi, q̃bus hęc dirigunt, ſe cõuincendos fore parato eius iudicio, niſi in tempore cõuertantur ad eũ totius boni fontem: atq; ab eo petant q̃bus indigent, vt illi ſoli ſit honor ⁊ gloria in ſęcula ſęculorũ amen. Obſerua, Principium ſe dicit, hoc et Judęis percontantibus aſtruxit. Joan. 8. ꝓpter q̃d Paulus Coloſſenſibus ſcribẽs appellat ipſum primogenitũ oĩs creaturę: quẽ ne creatũ putaremus, adiunxit, In quo con-

Arrij error ꝯ xp̃o.

dita ſunt vniuerſa. Unde liq̃t Arrij error, q̃ inſaniſſime de filio apud ſemetipſum diſputans aiebat. Erat tẽpus quãdo nõ erat. negans eũ ante virginẽ Mariã fuiſſe. Nã ſi verũ eſt, vt eſt, q̃d ꝑ Salomonẽ ait, Dñs poſſedit me in initio viarum ſuarum, añq̃ã q̃cq̃ faceret a principio, negari nõ põt eum ante ſęcula fuiſſe: alioqui grandẽ nefas de patre ſuſpicandum erit, veluti ſtultus permanſerit antequã ſapientiã

generaret. Si ſtultus erat, vnde ergo tam ſapienter condidit vniuerſa: dicente ſcriptura, Omnia in ſapientia feciſti. ⁊ nos quomõ ſapientes ſtatuit inſipiens ille: Non ergo ipſa ſapientia creata eſt a patre; ſed antequã cuncta fierent, erat cũ patre: neq; ex alia ſubſtantia deus pater genuit filiũ, ſed ex ſeipſo: quo pacto ↄſiliũ generaret in te: neq; extra ſe genuit, ſed in ſe, vt vnitas eſſentię conſiſtat in perſonę diuerſitate: ꝙ ſi extra ſe generaſſet, iã alia eẽt eſſentia generata: ⁊ ex conſequenti ſicut in ꝑſona, ita ⁊ in eſſentia alius eſſet filius. Illud vero qđ modo adductũ eſt e ſcriptura ſacra, Dñs poſſedit me ab initio viarũ ſuarũ, taliter eſt intelligendũ, ꝙ deus pater ante oẽm creaturã tã humanã q̃ angelicã, ſuã hanc genuerit ſapientiã ſibi coęquã, a ſeq; ꝑſonaliter diſtinctã in ſubſtantię vnitate. Solet enim ſcriptura ſacra hoc modo loquendi ⁊ alibi vti, quẽadmodũ Gen. 4. habeť, vbi Eua mater quũ primũ genuiſſet filiũ, dixit, Poſſedi hoiem ꝑ deũ: vt recte poſſedit, ꝓ genuit poſitũ ſit: hoc ſenſu, ac ſi diceret filius: Dñs pater genuit me filiũ ſibi conſubſtãtialẽ, ⁊ coęquũ ante mũdi exordia: quatinus plane intelligeres Arrij in hoc principio errorẽ. Si vero (vt certi codices habent) loco poſſedit, creauit inuenias: ita intellige, ꝙ anteq̃ q̃cquã faceret, ſuã hanc ſibi coęquã ſapientiã prędeſtinauit incarnandã: quatinus ſua paſſione ⁊ morte genus hoim redimeret: ⁊ in ſe reſtauraret oia. tunc vtiq; in principio ſuarũ actionũ in diuinitate ſua hanc poſſedit ſapientiã, vel creauit (vt alibi legis) ſibi ęqualẽ: quã poſtea carnẽ ſuſcipere voluit: creauit ergo. id eſt. incarnari ſtatuit, vt coęqua illa ⁊ coęterna ſapientia adueniente tẽporis plenitudine, in qua nos prędeſtinauerit ante mundi conſtitutionẽ carnem aſſumeret. Si ergo deus omnes electos ante mundi conſtitutionem elegit in chriſto, q̃d mirum ſi ipſum caput electorũ, id eſt chriſtũ, in ſua prędeſtinatione antequã q̃cquã faceret, ordinauit, vt fieret caput electorũ: De quo idẽ Apl's dicit. Ipſe eſt caput corporis eccl'ię, q eſt principiũ, ⁊ primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus ipſe primatũ tenens, Quia in ipſo complacuit oẽm plenitudinẽ inhabitare, ⁊ per eum reconciliare oĩa in idipſum, pacificans ꝑ ſanguinẽ crucis eius, ſiue quę in cęlis, ſiue quę in terris ſunt. Col. 1. Et in Eccleſiaſtico de eadem ſapientia dicitur, ꝙ in omni populo ⁊ in omni gente primatum teneat, cap. 24. vt merito principij nomine in hac ſcriptura glorietur teſtis ille fidelis ⁊ verus Jeſus chriſtus dominus noſter.

Pi genuit in ſe filiuz ab ęterno.

Poſſidere ꝓ gignere.

Caput electorũ xp̃s.

¶ Punc. 3.

Scio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; calidus. vtinã frigidus eſſes aut calidus: ſed quia tepidus es: & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.

Opera hypocritarũ nouit ille, cui retecta ſunt omnia, etiã quantũuis abſtruſa, verũ non ſunt illi placita, neq; accepta: ea nanq; non ſecus ac ſatanam nouit, quẽ interim execrať. Quę vero ſunt illa opera quę nouit quidẽ chriſtus, ſed execrať: Reſpondeo, quę nõ ſunt ex fidei feruore viuacitateq;, ſiue ẽt puritate conſcientię pro gloria dei. Puritatẽ

Hypocritarũ opa deodibilia.

voco conſciētię, quę nō ſubeſt alicui malo ꝓpoſito, ⁊ quę exuerit ingnationē pcti: alioqui impura erit conſcientia: ⁊ opa quę hinc prodeunt impura: quę deus nouit quidē: ſed nō placēt illi: ſumma nãqꝫ puritas illa, quę eſt cādor lucis ęternę, ⁊ ſpeculū ſine maculę. Sap. 7. nempe dei filius Chriſtus, nō niſi puris delectaꝛ ⁊ ea approbat: tam abeſt vt opera acceptet hypocritarū: quę tantūmō externe ſunt ⁊ in faciē pulchra, cęterū autē ſordida ⁊ abominabilia deo. Quod ſi a fine denominanꝛ opa quę in genere bona ſunt, et finis imponit opibus apud deū ęſtimationē: fieri nō pōt, vt cuius finis malus ſit illud ſit bonū quātūuis videaꝛ bonū: intentio aūt finis eſt in operibus oculi noīe intellecta, Luc. 11. Si oculus tuus fuerit ſimplex ⁊c̄. Et hęc ipſa dico intentio, in hypocritis ſemꝑ mala eſt. id eſt. non in deū directa, neqꝫ in eo fixa: ſed reflexa, ⁊ ad ſeipſos conuerſa, ideoqꝫ mala. Non enim ſimpliciter ij colunt deū: nec dei amore faciunt bonū: ſed ꝓprie laudis cōmodo, ⁊ ſui cauſa, vt iam nō deus glorificetur in ipſis: ſed ipſimet in ſemetipſis: atqꝫ ideo ſemetipſos colere cōuincunꝛ, quos veluti idola quędā ſibimet erexere: ⁊ hi neqꝫ frigidi ſunt neqꝫ calidi. id eſt. nō qdē ex toto fidē abnegant: ſed nec fidei virtutē imitantur. Sunt enim ⁊ nō ſunt. Sunt fidei inani ꝓfeſſione: non aūt veritatis imitatione. Loco calidus, Gręci habent feruidus. Proinde hoc loco calidus notat feruidum, in fidei ſcilicet viuacitate charitateqꝫ feruentem: qa fides (iuxta Apl'm) ꝑ charitatē operaꝛ, Gal. 5. Et qa hypocritę carent tali feruore, ac fructibus bonis: neqꝫ frigidi. id eſt. nō omnino a fide alieni, cui vel in faciē ſubſcribunt: neqꝫ calidi ſunt, ſed tepidi: quod ꝓprium eſt hypocritarū: q ſecundum externum hoīem oſtendunt qdē pietatē, vt fatuę virgines, cultum virginitatis: ſecundū autē internū, pietatē abnegant: ⁊ tamen mira interim ſibi veſania applaudunt, ⁊ ſibi glorianꝛ: perinde ac verę ſolidęqꝫ pietatis ſcopum attigiſſent, ⁊ vera ſolidaqꝫ facerent pietatis opera, quū nō ſint ea niſi vacua ⁊ vana. Qui eiuſmodi ſunt, id eſt, qui mendaciū loco veritatis amplectunꝛ, vix vnquā ſyncere veritati conſentiunt, vix vnquā verbo dei acquieſcunt, Quia non ardent ſalutē, neqꝫ regnum celorum: qđ in acquiſitione glorię btī dei poſſideꝛ. Profecto quāuis oīa deo ſint poſſibilia: tamē facilius ad veritatē ↄuertiꝛ, qui omnino frigidus, id eſt. incredulus eſt: ꝙ̄ qui ſemel ꝓ veritate mendaciū admiſit. Nam quis difficilius hypocritis cōuertiꝛ: ꝓpter qđ ſubd. t. Utinā frigidus eſſes aut calidus. ac ſi diceret. bonū tibi eſſet ꝙ eſſes calidus. id eſt. vere fidelis, fidem habens, quę ꝑ charitatē operaꝛ: aut frigidus. id eſt. prorſus incredulus: tū enim parator fores veniendi ad veritatē, ꝙ̄ ſic vacillans: es enim ⁊ nō es, deceptus ꝓprij ſenſus impoſtricibus ꝑſuaſionibus. Nolim hic arbitreris dñm velle quēpiā ꝓrſus frigidū, hoc eſt a fide alienū, aut malicia obſtinatū, atqꝫ in vniuerſum malū: ſed hac ratione ſenſum accipe, quia aperte mali, ignominia aduſti noīa concuſſi, ⁊ confuſi, facilius ocyuſqꝫ cōuertunꝛ, ꝙ̄ hypocritę, q ſub pio nomine nequitiā exercent, ſeducentes ſe: veluti ſub ſpecie pietatis ſalutem,

Ocul' intentionem exprimit.

Hypocritę neqꝫ frigidi neqꝫ calidi.

Hypocritę hoſtes veritatis difficile ↄuertuntur.

lutē,quā ſolis veris bonis xp̄s cōparauit,aſſequant̄,ēt ſi a malis ſuis interim min⁹ abſtineāt.Talia ergo opa ſcio,iudico,⁊ execroꝛ.En vides ꝗ̄ graue malū ſit hypocriſis : vt aperta ſępe pctā occaſio quędā ſint ad capeſſendā dei electionē plus ꝗ̄ hypocriſis.hoc eſt , vafra ſimulatio ſanctitatis,inaniſqȝ oſtentatio.Sane queadmodū leuioꝛis culpę eſt,coꝛruptam eſſe coꝛpoꝛe virginē,⁊ exinde humiliari: ꝗ̄ integrā:⁊ ꝓ conſcientia integritatis inflari:ſemperqȝ in tacita ſui damnatione conſiſtere.Pꝛoinde conſequenter ait.Sed ꝗa tepidus es : ⁊ nec frigidus nec calidus,incipiā te euomere ex oꝛe meo.In Græco habetur,euomā te:ſed parū refert,imo in verbo,incipiā,longe amplioꝛ diuinę clementię manſuetudo ſublucet: ꝙ nō ſimul hypocritā reijciat, auferatqȝ de medio iuſtoꝛū:ſed pie per tempus ⁊ tempoꝛa ſuſtineat, expectetqȝ,ſenſim ad vindictā ſeſe ꝓmouens , niſi reſipiſcat inſanus. Quis(oꝛo)hic nō expaueſcat,in negotijs regni dei tepidus ac piger eſſe?tepidos euomet chꝛiſtus,⁊ adhuc tibi in ignauia places? excute ſocoꝛdiā,quoniā nō ſomnolentibus obuenit regnū dei , ſed vigilantibus,ſed ſtrēnuis, ſed impigre agentibus.Urget ergo,⁊ ſugillat ſocoꝛdem ep̄m dn̄s,cui nec calido admodū nec frigido iraſcit̄ : vt notius fiat,ꝗ̄ grauis ſit erga ocioſos,vaneqȝ ſibi pręſumentes,quos arguit ſub vnius noīe:queadmodū ⁊ apud Mattheū ocioſos increpat dicens,Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Mallet enim non eſſe in amphiteatro regni ſui,hoc eſt in medio ſue eccleſię,ꝗ̄ ſic ocioſos,ſoloqȝ fidei noīe ſibi blandientes:quoꝛū ſeges noſtro hoc æuo ꝑmaxima eſt, ꝗ ſufficere hoī in ſalutē paſſim iactitant ſemel initū fidei ſacramentū,ēt ſi cęterū toꝛpeat,ſibiqȝ mollius indulgeat:ꝗbus pęnitentię acrimonia ꝓ ludibꝛio habet̄:apud quos , nec ieiuniū quippiā momenti eſt:nec oꝛationes valent:nec alia eiuſmodi , ſed fidei ſolū inane nomen : tam argute impoſitū eſt illis.Nōne aduerſum hos fremit hic in ſcriptura dn̄s virtutū dicens,Scio opera tua,ꝗa neqȝ frigidus es, neqȝ calidus,hoc eſt(vt iam dictū eſt)nec a fide pꝛoꝛſus alien⁹,quēadmodum ethnici ſunt a fide alieni:nec fidei feruoꝛe bulliens:vt virtute ſplendidus ſis apud me:ſed tepidus.id eſt.fictus quidā ⁊ mendax fidelis hypocrita;⁊ quia eiuſmodi es incipiā te euomere ex oꝛe meo.Alluſio eſt ad humanū moꝛē : facile nāqȝ per liquoꝛē tepidum vomitus excitat̄,vbi aut frigidus aut calidus etiā cū ſuauitate quandoqȝ bibit̄.Poꝛro in vomitu coꝛpus conturbatur,⁊ cū hoꝛroꝛe nimio ꝑficit̄.Quod nō aliud pretendit,niſi ꝙ deus id genus hoīes exhoꝛreat,⁊ cū abominatione(vt in vomitibus fieri ſolet)de ſuis viſceribus reijciat,repudietqȝ.Illoꝛū enim abiectio vomitus ꝗdā eſt , recte huic operi cōparata.Incipit aūt deus illos euomere, quū incipiunt apparere qđ non ſunt:ſancti nō ſunt,⁊ ſctōs ſeſe oſtendūt:quando veritatis lumen ab eis auferre incipit,vt non videant,nec reſipiſcant : cœci enim ſunt;verū eoꝛum cœcitas ſenſim augetur , quouſqȝ nihil pꝛoꝛſus videant.Itē tum plene euomunt̄,quū in perpetuū abijciunt̄:quibus iam graue eſt etiā ſi quid ſalutiferū audiant : de ꝗbus ex Eſaia

Vomitus ꝑ tepidū liquoꝛem.

apud Mattheũ dñs pnunciat dicens, Incraſſatum eſt coꝛ ppli hui⁹, ⁊ auribus grauiter audierunt, ⁊ oculos ſuos clauſerunt, ne quãdo videant oculis, ⁊ audiant auribus, ⁊ coꝛde intelligant, ⁊ conuertantur ⁊ ſanem eos, Eſa.6. Matth.13. De his ⁊ Paulus ait. Voluntarie peccantibus (id eſt in voluntate ⁊ ꝓpoſito peccandi pmanentibus, deſertis a gratia dei) poſt acceptã noticiã veritatis, iã nõ relinquit hoſtia ꝓ pctis: terribilis aũt quedã expectatio iudicij, ⁊ ignis ęmulatio, quę conſumptura eſt aduerſarios. Sequit̃ dicti adſtructio ꝑ exemplũ. Irritã qs faciens legẽ Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moꝛitur: quanto magis putatis deterioꝛa mereri ſupplicia, q filiũ dei conculcauerit, ⁊ ſanguinem teſtamẽti pollueꝛit, in quo ſanctificatus eſt: ⁊ ſpiritui gratię contumeliã fecerit? Hebꝛeoꝛũ.10. Hinc non improbe Petrus cenſet melius foꝛe illis nõ cognouiſſe viã veritatis, ꝙ poſt cognitionẽ retrolabi.2.Pet.2. Adeo cautũ, infatigabilẽ, ⁊ ſtrennuũ, impigrũ, ſibiq; pſpicientẽ, ⁊ excuſſum opoꝛtet eſſe fidei ſectatoꝛẽ: nihil alienę fecis habentẽ, erroꝛis nihil: ſed nec pcil, ẽt ſi minius interim caueant humanę quedã labes, quę cum hac vita coherent. Que enim participatio iuſticię cũ iniquitate? aut que ſocietas luci ad tenebꝛas? Que cõuentio chꝛiſti ad Belial? Tanta contentione tum animi tũ viriũ veritas tibi tenenda eſt vt ſis fidelis, vt nõ veritatẽ in mendacio detineas: reuelatur enim ira dei de cœlo ſuper omnẽ impietatem, ⁊ mendaciũ, ⁊ iniuſticiam hominum, eoꝛum qui veritatem dei in iniuſticia detinent. Ro.1. ¶ Punc. 4.

*Contra renegatos.*

Quia dicis, diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer: & miſerabilis: & pauper: & cæcus: & nudus.

*hypocritę in oꝛe iactantia.*

In oꝛe hypocritę ſemper iactantia ⁊ gloꝛiatio operũ: tumet enim vesana mens eius: ⁊ in virtute ſua gloꝛiatur: ſed vnde ſtulte tumet inde inaniter cadit. Vnde gloꝛiat̃ inde confundit̃. Semꝑ enim ſuperbiam caſus conſequit̃, ⁊ vane gloꝛiantẽ excipit ignominia, iuxta illud. Contritionẽ pꝛęcedit ſupeꝛbia, ⁊ ante ruinã exaltabit̃ ſpũs. Pꝛouer.16. Superbus erat Goliad, ⁊ pulchꝛis in armis inaniter confidebat, pcedebat, filios Iſrael pauidos territabat, quibus ſe minaci ac toꝛuo vultu ſubinde exhibebat: ⁊ quum parem ſibi minime inueniri poſſe in toto agmine filioꝛũ Iſrl' crederet, ab humili Dauid e funda miſſo lapide vno ictu pcuſſus cecidit, ad caſum eius tellure concuſſa: quatinus ſpectantibus ludibꝛiũ cęterũ fieret q antea erat pauoꝛ. Ita ⁊ hypocrita ſepe a celſitudine ſuã cadit: q in ſe inaniter attollit, qui recte Goliadis iſtius pſonam expꝛimit. Ingens enim externe videt̃ hypocrita, cui interne nulla virtus ineſt: pulcher ac ſpectabilis, ⁊ grandia ſinuoſo in pectoꝛe voluens, oꝛe loquens grandia: verũ quis illũ exitus maneat docet exemplũ Goliadis. Quẽ in modũ ⁊ hic epſ Laodicenſis quũ gloꝛiabundus ꝑdit, valde mirũ quantis qualibuſq; feriatur ictibus: donec aſſidua rotat⁹ vertigine in imis ſtratus iaceat: qua

*Goliad exprimit hypocritam.*

*hypocritę ꝓprietas.*

tinus ab ignominia ſenſum capiat, ꝗ ſplendenti famę titulo deſipere
cęperat. Neſcis, inquit, neſcis ꝗa tu es miſer, ⁊ miſerabilis: ⁊ pauper,
⁊ cęcus, ⁊ nudus. Hi ſunt quinq; limpidiſſimi lapides de torrente ꝑ
humilẽ Dauid ſublati, quos dñs in Dauide figuratus contra Golia
dẽ hunc mittere curauit, nõ ſine ꝓfundo ſuo iudicio: quatinus his ꝑ-
cuſſus intereat id quod erat, reſurgat qđ non erat: ſuperbus erat, ⁊ in
hoc interire eũ dñs cupiebat: humilis nõ erat, in quo reſurgere ⁊ viue
re eũ volebat. Proinde congerit aculeos, nõ vt in finẽ eũ perimat, ſed
vt ſeruet. Acrioribus etenim puncturis excitandus erat: ꝗ altiſſimo ſo
pore vanitatis merſus iacebat, pręſertim quũ ex electorũ numero fue-
rit in vitam deſtinatus. Multis quippe electis cõtingit caſus, in quo
dum remanent ſtimulant̃, vt reſurgant, agantq; vitę opera: ⁊ tanto
acriori punctione quanto plus ſtupent in inſania ſua: ⁊ quanto ſe mi
nus agnoſcunt. Nunc vide inter has hypocritarũ deſperationes ꝗd
primo quoq; tpe tibi agendũ ſit, quo maxime placeas deo. Primo
igit̃ opus eſt, vt ꝙ rectã fidẽ habeas. Scđo, vt legibus diuinis ſubie-
ctꝰ ſis. Tertio vt vitã inculpatã agas. Quarto virtutibꝰ locuples ſias,
faciaſq; quecunq; ad dei iuſticiã ptinent ac pietatẽ: qm̃ dñs virtutũ
eſt, idẽ ⁊ rex glorię deus noſter. Pſal. 23. ⁊. 67. Sed iã ad reliqua. Ne-
ſcis, inꝗt, ꝗa tu es miſer, ⁊ miſerabilis, ⁊ quę ſequunt̃. Eſt autẽ miſer,
flebilis, calamitoſus. Miſerabilis, malis ſic circũuallatus: vt merito
ꝗ eũ videant queant illi indoleſcere. Pauper, ꝗ inopia rerũ anguſta-
tur. Cęcus, cui lumen ademptum ſit. Nudus, cui deeſt amictus. Quę
omnia ad ſpiritualia referuntur: vt miſer ſit ꝗ a deo abiectus eſt, ⁊
penis inferni iampridẽ deſtinatus. Miſerabilis, quẽ multa mala ⁊
offenſa dei circundant, cuius merito miſereri queant oẽs. Pauꝑ, cui
nulla probitas, nullę virtutes adſunt. Cęcus, ꝗ ſaluti ſue nõ ꝓſpicit,
iudicio conſilioq; orbatus. Nudus, decore gratię nũc, ⁊ in futuro glo
rię ſpoliatus. Quid nunc his calamitoſius? Quid deſpectius ? tu vi-
de. Obſerua. Res contẽnẽda eſt iuxta mundũ, paupertas. Quã vt ꝗs
ab ſeſe auertat currit ad extremos Indos, vagat̃, inuiſit loca extera,
gentes incognitas adit: mutat merces, rũpit ſomnũ, nõ parcit labori:
oĩa quãtũuis grauia, ſibi facit reputatione lucri leuia: maris ſe pericu
lis obijcit, ⁊ nihil nõ facit. Sed ꝗd ꝓdeſt hoi, ſi vniuerſum mundum
lucret̃, aię vero ſuę detrimentũ patiat̃? Aut quã dabit hõ cõmutatio
nẽ ꝓ aia ſua? Matth. 16. Magis aũt ſpiritualibus bonis nobis opus
erit: ditari virtutibus, quę nequaꝙ pereũt: ꝗbus ẽt quiſq; abunde fœ-
lix eſſe poterit. Id qđ quidam ita carminibus complectitur.

Diuitijs nemo felix: nam copia rerum
  Quamuis aſſiduo parta labore perit.
Inclyta ſed virtus animum perfectius ornans
  Durat, ⁊ ad cœli tecta recludit iter.
Huic omnes igitur totis incumbite remis,
  Sic erit eternus, credite, partus bonos.

Lapides quinq; e torrente ſublati.

Electi dum peccant ſtimulant̃ vt reſurgant.

¶ Punc. 5.

Suadeo tibi a me emere aurum probatum, ignitum, vt locuples fias & veſtimentis albis induaris: vt non appareat dedecus nuditatis tuæ: & collyrio inungas oculos tuos, vt videas.

*Neminẽ reijcit dñs niſi obſtinate malum.*

Nullus ab ore dei prorſus euomit, niſi reprobus ac inſanabiliter malus, cui mederi amplius nequeat: electi q̄a virtute prędeſtinationis ſeruant, nunquã penitus euomunt: ⁊ ſi quando euomi incipiant, nõ tamen pereunt, ſed ſanati intra os dñi reuertunt, vt non prorſus euomant. Magnũ myſteriũ, magna iudicij ratio: q̄ ſic euomit, perire illũ neceſſe eſt. Neq; vero vllus ita euomit, niſi filius ſit perditionis, hoc eſt, in ſpũm dei blaſphemus, nihilq; in finẽ correctus. Proinde ⁊ hypocritis, ſaneq; hęreticis, donec eos ꝑſus euomat chriſtus, ſpes eſſe poterit ſalutis: reſipiſcere enim poterunt, tametſi haud facile reſipiſcant, ob mendacẽ eorũ perſuaſionẽ: qua ſemel ⁊ grauiter impoſitũ eſt eis, vt abirent in reprobũ ſenſum. Admonent ergo ⁊ ij hic, vt donec penitus euomant, redire ſatagant, inq; ore dñi ſe firment, vt nõ eijciantur, eo ꝙ iam laborare cęperint ad dilapſum reiectionemq;.

*Aurum ſapientię ⁊ charitatis*

Hocq; vt faciant, ⁊ qua arte faciant inſinuat: quũ dicit. Suadeo tibi a me emere auꝝ probatũ, ignitũ, vt locuples fias: aurũ inquã chriſtianę ſapientię ac charitatis ęternę, alioq̄ prorſus euomeris. Quinq; precipuis malis pauloante epm̃ hunc Laodicenſem circũuallatum dixit. Q2 miſer eẽt, ⁊ miſ͛abilis, pauꝑ, ⁊ cęcus, ⁊ nudus: cõtra hęc tria illi remedia ſalutaria ꝑſuadere conſequentẽ nitit, ⁊ contendit. Primo vt aurũ a ſe emat probatũ ⁊ ignitũ: cõtra miſeriã ⁊ pauꝑtatẽ ne vltra miſer ſit, aut miſerabilis, aut pauper, q̄ auro hoc poſſit abũde diteſcere. Deinde vt veſtimentis albis induat contra nuditatem. Tertio vt collyrio inũgat oculos contra cecitatẽ. Recte enim a ſe aurũ probatum ⁊ ignitũ emi ſuadet, quippe q̄a ipſe eſt fons totius ſapientię ac charitatis diuinę, ſimul ⁊ vitę. Pſalmo. 35. Qm̃ apud te eſt fons vitę: vbi vita, ibi ſapientia, ibi charitas. Chriſtus eſt vita, chriſtus ſapientia, chriſtus charitas: In quo habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter, Coloſſ. 2. Qui factus eſt nobis ſapiẽtia, ⁊ iuſticia. 1. Cor. 1. Itẽ Ephe. 3. Det vobis pater ſcire ſupereminentẽ ſcientię charitatem chriſti, vt impleamini in oẽm plenitudinẽ dei.

*Quo pręcio emitur cęleſtis merx.*

Sed quale hoc genus emptionis eſt? Quo pręcio iſta ineſtimabilis emit merx? Non equidẽ perituris nũmorũ ſumptibus: neq; enim hic de pecuniaria emptiõe res agit: ſpũalia ſpũaliter cõparant. Nemo eſt q̄ cõparare ſibi hanc mercẽ nequeat, dño deo in ſcriptura dicente, Qui nõ habetis argentũ, properate, emite: venite emite abſq; argento, ⁊ abſq; vlla cõmutatione, vinũ ⁊ lac. Eſa. 55. Quod de vino audis lacteq;, hoc idẽ de auro ꝓbato ⁊ ignito intellige. Neq; eni preciũ requirit temporariũ, q̄a ineſtimabilis eſt merx, ⁊ ſupra oẽm cõmutationẽ quicq̄d parauit ad ſpũm. Fide fiat acceſſus, ꝓpteꝛ affectu, interno cordis deſyderio emat. Aurũ eſt, q̄a precioſum eſt dei donũ, probatũ, id eſt. fuci fictiq;

neſciū, quodqȝ admixtionē alieni nō patiať: ⁊ ignitū, iuxta qđ ſcriptura dicit, Ignitū eloquiū tuū vehementer, ⁊ ſeruus tuus dilexit illud. Pſal. 118. Et rurſum. Eloquia dñi eloqa caſta, argentū igne examinatum, pꝛobatum terrę, purgatum ſeptuplū Pſal. 11. Ex eloquijs dñi ꝓuenit oīs ſapientia, qđ eſt dñi lex īmaculata, cōuertens aīas, teſtimoniū fidele, ſapientiā pꝛęſtans paruulis Pſal. 18.

*Donū dei auro cōparatur.*

Obſerua, Aurum hic ignitū dicit, ibi argentū igne examinatū: ſed de vtroqȝ metallo idē ſentiendū. Eſt nanqȝ pꝛęcioſitas, ⁊ vtilitas in vtroqȝ. Quid enim vtilius magiſqȝ neceſſarium humanis vſibus his? Auro atqȝ argento parent oīa: oīa pꝛęcio horū ęſtimanť. ⁊ verbū ſapientię vtile eſt, atqȝ neceſſariū, qđ deſyderabilius eſt ſuꝑ mundi aurū argentumue, ⁊ lapidē pꝛęcioſum multū.

*Aurū ⁊ argētū eſt diuina ſapientia.*

Hoc igiť ignitū aurū verbū ſapientię pꝛobatū multis vſtionibus, ac ardens emi conſuliť: de quo apud Jeremiā dicit dñs, Nonne verba mea quaſi ignis ardens. Jere. 23. Ardet ſempꝛ verbū dei: ⁊ inflāmat. ſicut ſcriptū eſt, Eloquiū dñi inflāmauit eū. Pſal. 109. vt recte de eo in Canticis dicať, lampades eius, lampades ignis atqȝ flāmarū. Cant. 4. Hoc aurū emiť ꝑ ſtudiū vehemens, ſcripturarū aſſiduā meditationem: quo beatus ac diues quiſqȝ fiet. Pſal. 1. Btūs q in lege eius meditabiť die ac nocte. Jdeo ⁊ in Prouerbijs ſcriptū eſt. Ueritatē eme, ⁊ noli vendere ſapientiā ⁊ doctrinam. cap. 23. Nota triplici de cauſa aurū hoc diuinę ſapientię emere perſuadet. Primo vt locupletes fiamus: deinde vt veſtimentis albis induamur: poſtremo ne nudi appareamus in conſpectu dei.

*Aurum diuine ſapiētie triplici de cā emi ꝑſuadeť.*

Sane ex nundinatione diuinę ſapientię fiet, vt ſpūs mundicies naſcať in nobis Joan. 15. Jam vos mundi eſtis ꝓpter ſermonē, quē locutus ſum vobis. Fiet ⁊ hoc vt admirabili decoꝛe oīm chariſmatū oꝛnemur, remiſſis ac tectis pctīs, vt nō imputenť nobis. Suꝑ hęc miris eius gazis diteſcimus, iuxta illud qđ diciť, Theſaurus deſyderabilis requieſcit in oꝛe ſapientis. Sapientis, nō eius, q iuxta mundū ſapiens eſt, aut inani turget philoſophia: ſed q iuxta deū. hoc eſt. quę dei ſunt ſapit: qđ fit ex verbo crucis chꝛiſti: in quo ſunt oēs theſauri ſapientię ⁊ ſcientię abſconditi. Jdeo Apľs. 1. Coꝛ. 1. ait. Nos autem pꝛędicamus chꝛiſtū crucifixū, Judęis quidē ſcandalū: gentibus autē ſtulticiā: ipſis aūt vocatis Judęis atqȝ Gręcis chꝛiſtū dei virtutē, ⁊ dei ſapientiam: quā reuelat pater paruulis ſecundū ſuū beneplacitū: paruulis inquā, nō ſenſu ſed malicia, ⁊ q ex coꝛde diligunt illū, ⁊ faciunt quę placita ſunt ei, ⁊ abſtinent ab his quę diſplicent. Sunt equidē ⁊ hypocritarū ſuęveſtes, qbus ad conſpectū hoīm in faciē ſolū induunť, vt videanť pij boni ⁊ iuſti. Proinde qđ hic habes, vt non appareat dedecus nuditatis tuę: nō ad conſpectū hominū referendū eſt, ſed dei, ante cuius conſpectū ambulamus, q aiebat Abꝛahę, Ambula coꝛā me, ⁊ eſto perfectus. Geñ. 17.

*Pctīx aīa nuda.*

Peccatrix anima priuata iuſticia ac bonis fidei fructibus nuda eſt: cuius nuditatis confuſio apparet, pꝛimo coꝛā deo, ac deinde coꝛā ſctīs angelis eius: ſępe ēt coꝛā hoībus, coꝛā qbus ꝑ malę vitę infamiā confundiť pctōꝛ. Juſticia veſtis candida eſt: peccatū

*Juſticia veſtis aīę.*

ſo:dida. Legis in Zacharia, q: Jeſus indutus erat veſtibus ſo:didis, & ſatan ſtabat a dextris eius. P:ointe & ſi ſis, & quātūcunq3 ſis Jeſus ſacerdos magnus, niſi habeas iuſticie cando:ē, ſatan tibi imminet: vt opa tua, quantūuis bona ſint in faciē, euacuet, & perdat. Quo contra de bonis dictū eſt ſup:a, Ambulabunt mecū in albis: De malis aūt, Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem Matth. 22. Scriptum eſt de Aſſuero, q̄ nemo indutus ſacco intrabat aulam eius. Heſter. 4. ſic in regnū dei nemo veſte pctī intrabit, regnū inquā vere beatū ac felix: & in eccleſia militante nemo hac veſte acceptus incedit, nemo merito etſi numero incedit: & fo:ſitan neq3 numero incedit: Eccleſia nanq3 fideliū congregatio eſt: q ſoli apud deū cōputant̄ p eccleſia, vt dicat huic chriſtus, Uolo vt tu induaris veſti mentis albis, ne co:ā me appareat confuſio nuditatis tuę. Peccatum p:iuatio gratię eſt: eſt & iuſticie, virtutūq3 exinde pgenitarū. Hoc eſt ergo confuſio nuditatis quod peccatū: nā Juſticia ceterēq3 virtutes habitus ſunt aīę ſup ſolē candidi. Ecōtra pctm̄ p:iuatio iuſticie & gratie & oim virtutum. vt recte nuditas ac dedecus ſit: caret enim honeſtatione pctīī. Refert igit̄ magnopere indui albis, aſſueſci iuſticię virtutibus, ac mo:ū p:obitate o:nari, ne nudi ac dedeco:oſi ante deum appareamus. Uiſuri enim ſumus regē nrm̄ Chrm̄ in deco:e ſuo. Petri doctrina eſt, Cū igit̄ hęc oīa diſſoluenda ſint: quales opo:tet vos eē in ſctis couerſationibus & pietatibus, expectantes, & p:operantes in aduentū diei dñi. 2. Pet. 3. Obſerua, Quia enim dixerat hypocritam pauperē, ideo ſuaſit a ſe ſibi comparari aurū: nō feculentū id eſt. fece permixtū: ſed pbatū, ſed ignitū, quo locuples fieret. Deinde indicauit eundē nudū: ppterea candidis illū induuijs veſtiri nunc iubet, ne pbrū nuditatis eius appareat. Poſtremo cecū: cui vt pfecte mederi poſſit, collyrio inungi oculos iubet. Eſt aūt collyriū vnguentū medico:ū, quo feces oculo:ū tollunt̄, ab initio nonnihil pungens, mo:dens q3 vſq3 ad lach:ymas: qđ tamē deinde viſum clario:ē reddit. Magnū vitiū eſt cęcitas in hoie, nō tā ea quę carni ineſt, ſed potius quę menti inhęret. Cū illa quandoq3 bñ chriſtiani ſumus: hac nequaq̄. Infidelitas aſſiduus mo:bus eſt illi, q fidei lucē non habet: quantocyus itaq3 medendum malo huic, atq3 ad rectū intuitū acies purificanda. Collyrio vitio oculo:ū medet̄: hoc & ipſa animi interna acies purificat̄. Collyriū verbū fidei eſt, qđ quoties menti imponit̄ ſanguis carnalis intelligentię ab ea remouet̄: feces tollunt̄ erro:ū. Perſtricto:ia eſt verbi dei vis, pſtringit enim et pungit pęnitudine admiſſo:um: & mo:det, cietq3 lach:ymas. Hoc collyrio Dauid vtebat̄, quū ſanguine interim eius oculi obuoluerent̄, fluerent & lach:ymis. vt diceret. Labo:aui in gemitu meo, lauabo p ſingulas noctes lectū meū, lach:ymis meis ſtratū meū rigabo. Pſal. 6. Et rurſum Turbatus eſt a furo:e oculus meus, ibidē. Quare? Quoniam (inquit) iniquitatē meam ego cognoſco: & pctm̄ meū contra me eſt ſemp. Pſal. 50. Ecce ſanguis oculis increuit. Quid eſt ſanguis? Peccatū eſt ſanguis conſcientiam

Juſticię veſte incedē duz in dei eccleſia.

Pctm̄ grę p:iuatio.

Collyriū.

Cęcitas magnū vitiū i mēte.

Collyriuz vbū fidei.

fedans ꝛ cõmaculans. libera (inquit diuus pſaltes) me de ſanguini-
bus deus deus ſalutis meę. Eſt ꝛ chriſti nomen collyriũ. Collyrium Collyriuꝫ
diximus eſſe vnguentũ ad feces oculorũ tollendas cõmodũ: hoc in- xp̄i nomē.
ungimur, quoties pc̄ti albugine obducimur: vt recte de hoc in Can-
ticis dicatur. Unguentũ effuſum nomen tuũ, ꝛ ideo adoleſcentulę di-
lexerunt te. Canti. 1. Quid enĩ aliud chriſti vocabulũ q̄ꝫ vnctionē ſo-
nat: vnctionē inquã miſericordię, fauoris, ꝛ gratię. Tu ergo quiſquis
es, quoties te vides, oculorũ animi tui aduerſam incurriſſe valetudi-
nē; accede ad chriſtũ, vt ſacri nōis illius vnctione te ꝑlinat: fieri nõ
poterit quin illumineris. Quia ipſe eſt lux vera illuminans omnem
hominē venientē in hunc mundũ. Ioan. 1. cuius chariſmata omnia
ſunt ad illuminandũ. Itē collyriũ poterit eſſe ꝛ ipſa emundatrix pę- Collyriuꝫ
nitentia, quę per cõpũctionē clarificat oculos cordis, ſicut collyrium pęnitētia.
ꝑ lachrymarũ effuſionē oculos carnis. Pęna enĩ oculos aꝑit, quos
culpa claudit, dixit Quiritij ille ſanguinis Pontifex Maximus Gre- Collyriuꝫ
gorius. hinc Ieremię. 4. fideli aię dicit, Laua a malicia cor tuum, vt tribulatio
ſalua fias. Eſt deniqꝫ ipſa tribulationis ꝑpeſſio collyriũ, cuius mor-
daci acrimonia intelligentiores efficimur. Sicut ſcriptũ eſt. Eſa. 28. ve-
xatio dabit intellectũ. Ideo Tren. 1. dicit Propheta. De excelſo miſit
ignē tribulationis, ꝛ erudiuit me. Nihil eque edocet patientię virtutē,
ac tribulationũ ꝑpeſſio. Non mentit̃ Paulus q̄ ait. Scientes q̄ tribu-
latio patientiã operat̃. Ro. 5. Ideo Iacob. 1. Omne gaudiũ exiſtimate
fratres mei, quũ in tentationes varias incideritis: ſcientes q̄ proba-
tio fidei veſtrę patientiã operat̃: patientia autē opus ꝑfectũ habet, vt
ſitis ꝑfecti ꝛ integri, in nullo deficientes. Et iterũ, Btũs vir q̄ ſuffert
tentationē: q̄m quũ ꝓbatus fuerit accipiet coronã vitę, quã repromi-
ſit deus diligentibus ſe. Uides q̄a tribulatio ꝑ collyriũ intellecta, pri-
mũ ſanitatē aię in nobis operat̃, deinde robur ad ferendũ aduerſa:
hinc perfectionē integritatēqꝫ: pręparat etiam ad capiendam coro-
nam vitę: vt iam non ſolum toleranda ſit, ſed etiam expetenda: tan-
tum abeſſe debebit a nobis eius expoſtulatio. Sequit̃. ¶ Punc. 6.

## Ego quos amo, arguo, & caſtigo.

Mira ſententia ęterni decreti dei: cui parendũ eſt ſemꝑ ab omnibus,
quoniã ſic beneplacitum eſt deo, vt flagellis caſtigationum interim De⁹ quos
interroget excitetqꝫ electũ, ſi parũ ꝓbus ſit, piger, ſomnolentuſue, aut diligit ca-
minus ſtrenuus: imo etiam ſi ſtrenuus ſit: vt magis ſtrenuus fiat ad- ſtigat.
huc, quatinus ſtudio exequet coronã, quã illi pręparauit deus, ꝛ ad
quã illũ prędeſtinauit: ac ſi dicat, Ea quę tibi loquor arguens ꝛ cor-
ripiens te, velut amantis gratiã ſuſcipe. Non enim eſt hic mos dei ſa-
pientię, vt eũ quē diligit filiũ permittat iuueniliter inſoleſcere. ſed ca-
ſtigat, ꝛ premit laſciuientē: ꝛ quē lactauit infantē, eundē nimis coer-
cet verboſum, inconſultũ virga percutit, exaſperat quandoqꝫ: diligit ꝛ
exaſperat, exaſperat aũt vt erudiat: quatinus pharmaci huius amario-
re guſtu vitiũ tollat ſtomachi, id eſt mētis. Ait ergo, Ego quos amo

*Dilectio dei erga nos in caſtigatiõe.*

*Bonos caſtigat de⁹, malos liberius p̄mittit.*

*Per caſtigationem offert ſe nobis deus.*

arguo, ⁊ caſtigo. O diuinę dilectionis eximiū indiciū, O ſumme bonitatis ſtudiū, O magnę clementię verbū: niſi enim ſumme nos amaret, nō argueret: niſi ſalutē dare et interim nolenti cuperet, nō caſtigaret. Scriptū eſt enim, Quē enim diligit deus corripit, ⁊ quaſi pater in filio complacet ſibi. Prouer. 3. Maxima hinc verę conſolationis dat̃ occaſio tribulationū angore oppreſſis: ſequit̃ enim ꝙ hi, quos arguit ⁊ caſtigat deus, ab eo dilecti ſint. Ne igit̃ reformides pati aduerſa, ne refugias ſubire grauia, qḋ hoc ſit inſigne dilectionis indiciū: Nam flagellat oēm filiū quē recipit. Heb. 12. Facit aūt hoc dñs (ſi humana diuinis cōparanda ſunt) more pijſſimi parentis duos filios habentis, quorū alterū herede ſubſcribit, reijcit alterū: illū caſtigat quē ſubſcripſit herede, etiā ſi nihil peccet, aut ſi parū peccet: hunc liberę voluntati ſuę p̄mittit, edere, bibere, ſcortari, aliaqʒ eiuſmodi perpetrare. Sic Deus bonus iuſtos electoſqʒ ſuos p̄ inumeras afflictiones, ac varias tribulationes interrogat, affligit: vt poſtmodū beatiores reddat. Ecōtra: reprobos in ſuis voluntatibus relinquit, vt poſtmodū acrius puniat, iuxta illud, Et dimiſi eos ſm̄ deſideria cordis eorū: ibunt in adinuentionibus ſuis Pſal. 80. Et iterū, Deſyderiū eorū attulit eis: non ſunt fraudati a deſyderio ſuo. Sequit̃. Adhuc eſcę eorum erāt in ore ipſorū, ⁊ ira dei aſcendit ſup̄ eos. Pſal. 77. Reprobos itaqʒ q̄ nūc deſiderijs ac voluptatibus dediti ſunt, ęterna expectant ſupplicia: iuſtos pręmia conſequunt̃ btā. Sic ⁊ vitulus, q̄ occiſioni pręparat̃, liberius in paſcuis ſaginari permittit̃, magis ꝗ̄ q̄ futuro tēpori reſeruat̃. Proinde recte monet Apl̄us Hebr. 12. Fili mi noli negligere diſciplinam dñi, neqʒ fatigeris dum ab eo argueris: quem enim diligit dñs caſtigat: flagellat aūt oēm filiū, quē recipit. Quis enim filius, quē nō corripit pater: itaqʒ in diſciplina perſeuerate. id eſt. patientes eſtote fratres: p̄ hanc enim tanquā filijs vobis offert ſe deus, ꝙ ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes fcti ſunt oēs, quicūqʒ deo placuerunt: ergo alieni, ⁊ nō filij eſtis: patres qdē carnis noſtrę eruditores habuimus, ⁊ reuerebamur eos: ⁊ nunc multomagis patri ſpirituū obtemperabim⁹ vt viuamus: illi quidē in tēpore paucorū dierū ſm̄ voluntatē ſuam erudiebant nos: hic aūt ad id qḋ vtile eſt, in recipiendo ſanctificationē eius: oīs aūt diſciplina in pręſenti quidē nō videt̃ eſſe gaudij ſed meroris: poſtea autē fructū pacatiſſimū exercitatis p̄ eā reddit iuſticię: ꝓpter qḋ remiſſas manus, ⁊ ſoluta genua erigite, ⁊ greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt nō claudicans qs erret, magis aūt ſanet̃. Suſcipienda igit̃ eſt toto animo dei caſtigatio, haud ſecus ꝗ̄ ab optimo patre ꝓfecta. Etenim ſuſpectū nimiū eſt, ꝙ is deo charus ſit, q̄ argui caſtigariqʒ refugit. Sed nunqd ſolūmō dilectos corripit deus: Non vtiqʒ: corripit ⁊ reprobos, tametſi nō ęque ij vt electi admittant correptionē, neqʒ enim emendant̃ correptione: ſitqʒ vt his potius in iudiciū cędat correptio, ꝗ̄ in emendationē: ſed neqʒ tum quidē proprie ratione habet caſtigationis, eorū correptio: magis autē iudicij, ⁊ punitionis: id qḋ verius diuini odij nō amoris ſignū eſt, Deo dicente in

ſcriptura, Caſtigabo te in iudicio, vt nõ tibi videaris innoxi⁹, Quia hęc dicit dñs, inſanabilis eſt fractura tua, peſſima plaga tua. Iere. 30. Rurſum in eadẽ ſcriptura ait, Te nõ cõſumã, ſed caſtigabo te in iudicio: nec quaſi innocenti parcã tibi. 46. cap. Proinde quũ primũ flagelli vim ſentiunt electi dei & dilecti: promunt id qđ Tbob. 11. didicerunt, Benedico te dñe deus iſrł, qa tu caſtigaſti me. Itẽ illud Pſal. 117. caſtigans caſtigauit me dñs, & morti nõ tradidit me. id eſt. quia ex ſuo beneplacito caſtigauit ſemel & iterũ: factũ eſt, ne morti traderer peti. Amant qppe electi ipſam caſtigationẽ, & ppter eũ q eã immittit, cui in vniuerſum parere ſtudent, & ꝙ ea nõ parũ erudiantr. Ideoqꝫ continenter dicunt, Caſtigaſti me dñe, & eruditus ſum, quaſi iuuẽculus indomitus, Iere. 31. Si diligenter velis intueri, reperies ſane apud eundem Ieremiã cap. 30. & cap. 46. impiorũ punitionẽ, eorũ conſumptionẽ dici: dũ interim ſeruorũ dei punitio caſtigatio vocat: ergo impiorum afflictio punitioqꝫ illorũ, pernicies ac cõſumptio eſt. Uerũ quia nemo in eccleſia dei tuto & certo de alio definire põt, reprobus ne ſit an electus in finẽ: ideo nemo põt certus eſſe, quis in bonũ caſtiget: & quis in malũ, hoc eſt. qs tũ ferat amorẽ dei quũ caſtigat, & qs indignationẽ odiumqꝫ: tametſi quiſqꝫ apud ſe, niſi ſit cęcus, & omnino iudicio carens, facile deprehendet, ſi flagello emendet in melius: quando ſemp certũ ſignũ pręſentię gratię dei eſt & amoris, flagellum ipſum a deo immiſſum: ſi vero eo ſiat qs deterior, ſignũ eſt odij, & punitiõis ex indignatione pficiſcentis. Hęc dicimus veriſimilia, nõ temerarie, ſed coniectanter: qm̃ iudicia dei abyſſus multa: & dñs ſolus nouit ſua conſilia. Ex qbus omnibus palã eſt, ꝙ q a deo nõ caſtigat, ab eo minime diligit. Ecce enim dicit, Ego quos amo caſtigo. Uę igitur his quos deus nõ arguit, nõ caſtigat, nõ ſolicitat ad ſe: ſed ſecundum deſyderia cordis eorũ ire in adinuentionibus ſuis dimittit. Qui eiuſmodi ſunt, infrenes ſunt, malis cõcupiſcentijs ſeruientes, in impudicicijs & contaminatiõibus viuẽtes, & omni impietate, & auaricia, qđ eſt idolorũ ſeruitus, gula, & ęmulatione, cęteriſqꝫ vicijs: quę ſi fuerint ppetua, proculdubio certiſſima diuinę reiectionis ſunt iudicia. Nõ ꝙ vel electi quandoqꝫ in ſuis deſiderijs relicti non peccent, ſed nõ ppetuo: reſipiſcunt enim. Hoc nanqꝫ vno iudicio electi a reprobis diſcernunt, ꝙ dũ peccant, ſtudent cõuerti tacti nõnullo dolore conſcientię: ſecus de reprobis, ꝙ ij malint ſemp peccare nec a prauis ſuis ſe deſyderijs corrigere. Peccat ergo electus, ſed conuertitur: peccat reprobus, ſed permanet obſtinatus. ¶ Punc. 7.

*Electi amant caſtigationeꝫ, quam nõ amant reprobi.*

*Electi ſignũ certiſſimum.*

*Electorũ ac reproborũ differentia.*

Emulare ergo: & pœnitentiam age.

Hactenus ſupercilium depreſſit angelo Laodicienſi gloriabũdo vaneqꝫ ſibi diuitiarũ copia blandienti: nunc deinceps inſtat vehemẽter & vrget, vt ad ſe eundẽ pigrũ excitet, ſibiqꝫ faciat conſentire, dicens, Emulare ergo. Gręci habent zeloſon qđ eſt ſectare, imitare, ſis zelãs, a verbo zeloo quod pręter hęc ſignificat ẽt beatũ voco. Hinc zelotes

zelās.imitator,ſectator: ⁊ zelotos btūs,amabilis,deſiderabilis.Uult igit dn̄s vt languens ac tepidus cū odio deſidie ſue exciteē in imitatione virtutū,ſuiqȝ in primis,vt btūs ſit ac amabilis,dignuſqȝ,qu em alij quoqȝ imitenē.Ac ſi dicat.Amantē amandoqȝ caſtigantem,tu

Quid ad pniam requiratur. fac redamando bono animi feruore imitere: ⁊ q tepidus eras:p zelū hoc eſt acutā affectionē,⁊ vehementē tue mentis cōmotionē,incaleſce:deqȝ eo qd̄ hactenus p ignauiā neglectū eſt, quodqȝ nō reddita amoris viciſſitudine ingratus fuiſti indoleſce ⁊ age pœnitentiā, ſine qua nemo erratorū ſuorū veniam conſequiē.Ad pgnitentiā aūt reqrit.Primo dolor de pctis cōmiſſis,Secundo,vt nunquā iterandi ꝑpoſitū inſumat:ſine qbus duobus pgnitentia vera non eſt, eo ꝙ ſine his nec deus pctā remittit, nec ſacerdos abſoluere pōt.Uera nanqȝ pgnitentia eſt ſine internuſſione temporis de pctis malis dolere,⁊ ſic plangere admiſſa,vt non admittat plangenda.Irriſor nanqȝ eſt, ⁊ nō pgnitens,q adhuc agit qd̄ pgniteat.Uis itaqȝ verus penitēs eē, ⁊ ſic in conſpectu dn̄i reuelari:deſine peccare: ⁊ nunq̄ ꝓpoſitū habeas vltra peccandi.Quandoqdē manis eſt pgnitentia quā ſequēs coinquat culpa:nec ꝓſunt lamenta, ſi iterant pctā: ⁊ certe nihil ꝓdeſt pro malis veniā poſcere ⁊ mala denuo facere.S.Aug.dicit.Si vere pgnitentes eſtis,⁊ non irridentes:mutate vitā,reconciliamini.Idem. Pgnitentiā agis,genua figis,⁊ rides,ſubſannas patientiā dei:ſi pgnitens es,pgnitet te:ſi nō pgnitet,pgnitens non es.Si ergo pgnitet,cur facis qd̄ male feciſti:ſi feciſſe pgnitet,noli facere:ſi adhuc facis,pgnitens non es.Nanqȝ pgnitentiā agere eſt ⁊ pteterita mala plangere, ⁊ plangēda iterū nō cōmittere dixit.D.Gregorius.nā q ſic alia plangit,vt tamen alia cōmittat:is adhuc pgnitētiā agere aut ignorat, aut diſſimulat.Idē.Emulare ergo.ideſt.ſis zelans,ama iuſticiā,legē dei in te exprime,eamqȝ imitere.Age pgnitentiam,inſume dolorē de peccatis male admiſſis,nec amplius peccare velis. ¶ Punc. 8.

Ecce ſto ad oſtium,& pulſo:ſi quis audierit vocē meā,& aperuerit ianuam,introibo ad illū,& cænabo cū illo.

Poſt ammonitionē pgnitentie docet fiduciā venie: ⁊ ꝓmittit conſolationē refectionis interne:Ecce ſto(inqt)ad oſtiū.Oſtiū hoc loco cor hoīs eſt:ad qd̄ dn̄s ſtat,⁊ pulſat:ſtat paratus iuuare, ⁊ ideo nō debes diffidere,ſi velis pgnitere.Pulſat qa intrare deſyderat, dicens,

Oſtiuȝ cor hoīs ad qd̄ pulſat chriſtus. Aperi mihi ſoror mea.Cant.5.Nunquā ceſſat,nunquā ociatur dn̄s, ideo ſtat,ideo pulſat.Nā ⁊ Stephanus protomartyr a dextris virtutis dei adaperto celo ſtare eū vidit, quaſi paratū ad adiuuandum Act.7.Sic ⁊ ad cor noſtrū ſtat,paratus ſemp intrare,iuuare,illuminare,erigere,confortare ⁊c̄.Ceterū ad ipſum cordis noſtri oſtiū pulſat,dū inſpirat,dū verbum ſuū mittit: cui ille aperit q ex animo credit:qui vero non credit,claudit,⁊ aditū negat.Aperit ⁊ is q ſanctis eius monitis obtemperat,ſpūm concipit, ſeſeqȝ illi ad nutū donat. Porro dn̄s ad eū,q fide,qui obedientia cordis oſtium illi aperit,vo-

cemq; eius audit: cũ verbo ſuo, ac interna inſpiratione ingredit̃. Sed quid facit poſtea q̃ ingredit̃? coenat cũ illo, ⁊ ille ſecum. Quid putas hanc coenã eſſe? ſpũs conſolationē: gaudiũ, pacem, delicias celeſtes: quę deus, his, quoꝝ mentes inhabitat, cõmunia facit. Magnũ igit̃ meritũ eſt fides credentiũ, quę dei quiſq; habitaculũ efficit: Magna conſolatio conſenſus inſpirationi diuinę: amplifluа virtus dilatans coꝛ, ⁊ mentē totã imbuens. Magna res obedientia pręceptoꝛum dei, p quę deo voluntas creata conformat̃. Huc ptinet illud verbũ ſaluatoꝛis, Si qs diligit me, ſermonē meum ſeruabit: ⁊ pater meus diliget eũ, ⁊ ad eum veniemus, ⁊ manſionē apud eũ faciemus Joan. 14. Jdeo in Pſalmis ſcriptum eſt. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare coꝛda veſtra Pſal. 94. Hodie, id eſt, in pręſenti tpe: ſi vocē, id eſt, monita ⁊ pręcepta, internamq; inſpirationē eius audieritis: nolite obdurare, repugnando, obſtruendo inobedientię malo coꝛda veſtra. Agãt nũc p ſuo moꝛe liberi arbitrij deſtructoꝛes: ſed pphete vox eſt, Nolite obdurare coꝛda veſtra. alias qd refert dixiſſe. Nolite obdurare coꝛda? Cui ſimile eſt, qđ hic dicit. Si qs apuerit mihi ianuã. quaſi diceret. Jn arbitrio hoīs eſt aperire, nõ aperire: alioqui dixiſſet. Ego aperiã mihi ianuã ad coꝛ. Eſt ergo ſenſus. Ego q hactenus coꝛripiens te monui, ſimilis factus ſum tibi, ſtanti ad oſtiũ cuiuſdã diuitis ⁊ pulſanti: quatinus admiſſus hoſpitio cenē. Cũ illo cbis apparat cenã quocũq; intrat, bon⁹ hoſpes, actiu⁹ eſt, nõ grauat, ſed adiuuat, ſz ſolat̃, ſed exhilarat paſſiuũ hoſpitē, ſeſeq; libenter ſuſcipientē. Dicat̃ ergo, Ecce ſto ad oſtiũ, ⁊ pulſo: ſi quis audierit vocem meã ⁊c. Quid eſt audire vocē dñi, niſi obtēperare pręceptis eius, ⁊ mandatis eius, quę afferunt̃ ſubinde nobis p ſeruos eius indefeſſos annunciatoꝛes verbi eius? Et qd eſt, qđ maius offerre deo poſſimus, q̃ nr̃as voluntates? Ecce inſenſibiles creaturę, quę vniuerſaliter deo famulant̃, legi eius obſequuntur, eius mandata cuſtodiunt. Terra germinat, Aqua fluuitat, Aer circũquaq; voluit̃. Jgnis ardet, Sol lucet, ſtellę nitent, Luna palloꝛē renitet, ⁊ nunc plenis coꝛnibus implet̃, nunc imminuta vaneſcit. Ratiōis quoq; exptia, tam quę in aquis, q̃ quę in terris ſunt, abſq; delicto ſunt: niſi φ miſere aliquando pter pctã hominũ puniunt̃. Quod ſi aliquando feræ immanes pſequunt̃ nos: hoc quoq; vitio noſtro fit, quas plus pſequimur nos: quarũ loca occupauimus, poſtquã expulſi de paradiſo ſumus. Quid dicã de celoꝛũ agminibus, angelis, q oēs adminiſtratoꝛij ſpũs ſunt, miſſi in miniſteriũ propter eos, qui hereditatē capiunt ſalutis? Hebꝛe. 1. Intuent̃ nanq; legē dei ipſis ppoſitã, fixam, iubentē ſine voce, ęternã, imperantē ſine ſcriptura, ſine ſyllabis, ſemp tacentē, ⁊ ſemp loquentē: ⁊ ex illa faciunt qcquid lubet illi ęternę menti, nec in puncto pętergrediunt̃ iubentis imperiũ. Parua hęc tibi ſunt? paulo maioꝛa canam⁹. Dñs noſter Jeſus xp̄s, q eſt vnius eēntie, vni⁹ diuinitatis cũ pře, ſm φ deus, ſuo nos docuit exēplo obediētiã ſp pſtare deo: q vſq; ad moꝛtē při deo obediens fuit. De quo Paul⁹ apſs loqt̃ dicēs. Fct̃us obediēs vſq; ad

Cœna ſpiritus cõſolatio.

Liberi arbitrij aſſertio.

Deo obedire docēt oēs creaturę.

Docet xp̄s obed...

Obediētię commendatio.

Lucas vitulus. ornat, vitulus quippe ĩmolaticiũ animal eſt: nãq; olim ꝓ pctĩs vitulus rufus cedebat, vt pręſcriptũ legis erat: eratq; ſacerdotũ hoſtia vitulus, & in templo offerebat: & Lucas ipſe in ſua narratione tam in principio, ꝙ̃ in fine, circa templũ dei verſatur, q a ſacerdotio cepit in hunc modũ. Fuit in diebus herodis regis ſacerdos quidã &c. & in hoc finit. Quia erant, inquit, ſemper in templo laudantes, & benedicẽtes deum. Deniq; ꝙ Lucas apertius & plenius narrat de chriſti paſſiõe, in qua ipſe dñs noſter Jeſus chriſtus vt aĩal ĩmolaticiũ cæſus eſt ꝓ nobis, vitulus ille ſaginatus, de quo idem Lucas meminit cap. 15. Breuiter, Apud eundẽ ſanctus ſanctorũ prout vnctus ſit, & de ſpũ ſctõ conceptus, fideli narratione refert, ca. 1. Jtẽ ad Jordanẽ quõ ſpiritus ſanctus ſup eundẽ deſcendit verũ ſacerdotẽ in ſpecie colũbę: quẽ tanquã ſacerdotẽ demonſtrans, generationẽ eius non deſcendendo, ſed aſcendendo depinxit. Aſcendens nãq; trãſijt ad Adã, & peruenit ad deũ: cui ꝑ expiationẽ ſacerdotij chriſti, puri mundiq; adſtamus. Proinde & principiũ, & finẽ genealogię ſanctę eius, quã digeſſit, fecit de adoptiuis patribus filijſq;. Ait enim, Jeſus erat filius Joſeph (vt putabat) q fuit heli: Jn fine aũt de Adam, q fuit dei. Sed neq; Joſeph Jeſum, neq; heli Joſeph genuit, ſed adoptiuum habuit: neq; deus Adam genuit, ſed plaſmauit. Etenim qa ſacerdotalẽ dñi pſonã tẽp-

re volebat,recte ſic ꝓceſſit.Siquidē ſacerdotalis genitura, qua nos
chriſtus regenerat,tota adopticia eſt:⁊ nō ex carne, ſed ex ſpiritu de-
ſcendit.Hic pius ſacerdos chriſtus apud eundē euangeliſtā factus in — Sacerdo-
agonia cū ſudore ſanguineo ꝓlixius orat, formā dans ſacerdotibus — tes ꝓlixi⁹
ſuis orandi ꝓlixius obnixiuſq;:⁊ in fine latronē ſuſcipit pęnitentem: — orare de-
hodie(inquiens)mecū eris in paradiſo,vt nuſq̃ non in tota ſerie ſcri — bēt exēplo
ptionis ſuę vituli faciē exhibeat,ſacerdotē noſtrū,⁊ ſacrificiū attenti⁹ — chriſti.
conſyderans intuenſq;.Ideoq; ⁊ poſt reſurrectionē, remiſſionē pec-
catorū omnibus vbiq; prędicari gentibus iubentē dn̄m introducit:
In cuius figura olim(vt diximus)vitulus rufus cedebatur in ſacrifi-
cijs:a quibus ſcribendi euangelij petit originē,⁊ finē in dn̄i ſacrifi-
cio occupat.Mattheo os humanum eſt,ꝙ ab humana generatione — Matthe⁹
chriſti,euangelij ſui fecerit initiū:⁊ in humanis chr̄i actionibus plus — homo.
occupet,nōnulla operi ſuo legis ac ꝓphetarū interſerens teſtimonia.
Proinde ꝑcrebre chriſtū filiū hoīs appellat,vt cap.16.⁊ cap.17.vbi
chriſtus didrachma vt hō dependit exactoribus, ⁊ cap.18.⁊ cap.25.
Joannes q̃a celſius omnibus ſubuolauit cū filiū apud patrē depre- — Joannes
hēdit,iure aquilę ſpeciē tenet:⁊ ēt q̃a ſolus ſingulariter de diuinitate — aquila.
chriſti cōmemorat,aciem obtutus aquilę ꝓpe peculiariter ſibi vſur-
pat.Tradunt aquilā incōniuentibus oculis iubar ſolis intueri,⁊ hoc
iudicio pullos ſi proprij ſint in nido probare ſolere hiulco ſimul atq; — Aq̃lę for-
excuſſerit ouo.Quo in loco nō incōcinne quęrit̃,Cur in hoc libro Jo — tis viſus.
annes animal primū leonē poſuit,quū Ezechiel faciē hominis prę-
poſuerit.Sed ad hoc reſponſio in promptu eſt.Quia nimirū prophe-
tia nō ſemꝑ ſeruat hiſtorię ordinē,alioq̃ iā non prophetia,ſed hiſto-
ria videret̃.Proinde non eſt ibi requirendus ordo hiſtorialis,ſicut in
libro Geneſeos,vel Regū,⁊ ceteris hiſtorijs:ſed ꝓphetalis,ideſt my
ſticus.Alij hunc artificialē dicunt pro cōmoditate ſermonis, myſte-
rijq;:etenim ſi ordinē natiuitatis requiras,primū hoīem,hoīſq; for-
mā ſtatuas neceſſum eſt.Si vero rationē fidei,leo primū locū occu-
pabit.Primū ergo Ezechiel faciē hoīs ponit, ab ordine hiſtorię au-
ſpicans rem:alioq̃ nō faciē hominis,ſed Leonis ⁊ ipſe primū poſuiſ
ſet:in qua chriſtus nō naſcens,ſed reſurgens figurat̃:q̃ nobis in re-
ſurrectione factus eſt primus,⁊ primogenitus mortuoꝝ.Quapropter
bene Joannes primū leonē ponit,q̃a chriſtus vicit leo de tribu Juda. — Leo ꝑm⁹
vnde etiā principaliter fides noſtra roborat̃:nō q̃a natus vt homo: — in ordīe ē.
aut q̃a paſſus vt vitulus:ſed q̃a reſurrexit a mortuis excitatus voce
patris,vt leonis catulus.Catulus leonis dicit̃ in ſcriptura dn̄s.Ge-
ne.49.vbi ſic ſcriptū eſt.Ad predā fili mi aſcendiſti:requieſcens accu- — Leo aꝑtis
buiſti,vt leo ⁊ quaſi catulus leonis:q̃s ſuſcitabit eū? Scribunt q̃ de — oculis dor
natura beſtiarū diſputant, leonē apertis oculis dormire: ⁊ chriſtus — mit.
vigilans,obdormiuit in cruce.vigilans erat in diuinitate, obdormi-
ens in humanitate,vt recte diceret,Ego dormio, ⁊ cor meū vigilat,
Cant.5.Jam vero ⁊ id quoq; ꝓbat̃,q̃a dormiens leo naſcit̃,⁊ ad vo
cem patris excitat̃.Hinc Paulus dicit,Et ſi noueramus chriſtum ſm̄

carnē,ſed iā nunc nō nouimus.Secundū carnem erat chriſtus ante paſſionē & mortē,qa mortalis erat:ſed poſteaꝙ voce patris excitat⁹ eſt,mortalis non eſt,ſed ęternū viuens.Quia ergo inde credit᷑ vnde ſurrexit,bene Joannes primū leonē poſuit.Primus itaqꝫ eſt in ordine hiſtorię chriſtus vt homo,ſed in fidei virtute leo.Cęterū figurant᷑ nō illepide hęc quatuor aīalia ipſum quoqꝫ dñm nr̄m Jeſum xp̄m, q natus eſt vt hō,paſſus vt vitulus,ſurrexit vt leo,aſcendit vt aq̄la. Deſignant᷑ pręterea per hęc eadē aīalia oēs ſcti.id eſt.fideles: neqꝫ enim aut ſolis quatuor euangeliſtis, aut alijs quibuſuis tā propria eſſe poſſunt,quę de ipſis animalibus hic & in Ezechiele dicuntur, vt nō ceteris quoqꝫ cōueniant.Qui ergo p hęc aīalia figurant᷑,veri ac conſtantes & intrepidi veritatis aſſertores ſunt p quatuor mūdi partes,id eſt.in vniuerſo orbe diuiſi.Oīs nāqꝫ dei ſeruus, ſeu vnuſqſqꝫ electus,inquantū rationabiliter ſm voluntatē dei viuit hō eſt,Quia hō eſt rationale aīal.Jnquantū vero aduerſa iſtius ſęculi ęquanimiter & fortiter tolerat leo.Scriptū eſt enim,Juſtus quaſi leo confidens abſqꝫ terrore erit,Prouer.28.Deniqꝫ inquantū ſe mortificat cū vicijs & concupiſcentijs,vitulus.Jnquantū p mentis contemplationē petit cœleſtia aquila.Ex hinc collige quali argumento filij eccleſię, filij electionis & gratię cognoſcant᷑.Primū ſi qs vitulus ſit, hoc eſt: q ſe nōrit mactare,veterē hoīem hoc eſt ſenſualitatē noxiā,& pati p veritate nō recuſauerit.Secundo ſi leo ſit.id eſt intrepidus aſſertor veritatis,& fortis in aduerſis.Tertio ſi hō,hoc eſt ratione vtens: & ſi ſit in eo iuſtorū prudentia.Quarto ſi aquila,hoc eſt.deſyderio ſimul ac cōtēplatione petat cœleſtia.Ex diametro facili coniectura perſpicies quotquot ptinent ad ſynagogā ſatanę,Si nec vitulus eſt,nec leo, nec hō,nec aq̄la:ſed ſibi plus ſatis indulgens,timidus,impatienſqꝫ, rationis expers,terrenis inhians.Duo de his animalibus pręmiſſa ſunt.Primū ꝙ in medio ſedis & in circuitu erāt.Scđm ꝙ oculis plena erāt,qa nimirū fideles veritatis aſſertores,ſunt & in medio eccłię, & in circuitu eius.Jn medio, dū credentes publice docent.Jn circuitu, dū eoſdē circūeuntes a lupis defendunt.Lupi ſunt hęretici,quos ſcripturis ac vociferationibus,virtuteqꝫ arcent,ne irrumpant, ne rapiant, ne morſibus appetant,ne lacerent,ne diſſipent.Deniqꝫ pleni oculis ante & retro ſunt,dū cognitionibus abundāt.Oculus enim cognitio eſt,cognitio viſus animę:hanc ſupra ad prudentiā retulimus.Pluralitas oculorū cognitionū copia eſt:veritatis ſiquidē pfeſſores,ſi integri ſunt,multa cognoſcūt,multa vidēt,añ & retro.ideſt,vndiqꝫ:circūſpecti.n.ſunt,& oculati:tot fere habētes oculos, quot veritatū noticiā aſſequuti:ſpūales qppe facti,& iccirco oīa dijudicāt ſicut & oīa norūt: & pręſentia ꝙ momentanea ſint:& futura,ꝙ ſtabilia.Jpſi vero a nemine iudicant᷑,eo ꝙ bene ſibi proſpiciant,nihil ab integro declinantes.Porro noīe aquilę depingit᷑,ſiue ipſius Joannis,ſiue alterius cuiuſuis nobilitas:q igne diuini amoris incenſus quieſcere neqt:ſemp enim aut contemplatione ſurſum nitit᷑:aut in rebus proximi verſat᷑,

Chriſt⁹ in q̃tuor aīalibus figuratus ſimiliter & ſcti.

Electiōis argumēta

Reprobationis ſigna.

Quare oculis plena aīalia.

quo ſaluũ illũ faciat. Nec ſolũ aũt animalia hęc oculis ſunt plena, ſed inſuper ⁊ alas habentia ſunt. propterea ſequit. ℭ Punc. 3.

Et quatuor animalia ſingula eorum habebant alas ſe/nas: & in circuitu & intus plena erant oculis.

Singula queq3 aĩalia ſenis inſertis alis inſtructa erant, qa nimirũ veritatis fortiſſimi aſſertores ſpũales eſſe debent, ⁊ volucres ad con/templationis ſublimitatẽ, quatinus longe amplius cęleſtia illis cor di ſint, q̃3 terreſtria: q dũ pfectione vitę alijs ãmirabiles ſunt ⁊ diui/ni: p quatuor mũdi partes ſex opera miſericordię quatuor primis vir tutibus compleant oportet ſiue aplĩ, ſiue etiam alij, quos dñs in hoc munus delegauit. Junctim copulant in eis alę, alterius ad alterum vt ex Ezechiele magis diſcimus: id qđ fraternę charitatis glutinũ in eis indicat. Triplici aũt ordine compoſitę: vt binę ęlatę eſſent a ſca/pulis, binę enatę a latere, reliquę duę a femore. In Ezechiele quatu/or pennę vnicuiq3 aĩaliũ tribuunt, duę extentę deſuper, ⁊ duę ſingu/lorũ corpora velabant. Illę quę deſup erant, ⁊ iungebantur alterius ad alterũ, indicant nos ꝓximis iunctos debere eſſe charitate, ⁊ pro/ximi ſaluti in primis conſulere. Qđ vero alijs duabus tecta eſſent latera: intelligimus ⁊ noſtri curã habendã. Supat aũt pſens ſcriptu/ra alis duabus Ezechielis animalia: ꝙ his ⁊ de femore exeant alię duę alę. Qua in re aliud nõ intelligo, niſi illud qđ dñs dicit in euan gelio, Sint lũbi veſtri precincti: vbi D. Gregorius ait, lũbos pręcin/gimus, quũ carnis luxuriã p continentiã coartamus. vt bene hic ⁊ in femore animalia alata ſint. id eſt, ſpũalia cõtinentiaq3. qđ nõ erant veteris legis pdicatores, qbus licebat contrahere. Alijs videt per ſex alas intelligi debere ſex leges, qbus veritatis aſſertor qſq3 pmu/niendus eſt: harũ prima eſt naturalis quę iubet facere qđ tibi in pri/mis fieri velis, vitare qđ auerſaris. Secunda Moſayca in Penta/teuco tradita, in his, quę potiſſimũ deũ concernunt ⁊ proximũ. Ter/tia prophetica, in qua vult deus impleri voluntatẽ ſuã, vtq3 populus electus timeat iudicia eius. Quarta euangelica, quę Stacten. id eſt vnguentũ miſericordię dei perpetuo ſudat, in qua ⁊ gratia data eſt, ⁊ promiſſio impleta in redemptione, inſtituta ⁊ ſacramenta, Chriſto dño a mortuis reſurgente. Quinta apoſtolica, euãgeliũ ſuppletiua. Multa enim ſunt, quę de pfectionis conſilio pcipit Aplus: iuxta qđ dicit, Nã ceteris ego dico, nõ dñs, ſi qs frater vxorẽ habet infidelẽ, ⁊ hęc conſentit habitare cũ illo, nõ dimittat illã, 1. Corin. 7. Pręterea vbi dñs nõ pcipit, in ſpũ dei aplus fideliter conſulit, vt eſt illud, De virginibus pręceptũ non habeo, conſiliũ aũt do, bonũ eſt ſi ſic pman ſerint. ibidẽ. Atq3 vt breuiter dicã, multa poſt chriſtũ aplĩ ſctĩ ordina/uerunt iuxta tẽporis exigentiã, in ędificationẽ eccłie: qđ niſi feciſſent, res eccłię minus ꝓceſſiſſet. Sexta canonica: dũ enim inter membra chriſti lites oriri cępiſſent, dũq3 ſuo iure alij ab alijs fraudarentur, opus fuit condere leges, qbus controuerſię dirimerent componeren/

Animalia cur alata.

Alę ſex a/nim alius ſex leges.

turq; hiſ ergo aliis oculata animalia cincta eſſe debent, queq; in medio ſedis, & in circuitu verſant: Ad quę pertinet pſpicere eccleſię. Hi ſunt pręlati iudiceſq;, doctores, fortiſſimi verbi dei miniſtri: q̄ quidē quia cognitione ſingulari prędit eſſe debent, & ſpiritalē vitā ducere, iccirco p̄ aialia oculata ſignari debuere. Verū q̄a non ſolū cognitio, ſed & dei maieſtatis rerūq; cœleſtiū cōtēplatio ad hos ſpecialiter pertinet: factū eſt, vt nō ſolū oculata, ſed & alata eſſent. Diximus quid ante & retro oculi in eis ſint. Nunc quia & intus hiſdem oculis plena erant, & in circuitu, miraculo nobis forent mirabile: niſi in promptu eſſet ſanctos prędicatores maxime intelligētes intus eſſe debere, & quo ad eos qui circum eos ſtant circūſpectos. ¶ Punc. 4.

Et requiem non habebant die ac nocte, dicentia, ſanctus, ſanctus, ſanctus, dominus deus omnipotens, qui erat, & qui eſt & qui venturus eſt.

Quia ſedes in cœlo poſita eſt, hoc eſt, deſtructo pctī regno, iuſticię regnū p̄ paſſionē chriſti ſtabilitū eſt, in quo cœleſtē vitā agunt ſancti filij dei: & dn̄s in hac ſede deſedit, q̄a regnat in eccleſia ſua chriſtus, ſicut ſcriptū eſt, Dn̄s regnauit, decorē indutus eſt: indutus eſt dn̄s fortitudinē, & precinxit ſe. Etenim firmauit orbē terrę, q̄ nō cōmouebit. Parata ſedes tua deus ex tunc: a ſeculo tu es. Pſal. 92. Hinc eſt q̄ ſctā hęc aialia nō ceſſabant die noctuq; cantare fortiſſimo ſpū, di. Sanctus, ſanctus, ſanctus dn̄s &c. & hoc in figura nr̄i, eo q̄ ſanctū prędicare debemus ſemp dn̄m deū nr̄m. Aut ſi p̄ allegoriā, dies ſit proſperitas, & pax eccleſię: nox tribulatio: nō in pſperis, nō in aduerſis ceſſare debemus, ſemp aūt canticū nr̄m celebrare. Notandū aūt, q̄a quū ſancta animalia ter dicunt, ſanctus, ſanctus, ſanctus, & inde ad ſingularē numerū redeunt di. dn̄s deus omp̄s, trinitatē pſonarū invnitate ſubſtātię pclariſſime confitent. Qz licet trinitas ſit in pſonis, vnitas eſt in maieſtate, & in eſſentia. hic eſt dn̄s deus op̄s, q̄ erat ante ſecula, eſt in pręſenti, eſt ēt futurus, q̄ venturus eſt ad iudiciū, vt reddat vnicuiq; iuxta opa ſua Pſal. 61. Sed q̄d eſt q̄ hęc ſctā aialia, quū trinitatē pręmiſiſſent: ſubiungunt, Qui venturus eſt. Fides quippe habet ad iudiciū ſolū chriſtū dei filiū venturū: q̄ ea forma iudicabit, qua iudicatus eſt: & pater non iudicat quēq̄, ſed omne iudiciū dedit filio. Joan. 5. Rūdeo, licet pſona filij dūtaxat in iudicio videat, tamē illic cū eo erūt pariter & pater, & ſpūſctūs, in vnitate diuinitatis: & ipſa inuiſibilis trinitatis natura p̄ aſſumptā filij humanitatē iudicabit reprobos. Sed ne illotis (vt aiunt) manibus pręterijſſe videamur ſanctorū aialiū canticū, quę clamare nō dies ceſſabant non noctes, ad quorū exēplū modo ſcti fideles dei in Miſſarū ſacrificijs hoc idē ter replicant dicendo. Sctūs, Sctūs, Sctūs, dn̄s deus ſabaoth: vbi id in primis velim aduertę q̄ participiū hoc, ſctūs, eſt pręteriti temporis, (vt à grāmatica initiū tantę rei ſumamus) a verbo ſancio, q̄d eſt ordino, vnde ēt leges ac plebiſcita. id eſt, plebis ſtatuta ſanctiōes appellant,

Trinitatiſ confeſſio.

Fili⁹ ſol⁹ iudicabit.

Sanctus Sanctus Sanctus.

appellant,ꝙ recte humanos actus ordinent:⁊ ſanctū dicimus recte ordinatū,vẜ q iuxta ſancitas dei leges vitā inſtituit,⁊ moderat.Qđ ſūt ſanctus , hoc ⁊ iuſtus eſt.Si enim iuſtus a iuxta(vt Ariſtoteli.5. Ethicorū placet)dicit : eo ꝙ iuxta legū ordinationē agat viuatqꝫ;⁊ ſanctus a ſancio,qđ eſt ordino:idē duo noia hęc importent neceſſum eſt.Sanctus ergo ⁊ iuſtus is eſt,q ꝓ virili parte contendit vitā dirigere iuxta pręſcriptū legis diuinę,cauens omnino ne quid offendatur ex actione ſua deus, ne quid ſummę voluntati contrariū ſit.Ideoqꝫ cogitat ſemꝑ ac ſtudet efficere quę beneplacita ſunt illi . Nō eſt ſanctus neqꝫ iuſtus qs apud deū,niſi voluntate ⁊ vita conformis ſit voluntati eius,quę ꝑ ſe iuſta eſt ⁊ ſctā, ⁊ prima oīm legū regula ⁊ finis. Nā oēs leges iuxta ſuū beneplacitū inſtituit deus,ad qđ etiā vltimate reſoluunt,cui oportet oēm voluntatē creatam conformari ad hoc vt fiat iuſta ⁊ recta:nāqꝫ exinde riuuli ꝓmanant ois iuſticię ſanctitatiſqꝫ : quę eſt etiā prima rerū oim cauſa.Nā oia quęcūqꝫ voluit fecit dn̄s in cœlo ⁊ in terra ⁊ in oibus abyſſis Pſal.134.Ex his collige qa ſctitas dicit quendā ordinē ad deū,ac iuxta conformitatē ad voluntatē eius.At vero qa quū in deo ſctitas,indē ⁊ iuſticia ſumme reperiant ſupra oēs:eo ꝙ ſit fontale(vt dicunt theologi)principiū totius ſanctitatis iuſticięqꝫ:proinde deus eſt primus ſanctus, ⁊ iuſtus in ſe eminenter:vt nō ab re ſancta aialia ter illū repetito ſermone ſanctū acclamarent.Eſt pater ſanctus in ſe:filius ſanctus a patre : ſpūſſanctus ab vtroqꝫ ęquali emanatione ſanctus:nō tamen ideo tres ſancti,ſicut nec tres dñi,nec tres oipotentes:ſed vnus ſanctus,vnus dominus,vnus omp̄s,ſicut ⁊ vnus deus. Enimuero in diuinitate eſt ordo cū vnitate:ordo,inquantū pater eſt a ſe , filius a patre , ſpūſſanctus ab vtroqꝫ:vbi ordo coit in vnitatē eſſentię . Oēs enim perſonę cōicant eandē eſſentiā,quatinus ordo maneat in perſonis cū vnitate eſſentię ęquali in maieſtate,vt nō tollat ordo vnitatē in illis,nec vnitas ordinē.Sed forſitan ſcrupulū tibi moueat , cur tertia ꝑſona ſpecialiter ſancta vocet:ſic enim dicimus , Spūſſctūs : Quod ideo ſit, qa eſt finis totius ordinis,⁊ complementū eius:nō qa ꝑfectior alijs ꝑſonis,ſed qa in ea tota perfectio cōſumata cōſiſtat trinitatis,Nāqꝫ ⁊ beatitudo dei ⁊ gloria tota in hoc ordine verſat,cuius cōſumatio eſt ſpūſſctūs.Deus eni pater nouit ſe in filio,⁊ ſimul cū filio diligit ſe in ſpūſctō.Proinde recte ſctā animalia volendo , ⁊ intendendo pro beneplacito laudare deū,ſicuti eſt,explicant iſtū ordinē,in quo tota beatitudo dei ⁊ gloria(vt iam dictū eſt)conſiſtit,Sctūs,ſctūs,ſctūs, dn̄s deus omp̄s.Neqꝫ enim pleniorē laudē illi tribuere poterāt, niſi ꝓ gloria eius illū laudarent,trinitatē confitendo in ſumma vnitate. Ac ſi dicerent,licet ſit ſanctus pater,ſanctus filius,⁊ ſanctus ſpūs,nō tamē niſi vnus deus,⁊ vnus dn̄s hęc tria ſunt:⁊ ideo vnus honor , vna laus,vna gloria debet patri,filio,ſpiritui quoqꝫ ſctō.Ut autem ꝓfundius quiddā de deitate dicamus,auſculta:Deus eſt primū ens, ⁊ verū,⁊ ſummū bonum,a quo ois bonitas,veritas,⁊ entitas(vt ita

Sanctus idē qui ⁊ iuſtus.

Sctūs qs realit ſit.

De⁹ ꝓm⁹ ſanctus.

Spūs cur ſpecialiter ſctūſ dicat

Trinitatis explicatio realis.

dicā)profluunt,vt ſcilicet entia dicant vera,bonaqꝫ, ab illo ſummo ⁊ vero bono:noſtra etiā veritas ⁊ bonitas ab illo(vt eſt)appellationē ſumat. Proinde deus inquantū primū ens eſt, ⁊ actus purus(vt volunt Theologi myſtici)intelligit:deinde inquantū eſt verum ens

Perſonaꝝ in diuinis emanatio

ſeipſum intelligit,⁊ intelligendo ꝓducit verbū de tota ſua ſubſtātia, cōicando eidē totā ſuā ſubſtantiā ſiue eſſentiā:⁊ qa eiuſmodi productio fit ſm naturā,ideo verbū ꝓductū dicit filius patris dicentis generantiſqꝫ. Preterea qa pater nouit ſe in filio nō ſolū eſſe verū ens ſed ēt ſummū bonū:ideo diligit ſe in filio,cui ꝑ generationē cōmunicat totā ſuā diuinā eſſentiā. Deniqꝫ pater ⁊ filius diligunt ſe mutuo diligendoqꝫ ſe ſpirant in ſumma virtute ſpūm ſanctū,cōicando eidē eandē eſſentiā ꝑ ſpirationē,que cōicata eſt filio ꝑ generationē: ⁊ ſic

Pater deꝰ ꝑ diuinaꝫ eſſentiam.

manet ordo iſte in diuinis ꝑſonis cū vnitate eſſentię. Nā eadē eſſentia,quę eſt in patre a ſe,⁊ quę eſt in filio a patre cōicata ꝑ generationē,eſt ⁊ in ſpū ſctō cōicata ab vtroqꝫ ꝑ ſpirationē. verū qa pater non eſt deus ꝑ paternitatē,ſed ꝑ diuinā eſſentiam,quā habet a ſe:⁊ filius nō eſt deus ꝑ filiationē,ſed ꝑ ſubſtantiā ſiue eſſentiā,quā habet a patre ꝑ generationē: nec ſpūſſctūs eſt deus ꝑ ſpirationē paſſiuā(vt vocant)ſed ꝑ ſubſtantiā, quā habet ab vtroqꝫ ſibi ęqualiter cōicatam. Itaqꝫ ſicut in patre ⁊ filio ⁊ ſpūſctō eſt vna ſola diuinitas ⁊ ſubſtantia:ita pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſctūs,licet tres ſint perſonę ratione ſuarū ꝓprietatū,ꝑ quas realiter conſtituunt:Attamen oēs tres ꝑſonę non ſunt niſi vnus deus,ꝑ vnā eandemqꝫ eſſentiā in eis exiſtentē. Quia ⁊ ſi multiplicent ꝑſonę ꝓpter tres relationes:nō tamē multiplicatur

Eſſentialia nō multiplicant in diuinis.

eſſentia ꝓpter naturę identitatē. Unde fit,vt nec eſſentialia multiplicent:vt ſunt,deus,omīps,dñs,creator,ſanctus ⁊c. Nāqꝫ ſicut deus eſſentialiter eſt deus,ita ⁊ dñs,⁊ ſanctus,⁊ omīps,⁊ creator:vt nō plures ſint dñi,aut ſcti,aut omnipotētes,aut creatores: ſed vnus deus, vnus dñs,vnus ſctūs,vnus omīps,vnus creator. Et quū ter ſanctus acclamat,nō ideo tres ſancti,ſicut nec tres dñi,nec tres dij, aut tres oīpotentes,aut tres creatores. Sed vnus ſanctus, vnus dñs, vnus deus,vnus omīps,vnus creator:eo ꝙ ſint noīa hęc eſſentialia vnius naturę appellatiōes. Hinc modo ꝓſpicies ꝗ veriſſime ſctā hęc animalia iugi vociferatione acclament ter repetito ſermone,ſctūs,ſctūs, ſctūs,dñs deus omīps:eandē videlicet diuinā eſſentiā in proprietate reali triū perſonarū. Rurſumqꝫ diſtinctionē realē triū ꝑſonaꝝ in idētitate eſſentię adſtruentes:Quo fidei noſtrę veritas ꝑ reuelationem hanc in primis clareſceret, quam in carne dominus tot modis ſtuduit inculcare. Sequitur. ¶ Punc. 5.

Et quum darent illa animalia gloriam,& honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronū,viuenti in ſecula ſeculorū,procidebant xxiiij. ſeniores ante ſedentem in throno:& adorabant viuentem in ſecula ſeculorum.

Jam ſcimus qd ſint hęc ſctā aīalia qa primū ſcti euangeliſtę,⁊ ipſe

chriſtus,deinde viri mere ſpūales,ſpū viuentes,⁊ quę deo placēt fa-
cientes,viri eccliaſtici,miniſtri verbi ſcti dei , quorum intereſt aſtare
deo ꝓ oībus credentibus,⁊ dare gloriā ⁊ honorē ⁊ benedictionē ſe-
denti ſup thronū,hoc eſt ſup oēm ecclīā ptātē exercenti, q eſt viuens
in ſecula ſeculorū. Porro p ſeniores intelligunt iudices populi , ſiue
eccliaſtici ſint,ſiue(vt vocant)ſeculares,q audito dei verbo,⁊ cantico
ſingulari, pcidentes adorant ante ſedentē in throno,hoc eſt,añ chri-
ſtū Jeſum,q regit ecclīā,⁊ iudicat,deferētes ſoli illi gloriā ⁊ honorē,
ſicut ⁊ ſctā aīalia,⁊ benedicunt deū,p omnibus operibus eius. Nō ſo-
lū aūt q primi ſunt hęc facere debent,ſed etiā oēs credentes , qui ad
primos attendunt,in qbus iſti cōprehendunt. Quū enim ſimplices
ppli vident ſeniores,hoc eſt primores ſic affici deo , ad auditū ſan-
ctū dei verbū ab ore prędicatorū,confeſtim ⁊ ipſi ſeſe ad ſimiliter fa-
ciendū pręparant,cupientes eadē facere , quę a primis vident. Neqȝ
enim in hac ſacra Apocalypſi ſit,qđ nō eccleſię negocium pręgeſtet.
Nos igit gloriā damus deo,quū ſup oīa eū colimus ⁊ adoramꝰ , vt
ſolus ſup oēs ſit:damus ⁊ honorē , quū prędicamus beneficia eius
in nos collata:bñdicimus,quū gratias ei agimus,q nos idoneos fe
cit,vt ipſum colamus ⁊ adoremus,q dedit gratiā glorificandi ſe no
bis in omni tribulatione noſtra,dicentes cū aplo Paulo, Benedictus
deus,⁊ pater dñi noſtri Jeſu chriſti,pater miſericordiarū , ⁊ deus to-
tius conſolationis,q conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. 2.
Cor. 1. Conſydera nunc mihi optime lector,ſiue etiā auditor, prioris
ſęculi aīalia,id eſt eos,q corā deo iugiter verſabant, quantis animi
facibus gloriā dei quęrebant,ardenti ſtudio honorē debitū illi tribue
bant,benedicebant , ⁊ de acceptis beneficijs gratias illi agebant : ⁊
deinde confer illis noſtra tēpora : ſtatim quū aio hec contuleris tibi
occurrit quantū abſimus ab illis. Jam enim nō multi ſunt q gloriaȝ
tribuant deo,q honorē,q benedictionē. Quod ſi qs lingua interim
id agat,ſed forte cor longe diſcrepat a lingua:aut nō eo feruore quo
olim id agat:vt verū ſit illud qa nos ſumus in quos fines ſeculoruȝ Qui dant gliaȝ deo.
deuenere,qm̄ refrixit charitas multorū , ⁊ abundauit iniqtas. Poteſt
⁊ ad martyres referri,q gloriā dabant deo,quū occiderent: honorē,
ꝙ fidē ſemel ſuſceptam non abnegarent,ſed conſtanti fortiqȝ pectore
inter eculeos,enſes,⁊ laminas cādentes palā cōfiterent. dabāt ergo
benedictionē,ceu pueri apud Danielē in medio fornacis incēſę. Por-
ro dant gliā deo,q carnē ſuā crucifigunt cum vitijs ⁊ concupiſcentijs
eius,dicente Apoſtolo, Glorificate,⁊ portate deū in corpore veſtro. 1.
Cor. 6. Et iterū. Semp mortificationem Jeſu chriſti in corpore noſtro
circūferentes , vt ⁊ vita Jeſu manifeſtet in corporibus nrīs. 2. Cor. 4.
Dant honorē deo ⁊ q fidē prędicant : q vero laudibus diuinis inſi-
ſtunt deū benedicunt,in hymnis ⁊ canticis ſpiritalibus,cantantes ⁊
pſallentes illi in cordibus eorū. Obſerua,tria dabant ſctā aīalia deo
ſedenti ſup thronū,viuenti in ſęcula ſęculorū:videlicet gliā,honorē,
⁊ bñdictionē,magnā ſimul haurientes ſcīē ⁊ indeficientis ſpei conſo-

latione͂, ꝙ dũ paterent̃ ob chriſtũ, chriſto darent glĩam ⁊ honorem, ⁊ benedictione͂: dũq; occiderent, viuente͂ tame͂ illũ relinquerent ⁊ ſedente͂ ſup thronũ: viuente͂ inq̃ in ſcl'a ſeculorũ, q eo ipſo ꝙ viueret in ſcl'a ſcl'orũ, curare poſſet plagas mortis eorũ: ⁊ vindicare ſanguinem ipſorũ. Hoc ⁊ nobis inuictiſſime ſpei robur, magneq; conſolationis poterit ee͂ cauſa: ſcientibus habere dñm, q ſedet ⁊ viuit calcans oe͂m mundi virtute͂ ⁊ potentiã, q requiſiturus eſt ſanguine͂ noſtrũ q pro glĩa nois eius ſuſus fuerit, noſq; glorificaturus. Proinde recte ſub hec viginti quatuor ſeniores ꝓcidiſſe memorant̃, atq; adoraſſe ſedente͂ in throno, ⁊ viuente͂ in ſcl'a ſcl'orũ. Sũma ergo cauſa adorationis eorũ fuit gratia, ⁊ miſericordia, in glĩam ⁊ honore͂ eius, ⁊ benedictionem. Ad illa nãq; hec omnia ſequunt̃. Illa ille nobis gratis impendit, hec nos p gratitudine͂ rependimus illi. Paratus eſt nobis deus gratiã ⁊ miſericordiã in horas conferre: nos quoq; glĩam ⁊ honore͂ viciſſim illi tribuere, quicquid ad vitã electi ſumus, debemus eſſe parati. Quia miſericordiã ⁊ veritate͂ diligit deus, gratiã ⁊ gloriam dabit dñs. Nã adorari ꝓ bonis temporarijs vt videlicet ea ab eo aſſequamur, minus gratũ eſt illi: vnde nec Iſraele͂ reputauit: tametſi ⁊ ꝓ his quoq; gratie habende ſunt illi, magis tamen ꝓ ſpũalibus eterniſq;

Judei ob carnalia deo ſuiũt.

bonis, vt nõ carnales ſimus cu filijs iſraelis, q ob te͂poraria ſolum ſeruiebant deo, eoq; pacto adorabant eũ, ⁊ fideles erant illi, eo ꝙ diceret eis, Dabo tibi terrã fluente͂ lacte ⁊ melle: q in ceteris quoq; huiuſmodi dictis, nõ niſi terrenas capiebant ꝓmiſſiões. Ceteri aute͂ ſcti ⁊ pfecti patres, vt Moyſes ⁊ Aaron, ⁊ quotquot erant de dei ſpiritu, nõ tã ꝓ terrenis, q̃ ꝓ eternis, ⁊ qa dignus eẽt, adorabant eũ. Dabãt ergo ſctã aialia gloriã ⁊ honore͂, ⁊ bñdictione͂: ⁊ nos demus oportet eide͂ ſedenti ſup thronũ viuenti in ſcl'a ſcl'orũ: eo ꝙ gloria ⁊ honore, ⁊ benedictione in ampliſſima gr͂a eius ornati ſumus, ꝓmiſſam hereditate͂ in ſpe viua aſſequuti. Aut que maior glĩa? Quis honor dignior? Que benedictio copioſior? q̃ ee͂ filiũ dei, ⁊ in regno gratie eiꝰ cõſiſtere: panẽq; coeleſti paſci? Deniq; ꝓcidebant. xxiiij. ſeniores ante ſedente͂ in throno: qa videlicet vbi fidei ſacramenta p ſctõs Euange-

Nota.

liſtas puulgata ſunt oĩm genua curuant̃. Vide hic ãmirabile͂ dei pre ordinatione͂: anteq̃ caſus varios eccleſie oſtenderet, ſe dignũ adoratione exhibuit: ⁊ q electi eſſent plane figurauit: ꝙ hi nunq̃ a laude dei deficerent etiã in medijs tribulationibus, ignibuſq;. Sciunt nãq; ſcti dei electi, qa quicquid fit a deo, in bonũ eorũ fit: ⁊ ideo ſemp dãt illi glĩam, ⁊ honore͂, ⁊ benedictione͂, q eſt eternus: vnde etiã credunt̃, ꝙ ipſos poſſit conſeruare, ⁊ glorificare, ⁊ honorificare. ¶ Punc. 6.

Et mittebant coronas ſuas ante thronũ, dice͂tes: dignus es domine deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creaſti omnia, & propter tuam voluntatem erant, & creata ſunt.

Quid eſt coronas mittere ante thronũ, niſi qcqd eſt in eis virtutis,

qcqd meriti totũ deo tribuere ⁊ chriſto, nihilq; ꝑp:ie ſibi vſurpare. ſicut Scriptũ eſt. Pſal. 113. Non nobis dñe nõ nobis, ſed noi tuo da gloriã. Et prime Tim. 1. Regi autẽ ſclõꝝ imortali, inuiſibili ſoli deo honor ⁊ gl'ia in ſcla ſclõꝝ amẽ. Aut quo pacto nobis quippiam tribuamus: quũ nõ ſumus ſufficientes aliqd cogitare ex nob.s, quaſi ex nobis, ſed oĩs ſufficientia noſtra ex deo eſt: vt pręclare docet Apoſtolus. 2. Cor. 3. Ubi duo obſerua. Primũ, qa iſti conſyderantes, ꝙ nõ ſuis meritis: ſed gratia pręuenientis ⁊ ſubſequentis miſericordię dei coronas glorię ⁊ honoris atq; benedictiõis ſunt aſſequuti: perpendentes qa, is, ꝑpter quẽ, ⁊ p quẽ ſunt omnia, q ẽt multos filios in gl'iã adduxerat, autor ſalutis eoꝝ p paſſionẽ cõſũmatus eſt: merito ipſi ſuã dignitatẽ paruiſacientes, totũ qð meruerunt, ſicut debebãt, cũ humili geſtu ⁊ reuerent:a illi tribuunt. Secundum, Quia dicunt, Tu creaſti oĩa: ⁊ iterũ idẽ repetentes dicunt, adſtruuntq; dicentes, Et ꝑpter voluntatẽ tuã erãt, ⁊ creata ſunt. Niſi alio myſterio hęc eiuſmodi repetitio facta ſit. exqramus ergo ⁊ videamus. Duas creationes creaturę rationalis videt mihi indicare. Prima nãq; facta eſt in eſſe naturę: ſecunda in eſſe gratię. Harũ poſterior longe prima excellentior vtiliorq;. Quid enim naſci ꝓderat niſi redimeremur, inq; regnũ gratię dei aſſereremur, ⁊ de filijs irę eſſemus filij gratię: ⁊ de vili mancipio diaboli in filios dei adoptati ſublimaremq;. De prima meminit in Geneſi Moyſes. Creauit (inquiens) ad imaginẽ ſuã hoĩem deus. De poſteriori extat apl'i teſtimoniũ Ephe. 2. dicentis. Ipſius enĩ factura ſumus, creati in chriſto Ieſu in opibus bonis, quę pręparauit deus, vt in illis ambulemus: creati, id eſt. recreati, vt ſimus initiũ aliquod creaturę eius Iaco. 1. Et. 2. Cor. 5. Si qua ergo in chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt oĩa noua: oĩa autẽ ex deo, q nos reconciliauit ſibi p chriſtũ. Quoniã quidẽ deus erat in chriſto, mundũ recõcilians ſibi: vt dicamus illud Eſaię. Omnia opera noſtra opatus es in nobis dñe. Eſa. 26 Itẽ Phil. 2. Operat in nobis velle ⁊ pficere, ⁊ hoc ꝑpter voluntatẽ ſuã. Locus iſte indicat, oĩa idcirco a deo facta eſſe, vt eius voluntatẽ ex creaturis ſuis peruideamus, ⁊ eidẽ obſequamur, glorificantes ⁊ laudantes eũ in omni virtute, ⁊ ſapientia, ⁊ miſericordia eius, ẽt ſi creaturę ad noſtrum interim vſum corporalẽ iuxta beneplacitũ dei facte ſint. Haymo. Quia coronã victores accipiunt, nõ Imerito hic p coronas ſctõꝝ triumphũ, ⁊ victoriã debemus accipere: hoc eſt itaq; coronas ante thronũ ponere, qð in faciẽ cadere ⁊ adorare. Ante thronũ qppe electi ſuas coronas mittunt, qa quicqd virtutis ⁊ fortitudinis habent, ipſi in ſecreto mentis ſuę tribuunt: a quo vt vincere poſſent diabolũ, ⁊ tentamenta ſuę carnis, fortitudinẽ pceperunt. Hoc figuratũ eſt, quãdo dño Hieroſolymã venienti: turba quę i li obuiã venit, palmas qbus victoria ſignificat, ante eũ ſtrauit. Quod enim p palmarũ ramos in via ſtratos, hoc p coronas ante thronũ miſſas ſignificat. Dũ autẽ coronas vigintiquatuor ſeniores mitterent dicebant. Dignus es dñe deus ne

Coronas añ thronũ mittere.

Nota.

In chriſto noua oĩa.

Coronas ſuas electi añ thronũ mittunt.

ſter accipere gl'iã, ⁊ honorẽ, ⁊ virtutẽ. Gloriã inq̃ noſtrorũ bonorum actuũ, quũ oĩa tu opatus ſis in nobis. honorẽ dñij ſup oĩa: ⁊ virtutem, id eſt, potẽtiã, qua tibi ſubijcies oĩa. Obſerua. Gloriã chriſtus accepit, quando tertia die reſurrexit a mortuis: honorẽ quando quadrageſimo reſurrectionis die eleuatus eſt ad dexterã paternę maieſtatis: virtutẽ, quando omnia ſubiecta ſunt ei, ſicut ipſe teſtatᷓ, Data eſt (inquit) mihi oĩs ptãs in cœlo ⁊ in terra, Matth. 28. Quod vero in ſequentibus dicitᷓ. Quia tu creaſti ⁊c. ratio plane redditᷓ quare dignus ſit accipere gl'iam ⁊c. Ac ſi dicãt, Jccirco cuncta tibi, quę a tuis geruntur, adſcribenda ſunt: q̄a vt eſſe poſſent, ⁊ ea quę tua ſunt agerent, a te acceperunt. Sed mirũ videtᷓ illud qd̉ ſequitᷓ, Propter voluntatem tuã erant, ⁊ creata ſunt. Si enim erant, quomodo creata ſunt? Sed erant in prędeſtinatione inuiſibili omnipotentis dei: ⁊ creata ſunt in opere viſibili: ⁊ quę erant prius in artificis voluntate ſine tp̄e, creata poſtmodũ ſunt, ſm̃ qd̉ in arte creatoris diſpoſita erãt, in tẽpore.

# CAPVT. V.

## DE LIBRO SIGILLATO.

### SEC. 1. PVNC. 1.

ET vidi in dextera ſedentis ſup thronum librũ ſcriptum intus & foris ſignatum ſigillis ſeptem.

Jn pręcedenti viſione oſtiũ apertũ fuit in cœlo: ⁊ vox tubę audita ſedeſq; poſita, ⁊ ſupra ſedẽ ſedẽs non dubiũ q̄n deus in tribus pſonis ſubſiſtens, q mirabili aſpectu appuit: cui in circuitu Jris erat, ⁊ ſeniores xxiiij. circunſedebant ſinguli in ſuis ſedilibus, Lampades ad hęc ardentes ante thronũ viſę ſunt, ⁊ aĩalia plena oculis ante ⁊ retro. Nunc hic primũ liber ſignatus ſigillis ſeptẽ offertur ſcriptus in tergo ⁊ intus, hoc eſt, in vtraq; parte membranę. Jgitur in primis

Liber ſcriptus intus ⁊ extra.

quęrendũ, quid ſit liber iſte tã inſignis, tam pręclarus, tã admirabilis, quẽ aperiri, ⁊ in eo legere tã angeli, q in cœlo, q̃ oẽs ſcti dei homines, q in terris ſunt legere deſyderant, ⁊ ij qui ſubtus terrã. Liber hic tota ſacra ſcriptura eſt: q iccirco intus ⁊ a foris ſcriptus dicitur, q̄a habet internũ ⁊ externũ ſenſum, myſticũ ⁊ hiſtorialẽ, quẽ nos literalẽ dicimus: illũ ſpũalẽ, ⁊ arcanũ, ſecretiore quodã theſauro reconditũ. Habet enim ſacra ſcriptura ⁊ parabolas, habet ⁊ myſteria, habet figuras, habet ⁊ veritates. Quũq; figuris veluti ſtellulis qbuſdã interlucentibus micat, qd aliud q̃ a foris liber ſcriptus fore videtur? Quũ vero interne veritatẽ in myſterio continet, ſcriptus liber intus phibetᷓ: quẽ librũ nemo reſpicere poterat, neq; q in cœlo, neq; q in terra, neq; q ſubtus terrã erant: tantũ aberat vt q̄s illũ apire-

Solus Chr̄s erat q̄ id facere poterat, hoc eſt, q̄ aperiret reſpiceretq̄ȝ, q̄ ſolus myſteria ſcripturę ſacrę tū̄ dictis tū̄ geſtis aperuit, pręclariſſime ea reſpiciens intelligenſq̄ȝ. Uidebant q̄ppe olim libri tergū̄ homines, & ꝙ aliq̄d in eo ſcriptū̄ eſſet ſuſpicabant̄, nec tamē ſciebant ad plenū̄ q̄d intus ſcriptū̄ eēt, quouſq̄ȝ agnus venit, & librum aperuit: a quo iam patent myſteria eius, vt intus & in tergo liber legi poſſit, & intelligi. Sigilla ſola obſtabant ne intus liber legeret̄, hoc eſt, ne veritas in figuris latens perſpicue intelligeret̄: ſed his refractis ademptiſq̄ȝ legit̄, dū̄ chriſtus figuras in ſe impleuit: & abdita myſteria faciendo recluſit. Jam vero q̄d ſeptē huius libri ſigilla niſi fortis admodū̄ clauſurę ſunt typus. Quia enī ſeptē ſigillis res aliqua fortiſſime claudit̄, magna & fortis clauſura ſeu abſconſio ſeptē ſigillis figurat̄. Septē Sigillorum myſteriuꝫ. Mira alij de ſeptē ſigillis cōmentant̄. Hugo card. ad ſeptē obſcuritates refert. Quarū̄ prima eſt ꝓfunditas ſententiarū̄. Secūda multiplicitas intelligentiarū̄. Tertia velamen figurarū̄. Quarta incōprehenſibilitas rerū̄. Quinta obſcuritas myſteriorū̄. Sexta dulcedo tropologiarꝫ. Septima ineffabilis veritas oīm eorū̄ quę in ſcripturis traduntur. Quūq̄ȝ idē, librū̄ ſignatū̄ chriſtū̄ intelligeret: aliter ſigilla, et ipſa mox expouere coactus fuit. vt videlicet ſint. Incarnatio, natiuitas, paſſio, reſurrectio, aſcenſio, ſpūſſcti miſſio, & aduentus in Judiciū̄. Adducerē plura, niſi & hęc adduxiſſe ſuꝑuacaneū̄ eēt. Multa enim coniectant alij, quę magis cerebri opinione, q̄̄ veritatis aſſecutione facta ꝓbant̄. Haymo epūs, ꝑ ſeptē ſigilla plenitudinē obſcuritatis & myſteriorū̄, quę in veteri latebant teſtamento intelligit: & hoc quidē ꝓbabiliori argumento, ꝙ ſeptenarius numerus ad vniuerſitatē referat̄: idē ſeptiformem ſpūm ſanctū̄ ad hoc inducit, q̄a videlicet oīs ſcriptura ꝑ gratiā ſpūs eiuſdē, & data eſt, & reſerata: vnde, inquit, Et lex digito dei, ideſt. ſpū ſctō deſcripta legit̄. Et ne alia atq̄ȝ alia faſtidioſiore ꝓlixitate ꝑcenſeā, prior inibi ſententia ꝓbat̄: vt ſeptē ſigilla fortiſſima clauſura internū̄ prępediens ſenſum ſint, qua abſtruſe tenent̄ oīa, ab eis q̄bus agnus nō aperit, quē miſit pr̄ doctorē in mundū̄, cui credere fas eſt, & opepꝛ̄ciū̄: a quo & ſenſus ſcripturę flagitandus. Porro, ſunt q̄ ꝓpoſitū̄ diuinū̄ ꝑ hunc librū̄ capiant: q̄d q̄a recluſum eſt atq̄ȝ abditū̄, & procul ab humanis ſenſibus diſſitū̄, ſeptē ſigillis ſignatus liber memorat̄. Sunt & q̄ viſionis ſequentis ſeriē, librū̄ hunc ſigillatū̄ autumant ſignorū̄ literis a foris plenū̄, intus myſteriorū̄ intelligentijs redundantē: cuius ſigilla ſeptē, ſeptē viſiones ſunt, quę in hoc libro continent̄. Sigillū̄ q̄ppe ponit̄ ſemꝑ in fidelē cuſtodiā abditorū̄, eorū̄, quę intus repoſita ſunt: & res quę obuenturę ſunt eccleſię ſctē, ſub viſionū̄ ſignis fideliter cuſtodiunt̄, vt nō cuiuis obuia ſint, ſed his ſolū̄, quos ipſe agnus voluerit. Hic eſt liber Apocalypſis, quē chriſtus accepit de dextera patris manifeſtum facere ſeruis ſuis, vt in principio dictum eſt.

¶ Punc. 2.

Et vidi angelum fortem prædicantem voce magna,

**Quis eſt dignus apire librum: & ſoluere ſignacula eius?**

Angelus fortis quis ſit.

Angelus hic fortis ſimplici intelligentia nuncius dei eſt, nempe ſpiritus cœleſtis, q in hoc miſſus erat, vt preconis officiū ageret. de quibus ſcripſit Paulus Hebr. 1. Quia oēs ſunt ſpūs adminiſtratorij, in miniſteriū miſſi ꝓpter eos q hereditatē capiunt ſalutis. Quāuis per allegoriā conenť alij referre ad pres vet. teſt. ꝙ ſit eorū figura, q ſingulariter (vt Hugoni card. placet) dicunť vnus angelus, ꝓpter vnitatē fidei. Fortes aūt erāt patres ipſi ob expectationis longanimitatē q anxie regrebant, qs poſſet legē ſpiritualiter reſerare: (vt Haymo dicit). His anxietatē pariebat magni deſyderij ardor, in quo ⁊ vociferabant, vt recte Joannes angelū fortē voce magna prędicantē viderit. Geſtat ergo typū, imo exhibet, patrū pręcedentiū fortis hic angelus clamans, ⁊ dicens, Quis eſt dignus aperire librū, ⁊ ſoluere ſignacula eius? Non prius aperiť, qꝫ ſignacula ſoluanť: neceſſe enim erat prius ſolui ſignacula libri, poſtea librū aperiri. Eſt ergo prępoſterus ordo in verbo, quo prius de libri apertione meminit, poſtea de ſignaculorū reſolutione: ⁊ tamē ita factū eſt, quandoqdē prius dn̄s librū aperuit. id eſt. ſcripturā veteris teſt. in ſe impleuit, q dicit, Nō veni ſoluere legē ſed adimplere, Matth. 5. Et in Luca ſcriptū legimus veniſſe in nazareth dn̄m, intraſſeqꝫ ſm̄ conſuetudinē ſuā die ſabbati in ſynagogā: vbi traditus eſt ei liber Eſaie ꝓphetę: quē quū reuoluiſſet, inuenit locū, vbi ſcriptū erat, Spūs dn̄i ſup me ⁊c. ⁊ confeſtim plicuit, reddiditqꝫ miniſtro, ⁊ aſſedit Luc. 4. Aperuit ergo librū factus hō, dū myſteria ei⁹ in ſe compleuit: poſtea vero qꝫ reſurrexiſſet a mortuis, ſigilla reſerauit, quando aperuit diſcipulis ſuis ſenſum vt intelligerent ſcripturas, ſimul memorans ea quę ſcripta erant de eo in lege ⁊ ꝓphetis, ⁊ pſalmis, vt dicit Luc. vlt. Quod non mediocriter ad fidei noſtrę robur, ac iuxta fideliū cōſolationē ptinet: ꝙ nemo ſit prętér chriſtū in quē potiſſimū ſperare debeamus, q oēm veritatē diuinę ꝓmiſſionis, figurarū quoqꝫ myſteria in ſe impleuit. Pōt angelus hic fortis, q magna voce prędicabat, typus quoqꝫ fortiū, ac fideliū verbi dei miniſtrorū, hoc eſt, prędicatorū eſſe: q in magna conſtantia teſtificari debent ⁊ pſuadere pplis fidē Jeſu chriſti ex ſcriptura iam reſerata, excitareqꝫ corda eorū ad querendū hunc dn̄m ſolū, ⁊ inſiſtendum veſtigiis eius. iuxta qđ Petrus dicit. Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis: vobis relinquens exemplū, vt ſequamini veſtigia eius. 1. Pe. 2. Hic enim ſolus prędeſtinatus eſt cunctis in ſalutē: vt ſicut nihil eſt creatū ſine eo, ita nihil ſaluabitur ſine eo, quem ſolū iuſſit pater audiri, ſequiqꝫ in omnibus. quū dixit. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite. Matth. 3. Solū dico, ⁊ nō alienū, aliena ab ipſo prędicantē. Nāqꝫ ⁊ in Deuteronomio ſcriptum eſt cap. 18. Qui verba eius q̄ loqueť audire noluerit, ego vltor exiſtā Sequiť. ❡ Pun. 3.

Apertio libri reuelatio myſteriorꝫ eius.

Chris ſol⁹ diuinas ꝓmiſſiones impleuit.

Angelus fortis prędicatores ſancti.

**Et nemo poterat, neqꝫ in cœlo, neqꝫ in terra, neqꝫ ſubtus terrā aperire librum: neqꝫ reſpicere illum: & ego flebam**

multum, quia nemo inuentus eſt dignus aperire librū: neq; videre eum.

Mira verba, ſed mirabilior ſnīa q̄a occulta, tectaq; nobis: demus ergo operā q̄uo palā fiāt. Et nemo poterat neq; in cœlo, neq; in terra, neq; ſubtꝰ terrā apire librū, ⁊ q̄ ſequunt. In cęlo erāt ſimplices ſpūs, q̄ āgeloꝝ vocābulo ſolēt appellari. In t̄ra hoīes mortali cincti corpe. Subtus terrā, animę expiandę, vt cōiter dicit̄ quę igne purgatorio indigent ob ſcoriā pc̄ti, quā fragilitas vitę contraxit in illis. Alij referunt ad antipodas q̄ cōuerſis pedibus ad nos feruntur, vt ſit ſenſus. Nemo in cœlo, q̄a neq; angelus humanę ſalutis diſpenſationē implere poterat: hoīes enim redempturus filius dei, vera humanitate aſſumpta cuncta p̄ ſe in carne adimplere voluit. Hinc Eſaias ait, Nō angelus, nō legatus, ſed ipſe dn̄s ſaluos faciet eos. Siue iuxta vulgatā ęditionē. Angelus faciei eius ſaluauit eos: in dilectione ſua, ⁊ indulgentia ſua ipſe redemit eos. cap. 63. Quaſi id peculiariter ſibi ipſi vendicarit deus. Neq; in terra, q̄a neq; hō viuens in corpore. Redimendus enim erat homo, ⁊ ideo auxilio egebat alieno, id eſt, ſolius creatoris dei: ipſe enim redemptionis deſpenſationē implere nō poterat p̄ ſe. Neq; ſubtus terrā q̄ eſſent, q̄a neq; animę exutę a corpore. Si enim hō viuēs in corpore, q̄ vtiq; pōt tanq̄ victima mori, hoc implere nō poterat: quanto minus aīa a corpore ſeiugata quę mori iam nō poterat: vt nemini niſi chr̄o diſpenſationis munus debeat: ⁊ ideo recte dicit̄, q̄ nemo librū aperire potuerit, neq; angelus, neq; mortalis hō, neq; vlla anima, ad quorū neminē redēptio pertinuit: ⁊ per conſequens, neq; myſterioꝝ eccl̄ię dei reuelatio. Sequit̄. Et ego flebā multū. Quid eſt q̄ Joannes dicit ſe ſuperinde multū fleuiſſe? Nonne iā chriſtus impleuerat myſteriū redēptionis noſtrę? Nonne aperuerat ſenſum diſcipulorū ſuorū, vt intelligerent ſcripturas? Aut nunq̄d ſine myſterioꝝ intelligentia hęc videbat? Quomō ergo fuit in ſpū? Quomodo aſcendere iuſſus, ſi ſine intelligentia fuit? ergo minime ꝓpheta fuit? Aut ſi cū intelligentia mens eius erat, cur flebat quia nemo inuentus ſit dignus aperire librū ſcripturę ſacrę, quē ſciebat p̄ chriſtū iam p̄ paſſionē ⁊ mortē apertū? Sed verius forſitan fletū antiquorū patrū ex deſyderio expectationis hic Joānis fletus exprimit q̄ ꝓpriū. Aut ſi ꝓprius illi fletus hic ſit, incunctanter adſtruimus librū ſigillatū, hanc Apocalypſin fore, quę in typo tū ipſi Joanni exhibita fuit: cuius myſteria nemo dignus fuit aperire, niſi is q̄ apit, ⁊ nemo claudit: quiq; ptātē accepit ſup̄ oīa: q̄ agnus occiſus fuit ꝓ pc̄tis noſtris: quā (dico Apocalypſin) dedit illi deus palā facere ſeruis ſuis. ſupra cap. 1. Unde ēt liquet verius librū ſigillatū Apocalypſin hāc eſſe q̄ neſcio q̄d aliud: hoc eſt eorū ſignificationē quę oportet fieri p̄ totum tempus eccl̄ie. Quę q̄a nondū intelligebat Joānes, flebat q̄ nemo fuiſſet inuentus, q̄ ea retegeret. Breuiter, vnus liber fuit oſtenſus Joanni intus ⁊ extra ſcriptus, ⁊ fortiter ſignatus tot ſigillis quot in eo

De purgatorio

Chr̄s ſolꝰ redēptiōis munꝰ obire debuit, ⁊ myſterium iplere.

Joānis fletus fletum antiquorū patrū exhibet.

recondita eſſent myſteria principalia: quę quia nemo aperire potuiſſet, nec intelligere ipſius arcana flebat: putabat enim (vt res erat) diuitias incõparabiles cognoſcibiliũ in eo fore. Locus offert ꝑ qua re ſit lugendũ, q̃a nõ ꝓ ęgritudinibus corporũ, aut aduerſis, morteue parentũ, aut liberorũ: ſed ꝓ veritatis ignoratione, proq; cecitate noſtra, ꝓ ſalutis dilatione, atq; impedimentis eius, quę in libro dei ſcripta ſunt, grauibus ſępe myſterijs intus ac foris. Nã ſicut infinita bona a veritatis noticia ꝓdeunt, ita ediuerſo a cęcitate mala infinita accidunt. Quo circa nihil tã deſiderant electi dei & dilecti: & ꝓ nulla re tã languent, dolent, ingemiſcunt, ſicut dũ vident librum dei nunime aperiri: proinde ſuſpirãt continue, p̄ęcant vt videant voluntatẽ dei in libri ſcripti apertione, quã vident ſe ſuo ſenſu aſſeq nõ poſſe: flent ꝙ legere ꝓ deſyderio animi in eo nequeant: legit in eo, q aperte dei voluntatẽ capit: videt q lucide ſpeculat, & pie viuit: quorũ etiã Joannes typũ gerit in ſuo fletu, ꝙ nemo ſatis dignus eiuſmodi reperiat. Perpauci enim capiunt, p̄ędicantq; verba ſalutis ad ſenſum dei, ꝙ iam ea ita aliquorũ nube obducta ſint, vt vix illis natiuus vltra ſuper ſit color, genuino ſapore diluto deprauatoq;. ¶ Punc. 4.

*Pro qua re ſit flẽdũ*

*Perpauci vere p̄ędicant dei verbum.*

Et vnus de ſenioribus dixit mihi, ne fleueris: Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix dauid, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.

Fieri nõ põt vt iuxta chriſti ꝓmiſſionẽ nõ conſolent q ſancte lugent Matt. 5. Ideo Joanni pręſctõ deſyderio lugenti mittit de ſenioribus vnus, & hic eximius, q lugentẽ ſolat, ita dicens, Ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu Juda, &c. Qua voce cũ ſenior nõ ſolũ ſolat, verũetiã intentũ docilemq; reddere conat: quatinus carũ rerũ, quę ſub imagine offerrent, diligẽtior inſpector, & ſcrutator fieret prudentior. Ubi nõ incongrue quęrit, cur fortis ille angelus, q nunc primũ clamauerat di. Quis eſt dignus &c. nõ fuit ſolatus Joãnẽ, ſed ſenior vnus de. xxiiij. Sed certe Joãnes hic typũ p̄ęſefert miniſtrorũ verbi dei, quorũ eſt ſecreta dei myſteria ſolicite ꝑſcrutari: angiq; ſicubi nequeant ad eorũ veritatẽ penetrare: optare autem ſibi doctorẽ q ea reſeraret ex ſcripturarũ teſtimonijs, magis q̃ ratiocinationibus ꝓprij cerebri: q & ipſi dũ chriſtũ p̄ędicant & quę chriſti ſunt nõ niſi id ſcripturarũ teſtimonijs tentare debent, quę a ſanctis ſenioribus retecta veraciter ſunt. Ea itaq; cauſa nõ angelus, ſed vnus e ſenioribus ſolat Joannem. Hinc Apl'us Gal. 1. Licet, inquit, aut angelus e cœlo euãgelizet vobis pręter id qđ euangelizauimus anathema ſit. Quis vero is ſenior fuerit nõ conſtat, neq; enim noiat, niſi ꝙ vnus e ſenioribus fuerit: nec multum refert de hoc inquirere: ſatis ſit ꝑ myſteriũ hunc tenere. Semper enim ſeniores, & qui in ſcripturis exercitati ſunt, in dubijs obſcuriſue rebus ſunt conſulendi: quemadmodũ & in cauſis forenſibus magis practici iureconſulti cõſulunt. Sed vide, Leonem nominat, quẽ mox agnũ viſurus erat. Quare hoc? Nimirũ q̃a hic q ꝑ manſuetudinem &

*Senior conſolat Joannes.*

patientiā in ſua paſſione agnus erat, corā tondente ſe obmuteſcens, ⁊
nō aperiens os ſuū: ipſe idē cōſummata paſſione mox vt catulus leo
nis ad prędā aſcendens herebū ſpoliauit. Quiqꝫ in ſepulchro accu- Chr̄s leo
bans vt leo ⁊ quaſi leęna in cubili ſuo: ipſam quoqꝫ corporis mortē eſt ⁊ agnꝰ
in ſemetipſo primū, deinde vero in nobis ſuperans: tertia die magno
rugitu diuinę potentię excitatus fuit, vehementius ipſe rugiturus quā
do ad iudiciū veniet cū ſenibus ppl̄i, ſicut dixit Eſa. cap. 3. circundan-
te eū valida tempeſtate, Cum ptāte enim magna ⁊ maieſtate ventu-
rus eſt, vt teſtatur Luc. 21. Ad cuius rugitū mortui oēs euigilabunt.
Oēs enim ꝗ in monumentis ſunt audient tū vocē filij dei: ⁊ proce-
dent ꝗ bona egerunt in reſurrectionē vitę: ꝗ vero mala in reſurrectio-
nē iudicij Joan. 5. Ait ergo. Ecce vicit leo de tribu Juda, id eſt: homo
ille, ꝗ iuxta ꝓpheticā veritatē quā Jacob prędixit, naſciturus erat ſum
ma oim̄ expectatione de tribu Juda, vicit ſua fortitudine principē ad-
uerſe ptātis diabolū: ⁊ is talis ac tantus, vtpote quē ſtēmata Dauidi
ca in primis cōmendant: imo ꝗ ſeipſo clarā aliōꝗ Dauidis familiā
inſignimorē planeqꝫ reddidit heroicā, ſolus dignus fuit aperire librū,
⁊ ſoluere ſeptē ſignacula eius. Sed cur ita ſermonis ordo digeſtus
ſit. vt diceret, Ecce vicit leo de tribu Juda, radix Dauid. Nonne lucu-
lentius dici poterat. vicit leo de tribu Juda, de ſtirpe Dauid? Chriſtus
enim vt de tribu Juda, ita ⁊ de ſtirpe Dauid extitit oriundus. Quę eſt
ergo in hunc modū digeſti ordinis ratio? Magna vtiqꝫ. Nam ſi di-
xiſſet, de ſtirpe, vel de ſemine Dauid, cauſam ſuo merito minus expli
cuiſſet, vnde videlicet chriſtus leo ſit: ⁊ vnde vincere potuerit. Etenim
ſm̄ ꝙ de tribu Juda eſt, ⁊ ex ſemine Dauid, Deus nō eſt chriſtꝰ: neqꝫ
hinc mortē ꝓfligauit, aut tartara defregit, neqꝫ reſurgere potuit. Ma
gnificentius ergo ⁊ ſublimius quiddā de eo dici debuit. Cum itaqꝫ
dicit Radix dauid, magnifice loquit̄ de chriſto: quippe abunde ma- Chr̄s cur
gnificū eſt ac ſublime, eius eſſe radicē, de cuius ſtirpe deſcendit. Si ad radix Da-
carnē chriſti reſpicias, ſic nō eſt chriſtus radix Dauid, ꝗa nō radicem uid dicat̄.
arbor ſuſtinet, ſed radix arborē. Proinde iuxta diuinitatē radix eſt, nō
humanitatē: etenim habent radicem in chriſto quęcunqꝫ fecit deus
Dauidi. Eſt enim chriſtus radix, ⁊ cauſa oim̄ ꝓmiſſionū, et in eo ſolo
perfecte adimplent̄, quę de ſemine, ⁊ throno dauidis multis ſcriptu-
rę in locis ꝓmittunt̄. Quinpotius in typū illius eſt, ⁊ ipſum Dauidis
regnū, ⁊ ſapientia Salomonis, ⁊ templū ędificatū, qđ oim̄ electorū
congregatio eſt: quorū firmū fundamentū qđ totū edificiū ſuſtineat
chriſtus eſt, ꝓpter quē a deo in ęternitate ſunt pręſciti ⁊ prędeſtinati
cuncti electi, in quo ⁊ vocati, ⁊ iuſtificati, in honorē glorie eius. Qua
etiā ratione nō ſolū Dauidis, ſed ⁊ cunctorū electorū chriſtus radix Chr̄s cun
eſſe perhibet̄, tametſi Dauidis ſpecialiter recenſet̄: ꝙ ex eius ſemine ctorū ele-
ſit, vt erat ꝓmiſſus, ꝗ cultū dei amplificauit, illuſtrauit, ⁊ in ſummo ctorꝫ radix
honore collocauit: ⁊ multis ac varijs modis chriſtū in vita expreſ-
ſit, ſermoneqꝫ depinxit. Proinde aliquando ipſe chriſtus dominꝰ in
ſcriptura Dauid vocat̄ vt Ezech. 34. ⁊ 37. Oſee quoqꝫ. 9. Porro ad ꝗd

vicit leo iſte:radix dauid:nempe vt aperiat librũ,& ſoluat ſeptem ſi‑gnacula eius,hoc eſt,vincendo promeruit,vt vniuerſis ex corde aman‑tibus,diuini propoſiti ac ſcripturę ſacrę myſteria pandat,auferens im‑pedimenta quibus acies humana arcebatur,vt non liber inſpici poſſet: hęc ſunt,cęcitas,& peccatũ: quorũ vtrunq; gladio fidei a nobis abſci‑dit chriſtus. Docet Paulus.2.Cor.3.ita dicens,Moyſes ponebat ve‑lamen ſup faciẽ ſuã,vt nõ intenderent filij Iſrael in eũ quod euacuatur: obtuſi enim ſunt ſenſus eorũ,vſq; in hodiernũ diẽ id ipſum velamẽ in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatũ,quod in chriſto eua‑cuatur:ſed vſq; in hodiernũ diẽ quũ legitur Moyſes,velamen poſitum eſt ſup cor eorũ:quũ aũt cõuerſus fuerit ad deũ auferetur velamẽ. Nos vero oẽs reuelata facie gloriã dñi ſpeculantes, in eandẽ imaginem transformamur a claritate in claritatẽ,tanquã a dñi ſpũ. Ut bene di‑ctũ ſit, quod nemo poterat legere in libro myſteriorũ dei, in quo deus mentẽ ſuã occultius inſeuit,preter eum,cui chriſtus aperuerit,ablata cęcitate mentis eius,& dederit intelligentiam ad capienda myſteria. Quod vbi datũ ſit,mirum quantũ animus veri boni cupiens gaude‑at,ſatieturq;:eſt enim pabulum ſuaue illi ac delectabile,virtutẽ pre‑ſtans & fortitudinem,vt iã preter id cupiat nihil: quo robuſtior con‑tra aduerſa exurgit ſemper.

## DE AGNO CORNVTO: ET OCVLA‑TO. SEC. 2. PVN. 1.

ET vidi,& ecce in medio throni, & quatuor anima‑liũ:& in medio ſeniorũ,agnũ ſtantẽ tanquã occi‑ſum,habentem cornua ſeptẽ,& oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus dei miſſi in omnem terram.

Uiſio mẽtalis Ioãnis tota.

Quũ dicit,vidi,nõ ad corporalẽ viſionẽ referendũ eſt(vt ſępe dictuz eſt)ſed mentis,in qua tum temporis ſibi viuebat Ioannes,cui imagi‑nes tales occurſabant,vt ſolet in ſomnis. Quid aũt thronus,quid qua‑tuor animalia,quid deniq; ſeniores ſint,plus ſatis iã explicatuz eſt ſupra. De agno nemini dubiũ,quin ſit chriſtus orbis ſeruator, qui in medio iccirco ſtare dicitur,quia conſyderat vniuſcuiuſq; opus quale ſit: aut de qua radice prodeat:vt aut remuneret,aut puniat. Scriptũ eſt in Eſaia,Stat ad iudicandũ dñs,ſtat ad iudicandũ populos,Eſa.3. Quãuis & ad opitulationẽ ſtare nonnullis exiſtimetur: circũſpiciens quippe ſuorũ vires adiuuat infirmas ad explendos conatus, ſi ſint omnini inq; dei cultũ ordinati. Stabat & in medio ſuorũ diſcipulorũ, ideo aiebat,Ego aũt in medio veſtrũ ſum,ſicut qui miniſtrat Luc.22. Et iterũ Matth.18.vbi ſunt duo vel tres cõgregati in noĩe meo,ibi ſum in medio eorũ. Et cap.28. Ecce ego vobiſcũ ſuz omnibus diebus,vſq; in conſummationem ſeculi. Ideo & in hac ſcriptura in medio throni & animaliũ,& ſeniorũ videtur:nã & poſt reſurrectionẽ in medio diſcipulo‑rũ ſuorũ ſteriſſe legitur Ioan.20.qui ab ęterno in trinitate medius fuit:

Chriſtus in medio ſtat.

etenim filius inter patrē medius eſt ⁊ ſpūm ſanctū. Ideo vbiq; me-
dius fieri voluit: medius inter animalia, medius inter latrones, me-
dius inter diſcipulos: nā videlicet hoc claro pręſignamine oſtendens
ſeſe eē mediatorē indubiū dei hominumq; , q dedit redemptionē ſe-
metipſum pro omnibus. teſtat Apſus. 1. Tim. 2. vt merito in medio
throni, ⁊ aīaliū, ⁊ ſeniorū, conſtitiſſe memoret: ꝙ libenter verſet cū
filijs hoim, poſtq̄ hō factus eſt, maxime ſpūaliū, q in ſpiritu viuunt.
Nā ⁊ animal vocabulū hoc ſermonis ꝓprietate id pręſeferre videt:
hi ſunt, quos nō tangit cura carnis, puri, innocenteſq;. Stat autem Chr̄s leo
tanq̄ agnus occiſus, qui pauloante leo erat. Eſt enim ⁊ agnus ⁊ leo eſt ⁊ agnꝰ
chriſtus, Agnus in imolatione: leo in reſurrectionē. Equidē is, q ipſe,
quo mortē pateret, vt agnus imolaticius fuit: ſed in reſurrectione for-
tis vt leo rugiens exilijt. Nā ⁊ cuſtodes circa ſepulchrū eius exterruit,
⁊ velut mortuos conſtrauit. Infirmius ergo, ⁊ veluti impotens mortē
ſubiuit, ideo agnus: ſed fortis vt leo eandē ſuperauit. Utrūq; horum
teſtimonio ſcripturę roborat. Nā quē leonē Iacob grandęuus pater
Gen. 49. prędixit, hunc ꝑ agnū Moyſes in egypto figurauit. Exo. 12.
Expreſſit agni nomē Eſaias pluries, ſiue dū emitti precaret. cap. 16.
di. Emitte agnū dn̄e dn̄atorē terrę: ſiue dū inter ſeuiſſimos ſtatuit tor-
tores, Quaſi inquiens, agnus corā tondente ſe obmuteſcet, cap. 53.
Ab hoc agno agni vocant ⁊ ipſi fideles, q vere fideles ſunt. Eſa. 40. Scti agni
In brachio ſuo congregabit agnos. Chriſti ergo ſeruatoris, ꝓprijſ- ſunt.
ſimus typus eſt agnus, qa manſuetus, ⁊ ſine malicia, tonſus, ⁊ mul-
tis modis in carne afflictus, ductus ad victimā ⁊ cœſus. Qua etiam
ratiōe, agni ſunt ipſi ſancti, quēadmodū prędicta ſcriptura teſtat. Et in
pſalmo. 43. legis exprēſſe, Qm̄, inquit, ꝓpter te mortificamur tota die
ęſtimati ſumus velut oues occiſionis. Cęſus eſt agnus chriſtus: cęſi ⁊
ſcti plurimi: ille ꝓ his: hi pro illo, diuerſa tamen in cauſa. Cęſus eſt
chriſtus vt multorū ſcelera expiaret: ſcti, vt gloriā chriſti dilatarent,
fidē roborarent. Iā ſi fideles agni ſunt, q̄ nō deceat illos a ꝓprietate
agni diſcedere vides, id eſt, vt manſueti ſint, humiles, ꝓprijs conten-
ti: ⁊ ea cōicantes ſicubi ꝓximi neceſſitas flagitet, continentes, candi-
di, virtutibus pleni. Nanq; hoc ipſo agni eſſe deſinunt quo moribus
a vero agno deſciſcunt, nec quę agni ſunt faciunt. hoc eſt. ſi noxie vi-
uunt, eorū omnimodis induentes nomen quorū mores emulantur.
Rapax es: in lupū abijſti. Ferox: leonē exprimis. Iracundus: vrſus
es. Cęno luxurie immūdus: ſus. Piger: aſinus. Doloſus: coluber. Ela-
ta ceruice ſuperbus: equus benę paſtus ac recalcitrans. Proinde opꝰ
tibi erit, vt moribus agni te conformes, ſi chriſtū ꝓpinquius exprime-
re voles, q tanquā occiſus in exemplū imitandi tibi occurrit. Iam ve-
ro videamus ⁊ hoc. Cur in contextu verborū, tanquā, hęc particula
apponat: Aut qd velit ibi, tanquā: nēpe vt plane caperes, qa agnus, Chriſtus
q pro eluendis ſceleribus mūdi imolatus erat, nūc viueret: nec mors tanq̄ mor-
illū continuit a vita: quē Petro aſſeuerante deus ſuſcitauit ſolutis do- tuus cur
loribus inferni, iuxta qđ impoſſibile erat teneri illū ab eo. Actu. 2. Et dicatur.

idē Paulus magnifice atteſtat̄ quū dicit. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam nō morit̄, nec vltra mors illi dn̄abit̄. Quedā tamē certiſſima argumenta mortis adhuc ſublucent in eo, hec ſunt vulnerū cicatrices inſigniorū, que palpanda a reſurrectione prebuit diſcipulis dicens, Uidete manus meas, et pedes meos, q̄ ego ipſe ſum. Luc. vlti. Et Joan. 20. Thome dicit, Infer digitū tuū huc, et vide manus meas: affer manū tuā, et mitte in latus meū: vt planum eſſet ipſum occiſum

Cbis cur cicatrices vulnerum retinuit.

q̄dē fuiſſe, et mortuū: ſed iam viuere: ergo tanquā occiſus agnus Joāni viſus eſt. qui etiā ſeptē cornibus munitus decoratuſq; fuit: ſeptēq; oculos habuit, quo preclarius ſapientia illi regnūq; deputet̄. Quid enim cornu niſi regni typus eſt? Legis apud Zachar. cap. 4. et infra cap. 17. expreſſe. Oculi aūt ſummā ac perfectā eius ſapientiā deſignant ſeptiformi ſpū ſup ipſum requieſcentē, q̄ ſupra in ſeptē lampadibus ob gratie pinguedinē luceinq; eſt deſignatus. Etenim apud ipſum eſt fortitudo, et ſapientia Job. 12. pluries iam dictū eſt ſeptenariū pfectionis rationē obtinere. Eſt ergo ſenſus verbi. Uidi chriſtū regnantē, et dn̄antē in medio ſctōrū in fortitudine grandi et ſapientia, et iudicio: q̄ oīa viuaciſſime tranſpiciat, nihilq; fit qd̄ eius obtutū effugiat, q̄ tot oculis reſpicit: et ij ſunt ſeptē ſpūs dei miſſi in oēm terrā: quorū vehicula apl̄i ſcti erant, p quos chriſtus ſpirituale ſuū regnū in terrarum orbe dilatauit, tradens eiſdem ſuā ſapientiā, quādo miſit a patre ſpiritū veritatis, cuius ductu et auſpicio ipſi vbiq; libere egerūt, vt impleret̄ qd̄ ſcriptū ē, Spiritus dn̄i repleuit orbē terrarū. Sap. 1. Oculi ergo ij ſpiritus dicunt̄, ſiue dona ſpūs, q̄ electos illuminant, vt videāt, et intelligāt. Dāt enī cernere illis, vt pbēt potiora, ac ſequant̄. ¶ Pun. 2.

Cornu typus eſt regni.

Et venit, & accepit librū de dextera ſedentis in throno.

Quum pater et filius et ſpūſſctūs, in diuinitate vnius eiuſdēq; ſint nature et eſſentie, Cur dicit agnū accepiſſe librū de dextera ſedentis? Rn̄deo, Quia q̄ agnus factus eſt tanquā occiſus, id eſt. ipſe hō aſſumptus a verbo: nō ſolum a patre accepit et ſpū ſctō, ſed et a diuinitate ipſius verbi videlicet authoritatē implendi, que in lege erant ſcripta de ſe et pphetis: nec ſic accepit, vt nō proinde maneret liber in manu

Librū habet diuinitas et humanitas.

deitatis. Habet ergo deitas librū, habet et hō chriſtus. authoritatiue habet deitas, diſpenſatiue chriſtus. Uenit ergo et librū accepit: non ſic accepit queadmodū nos ſolemus aliquid ab alio accipere vt apud illū vltra nō ſit: ſed ſic, vt et apud illū, a quo accepit remaneret, et qui accepit eo potiret̄. Apud illū a quo accepit authoritatiue: diſpenſatiue aūt apud illū qui accepit, id eſt. ſm q̄ adimpleuit quando hoiem redemit. Uoluntate venit, vt librū acciperet, id eſt. vt volūtatē patris impleret. In capite inquit libri ſcriptū eſt de me vt facerē voluntatē tuā deus meus: volui, Pſal. 39. Hic qd liber ſit niſi decretū diuinum, qd caput libri niſi ſumma omniū contentorū in libro: in cuius principio p eternā predeſtinationē chriſtus erat poſitus, q̄ in vniuerſum patris precepto obtemperaret. Sic ergo accipe, Eadē eſt patris et filii

in diuinitate voluntas, ſicut ⁊ natura: alia tamen hominis chriſti, ſed nihil ab illa diſcrepans: q̄a in capite libri ſcriptū erat vt faceret patris voluntatē. Proinde quū in paſſione inſtantius calicē deprecaret, dicebat, Nō mea voluntas, ſed tua fiat pater. Luc. 22. Et alibi, Non veni facere voluntatē meā, ſed eius q̄ miſit me patris. Primaſius vetus explanator, p̄ librū ipſam diſpenſationem intelligit: cuius verba hęc ſunt. Librū de dextera ipſam diſpenſationem a patre ⁊ a ſeipſo diſpēſatā, accepiſſe filius hoīs dicit, q̄a vterq̄ cum ſpū ſuo in throno habitat. Deniq̄ dexteram, inquit, hic ē̄t ꝓ felicitate victorię debem⁹ accipere: nec carnaliter intelligi debet, tanquā de alia patris dextera librū dicat accipere, quū idem filius patris, idemq̄ ſit ipſa dextera. Sed quū ſemꝑ vincit in ſuis, q̄ dicit, confidite, ego vici mundū, ſuāq̄ eccleſiā victricē fecit exiſtere, de ipſa declaratur librū accipere. Hęc ille alto ſatis ſenſu, declarans chriſtū eſſe dexterā patris, iuxta qđ deus, ⁊ ipſam dexterā victoriā deſignare, quā efficit in electis. Grande verbū efficere victoriā in electis, quo diſcimus eos ſolos fore electos, in q̄bus vincit chriſtus: tā ardenter flagitandus eſt a nobis, vt vincat in nobis, qui alibi ait, Sine me nihil poteſtis facere. Rurſum. Sicut palmes nō pōt facere fructū a ſemetipſo niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. q. d. Inde habetis virtutē fructū faciendi Joan. 15. Hęc dicta ſunt ſm̄ eos, q̄ librū, diſpenſationē redemptiōis intelligunt: aut ſane totā ipſā ſacrā ſcripturam. Sed ne prioris quoq̄ ſenſus obliuiſceremur quo librū ſpeciatim in hanc Apocalypſin ſupra retulimus: ſic accepiſſe librū de dextera ſedentis in throno agnū intellige, quēadmodū dictū eſt in principio datam eſſe Apocalypſin chriſto hoī a deo palā facere ſeruis ſuis. Sequitur. ❡ Punc. 5.

Chrīs efficit victoriam in electis.

Et quum aperuiſſet librum: quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt corā agno, habentes ſinguli citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorū, quæ ſunt orationes ſanctorum.

Agnus librū aperuit, quando ea quę multo ante de ipſo fuerāt prę nunciata opere impleuit: vnde oēs ſcti eccliarū chriſti, agnoſcentes illū ſuū benefactorē deū ⁊ dñm, de quo tot oracula pręnūciata ſunt, quiq̄ myſteria impleuit oraculoꝝ, cuius auſpicio ſalus omnibus obtigit: merito cadunt corā eo, tanquā ſumma veneratione digniſſimo, q̄ ſupra oēs ſingulariter diuinos honores ꝓmereat. Idē apuit ⁊ hoc decretū dei, librū ſcilicet Apocalypſis, quando oblatis ſignificationibus, myſteria quoq̄ eius Joanni reuelauit: in cuius gratiā ⁊ aīalia ipſa ⁊ ſeniores ꝓcidere: q̄a ⁊ ſcti prędicatores, ⁊ oēs dignitates poteſtateſq̄ ſuperinde gratias deo ⁊ chriſto agere debent, orationumq̄ ſuauiſſima odoramenta offerre: q̄a dei decreto, q̄cq̄d eueniat ecclę, fieri norint, cui in primis cura eſt de ipſa. Duo in hac veneratiōe obſerua. Primū humiliationē ſctōꝝ. Secundo meritū pręconiū. Humiliationē in eo q̄ ceciderunt, nō quidē vulgarē, ſed quę ex fide eſt, poſt

Chriſto reuerentiam debemus omnes.

ſummę maieſtatis recognitionē. Sic & cęcus ille natus poſtq̄ illu-
minatus eſt chriſtūq; bnfactorē agnouit, pcidens vt deum adorauit
Joan. 9. Et Magi pcidentes adorauerunt eū. Matth. 2. Meritū prę-
**Cithare qd in ſa-cra ſcriptura ðſignēt** coniū deſignat in citharis & phialis. Jn citharis nanq; ſolent modu
lari panegyrici cantus heroum: & phialis aureis in menſis regū con-
uiuę exhilarant. Et certe frequens eſt in ſcriptura ſacra vt cithara, tu-
ba, decachordū, lyra, organū, aliaq; huiuſmodi typus ſint ſpiritalis
cuiuſdā ac verę chriſtianę harmonię: conuenit ad hanc harmoniam
ſanctus & expurgatus hoīs ſenſus, vt iā nolit aliud q̄ qđ diuinā con
ſpicit affectare mentē, cui p oia conſentit, vitat contraria. Sūt in hac
harmonia dei voluntas, & chriſtus, fidelis mens, cor, & opa cū cęte-
ris virtutibus, ac noticia myſteriorū libri dei. Hanc citharā habue-
runt oēs ſeniores ſcti, q aduentū, tempuſq; victorię agni pręceſſerūt:
habemus & nos nouę gratię perceptores, q gratiarū melodias edi-
mus in templo dei. Habuerunt & phialas aureas, plenas odoramen
**Phiale ſancti ſunt dei.** torū, quę ſunt orationes ſanctorū: ſicut p ſe declarauit. Phiale parte
infima anguſtiores ſunt, ſuprema latę: & certe ſcti ſunt phialę, q ad
carnē ſeſe coāguſtant, ne qd in mundo concupiſcant: ad ſpūm ampli
tudine imodica ſeſe dilatantes: q exhilarati ſpū dei dicunt, Viā man
datorū tuoꝝ cucurri, quū dilataſti cor meum Pſal. 118. Anguſti ſunt
ad ſeipſos, ēt neceſſaria a ſeipſis abſtrahēdo. Lati ad primos, neceſſi
tatib9 eorūdē liberaliter ſuccurrēdo. Nec ſolū phialę, ſed ēt aureę ſcti
dicunt, qa charitate pręcioſi: hę ſunt vaſa aurea in domo magna bo
ni odoris, chriſti ſuauitate fragrantia: de quibus meminit Paulus. 2.
Timo. 2. Orationes porro ſctōrū ſunt gratiarū actiones congratulan
tiū pro mundi ſalute, & interceſſiones p paruulorū ſtabilitate. Jtē de
beneficiorū percepta collatione diuinę bonitatis commendationes.
**Cithara crux xpī.** Alijs cithara crux chriſti eſt, quā in myſterio accipere & tenere debēt
fidei pfeſſores, q in ea diuerſimode tendunt, vt chordę: referūt tamē
eundē fidei ſonitū. Quando igit, q ſunt chriſti, carnē ſuā crucifigunt
cū vicijs & cōcupiſcentijs, tanq̄ citharis concinunt chriſto, in carne
ſua adimplentes quę deſunt preſſurarū chriſti. Quaſi enim cithara
Paulus chriſto cōcinebat: quū diceret, Mihi mundus crucifixus eſt,
& ego mundo. Et rurſum. Nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigma-
ta dñi Jeſu in corpore meo porto. Habent ergo ſancti citharas in paſ
ſionis chriſti ęmulatione: habent & Phialas in pręceptorū charita-
tis obſeruatione, qua ſe effundunt orantes ęque pro amicis vt inimi
cis, quēadmodū acceperunt a chriſto dicente, Orate p perſequētibus
vos. Jd qđ inſigniter exequutus eſt ſanctus ptomartyr Stephanus
in Actis aplīcis cap. 7. Qui poſitis genubus pro lapidantibus orauit
**Ōrones ſctōrū aromatib9 cōparantur.** dicens. Dñe ne ſtatuas illis hoc pctm̄, qa neſciunt qd faciunt. Bene
autē aromatibus cōparant ipſę orationes ſctōrū: quia nulla magis
grata pōt eſſe oratio, q̄ quę p inimico fundit, vt dñi pceptū impleat.
Jtē etiā orationes ſanctorū aromata ſunt, q ſuaues & gratę deo, qui-
bus corda eorū plena ſunt: qa ſemp plena bona voluntate ſunt, qua

cupiunt

cupiunt miſericordiã dei, ⁊ ſibi ⁊ alijs ꝓuenire. Conſydera, Omnes dicunt habere ⁊ citharas, ⁊ phialas. nec vnũ ſine altero: qa nec ſpiritalis harmonia ſine oratiõe, nec oratio vera ſine harmonia, hoc eſt cordis ꝯcentu iubiloq; ſuauiſſimo eẽ põt. Proinde ſeqt. ¶ Pun. 4.

Et cantabãt canticum nouum dicentes, Dignus es dñe accipere librum: & aperire ſignacula eius: quoniã occiſus es: & redemiſti nos deo in ſanguine tuo, ex omni tribu, & lingua: & populo: & natiõe: & feciſti nos deo nr̃o regnũ, & ſacerdotes: & regnabimus ſuper terram.

Quo pertineat id qđ mox pręmiſſum eſt de citharis ⁊ phialis, exprimit di. Et cantabant canticũ nouũ ⁊c. vbi mentis eorũ iucunditas in ſumma gratitudine declarat: quandoqdẽ beneficia redẽptionis noſtrę facta ꝑ Jeſum chriſtũ dñm noſtrũ cõmemorant. Canticũ nouũ, nouũ eſt teſtamentũ, in quo noua oĩa ſunt. Noua eſt chriſti incarnatio, noua paſſio, noua mors, noua reſurrectio, noua ad celos aſcenſio, noua ſpiritusſcti miſſio, noua pctõrũ remiſſio: noua mortuorũ reſuſcitatio, ⁊ id genus reliqua oĩa noua. Ideo ⁊ ꝓpheta hortat, Cantate dño canticũ nouum: cantate dño oĩs terra. Pſal. 95. hoc canticũ ſcti iugiter cantant in eccłia: qa iugiter recolunt, ⁊ talia chriſtũ ꝓ ſe geſſiſſe recognoſcunt. Nihil eſt in nouo teſtamento qđ ad veterẽ hominẽ ꝑtineat: ⁊ ideo qcqd in eo eſt, carni ac ſanguini nouũ eſt. Nouũ ſui cõtẽptus: nouũ terrenę cupiditatis abdicatio: nouum crucis amplexus: nouum carnis mortificatio: nouũ dilectio inimici: ⁊ ideo nõ niſi ab innouatis cantat. Cantabant ergo, nõ iam exitũ de Aegypto: nõ tranſitũ maris rubri, neq; agnũ paſchalẽ, aut qd aliud tale: ſed gratiã factã ꝑ chrm̃: abolitionẽ pctõrũ: virtutẽ ſacramentorũ ſub ſpe futurorũ cœleſtiumq; bonorũ, quę promiſſa ſunt in ipſo chriſto Jeſu dño nr̃o renouatis ꝑ fidẽ ⁊ baptiſmũ. Ubi aduerte, Quinq; ex ordine de dño nr̃o Jeſu chriſto dicunt. Primũ ꝙ ſit dignus accipere librũ, ⁊ aperire ſignacula eius. Secundũ ꝙ reddit cauſa quare dignus ſit: ⁊ hęc eſt occiſio eius. Morte ergo ſua id ꝓmeruit: hac dignus fuit: nõ ꝙ prius fuerit indignus, ſed ꝓpter inuariabile decretũ altiſſimi, quo ſuę morti id tribuit. Tertiũ ꝙ redemit nos deo ꝑ ſanguinẽ ſuũ, ex oĩ tribu ⁊c. Nullũ enim aliud piaculũ ſufficiens erat delendo pctõ, quo miſere oẽs inuoluebamur. Sola igit mors ⁊ ſanguis xp̃i ĩ fato erãt, quibus deleret pctm̃, nobiſq; vita reſtitueret. Extat filij illud verbũ ad patrẽ. Sacrificiũ ⁊ oblationẽ noluiſti: aures aũt ꝑfeciſti mihi. Et iterũ. Holocauſtũ ⁊ ꝓ pctõ nõ poſtulaſti: tunc dixi ecce venio. ps. 39. Qui itaq; ſponte ꝓ nobis cęſus eſt, fudit ⁊ ſanguinẽ: ille idẽ nos ex omni tribu, ⁊ lingua, ⁊ pplõ, ⁊ natione, ſicut erat prędeſtinatum redemit: ac heredes cœli ſubſcripſit, conſtituitq;. Senſus ergo verbi eſt. Tuę paſſionis merito (o Chriſte) collecti ſum⁹ oẽs in vnũ dei regnũ, ex omni natione, quę ſub cœlo eſt. Uides hic ꝑ aĩalia, ⁊ ſeniores totã

Noua oĩa in nouo teſtõ.

Chriſti morte redimendi eramus.

dei ⁊ chriſti eccliam in ſuis ſummatibus figurari: vt miſerorū quorū dam argutia concedat, q ad ſingula indiuidua reducere eā pertinaciſſima nitunt concertatione: nec decretū aliter vllū ſanciri poſſe, niſi adſint ⁊ cerdones, cloacarijq3. Quartū eſt ꝙ facti ſumus oēs ꝑ illū ſacerdotes deo abſq3 diſcrimine. ſed quō dictū ē ſupra. cap. 1. Sec. 2. Punc. 10. Quo ſenſu ⁊ in Petri canonica legis. Uos eſtis genus electū, regale ſacerdotiū, gens ſctā, pp̃ls acqſitionis, hoc eſt, q in lucrū acceſſit: vt annūcietis virtutes illius, q de tenebris vocauit nos in am mirabile lumen ſuū. 1. Pet. 2. Ji nanq3 oēs ex ęquo dñi conſortes vnctionis chriſti, qua vnxit deus illū p̄ꝫ participibus ſuis. vt Pſalmus teſtat. 44. Nec tamē proinde ęque oēs miniſtri ſacramētorū dei ſunt, hoc eſt, nō oēs externa functione ſacerdotes, ſicut nec oēs externe reges: in qḋ alijs vnctionibus aliaq3 conſecratione vtunt. Spiritaliter ergo tm̄ ſacerdotes ſumus, in qḋ ſacerdotij genus nō requiritur conſecratio externa ꝑ epm̄, ſed ſolū ſpūalis, qua vnxit deus pater chriſtū ſuū, in quo oēs ſpiritualiter ſacerdotes ſumus ⁊ reges. Quū enim ex ęquo ꝑ baptiſmū illi inſiti ſumus oēs, fieri nō pōt quin participes ſimus ſimul ⁊ vnctionis eius, dignitatis quoq3: ideo etiā vngimur quū baptiʒamur vnctione chryſmatis externe: quę deſignat internā illā vnctonē, quę fit ꝑ ſpiritū ſanctū. Facti ergo oēs ſacerdotes in chro ſpūaliter ſumus: nec tamē conſectariū eſt, vt oēs miniſterio ſacerdotali fungamur in dei eccſia, in qḋ ſpecialis ordo requirit ſolēnibus ceremonijs inſtitutus. Quintū eſt, ꝙ dicūt ſe factos regnū: nō dubiū quin ſpūale, qḋ eſt eccſia, ſiue multitudo credentiū in vnitate fidei congregatorū: ideoq3 glīant ſe regnaturos ſuꝑ terrā, nō in terra. Quid enim in terra iſta habent ſctī, niſi tribulationes, angoreſq3, tū multos tū maximos? Suꝑ terrā aūt gloria eorum manet in ęternū. hoc eſt. in cęlo, qḋ eſt ſuꝑ terrā. Aut certe ſuꝑ terrā regnabunt ſancti nō obnoxij cupiditatibus eius. Haymo epus. Oēs inquit electi reges appellant, qa tyrannidē viciorū in ſe conſurgere nō ſinunt, luxurię appetitum frenant, ignē furoris extinguunt, ⁊ cętera huiuſmodi tentamenta in ſe conſurgere volentia obruunt. Sacerdotes quoq3 dñi: qa ſeipſos quotidie in ara cordis ſacrificium contribulatum offerunt, vt hoſtia viua fiant: ſe cū vicijs ⁊ concupiſcentijs mortificantes: hinc Paulus dicit, Obſecro vos per miſericordiā dei vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiā viuentē, ſanctā, deo placentē Ro. 12. Dūq3 hoc faciunt, ſuꝑ terrā reges exiſtunt: qa carnalia in ſe deſyderia, terrenaq3 comprimunt, ⁊ veluti ſuꝑ ſubiectā terrā lege virtutis regnant. Quod aūt dicunt. Et redemiſti nos, ex omni tribu, ⁊ lingua, ⁊ pp̃lo, ⁊ natione: volunt intelligi, ex oī gente quę ſub cęlo eſt colligendā fore eccſiā dei. Horū noīum pete expoſitionē infra cap. 7. Sect. 3. Punc. 1. Tribus: diſtincta familię collectio eſt ſm̄ origines ſuas: vt tribus Juda, tribus Beniamin. ⁊c. linguę multę ſunt ⁊ varię. Jnitio quot gentes tot linguę: deinde plures gentes ꝙ̃ linguę, qa ex vna lingua multę gentes ſunt exortę. Pp̃ls proprie ad iudeorū gentē refert. nationes

Margin notes: Eccſia3 in ſūmatib⁹ figurari. — Sacerdotes in xp̄o ſum⁹ oēs. — Scti ſunt dei regnū.

tot ſunt quot linguę. Italica. Gallica. Hiſpanica ⁊c.

## DE ANGELORVM TOTIVSQVE CREATVRAE APPLAVSV.

## SEC. 3. PVN. 1.

ET vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum: & erat numerus eorum, millia milliū, voce magna dicentium.

Quod hęc viſio tota ſpiritualis fuerit, hic manifeſtiſſime Joannes oſtendit, quū dicit. Et vidi ⁊ audiui vocē angelorū. Neq; eni vox videri pōt: ſed videre poſitū eſt ꝓ intelligere: ſicut ⁊ in Exodo legis, videbat populus voces, ideſt intelligebat, cap. 20. Totus quippe viſus vel auditus Joannis in ſpiritu fuit, ideoq; ſpiritualis. Quid autē ſit ꝙ angelorum multitudo erat in circuitu throni dei, ⁊ aialiū, ⁊ ſeniorū: niſi hoc ꝙ cœleſtis militię copijs cincta tuet eccleſia? Omnes (inqt apl̃us) adminiſtratorij ſpūs ſunt angeli: miſſi ꝓpter eos, q ſalutis capiunt hereditatē. Hebr. 1. Niſi enim cœleſtiū pręſidijs virtutū fulciret ecclia, inter tot aduerſantiū inſidias minime tuta foret: modo autē, ⁊ qa thronus dei in ea ſit, ⁊ in circuitu angelorū vallat agminibus, duplici velut munimine tuet. Hinc ſcriptū eſt, Sup muros tuos hieruſalem conſtitui cuſtodes. Eſa. 62. Hoc ⁊ ſi nō cernamus corporeis obtutibus: experimur tamen, ⁊ diſcimus, pręſertim ex eo ꝙ tantos ſpiritaliū nequitiarum nacti ſumus aduerſarios: q nō dies ceſſant nō noctes circuire nos, vt incautos decipiant, deuorentq;. 1. Pet. 5. Tanta tamē eſt dei circa nos prouidentia: tanta ſolicitudo, q ſeruari nos magis vult ꝗ perire, amari a nobis vult plus ꝗ timeri: ideoq; beneficia multiplicat quo ſuauius afficiamur illi. Scriptū eſt. n. Quia angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in oībus vijs tuis. ps. 90. Et dñs in euangelio ait, Angeli eorū in cœlis ſemꝑ vident faciē patris mei, q in cœlis eſt, Matth. 18. Quorum numerus, quū infinitus ſit, nobiſq; incognitus, Danielis ſupputatione vſus eſt, cap. 7. vbi ſimiliter legis, Millia milliū miniſtrabant ei. Nā ⁊ in Job ſcriptū eſt: Nunqd eſt numerus militū eius? cap. 25. Non tamen ita infinitus numerus eorū, vt apud deum infinitus ſit, q oīa fecit in numero, pondere, ⁊ menſura: ſed quoad nos: nemo enim ſcit quantus ſit numerus angeloꝝ: ſed nec ſciri pōt a nobis donec in via ſumus. Audis multitudinē angelorū, pręſidij virtutē intellige circa te. Igit ſęuiant licet aduerſarij, rugiant circa nos ſpirituales nequitię, ſiue vt leo leęnaq;: ſed nos cœleſtium virtutum pręſidijs cincti communitiq; ſumus, vt nō pręualeat hoſtis quātumuis ſęuus, quantūuis terribilis, ac paratus ad pręda. Fide deo, ⁊ tutus eris, q tantū angeloꝝ circumfudit eccleſię ſuę, cui vnius angeli cuſtodia ſatis forſitan eſſet. Ne tamen minus ſperares, tuo cōmodo id fecit: ꝓ te ergo circumfudit, quo tutus eſſes, ⁊ ꝓ tanto beneficio gratias illi ageres: ij thronum dei cuſtodiūt,

Videre ꝓ intelliger.

Angeli cuſtodes eccleſię dei.

Angeloꝝ numerus nobis incōpertus.

*Vox magna magni deſyderij typ⁹.*

& aīalia, & ſeniores. Ceterum vox eorum magna, magni ac fortiſſimi ſpiritus eſt typus, & ſummę charitatis argumētum q̄ nobis affecti ſunt aſſequutis gratiā ꝑ chriſtū: neqꝫ enim corporalis eſt vox angelis, tametſi btō Joanni ſic viſum ſit, in ſignum ſummę dilectionis, ſummeqꝫ exultationis, ꝓ gloria chri nata ex victoria, libri quoqꝫ ac ſignaculorum eius apertione, & noſtra redemptione ſaluteqꝫ. Porro fuit hęc vox typus ſyncerę & conſtantis ꝓfeſſionis veritatis in martyribus, q̄ ꝓ gloria noīs chriſti libenter mortē oppetiere: & etiā confeſſorum eius, quorū nō eſt numerus. Sequit cantus eorū. ¶ Punc. 2.

Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorē, & gloriam, & benedictionem.

*Chrs dignus ad omnia.*

Hęc omnia veriſſime agno chriſto cōpetunt, & virtus, & diuinitas, & ſapiētia, & fortitudo, & honor, & gloria, & benedictio. Qui alibi leo eſt ꝓpter fortitudinē, hic agnus ꝑ innocentiā, & ſimplicitatē: & qa in ſacrificiū eſt oblatus. Nota. Dignus eſt chriſtus accipere virtutē: vt eadē virtus, quę eſt in verbo, ſit & in hoīe aſſumpto ꝑ cōicationē: quatinus omnia poſſit deus & homo chrs. Et diuinitatē, qa in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Coloſſ. 2. Et ſapientiā, vt ſicut oīa ſcit verbū ante ſecula a patre genitū, ita ſciat ipſe homo in vnitate perſonę verbo coniunctus: nec quicquā ſit qđ eum latere poſſit: Ipſe quippe eſt dei virtus, & dei ſapientia. 1. Cor. 1. Qui etſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute dei. 2. Cor. 13. Et fortitudinē ad debellandum humani generis aduerſariū: cū quo velut gigas fortis ac potens conflixit, de quo in Pſal. 23. legis. Dn̄s fortis & potens dn̄s potens in prelio. Quod nec Eſaias reticuit, q̄ in. 9. cap. fatidici voluminis ita ſcriptum reliquit. vocabit nomen eius, deus fortis, & quę ſequunt. Et honorē, & gloriā, & benedictionē, ſubintellige. Dign⁹ eſt accipere chriſtus: honorē in reſurrectione: gloriā in aſcenſione: benedictionē in patris ad dexterā confeſſione: vbi ab vniuerſis benedicit. Dignū nāqꝫ erat vt humanitas filij dei, quę tanta ſuſtinuit: poſt ſputa, poſt alapas, poſt mortē, ac ſepulturam reſurgeret: & ad patris dexterā in ſumma gloria collocaret: laudaret ab vniuerſis: benediceret: glorificareturqꝫ. Obſerua. Acceperat chriſtus ab hominibus teſtimoniū, quum quatuor aīalia & xxiiij. ſeniores magna conteſtatione acclamauere eum dignum eſſe, vt acciperet librū, & aperiret ſignacula eius: Nunc accipit & ab angelis: qui etſi nō per ipſum redempti ſint: neqꝫ enim indigebant redēptione, qa nō perierant. At vero qa ꝑ diuinitatē eius conditi erant, et per ſanguinē fuſum nobis reconciliati, dicente Paulo, In ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlo & in terra viſibilia, & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dn̄ationes, ſiue principatus, ſiue ptātes, oīa ꝑ ipſum, & in ipſo creata ſunt Coloſſ. 1. Idē conſequenter ait. In ipſo complacuit oēm plenitudinē habitare, & ꝑ eū reconciliari oīa, in ipſo pacificans ꝑ ſanguinē crucis eius, ſiue quę in cœlis,

*Angeli reconciliati hoībus ꝑ ſanguinē chriſti.*

ſue quę in terra ſunt. Et Ephe.1. vt notũ nobis faceret ſacramentum voluntatis ſuę, ſm beneplacitũ eius, qd ꝓpoſuit in eo, in diſpenſatione plenitudinis temporũ. Quid vero ſit illud beneplacitum dei, continuo ſubiungit, di. Inſtaurare oĩa in chriſto Jeſu, quę in cœlis, ⁊ quę in terris ſunt. Hoc nimirũ erat beneplacitũ dei: videlicet impleto tempore ordinationis ſuę inſtaurare in fide chriſti, quę in cœlis ſemplena erant, id eſt, chorũ angelicum, qui diminutus erat: ⁊ quę in terris erant euacuata, id eſt, ipſos hoĩes ꝑ pctm̃ ꝓtoplaſti q perierant. Proinde qa angeli in ipſo conditi erant, ⁊ ꝑ ſanguinẽ eius recõciliati hominibus, pacificatiqꝫ: ⁊ numerus eorũ diminutus ex hominibus ſuppleret ꝑ ipſum, dico chriſtũ: bene ac ſapienter in circuitu ferũt de ipſo teſtimoniũ, ⁊ quidẽ voce magna, vt Joanni videbat, dicentes. Dignꝰ eſt agnus q occiſus eſt videlicet hiſce titulis veluti peculiaribus inſigniri: vt virtus, ⁊ diuinitas, ⁊ ſapiẽtia, ⁊ fortitudo, ⁊ honor, ⁊ gloria, ⁊ benedictio in ęuum conclamet illi. Hic velim animaduerte mihi prę̈conij congruentiá: qa enim angeli ſcti nõ perierant, iccirco quum dicerent, dignus eſt agnus, q occiſus eſt. nõ ſubiunxerunt, Et redemit nos: particulá videlicet, qua vſa ſunt aĩalia, ſenioreſqꝫ, dicẽtes, Qm̃ occiſus es, ⁊ redemiſti nos: ſed tantũ dicunt. Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt. Neqꝫ enim iungere pariter opus erat: neqꝫ enim angeli redemptione indigebant (vt diximus) quia pctõ non perierant: hõ ſolus indigebat, qa pctõ perierat, q ꝑ mortẽ agni veri redimendus erat. Obſerua. Agno olim imolato litabat deo: in typũ ꝙ verus ille agnus, nõ dubiũ qn chriſtus, ob ſalutẽ mundi foret imolandus: qua etiá ratione adhuc vetus illud nomen obtinet typicum figuraleqꝫ, quo ſignificat impletá eſſe in eo figurá ceſi agni ob pctm̃. Cui ſumma dignitas ex vnione diuinitatis ineſt. Niſi enim deus hoĩ vnitus eẽt, nõ grandior hęc eius dignitas hoĩm ceteroꝝ foret. Nũc qa diuina diſpenſatione factũ eſt, vt diuiná cum hoĩe naturá contineat: occiſiõe ſui ꝓmeruit pctm̃ reconciliato deo aboleri, parari ſalutem omnibus, aditum cœleſtis regni pateſcere: eo ꝙ in ipſo diuinũ beneplacitũ cõpletum ſit. Id qd ꝓ primo cantici verbo videlicet, Dignus es dñe, intelligi velim. Hinc ſeptẽ inſignia agni prędicant, virtus, diuinitas, ſapientia, fortitudo, honor, glia, ⁊ bñdictio, atqꝫ in iſto laudum catalogo pariter intellige vniuerſa quęcũqꝫ ſacris ꝓdunt literis de agno hoc. Sunt namqꝫ ⁊ alia multa maieſtatis eius noĩa, vtpote. Regnũ, imperiũ, ſalus, vita, ptás, ⁊ his ſimilia: quę agno chriſto excellentiſſime cõueniunt, in Judęorum ↄfutationẽ. Neqꝫ enim quũ legerẽt hęc in libris ſuis, dignum eum talibus titulis iudicabant, ſed nec modo iudicant, quẽ maiores eorũ vt agnum occidebant: occidebát ⁊ cõtemnebát: ⁊ ideo dicebát, Nonne hic eſt filius Joſeph, cuius nos nouimꝰ patrẽ ⁊ matrẽ? Joan.6. Indignũ ergo iudicabant, quẽ filiũ fabri paſſim clamitabant. Contra quos decertant angeli teſtificantes dignum eſſe eum prędictis titulis, veluti elogijs peculiaribus: quę nemini alteri competerent niſi agno chriſto ceſo ob ſalutẽ mundi, q virtutum

Angeloꝝ cantici differẽtia ab hominum.

Agni imolatione litabat oli.

Septem chři prę̈conia.

rex eſt Pſal.23.⁊.66.Cui pater dedit nomen, qđ eſt ſup omne nomen Phil.2.De quo Eſa.cap.9.vocabit nomen eius admirabilis, deus, fortis, princeps pacis, pater futuri ſeculi. Conſonat ⁊ Pſalmi verſiculus. Dñe dñs noſter q̃ admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. Porro ipſe eſt ſapientia eterna patris. de quo Jere.23. Suſcitabo dauid germen iuſtũ, ⁊ regnabit rex, ⁊ ſapiens erit. Et.1.Cor.1. Qui factus eſt nobis ſapientia a deo, ⁊ iuſticia, ⁊ ſanctificatio, ⁊ redemptio. Rurſum. Predicamus dei virtutẽ, ⁊ dei ſapientiã, ibidẽ. Cuẽ ſolum ſup oẽs decet honor ⁊ gloria, Paulo dicente. Regi autẽ ſcloꝝ imortali, inuiſibili ſoli deo honor ⁊ glĩa in ſcl'a ſcloꝝ amẽ.1.Timo.1. Itez alibi. Pſal.8. Glĩa ⁊ honore coronaſti eũ. Et iterũ Pſal.20. Magna eſt glĩa eius in ſalutari tuo ⁊c. Si ſalutare dei chriſtus eſt, ⁊ gloria iuſti magna eſſe in illo predicatur: dubium non eſt, quin maior ſit ipſius in quo glorioſus quiſq; eſt: vt iure benedicendus ab oĩbus ſit, in quo cuncti benedictionẽ accipiunt, ſcriptura dicente ad Abraham. In ſemine tuo benedicent oẽs gentes Gen.22. Qđ exponens apl'us Galathis ſcribens ait. Nõ dicit, In ſeminibus quaſi in multis: ſed quaſi in vno, in ſemine tuo, q eſt chriſtus. cap.3. vt clare caperes, qa in ipſo benedictionẽ oẽm ſumus cõſequuti. In qđ p Pſalmiſtã dicit. Qm̃ dabis eũ in benedictionẽ in ſeculũ ſcl'i. pſ.20. Per eũ intelligens chriſtũ quẽ pater de⁹ dedit in oĩm gentiũ bñdictionẽ, id eſt, vt oẽs benedicerent in ipſo. Ideo in Pſal.71. dicit. Sit nomẽ eius benedictũ in ſcl'a, ante ſolem permanet nomen eius, ⁊ benedicent in ipſo oẽs tribus terre. Itẽ Pſal.44. Quũ ſpecioſum eũ dixiſſet pre filijs hominũ, gratiamq; in labijs eius diffuſam: ſubnexuit, Propterea, inquiens benedixit te deus in eternũ. Accipiat ergo nunc agnus q ceſus eſt, qui ⁊ dignus eſt, virtutẽ eijciendi demonia ab eccl'ia, deq; delubris ac fanis gentium, de latebris ſimulachrorũ, vbi colebant, vnde dabant reſponſa fallacia, mentiendo ſe deos eſſe, quũ eſſent demonia, atq; inde exturbet ea dñs virtutum ⁊ glorie rex. De quo ſcriptuz eſt. Et in veritate brachij tui diſperſiſti inimicos tuos, Pſal.88. Accipiat ⁊ diuinitatẽ, iuxta fidẽ credentiũ: quatinus expulſis erroribus, verũ cultũ inſerat cordibus gentiũ, ſeq; illis innoteſcat: ſicut ſcriptum eſt, Regnabit dñs ſup gentes. Pſal.46. vtq; decãtent vniuerſi, Quia oẽs dij gentiũ demonia: dñs autẽ cœlos fecit. Pſal.95. Accipiat denique ſapientiã, qua regat eccl'iam ſuã, doceatq;: ne quis ſicophanta cuipiã ſuorũ imponat. Accipiat nihilominus ⁊ fortitudinem confundendi huius mundi ſapientes, iuxta illud Job.5. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eoꝝ. Et.1.Cor.1. Perdã ſapiẽtiã ſapientiũ: ⁊ prudentiã prudentiũ reprobabo. Quo fiet, vt neq; philoſophorum argutia oculis agni, neq; potentum fortitudo agni eiuſdẽ cornibus officiat: ſed ſuperet vbiq;, ⁊ regnet agnus. Porro accipiat ⁊ honorẽ ⁊ glĩã, quẽ in tẽplis eius benedicat oĩs fideliũ turma: quatinus palam preemineat cunctis, ſiue que in cœlis, ſiue que in terris ſunt: cuius virtus in oĩa ſigna ac prodigia: diuinitas nuſq̃ nõ ſubluceat: vigeat

ſapientia:fortitudo vincat in ſctis ſuis,vnde illi tribuat honor ꝛ gl̃ia ꝛ benedictio in ſc̃la ſc̃lorũ amen. O felicia tempora, tanta illuſtrata gratia. Quis mõ nõ videat diuinitatẽ chriſti,cui parent oĩa? Quis virtutẽ non miretur? Quis dignitatẽ non adoret? Quis non amplectatur ſapiẽtiam? Quis nõ cantet gl̃iã? Quis nõ fortitudini eius congaudeat? Quis honorẽ nõ extollat? Quis benedictionẽ plenis vocibus,nõ acclamet? Virtus chriſti tũ miris,tũ varijs illuxit nobis prodigijs,ſiue dũ mortuos reuocaret ad vitã,ſiue dũ cęcis viſum redderet,ſiue dũ mũdaret leproſos,ſiue dũ claudis greſſum ſolidaret. Sed hęc maxime ſpiritualiter dũ facit vſqꝫ mõ. Nunc,qđ valde mirũ eſt, virtutẽ ſuã potentiſſime in morte exeruit,vt deſtrueret corpus peccati, vtqꝫ poteſtatẽ aduerſarij contereret, daret vitã deploratis. Oſtendit diuinitatem in reſurrectione:in aſcenſione gl̃iam ꝛ honorẽ:in prędicatione ſapientiã p̃ ap̃los:fortitudinẽ in contritione potentię mundi. Nec tamẽ p̃ ſemetipſo tantũ hęc accepit: accepit ꝛ p̃ membris ſuis: dedit enim eis virtutẽ ꝛ p̃tãtem ſuper oĩa demonia, ꝛ vt languores curarent Lu.9. Diuinitatẽ in peccatorũ remiſſionẽ,ꝛ in euchariſtię cõſecrationẽ. Sapientiã in noticiã myſteriorũ dei:fortitudinẽ in tolerantiã aduerſitatũ:honorẽ in adoptionem in filios dei: gloriã in ęternę beatitudinis adeptionẽ. Itẽ benedictionẽ in laudis ꝑpetuę decantationẽ:quandoqdẽ dñs noſter Jeſus chriſtus nõ ſoli ſibi meruit, ſed ꝛ membris ſuis,ratione capitis. Ipſe enim eſt caput ſupra oẽm eccleſiã,quę eſt corpus eius, ꝛ plenitudo eius. Ephe.1. Ecce q̃ digna fuit cõmendatio ſanctorum angelorum,q̃ ſapiens,q̃ myſtica:in qua regi ſuo obſequunt,quũ veritatẽ nõ tacent, ſed prędicant,ſed vulgant. Et qꝛ non ſolũ ab angelis poſt hoĩes,ſed ẽt ab omni creatura voluit chr̃s accipere teſtimoniũ ſuę veritatis,ideo Sequit. ¶ Punc. 3.

Et omnẽ creaturã,quæ in cœlo eſt:& quæ ſup terrã: & quæ ſub terra:& que ſunt in mari:& que in eo, omnes audiui dicẽtes ſedenti in throno,& agno,benedictio,& honor,& gloria,& poteſtas in ſecula ſeculorum.

Creaturę laudant deum.

Omnia a deo condita ſunt tam animata,q̃ inanimata:tã rationalia q̃ rõnis expertia,ſiue que in celo,ſiue quę in terris, ꝛ que ſubtus terrã ſunt:ꝛ ideo deo,ꝛ agno benedicunt,quęqꝫ ſuo modo,quo opus laudat opificẽ,q̃ fecit illud:ſoli duntaxat reprobi nõ recenſent inter benedicentes:maledicunt enim illi ſemꝑ in cordibus ſuis, ꝛ in operibus manuũ ſuarũ contraria agũt ei. Tãtũ abeſt,vt inter benedicentes connumerent. Qua ẽt ratione oĩs reprobus inferior infœliciorqꝫ eſt quacunqꝫ creatura in ordine vniuerſi ad deũ: eo q̧ omnis creatura laudat illum,ſoli reprobi execrant. Textus hic nõ põt accipi de angelis, hoĩbuſue,vt qdã ſuꝑuacanee putauere: de qbus ſpecialiter pręmiſit mox:ſed de ſolis brutis animantibus,inſenſibilibuſqꝫ creaturis,quę oĩa ſuo modo laudant creatorẽ deũ: ꝛ illę quę in celo ſunt, vt ſunt ſol,luna,ꝛ ſtelle:ꝛ hę quę ſuꝑ terrã repunt,gradiunturue, ſtant aut

Reprobi execrãtur deum.

facent, qualia ſunt: quicquid ambitu cœli continet: & quicquid ſubtus terrã, & in mari. Obſerua. Hoc iam tertio dant creaturę teſtimoniũ diuini operis: quę iccirco benedicunt deũ & agnũ quod createę ab ipſo deo incipiant per ipſum agnũ liberari a ſeruitute corruptionis, cui ſuopte ingenio gaudent ſubijci, vt pręclare docet Paul. Ro. 8. ad illorũ condemnationẽ, qui victorię agni nõ congaudent: nec ſatagunt participes fieri redẽptionis eius: ſed neqȝ legi dei ſubijciunt, improbiſſimis interim moribus ſeruientes. Obſerua rurſum. Nanqȝ creaturę hę deum laudantes & agnũ, nõ vt aialia alata, ſenioreſqȝ: neqȝ vt angeli de occiſione agni mentionẽ faciunt: ſed ſimpliciter tantũ dicunt. Sedenti in throno, & agno id eſt. deo & chriſto. Benedictio, & honor, & gloria, & ptãs in ſęcula ſcłorũ. Neqȝ enim ob redemptionẽ taliũ creaturarũ cęſus eſt agnus: ſed tm̃, qa createę ſunt, ſuo quęqȝ modo creatori laudẽ occinunt: nec qdẽ rationali vocaliue cõfeſſione: ſed naturali ſtatus ſui repreſentatione. Deniqȝ quũ hoim redẽptio, ordinũ angelicorum reſtauratio per ſolius agni occiſionẽ ſit celebrata: recte hoies itidem & angeli occiſionẽ agni prędicant: creaturę aũt reliquę, & quę ſenſu carent, & quę rationis ſunt carentes, tm̃ ſedenti in throno, & agno benedicunt: quod dei bñdictione ſtat in eis poſteritatis vſqȝ in finẽ continuata ſucceſſio. Scriptũ eſt enim. Geñ. 1. Benedixit eis deus dicens. Creſcite, & multiplicamini. & id quidẽ quantũ ad viuentia. Nã quantum ad inanimata: vt ſunt ſol, luna, & aſtra micantia, reliquaqȝ, ſiue in cęlis, ſiue in terris, creationis vigore conſeruantur, nec ſine deo authore vt non deficiant. Quapropter ab his in hoc eſt ſemper benedicendus deus. Nã ſi benedictio eſt, virtutis ſiue ad multiplicandũ, ſiue ad conſeruandũ collatio: profecto creaturarũ quę ſenſuũ expertia ſunt, ac ẽt quę ſenſibus vtunt, non ratione: vna & prima vox benedictio iuſtiſſima fuerit, cuius virtute in multiplicẽ fundunt ſobolẽ, ac conſeruant. Hęc igit eſt prima creaturarũ vox, Benedictio. Secunda, honor. Nã quũ benedictiõis voce ſummũ creatorẽ deũ recognouiſſent, mox honorem illi tribuere minime dubitauere, tanqȝ dño excellentiſſimo, & opifici ampliſſimę domus: quã idẽ tanta arte cõpoſuit, vt eẽt non ſolũ ampliſſima, ornatiſſima, ſed ẽt vtiliſſima, & pulcherrima: patrono enim domus in eadẽ domo debetur honor: & deo in mundo. dicente apſo. Hebre. 3. Amplioris gloria iſte pre Moyſe habitus eſt dignus, quanto ampliorẽ honorẽ habet domus, qui fabricauit illã. Tertia, gloria: glorificat enim deus per creaturas, quę ſunt ab eo conditę, id eſt. gloria eius in his oſtendit. Ideo in cap. 1. ſupra dixerat. Ipſi gloria, & imperiũ in ſęcula ſęculorũ: amen. Et Paulus. 1. Tim. 1. Regi autẽ ſcłorũ imortali, inuiſibili, ſoli deo, honor, & gloria in ſcła ſeculorum: Amen. Vltima vox, ptãs: hac ſiquidẽ continent vniuerſa, quę nullo vnquã tempore minuit, nec mutat: ſemper autẽ in ſeſe ſolida conſiſtit, ſemper durat: iuxta illud Dañ. 7. Ptãs eius, ptãs ęterna. Breuiter: deo, & agno, nõ dubiũ qn chriſto dño: concinunt vniuerſę creaturę, eo quod agnus per vnionẽ perſone diuine ad dei imortalis ęqualitatẽ peruenit.

Bñdictio quid ſit.

Quadruplici aūt oꝛdine creature laudant ⁊ benedicūt deum. Primo mente ſolū: ſic Angeli. Secundo nō ſolū mente ſed ⁊ voce: ſic hoies fideles. Tertio repꝛeſentatiue, in quantū ſcilicet veſtigiū trinitatis, diuineq; pfectionis ſublucet in oibus: ſic non ſolū angeli hoieſq;: ſed etiā creaturę irrationales ⁊ inſenſatę in ſeſe diuinū opificiū repꝛeſentando laudant ⁊ benedicunt. Quarto obſequutiue, ꝙ deo vniuerſa obſequunt ad nutū, parentq; volūtati eius. Sic mare rubꝛū diuiſum eſt ꝑ mediū. Sic petra virga percuſſa aquā dedit in abundantia. Sic Joꝛdanis fluenta reuerſa ſunt. ⁊c.

¶ Punc. 4.

Et quatuor animalia dicebant, amen. Et vigintiquatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas: & adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum.

Jam dictū eſt qđ quatuoꝛ aialia ſint: q dicebant amen. Quid aūt eſt quod dicebant amē? niſi aſſentiebant veritati laudis. Amē hebꝛeus ſermo eſt, ⁊ ſignificat vere ſiue fideliter: qđ vere credentię eſt ſignaculū. Confirmant autē hoc verbo pꝛędicatoꝛes ſcti quatuoꝛ euangeliorū inſtitutis edocti, agno ęque vt ſedenti in thꝛono deberi honoꝛē ⁊ gloꝛiā: teſtanturq; etiā verū eſſe qđ creaturę pꝛędicant, ⁊ eis congratulant. hoc aūt faciūt ex officio in quo ſunt poſiti, eo ꝙ pꝛędicatoꝛibus ex officio ſuo cōuenit alios confirmare. vnde Petro dictū eſt, Et tu aliquando cōuerſus cōfirma fratres tuos. Luc. 22. Et epō Sardinienſi iniunctū eſt ſupꝛa cap. 3. Cōfirma cetera quę moritura erant. Animalia aūt typus ſunt pꝛędicatoꝛū ſanctoꝛū (vt plus ſatis expoſitum eſt a nobis) qa ſpūales, qa in ſpū viuentes, magis ꝙ̄ in carne: q carnalia deſyderia reſpuunt fugiuntq;: ⁊ ſpūales affectus in deū continuo aſcendunt, pꝛoximis viuunt, ⁊ in ſpirituali certamine ſemper cōſiſtūt: ⁊ ij dicunt Amen, confirmantes aſſenſus ſui teſtimonio bona vt bona, benedicta vt benedicta. Et vigintiquatuoꝛ ſenioꝛes, id eſt vniuerſitas pꝛęſidentiū eccl̄iaſticoꝛū ſęculariūue, in pꝛimis illis iudicibus, ſiue veteris, ſiue noui teſtamenti intellecta, ceciderunt in facies ſuas. Quid eſt ceciderunt in facies ſuas: niſi adoꝛauerunt? id qđ ſequenti verbo expꝛeſſum eſt: id enim eſt cadere in faciem, qđ adoꝛare. Nā q adoꝛāt, humili geſtu reuerentiā exhibent illi quē adoꝛant. Sic ipſe chꝛiſtus pꝛocidens in faciē ſuā patrē pꝛecabaꝛ. Matth. 26. Sic beati illi Magi venientes ab oꝛiente, infantem Jeſum in cunis vagientē cadentes in facies ſuas adoꝛauere. Matth. 2. Et cęcus natus, illuminatus a xpo, pꝛocidens adoꝛauit eum. Joan. 9. Lepꝛoſus quoq; ille decimus mundatus a chꝛiſto, regreſſus cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens, vt Lucas teſtatur cap. 17. Et vt bꝛeuiter abſoluā: cadere in faciem, magnę deuotionis, ac reuerentię eſt indicium: qua affecti fideles, ſemper adoꝛant chꝛiſtum, ⁊ deum viuentem in ſecula ſeculoꝛū: non mediocrem exhinc conſolationem capientes, quia ſemper viueret deus eoꝛum, qui eis opitularetur: in quo ⁊ beati foꝛent ſemper, vitam habentes ex eo.

Amen qđ ſit.

Pręedicatoꝝ eſt alios confirmare.

Cadere in faciē coꝛā ſumme reuerētię eſt.

# CAPVT. VI.

## DE EQVO ALBO PROSILIENTE EX APERTIONE PRIMI SIGILLI.

### SEC. 1. PVNC. 1.

ET vidi, quum aperuiſſet agnus vnũ de ſeptẽ ſigillis: & audiui vnũ de quatuor animalibus dicens tanquam voce tonitrui: veni, & vide.

Primũ Joannes in ſpiritu factus audiuit poſt ſe vocẽ magnã, tanquã tube: ꝛ vidit ſeptẽ candelabra aurea, ꝛ in medio candelabrorũ ſimilẽ filio hoĩs, ornatu ſibi in myſteria quantũ ad nos cõpetenti. cap. 1. ꝛ iuſſus eſt ea viſione ſeptẽ epľas totidẽ eccleſijs ſcribere cap. 2. ꝛ 3. Poſt hęc cap. 4. oſtiũ apertũ fuit illi in cœlo: ꝛ voce tanquã tubę iuſſus eſt aſcendere: ꝛ iterũ fuit in ſpũ, ꝛ vidit ſedẽ poſitã in cœlo, ꝛ ſedentẽ ſup eã: Indẽ quoq; in circuitu, aĩalia, ꝛ ſeniores, ꝛ reliqua. deinde cap. 5. librum vidit in dextera ſedentis, quẽ accepit agnus q erat tanquã occiſus: nunc vero cap. in hoc ſexto apertiones ſigillorum videt. Quo in loco nota de reuelationũ generibus. Nã reuelationẽ eã, quę fit in vigilia, quandoq; fieri per viſionẽ corporalẽ externe. D. Augu. contra Adamantiũ teſtať. Sic Jeremias videbat catenã ligneã in collo regis Sedechię, quã geſtabat ex pręcepto dñi: intelligebatq; futuram eiuſdem captionẽ per eã figurari. Quandoq; fieri p imaginariã viſionẽ interne, ꝓbat viſio Eſaię, q videbat dñm ſedentẽ ſup ſoliũ excelſum, ꝛ eleuatũ valde: ꝛ hoc fit p nouas ſpecies formatas in phantaſia, e qbus naturalis intellectus ſua vi elicere futura ſignataq; myſteria nõ põt, niſi virtus ſupirradiet diuina, eo ꝙ naturalis intellectus agens nõ põt abſtrahere ab huiuſmodi ſpeciebus oblatis ſenſitiuis, niſi ſpecies imaginarias rei ipſius naturaliter coniunctas accidentibus: verũ vbi ſuperna virtus acceſſerit potentiſſime irradiat ſup huiuſmodi ſpecies, repreſentans intellectui myſteria p eaſdẽ figurata: qđ vbi fiet, tum ꝓfecto hoĩs mens põt intelligere abdita ſenſa myſteriorũ, vt ꝓpheta conſtituať. Neq; enim abſq; viſionũ intelligentia quiſꝗ ꝓpheta fiet, iuxta illud. Intelligentia enim eſt opus in viſione, Dan. 10. qđ eſt primus gradus viſionis imaginarię, in quo primum erat Joannes, quũ diceret, Et fui in ſpũ in dñica die, ꝛ audiui poſt me vocẽ magnã tanꝗ tube dicẽtis, Quod vides ſcribe in libro ꝛc. quando vidit ſeptẽ candelabra aurea: ꝛ in medio ſimilẽ filio hoĩs diſcurrentẽ. Secundus gradus eſt, quando mens ꝓphetę lumine ſupernaturali ſic eleuať, vt nõ ſolũ ab exterioribus, verumetiã ab interioribus reddiť prorſus aliena ſenſibus, vtendo ſolo intellectu, ac diſcurrẽdo

Reuelationũ genera

Propheta nõ eſt ſine intelligentiã.

ſup ſpecies intelligibiles abſtractas a phantaſmatibus, in qbus mẽ
te delectaſ ⁊ conquieſcit: qḋ vbi fiet, neceſſe eſt ſimul fieri in homine
extaſim, in qḋ ſcḋo vocatus fuit Joannes cap. 4. vbi dictū eſt ei. Aſcen
de huc ⁊c. Et tunc vidit ſedē poſitā in celo, ⁊ ſedentem in ea. Tertius
gradus: quando rapiſ mens ꝑ violentiā a ſpūſctō vſq; ad imediatā
contemplationē ſumme deitatis, quo Paulus gloriaſ, di. Scio homi
nē in chřo ante annos quatuordecim ſiue in corpore, ſiue extra cor-
pus, neſcio, deus ſcit, raptū huiuſmodi vſq; ad tertiū cœlū. Et iterum.
Scio huiuſmodi hoīem, qm̄ raptus eſt in paradiſum, id qḋ ne qdē
Joanni negaſ aliquoties. Nūc in eodē in ſecundo gradu ipſum po-
tiſſimū verſari ꝑmittamus: vt ſup ſpecies occurrentes myſteria per-
ſpiciat. Quid autē eſt ꝙ voce tonitruo perſimili hic vocaſ: niſi qa in
ſublimius quoddā a priore viſionis genus excitaſ. Hic enim incipit
eccliē decurſus mira ratione ꝑ varias ſpecies reuelari. Uidet autem
agnū in primis e ſigillis ſeptē vnū aperire, ⁊ mox fortiſſimo clamore
vnus e quatuor animalibus in id ꝓuocaſ dicentis, veni ⁊ vide. qḋ
perinde eſt atq; diceret. accede huc rēq; ꝓpinquius pſpice, vt myſte-
riū agnoſcas. Neq; enim ſufficit ſolā ſpeciē externe intueri, ſed myſte-
riū penitus introſpicere. Ne qs calūnieſ, nemini vnq̄ viſionū hatum
noticiā cōſtitiſſe. Pot aūt hoc aīal ſapientes in lege dei figurare, eos Aīal i tpo po ſapiēs in lege.
q chřiſtū induerūt, in quo ⁊ leones facti ſunt ob rugitū prędicatio-
nis, ⁊ conſtantiā fidei. Porro Joannes hic typū cōmuniū fideliū ge-
rere videſ, q ad ſacramenta dei nondū ad plenū admiſſi ſunt tametſi
pii ſint ⁊ fideles: qbus fortiſſimi verbi dei prędicatores retegere vo-
lentes hortanſ eos vt ꝓxime accedant, mentemq; adhibeant. Pro-
pinquitas hic affectu fit pluſq̄ greſſu. Sciūt nanq; prędicatores ſciſ
q̄ efficax ſit veritatis ſyncera noticia ad aggrediendū quodcunq; bo-
nū: proinde hortanſ, ⁊ dicunt, veni ⁊ vide. Similiter loquutus eſt do
minus duobus diſcipulis interrogantibus eū vbi habitaret: dixit. n.
Uenite ⁊ videte. Joan. 1. venit q credit. Credere (inquit Aps) oportet
accedentē ad deū. Uidet q intelligit. qḋ perinde eſt, ac ſi dicat. crede
⁊ intelliges: fide nāq; oīs cognitio noſtra conſtat, qua ſupra naturaꝫ
ducimur. Sequiſ. Et vidi quū aperuiſſet agnus vnū de ſeptē ſigillis.
Septē hęc ſigilla, ſeptē tēpora ſignant, qbus variis ac miris modis Septē ſi- gilla tpa
exerceſ eccłia. Apertio ſigilli reuelatio eſt ſacramēti: indicat ſane ma- ſeptē ſunt.
niſeſtationē earū rerū, quę ſub vno quoq; tpe fieri oportet. Aperuit
ergo agnus vnū e ſigillis ſeptē: nō dubiū qn primū, id enim familia
re eſt Judęis, vt vnu ꝓ primo capiāt: quēadmodū Joan. 20. vna ſab Unuꝫ pro
bati ꝓ prima die ſabbati id eſt ebdomade, poniſ. Qua loquendi ra- primo po
tione ipſum Joannē hic quoq; vſum fuiſſe nihil dubitandū. Quūq; ni ꝯſuetū.
ſigillū agnus aperuit, ſtatim audit vnū e quatuor animalibus forte
leonē, ꝙ hic ille depingiſ, qui erat de tribu Juda leo fortiſſimus inui-
ctiſſimuſq;: agiſ enim de victoria chři, ⁊ membrorū eius. Obſerua.
Prius vnus e ſenioribus loquutus eſt Joanni, nūc de aīalibus ſimi-
liter vnū audit loquentē. Mira ſane congruentia, vt ꝑ vnū vbicūq;

excitet, q vnus & ſingulariter a dño dilectus erat. Simul quo agno-
ſceres minime ludicram rem eſſe id qđ cerneret, ſed primá & ſeriam,
quam ſola charitas chriſti palam fecit. ¶ Punc. 2.

Et vidi: & ecce equus albus: & qui ſedebat ſuper illum,
habebat arcum: & data eſt ei corona: & exiuit vincens,
vt vinceret.

Figura té-/poris pmi Et vidi, hoc eſt, pleno myſterio agnoui imbuente me ac docente gra-
tis fulgoribus ſuis ſpũ dei. Et ecce equus albus: Apli & diſcipuli prio-
res ij ſunt, quos etiá ſpũaliterũs equos vocat Zacha. 10. Poſuit (inquit)
Equus al-/bus apli. eos, quaſi equũ glorię ſuę in bello. Albi aũt dicuntur, qa puri, iuſti,
mundi, p chriſtũ Jeſum, qué portabant, id eſt, qué pfitebant. Nimirũ
chriſtũ profiteri corá alijs eſt illũ portare. Sic Paulus equus albus
fuit glorię dei, q nomen chriſti portauit corá gentibus, & tribubus, &
filijs Iſrael. Chriſtũ auté figurari p eũ, q in albo equo ſedebat, cer-
tius eſt q̃ vt a quopiá inuerti poſſit. Ipſe enim rex eſt, vt abunde ex
prędictis liquet: ideo ſibi cópetit coronę myſteriũ. Pręterea ipſe ha-
Chrs ar-/cũ habet. bet arcum in manu ſua. Quia aũt arcus ſine iaculis inutilis eſt, indu-
bie etiá iacula habet: p quę qđ aptius figurat, q̃ verbũ dei: Sic enĩ
vocat. Pſal. 44. Sagittę tuę acutę. Et Zacha. 9. Exibit vt fulgur iaculũ
Arcus qđ/ſit. eius. Sed qđ eſt arcus, quo hęc iacula mittunt: puto iudiciũ eius q
tenet illũ, cuius chorda miſericordia eſt, quę incuruat rigoré iudicij
eius. Is eſt arcus, de quo diuus Pſaltes loquit, Pſal. 59. Dediſti me-
tuentibus te ſignificationé, vt fugiant a facie arcus. Et in Job ſcriptũ
eſt. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcũ ęreũ Job. 20. Ité Abac. 3. Ten-
dens extendes arcũ tuum ſup ſceptra, dicit dñs. Sagittę huius arcus,
quoſdá enecant: enecát quos dánat iudiciũ Pſal. 119. Sagittę potétis
acutę cũ carbonibus deſolatorijs. Et Deut. 32. Cógregabo ſuper eos
mala, & ſagittas meas complebo in eis. Ibidem. Inebriabo ſagittas
Diuerſi ef-/fectus ſa-/gittarũ dei/chriſti. meas in ſanguine. Ité quoſdá caſtigant. In hanc ſententiá ſcriptum
eſt. 4. Reg. 13. Sagitta ſalutis dñi contra Syriá. Tales ſagittas iacu-
lat chriſtus contra ſuos aduerſarios ſup equũ albũ ſedens, a quo
portat. Magnũ myſteriũ: portant illi chriſtũ, & ipſe chriſtus iudicij
iacula mittit p eos. Illi enim ſunt p quos diuulgauit iudiciũ ſuum,
mittens iacula ſua p eoſdé. Ambroſio Anſberto placet intelligi per
arcũ nouũ & vetus teſtamentũ, ex quo tot pdeunt ſagittarum iacula,
quot ſunt teſtamentorum eloquia. Iſtis enim ſagittis arcu dei emiſ-
ſis terrena corda tranſfigunt, vt ſeculi cupiditatibus moriant. Eſt ar-
cus & crux chriſti, cuius iacula verba eiuſdé crucis ſunt, quę quoſdam
conficiunt. 1. Cor. 1. verbũ crucis pereuntibus qdé ſtultitia. Quoſdam
ſaluant, de qua re mox ſubiungit dicens, His aũt q ſalui fiunt. id eſt.
nobis, dei virtus eſt. Proinde ſequit, Et exiuit vincens, vt vinceret.
Chrs ſem-/per vincit. Nunquá exiuit chriſtus niſi vincens. Semp enim vincit: vincit auté
vt vincat, qa victoriá victoria ſequit. De chriſto loquor: nam non ſic
de hoĩbus ceteris. Chriſtus auté nunq̃ non fuit victor. Videt qdem

carnalibus.id eſt.impijs,ꝓ dū pij affligunt,dū occidunt, vincant. Sed hoc eſt vniuerſale:chriſtus ſemꝑ vincit,etiā ſi extinguerent oēs miniſtri verbi eius,ꝛ interdicerent quęcunqꝫ chriſti ſunt:vincit chriſtus,ſed caro nō videt:Immo tū eſt mirabilior chriſti victoria, quando vinci putat.In ciuitatibus plurimis prius fuit annunciatū verbū, demū interdictū:nunqd ꝓinde vincebat chriſtus:imo tum maxime vincebat.Mittit verbū ſuū chriſtus vt fructum habeat in electis,qđ operat oia ad quę mittit.Eſa.55.Neqꝫ enim eos q dati ſunt chriſto quiſpiā de manu eius eripiet.Ioan.10.O inſigne verbū.chriſt⁹ exiuit vincens,vt vinceret.Multi cęſares fuerunt victores:ſed ij ſubinde victi ſunt,aut vinci potuerunt.Solus chriſtus inuictus eſt, q nec vinci poterit.Inſanite ergo o ſęui pietatis aduerſarij, occidite confeſſores chriſti,ſed chriſtus in eis nō occidit:vincite, ꝛ vincemini:rapite,mactate,perdite,ꝛ vincemini:qa cū ſuis,ꝛ in ſuis chriſtus ꝛ homo manet in eternū,ꝛ vincet ſemꝑ.Obſerua,q̄uis hoc myſteriū ſit in primis de aplis ꝛ diſcipulis primis,eorumqꝫ diebus oſtenſum:ſemꝑ tamen vſqꝫ in finē ſęculi fideles ꝛ conſtantes ac ſynceri miniſtri verbi ſunt velut equi albi,per quos vehit chriſtus.Sancti quoqꝫ ꝓphetę dum chriſtum annunciabant,equi albi erant,ꝛ fortes erant, ſuper quibus ēt chriſtus exiuit vincens vt vinceret.Corona autē data eſt ſeſſori ſuꝑ equū albū,ꝛ vincenti:qa prędicatores ſcti vniuerſi tpis tribuūt gloriā chriſto,in quo,ꝛ ꝑ quē ſalus,vita,ꝛ reſurrectio noſtra conciliata eſt.Porro qđ hic de carne chriſti ꝛ diuinitate adducunt,velut mūdiſſima caro eius ſit equus albus,ꝛ diuinitas ſeſſor: Alij viderint vtrū myſterio ſatis congruat.nobis ſatis fuerit,ꝛ hęc ꝛ alia admirari,atqꝫ interim feruentius ſtylo ſingula queqꝫ perſtringere: ꝛ vlterius magna mentis voluptate procedere.

Miniſtri ſacri verbi dei eq albi ſunt.

## DE APERTIONE SIGILLI SECVNDI, ET EGRESSIONE EQVI RVFI. SEC. 2. PVN. 1.

ET quum aperuiſſet ſigillum ſecundū,audiui ſecundum animal,dicens,veni,& vide.

Quia primū ſigillū apſtorum diebus cōueniebat:ſecundum hoc, de tpe,qđ fuit mox poſt apſtos intelligēdū eſt:verū de eius initio aut fine nihil certi habemus qđ afferamus.Igit hoc ſigillū maxime apertum fuit,quū dn̄s Ieſus chriſtus,ſublatis e medio Apſtis,ꝛ primis illis diſcipulis,multos ex his q ex gentibus crediderant,ſic ſpū ſuo roborauit,vt corā quouis iudice intrepide illū ꝓfiterent, dānarent errores, pſeudoapſtos palā confutarent,eorūqꝫ introducta mendacia traducerent.Certū eſt enim qa ſigilli apertio, reuelatio eſt myſteriorum libri dei.ſiquidē ante cuiuſlibet libri apertionē fuerunt ignorationis tenebrę.veritatis nimirū intelligētiā ſemꝑ p̄ceſſit ignoratio. chriſtus ſolus aperit myſteria libri dei,ꝛ decreta eius,ꝛ futurorū p̄ſcientiam,

Tp̄s ſcđꝫ figuratur.

Sigilli apertio reuelatio.

⁊ veritatē oēm. Jpſe enim eſt veritas ⁊ vita. Joan. 10. Quū ergo apꝛ
ruiſſet ſigillum hoc ſecundum, hoc eſt myſteria ſecundi tempoꝛis,
qđ erat martyrū, q ꝑ ſacre ac inuiolabilis fidei atteſtatione ceſi ſunt
gladio, aut aliter perempti. Per hoc autē ſcd̄ʒ aial ſecundi tp̄is pꝛedi
catoꝛes figurant, q cōem plebē occiſione ſui docuerunt, qd aptio ſe/
cundi ſigilli, ⁊ equus rufus ꝓſiliens deſignarent. Proinde dicit veni,
⁊ vide, ideſt intellige dei myſteria ⁊ cognoſce: Joannē accerſens, qui
(vt diximus) foꝛmā gerit credentiū ſimpliciū, q minus noꝛunt decre/
ta diuini iudicij ac futuroꝝ myſterioꝛū eius. Obſerua. ijdem erant bo
na in parte tum pꝛedicatoꝛes, q ⁊ martyres. Martyr enim, confeſſoꝛ
ſeu teſtis dicit. Hi enim confitebant, ⁊ magno aio teſtificabant qm̄
hic eſt chꝛiſtus: ⁊ occidebant: vt recte hoꝝ figura ſit vitulus, qđ imo/
laticiū aial erat in veteri teſtamento: ſub quo ⁊ Lucas intelligit, ꝙ
fidelius verſetur circa paſſionem domini. vt dictum eſt ſupꝛa cap. 4.
Sect. 2. Punc. 2. ¶ Punc. 2.

Et exiuit alius equus rufus: & qui ſedebat ſuper illū, da/
tum eſt ei, vt tolleret pacem de terra: & vt inuicem ſe
interficiant.

Figura ſe/ Equus rufus typum tenet eoꝝ, q ſctōs chꝛiſti cōfeſſoꝛes, poſt Apl̄oꝝ
cūdi tp̄is. tēpoꝛa paſſim occidebant, q toti madebant iuſtoꝝ ſanguine, ⁊ toti in
ſanguine erant. Equus albus retulit Apl̄os, eiuſqʒ tēpoꝛis diſcipulos
chꝛiſti: ſed equus rufus nō pōt eē hoc loco martyrum typus: Nā opoꝛ
Rufus tet vt intelligat de his ſuꝑ quos ſedit ille non dubiū qn diabolus,
equus ty/ cui datum eſt, vt pacē tollat de terra: ſed ſuꝑ martyres, nemo talis,
rāni ſunt. quinpotius ille pacis rex ſedit, nempe Chꝛiſtus. Occiſoꝛes ergo ſctōꝝ
in equo ruſo deſignant: qđ ⁊ ſequentia docent. Quemadmodū enim
equus albus apl̄os, ⁊ ſedens in eo Chꝛiſtum figurauit: ita equus iſte
rufus tyrannos, ⁊ occiſoꝛes. Sedens vero in eo, eū, qui eſt rex ſuper
oēs filios ſuꝑbie. Job. 41. Nanqʒ ſicut Apl̄os Chꝛ̄s ducebat quocūqʒ
volebat, ita ſatan viros illos ſanguinū flectit, ſtimulat, vrget ⁊ impel
lit quocunqʒ volet ſm̄ dei ꝑmiſſionē. Pꝛeterea, id genus homines vi
ri ſanguinū vocant, Pſal. 25. 54. 58. ⁊ 138. alijſqʒ ſcripture locis: ideo
ſanguineo, ſeu rubeo equo figurant. ſatan ergo eſt hoꝝum ſeſſoꝛ, ⁊ du/
ctoꝛ, cui datū eſt, vt tolleret pacē de terra. Quā pacē? Chꝛiſti? Nō. ſed
pacē terre, quā non dedit Chꝛiſtus ſuis vt continuo hic eā habeant,
magis aūt vt tribulationibus interim exerceant: ideo ait, Pacē relin
quo vobis: pacē meā do vobis: nō quomō mundus dat, ego do vo/
Chr̄i pax bis, Joan. 14. Nā pax, que de terra eſt, tolli pōt a ſctis dei ⁊ Chꝛiſti:
nunꝙ̄ tol/ que vero de cœlo eſt, tolli nō pōt. Nemo enim potuit auferre cœleſtē
lit a ſctis. pacem ab eis, eā ſcilicet, que exuꝑat oēm ſenſum iuxta apl̄m. Phil. 4.
Jn medio nanqʒ moꝛtis quoqʒ eſt, mō fides adſit inuiolata, ⁊ incō/
cuſſa, ⁊ illabefactata, integra, ⁊ cōtinuato roboꝛe firma. Confirmauit
hāc Chꝛiſtus in eccl̄ia ſua, vt nemo poſſit eā tollere: in ſemetipſo. n.
confirmauit eā, q eſt pax noſtra. Eph. 2. Proinde quū diceret ſuis. Jn

mũdo p̃ſſurã habebitis. ↄtinuo ſubiũxit di. In me aũt pacẽ. Preſſura mundi eſt ablatio pacis terrę. Datum fuit ergo ſatanę, vt auferret terrenã pacẽ, id eſt vt multos per membra ſua p̃mmeret, affligeret, ⁊ occideret. Sed a quo datũ? Rñdeo. A Deo, cuius permiſſione fit, vt boni exerceantur a malis: ſed nequaq̃ pax ab eis tollat. Sic .n. dicunt. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? Ac ſi dicant, Quid poſſit tollere pacẽ, quę cõfirmata eſt inter nos ⁊ chriſtũ, inter membra ⁊ caput? Tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculũ, an pſequutio, an gladius? ſicut ſcriptũ eſt Pſal. 43. Qm̃ ꝓpter te mortificamur tota die, ęſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis. Sequit fortiſſima pax, Sed in his, inquiunt, oĩbus ſupam⁹, ꝓpter eũ, q dilexit nos, Rom. 8. Fit ergo vt multo robuſtiores euadant dũ exercent, ⁊ dũ p̃munt, qa pax chriſti firmat eos, cui nõ p̃ualent inferoꝝ portę vllę, neq3 vlla vis tyranni. Verũ qa ſublata pace terrena, neceſſe eſt, vt terreni diſſideant, digladienturq3 mutuo, ruant in mutuas cędes: idq3 ꝓcurante eo q ſedet ſup eos, q bonũ nõ intendit, licet qñq3 det p̃ter intentionẽ occaſionẽ boni: nã quũ excitat tribulationes in ſctõs, ſcti ex ea ꝓficiunt, dũ conſtanter tolerant, roborant, ⁊ creſcunt. Permiſcet ergo ille cędes, vt extinguat pios: Sunt enim ⁊ inter malos pij. Aduerte. Nunquã iurgia concitat niſi vt pijs noceat, putans ſe vincere poſſe. Sed q prius exiuit vt vinceret, ſemper vincit in ſuis. Hęc itaq3 mutua interfectio ad pacis ablationẽ pertinet, de qua meminit chrs Matth. 10. Tradet aũt frater fratrẽ in mortẽ, ⁊ pater filiũ: ⁊ exurgent filij in parentes, ⁊ morte afficient eos. Arbitrant enim in hoc ſe obſequiũ p̃ſtare deo, Joannis. 16. Sequitur. ¶ Punc. 5.

Satanę datũ vt pacẽ auferat.

## Et datus eſt illi gladius magnus.

Pleniſſime verſiculus iſte oẽm malorũ tyrannidẽ, ⁊ qcqd omnino in ſanctos moliti ſunt impij figuraliter exprimit. Et datus eſt illi inquit, gladius magnus. A quo datus? Reſpondeo, a regni adminiſtratore: ab eo ſcilicet q librũ aperuit, nempe ab agno, q dicit, Nolite putare qm̃ veni pacẽ mittere in terrã: non veni pacẽ mittere, ſed gladiũ. Immiſit p̃ſſuras, ⁊ gladium in terrã, ⁊ hoꝝ ptãtẽ ſedenti ſup equũ rufum tradidit: hoc vbi accepit ſatan, putare cœpit ſe continuo victorẽ fieri. Proinde ſtimulabat equũ illũ rufum, paſſim affligens p ſuos tyrannos, milites ꝓprios, ac ſeruos ſepe dño crudeliores: ⁊ multis modis torquens, ⁊ occidens pios confeſſores chriſti. Sed tum maxime vincebat Chriſtus p eos: quandoq3 etiã (qđ valde mirũ erat) per pueros tenerrimos: puellaſq3 delicatiſſimas. Et quis hic enarret gloriã victorię chriſti, quę ſub tyrannis illis fuit? Sed hoc vident hi, quibus agnus librũ aperuit, ⁊ p̃ter hos nulli. Obſerua. Quãuis myſteriũ huius ſigilli maxime tum fuit, quũ tot martyres occiſi ſunt: ſemp tamen, quotieſcũq3 iuſti p veritatis confeſſione, ſiue alia quacunq3 virtute affligunt, ⁊ occidunt, dat gladius ſedenti ſup equũ rufum, ⁊ vt tollat pacẽ de terra. Uniuerſorũ qppe tyrannoꝝ, eorum p̃ſertim,

Dat ſatanę ptãs a chro vt cõturbet mũdum alto ſuo iudicio, ſed nõ iniuſto.

Rufus equus tyrānoꝝ typ⁹.

q ſctōs cruciant, ⁊ perimunt, typus fuit equus ille rufus. Jdeo dicitur, datū eſt ⁊c. Argumētū habes ꝙ nemo affligit, aut occidit, nec alicubi tumultus ſuſcitat, ſine decreto altiſſimi: ſatan eſt decreti huius primus exequutor, ⁊ ad id reprobos milites auxiliarios habet. Decretū hoc non cogit, ſed permittit fieri talia, ſuo iudicio, occulto tamen, nobiſq; incognito, vt plurimum.

## DE APERTIONE SIGILLI TERTII: ET EGRESSIONE EQVI NIGRI.

### SEC. 3. PVN. 1.

ET quum aperuiſſet ſigillum tertiū, audiui tertium animal dicens, veni, & vide.

Sigilli apꝛtio manifeſtatio ſecreti eſt.

Jn apertione ſigilli, manifeſtatio rei in myſterio abditę prius, ſecretęq; indicat, quēadmodū in conſignatione occultatio. Aperuit itaq; agnus ſigillum, q̄a qđ occultum erat reſignauit: in qđ mox acceꝛſit Joannes ab tertio animali, nempe hoīs faciē pꝛę ſe ferente: in quo depingit Matthęus, typū gerens verorū chriſti ſeruoꝝ, q ſub ſigilli tertij apertione fuerunt. Cur autē dicat, veni, ⁊ vide, habes ſupra. Et q̄a poſt martyrū tpa data fuit eccleſię pax vtcunq; externe, iā mundi principibus bona ex parte ad fidē conuerſis, ideoq; a tyrannide ſeſe retinentibus: verū fieri nō potuit, vt diu pſiſteret abſq; contradictione veritas, ꝙ carnales verbo ſpiritus acquieſcere nequeant. Jdeo paſſim suboꝛiri cęperunt hęreſes peſſimę: quę ſic increuerunt, vt fere totū orbē confunderent. Hoꝛum vnū agmen erat Arrianorū, impie de filio, ⁊ ſpūſctō ſentientium. Alteꝝ Sabellianorū, q vnā tantum patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti pſonā pꝛędicabant, negantes proꝛſus chriſtū dei filiū eſſe. Erant pręterea Neſtoriani: duas pſonas, ſicut duas naturas in chriſto conſtituentes. Rurſum Euthiciani diuerſum aſſerētes: nempe ꝙ in chriſto vna ſit tm̄ natura, vna voluntas ⁊ operatio. Jtē Pelagiani: abnegātes gratiā chri, ⁊ viribus hoīs tribuētes, qđ ſolius ipſi⁹ grē eſt. Et qs enumeraret pleno calculo oēs hęreſes, tūc a ſatana excitatas, miniſtros quoq; eius ⁊ q ꝯgruo hic typo adubꝛant. ¶ Pun. 2.

Et vidi: & ecce equus niger: & qui ſedebat ſup illum, habebat ſtateram in manu ſua.

Equus niger heretici.

Hi quos excitauit ſatan ad eiuſcemodi hęreſes aſſerēdas, ſunt equus niger. Quēadmodū enim apľi, ⁊ vniuerſi ſynceri verbi dei miniſtri equo albo figurantur: ita impoſtores, ⁊ erroꝛū aſſertores nigro. Nigredo enim typus eſt immundicię, inſynceritatis, ⁊ mendacij: ſicut albedo ſynceritatis, ⁊ veritatis. Jſtius equi, id eſt, cohoꝛtis falſoꝛū pꝛophetarū, ⁊ hereticoꝛū ſeſſoꝛ eſt rectoꝛ eoꝛū ſatan, quē ſcriptura regem filioꝛū ſuperbię vocat Job. 41. ⁊ patrē mendacij Joan. 8. Habet autē in manu ſua ſtaterā: nō dubiū quin doloſam, deo abominabilē. ſicut

Statera iudicium.

ſcriptū eſt. Statera doloſa abominabilis dn̄o. Prouer. 16. Statera,

iudiciũ ſeu eſtimatio eſt hoc loco. Sic capit Job.9. Utinã appenderẽtur pctã mea, qbus irã merui, ⁊ calamitas, quã patior, in ſtatera. Itẽ. 31. Appendat me in ſtatera iuſta, ⁊ ſciat deus ſimplicitatẽ meam. Et rurſum Prou.19. Põd⁹ ⁊ ſtatera, iudicia dñi ſunt. Danielis quoqȝ.5. Appenſus es in ſtatera, ⁊ inuentus es minus habens. Equus ergo ille teter, et imundus fert ſatanã, cũ ſua doloſa ſtatera, id eſt. reprobo iudicio ſenſuum ſcripturarũ. Accipiunt.n. heretici ab hoc ſatana, iudiciũ in ſcripturis, loquentes mendaciũ: quos habere dixit Paulus doctrinas demoniorũ, ⁊ cauteriatã conſcientiã.1. Timo.4. dignus equus ſua ſarcina. Equus cohors eſt filiorũ mendacij: ⁊ hoſtiũ veritatis. ſeſſor vero ⁊ ſarcina, diabolus cum ſuis mendacijs. Is equus onuſtus, nedum eſt typus eorũ, q poſt tpa martyrũ fuerunt, (quãuis eis ſpeciatim competat) ſed ẽt vniuerſorũ pſeudoprophetarum, vniuerſi tpis, vſqȝ ad mũdi cõſũmationẽ: quũ ad idẽ corpus pertineant oẽs, quocunqȝ tpe ſint. Nã ⁊ fideles ſynceri quiqȝ ad vnũ corpus eccliẽ pertinẽt, cui inſidet chriſtus, q eſt caput ſupra oẽm eccliam, vt docuit Apoſtolus Ephe.1. Magna grã, magnũ donũ, a deo, hoĩes ſtaterã iuſtã, hoc eſt, iudiciũ verũ habere ad manũ, quo ſciant diſcernere ſenſa intelligentiarũ bona ſint an mala. Hoc (iudiciũ verũ dico) doctrinã quãcunqȝ ⁊ ingenij acumen quodcunqȝ precellit. Sunt hoĩes (fateor) doctrina multi inſignes: ſunt acri ingenio prediti multi: ſed non iudicio, quos videas ſubinde falli ſpũ mendacij: cui vero illud cõtigerit, quodcũqȝ poterit capere intellectu, iudicat appenditqȝ veriſſima eſtimatione, vt nõ pverſa intelligentia ſeducatur. Hoc eſt diſcretio illa ſpũum precellentiſſimũ dei donũ, cuius meminit Paulus.1. Cor.12. quo pbantur vtrũ ſpũs ex deo ſint: vt nõ oĩ ſpũi credatur.1. Joan.4. ¶ Punc. 3.

Judicium verũ ſcripture ſacre donũ dei.

Et audiui tanquã vocem in medio quatuor animaliũ, dicentem, Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno.

Equo illo cũ ſuo ſeſſore proniter currente ad obducendum inficiendumqȝ ſuis offutijs orbẽ, ſonuit vox e medio quatuor animalium, id eſt eccliẽ, que eſt colũna, ⁊ firmamentũ veritatis, vt docuit Paulus.1. Tim.3. Hec enim in medio quatuor aĩalium ſtat, inſtructa veritate verbi dei, qd primũ euangeliſte quatuor librorũ voluminibus pdidere: q dictis hereſibus conſtantiſſime reſtiterunt, eaſqȝ confutarunt. Eſt aũt hec vox typus oim qui vſqȝ in finẽ, mendaciorũ patronis, ⁊ aſſertoribus contradicunt. Sed qd ptulit hec vox: hoc videlicet. Bilibris tritici denario vno. Noua tranſlatio habet chenix tritici denario, vbi non ponitur, vno, ſed ſubauditur: qd poſitũ video ab latino interprete vulgate editionis ob ſenſus plenitudinẽ. Chenix genus eſt menſure, hoc ⁊ bilibris eſt capiens duas libras, vel quaſlibet duas menſuras, ⁊ ſignificat duplicẽ ſenſum ſcripture ſacre: hiſtoricũ ſcilȝ ⁊ ſpiritualẽ. Triticũ typus eſt noui teſtamenti: hordeũ aũt veteris. Nouũ qa apertius ⁊ clarius eſt veteri, recte pulchriori ſuauioriqȝ grano figu-

Ecclia colũna veritatis.

Chenix menſure genus.

Triticum no. teſt. typus: hordeũ vetis.

raſ:qđ illud figuris ſit inuolutū,⁊ veluti aſpredine ſpicarū horridulū: hoc vo purū lene ⁊ pulchrū.Porro hordei tres ponit bilibres ſeu choe nices,tritici vo vnū:pp tres ordines,q ſunt in veteri teſtamento,lex,ſcilicet,⁊ pphete,⁊ pſalmi.In nouo vnᵘordo euāgelicę doctrinę habeť. Uer vtriuſq̄ idē eſt p̄ciū:qa eadē in vtroq̄ vita⁊vno denario figurata:vel eadē fides exhibita,quę p denariū ſignificať.Denarius perfectionē numeri cōplectiť:qa ab vno in primaria calculi ratione vltra nō ptendiť,nec aliqd illi deeſt:⁊ fides totā ſcripturę veritatem in ſui pfectione cōtinet.Sunt q calcent veteris teſtamenti ſcripta,quaſi minus ſpūalia,⁊ quaſi eius pmiſſiones nō ſint ſpūales.Sed errāt, neſcientes p̄ciū eius,qđ eſt eadē fides,vna veritas. Jam ꝙ tres in illo ordines ſint,in hoc vnus, ſignificať trinitas in vnitate veneranda, quę eſt fides noſtra,fides pfecta,fides inuicta,fides inuiolabilis.Tu ergo,o fidelis miniſter chri,vide ne hordeū ,id eſt.vetus teſtamentū

Nō minoris p̄cij vetus q̄ nouum teſta.

minoris ducas,q̄ triticum noui.Scito,ꝙ vnus denarius vtriuſq̄ eſt p̄ciū.Crede veritati,⁊ oīa ſicut opus eſt pondera denario vno.Nulla enim veritas in nouo eſt,quę ab his,q vſum ſcripturę habent,nō cōſpiciať in veteri.Eſt ergo vna vtriuſq̄ ęſtimatio,vna veritas,vnus ſpūs,Jeſu chri dñi nři.Nunc itaq̄ currat,vtut voluerit equus ille teter,⁊ imundus cū ſuo ſeſſore:ponderet doloſa ſua ſtatera hordeūveteris,⁊ triticū noui teſtamenti:ſed manet hęc veritas conceſſa ab omnibus,q pie ſentiunt credentibus,ꝙ idē eſt p̄ciū vtriuſq̄:⁊ ꝙ ad veritatē inuariabilē atinet,nec vel in minimo vnum de alio diſcrepat.

Nō diſcrepāt vetus ⁊ no.teſta.

Hoc ⁊ chris p ſemetipſum confirmat dicēs,Quia nō venerat legē ſoluere,ſed adimplere.Ideo iuſſit ſcrutari veteris teſtamenti ſcripturas, quę teſtimoniū phibent de eo.Joan.5.Et in Mattheo ille laudatur ſcriba doctus in regno cęlorū,q ſimilis eſt homini přſamilias pferenti de theſauro ſuo noua ⁊ vetera.ca.13.Paſſim igiť Paulus earū teſtimonijs vtiť:ſępe ⁊ Mattheus.Neminē igiť offendat hordei horriditas,ideſt figurarū ſpicoſa aſperitas,quū abſq̄ vllo dubio p̄cium cū nouo idē omnino ſit.Tritico verbū ſctūs deſignari habes Oſeę.2. ⁊ Joel.1.hordeo vero Joel.1.Uerū enimuero Triticū ſit,an hordeū, dūmō cor hōis confirmet,nihil intereſſe debebit.Nam ⁊ dñs vtriſq̄ eiuſmodi panibus multa hōim millia paviſſe legiť,p̄dicans in deſerto regnū dei.De hordeaceis ſcribunt. Joan.6.Matth.14.Mar.6. Lu.9.q erāt qnq̄:qbus ſatiati ſunt hōim qnq̄ millia.Mattheus ſolus ca.15.de alio paſtu ſcribit,vbi dñs ſeptē panibus(quos nō nominat fuiſſe hordeaceos,ſed ſimpliciter panes ſeptē:quos credimus triticeos fuiſſe)ſatiauit quatuor millia hōim,⁊ ſublatę de fragminibus ſportę ſeptē fuere,quū de illis ſublatę.xij.ſint. ¶Pun. 4.

Uerbi dei multa nomina ob varios effectᵘ eius.

Et vinum,& oleum ne læſeris.

Sermo dei varijs reſpectibus varia ſortiť nomina:vt paſſim in ſcripturis licet intueri.Uocať enim vinū,qa hōis cor vera leticia pfundit,exhilarat q̄: vocať ⁊ oleū qa lenit oblitū vulneri.vtebanť olim

oleo paleſtrię in certaminibus pfuſo toto corpe:eo q corpus conſoli det ante initū certaminis.Dicunt igit veri miniſtri chriſti, ſeſſori equi nigri,& ſuis:vinū,& oleū ne lęſeris.Primū docebant verū de ſcripturis ſctis iudiciū:mō vetant,ne ipſarū ſenſum,ſuaueq; guſtū ac fructū deprauent:q fructus,ac ſuauitas deprauant,quū ſcripturę leduntur: hoc eſt ſenſu diuerſo ac corrupto tradunt interpretantur.Volūt ergo ſenſum purū,ppriū & integrū vtriuſq; teſtamenti.Senſus purus & ppius eius:erit,ſi nihil alieni admiſceat,ſed interpretet put ſpūſſanctus efflagitat.Alienū voco,qđ eſt cōtrariū veritati.Porro poteſt eſſe vox hęc pręceptū dei,q in medio animaliū deſcriptus eſt,ſupra ca.4. qđ firmū eſt:proinde conent licet hęretici deprauare ſcripturā,ſed manet integer,manebitq; in euū.Sed qbus?Rñdeo.Synceris.Nā corrupta erit eis ſolis,q corruptionē pręferunt ſynceritati : qđ primū fit p verſores ex Hebręo in Grecū:aut viceuerſa.Itē ex gręco hebręoue in latinū:ac deinde in alias linguas.Deinde p expoſitorum cōmentarios,qbus interdicit ne leſerint ſcripturę ſacrę ſynceritatē:aut addēdo aliena,aut minuendo,ſiue etiā veritatē inuertendo. Quo verbo accipe ſeueriſſimā aiaduerſionē in eos futurā,q corrumpunt ſacram ſcripturā,falſis dogmatibus.Edictū enim dei eſt hoc,Vinū,& oleum ne lęſeris,pluſq̃ ęreę tabulę inciſum.Si iudicū ſęculariū edictis paremus,cur nō magis dei?Dei verbū eſt id qđ dicit, Vinū & oleū ne lęſeris.Ne lęſeris tu,o,qſqs peruerſor es,falſuſue expoſitor, qui nō ſapis ea quę dei ſunt,carnali tuo ductus ſenſu : ne lęſeris demendo aliqd:ne lęſeris addendo aliena:ne lęſeris imutando:ne lęſeris falſa imiſcendo,& ita pplo prędicando:alioq manet te iudiciū, manet dānatio,manet pœna ęterna.Facis enim qđ phibitū dei ſctō mandato eſt:qđ decreto ſacroſanctę huius tabulę pluſq̃ ęreę cautū.Quo fiet,vt multis pro veris falſa commendes,mortem propines pro vita,pro ſalute ęternam damnationem. Nota.

## DE APERTIONE SIGILLI QVARTI ET EGRESSIONE EQVI PALLIDI. SEC. 4. PVN. 1.

ET quum aperuiſſet ſigillum quartum, Audiui vocē quarti animalis dicentis,veni,& vide.

Quartū aial fuit aquila,quę doctores eccłię acriori iudicio prędito quarti tpis exhibet,q norunt diſcernere inter verū & falſum,eoſq; qui veri fratres ſunt diuidunt a fucatis.id eſt eos q ſolū chriſtum ſpectāt, & ab eo nullatenus auertūt viſum.Eſt enim aquila acutiſſimi viſus, quę ſola iubar ſolis incōniuentibus ſpectat oculis,& eo amplius delectat,quo ardentior lucidiorq; fit.Quo ēt argumento pbare dicit pullos,vt primū biulco excluſerit ouo,proprios nutriens, diſcerpens acris vnguibus alienos, ac e ſublimi nido deijciens.vbi illud etiam aduerte qſi ad ſingulas ſigillorū apertiones,ſingulas audit voces: Aquilę viſus acutiſſimus.

quo excitatius mens ꝓphetę intendat: noſq; vna cũ ꝓpheta intendamus. Noſtro enim cõmodo aperiebant̃ ſigilla hęc, quatinus ſciremꝰ nihil fortuito agi in eccl̃ia, ſed dei decreto, quędá cũ voluntate, quędá cũ odio. Quicqd boni fit cũ voluntate fit, ꝛ dei auxilio: quicquid mali, dei qdẽ voluntate, ſed nõ approbatione, nec auxilio. Lege ſcripturá ꝛ ita inuenies. Sub hac aũt ſigilli aꝑtione agit̃ de quarto ſtatu eccl̃ię, in quo exercenda erat a paganis incredulis. ¶ Punc. 2.

Et vidi, & ecce equus pallidus: & qui ſedebat ſuper eum nomen illi mors: & infernus ſequebatur eum.

Contritis Arrianorum, Pelagianorũ, Macedonianorũ, Eutbicianorũ, atq; aliorũ id genus hęreticorũ inſanijs, videbat̃ vtcunq; externa pax data eccleſijs: ná interna ſemꝑ adeſt illis: ſed breuis admodũ ea fuit. In cauſa erat Pſeudoprophetarꝫ improbum ſtudiũ: q ꝑpetuo conatu nitebant̃ ſtatera doloſa appendere triticum, ꝛ hordeũ: lędere vinũ, ꝛ oleũ, hoc eſt, verum ꝛ natiuum ſenſum adulterare ſcripturarꝫ. Increuerunt enim perditionis ſectę hoies ꝑuerſi, ꝛ velut arena maris pp̃ľus multus adhęſit illis. In primis Mahumetes cum ſequacibus ſuis, q leges execrabiles ſub dei magni nomine (cuius ſe iactabat nunciũ) conſtituens, poſt ſe traxit innumerá pp̃li multitudinẽ, cõparatá (infra cap. 12. Sect. 5. Pun. 5.) arenę maris: ſuper quá conſtitit draco iratus in mulierẽ, vt faceret bellũ cum reliqs, q ſunt de ſemine eius, q cuſtodiũt mandata dei, ꝛ habent teſtimoniũ Jeſu chriſti. De cuius origine, ꝛ ꝓgreſſu ꝛ fine ita paucis accipite. Sub anno domini ſexcenteſimo vigeſimoſecundo imperante Conſtantino Eraclij filio, Ormiſda perſarũ rex, Coſdroe filius, rebellauit contra imperium Romanum, contra quẽ ſtatim miſit Conſtantinus belli duces, vt in Damaſco, ꝛ in Antiochia conductis militibus augerent exercitum. Hoc audito veniebant multę ex Arabia nationes, Idumei, Saraceni, Iſmaelitę, ꝛ q vagabát̃ ꝑ totá Arabiá ꝛ Syriá, ꝛ Aegyptum, rapto viuentes, ꝛ latrocinijs predalibus: qui dũ ſtipendiũ peterent a Romanis: Reſponſum eſt eis, Romanorũ aurũ nõ eſſe dandũ canibus ac ſeruis, quales eẽnt Arabes: ſed liberis, Grecis Latiniſq;. Lęſi arabes ex hoc verbo vehementer irati ſunt: proinde recedentes diuulgauerũt verbũ hoc ꝑ oẽm Arabiá oibus nationibus, eorũq; ſocietatibus: q imenſa multitudine congregati in finibus Syrię iuxta Jordanẽ caſtra fixerũt, belli ingentẽ molẽ contra Romanos mouentes: q vaſtare fines, occupare ꝓuincias, expugnare ciuitates, oppidaq; ceperunt. Ut aũt res eorũ magis ſuccederet, elegerunt ſibi in principẽ Mahumetẽ quendá, virũ in primis callidũ, ꝛ audacẽ, inq; omne facinus prõptiſſimũ: cuius ductu ꝛ auſpicijs in deditionem acceperunt oẽs terras, q̃s Romani in Arabia petrea poſſidebant. Deinde ingreſſi Syriam ceperũt Damaſcũ, metropolim Syrię: ꝛ ꝑuagantes totá Syriá ꝛ Aegyptum igni ac ferro vaſtantes oia: imperio ſuo adiecere quicquid vſquá ditionis Romanę erat. Horum fortunę acceſſit ꝛ id

Mahumetes in regẽ eligitur.

quoqꝫ.Nā ea tempeſtate varijs hereſibus laborabat Arabia,Syria,
⁊ Aegyptus:quarū vna erat Neſtorij,ꝗ duas in chriſto pſonas pdi-
cabat:ꝙqꝫ deus in chriſto non pſonaliter vnitus fuiſſet homini,ſed
duntaxat habitaſſet,vt in viro pfecto.Berylli alia Boſtranę ciuita
tis Arabię epī,ꝗ chriſtū ex ſpū dei genitū putabat,initiū illi vt puro
hoī ſtatuens a matre:nec abſimilē ab alijs hoībus prędicabat,niſi
ꝙ deus habitaret in eo.Tertia Jacobitarū,a quodā Jacobo hęreſiar
cha ſic dictorū,aſſeuerantiū vnā tantūmō naturā in chriſto.Hi ſimul
baptizabant,⁊ circuncidebant.Ad hęc erant ⁊ Manichei,ꝗ nega-
bant in chriſto veꝝ corpus fuiſſe,ſed phantaſticū,⁊ apparens tantū,
ex aere aſſumptū:proinde nec vere mortuū,ſed ſimulate.Quia vero Mahume
has hęreſes Pontifex Romanus dānauerat cū ſectatoribus earūdē: ti heretici
effectū eſt,vt in Romanorū iniuriā facile Mahumeti adhererēt.Ma adherent.
humetes itaqꝫ exhinc vehementer roboratus venit contra Hierl'm,
⁊ in deditionē accepit eā.Syriā quoqꝫ ⁊ tres Arabias,felicē,petreā,
⁊ deſertā:⁊ Aegyptū oēm:prebentibus illi introitū hęreticis per oēs
ciuitates cōtra catholicos.Hinc in ſuperbiā ex tot victorijs,rerū fortu
nis elatus,cepit cogitare quomō a Chriſti doctrina gentē abduceret.
Erat aūt ꝑ id tēpus Sergius ꝗdā monachus Neſtorita,verſutus in-
genio,⁊ doli plenus:quo ſibi adhibito,⁊ duodecim alijs,ex quatuor
ſectis:Neſtorij videlicet ⁊ Berylli,⁊ Manichei,⁊ Jacobi hęreticoꝝ: Alcora-
conflauit ſuū Alcoranū:in quo mira calliditate,ne protinus cōtē- nū Mahu
neret:confitet chriſtū dei ꝗdē filiū eſſe,ſed nō patri coeternū:genitū metis.
autē ex ſpiritu dei,nec deum ſed purum hoiem,neqꝫ mortuū:nā quū
eum occidere vellent Judęi,raptum fuiſſe teſtat de medio coꝝ:Illuꝫ Chriſtum
autē ꝗ cōprehenſus fuit,negat fuiſſe chriſtū,ſed quendā alium ſimi- qūo ꝯfiten
lē ei,ꝗ in pſona eius fuiſſet occiſus.Inſuꝑ idē excogitauit nouū mo- tur Turcę
dum colendi deum:quo nunc vtuntur Mahumetani oēs:primūqꝫ ex Alco-
tēplum erexit in Damaſco,ꝙ meſquitā vocauit.Juſſitqꝫ ſimiliter fie rano coꝝ.
ri ꝑ totā Arabiā:⁊ eijci cruces e templis chriſtianorū:calices quoqꝫ
⁊ cętera vaſa aurea ⁊ argentea auferri:campanarū adhec vſum pro- Meſquita
hibuit.Quicquid vero faciebat,totū ꝑ reuelationē dei accipere homo tēplū Ma
aſtutiſſimus fingebat.Ut autē in primis placeret Jacobitis,pręcepit humeta-
Saracenos ſuos circuncidi:quos cū Neſtoritis,ꝗ ſe ſponte ſubdide- norum.
rant,eiſqꝫ introitum ꝑ oēs ciuitates dederant,permiſit libere viuere
in hęreſibus coꝝ,⁊ libertatibus ꝑ totā Aegyptū,⁊ Syriā,⁊ Meſopo
tamiā,⁊ Armeniā,⁊ Perſiā,⁊ Mediam:ꝗbus in locis reperiunt per
multi ex eis vſqꝫ ad hanc ętatē.Deinde pfectus contra Perſas,occu
pauit totū regnū Perſarū:Meſopotamiā quoqꝫ,⁊ Chaldeā.Sicqꝫ
rebus ſuis confectis verſus(vt dicit)in inſaniā,turpiter mortuus eſt.
Labentibus deniqꝫ ſuo volumine tēporibus,magno exercitu vene-
runt Turcę ab hyperboreis montibus:⁊ ſectā Mahumeticam graui Turcaruꝫ
ac longa pernicie chriſtianorū receperunt.Hi(vt dicit)a Teucris,id origo.
eſt,Troianis orti,ꝗ poſt Troię excidiū ad hyperboreas regiones ſe-
ſe contulerant verſus ſeptētrionē.Horū pars magna lapſu temporis

Perſarũ fines ingredit: vbi licẽtia impetrata a rege deſcedit: ⁊ quum populoſior in dies euaderet, vis ipſorũ regi incidit in ſuſpitionẽ. Expulſi itaq; Perſarũ finib⁹, vltra flumẽ Chobar ſe recepere, generiq; adiũxere ſuo. Tractanteſq; de rege, ex preelectis eorũ omniũ centum familijs iuſſerũt ſingulos tela ſua ferre: quę vbi delata fuere, placuit in fęni manipulũ ea lege inuolui, vt ex ea familia rex futurus eſſet, cuius ſors dediſſet telũ extrahi. Caſu euenit vt puer ad rẽ adhibitus Selduchorũ familię telũ, in quo Selduch notatũ erat, educeret, ex qua rex inſtitutus eſt: q̃ poſtea ex oĩ numero viros centũ elegit, qui ętate ⁊ moribus cęteros anteirẽt: cuius ductu gens ferox animi flumen ꝑtranſijt, Perſaſq; bello euicit, ac ſedibus eiecit: nec contentus his finibus, ꝓ orientalẽ plagã regna occupauit: Arabiã, Egyptũ vaſtauit. In Syriã deniq; deſcẽdens, Hieroſolymã cũ finitimis vrbibus longa ſtrage impio adiecit: totã Armeniã, ⁊ Aſiã minorẽ, ⁊ oẽm Greciã, ⁊ Traciã, ⁊ Bizantiũ, Europe quoq; magnã partẽ intrauit, ⁊ vſq; ad Iſtrũ flumẽ ſubegit. De q̃bus ꝑ ſequentibus lege copioſius infra ca. 12. Sect. 5. Punc. 5. ¶ Punc. 3.

Et data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ interficere, gladio, famæ, & morte, & beſtijs terræ.

**Mahumetanorum poteſtas.** Triſtibus Mahumetanis data eſt ptãs tremendo dei iudicio ſctõs interficere gladio, fame, ⁊ morte, ⁊ beſtijs terrę, ſuper quatuor partes terrę. Nam poſt mortẽ Mahumetis Abdalla Motaliph cum parte exercitus venit contra occidentem, occupauitq; totã Africã, ⁊ Hiſpaniã, deſtrũens vbiq; eccleſias, cõpellens oẽs ad ſectę Mahumeticę ſuſceptionem. Ex alia vero parte Iomar gener Mahumetis dux ab vniuerſis declaratus, ⁊ conſtitutus, cępit oẽs ꝓuincias orĩetales vſq; ad Indum flumen, cogens ⁊ hic ſimiliter obſeruare legẽ Mahumeti eccleſijs chriſtianorũ demolitis, aut in Meſquitas verſis. Porro anno Chriſti milleſimo ducenteſimo duodecimo, ſurrexerunt Tartari, ⁊ ſubiecerunt ſibi oẽs Indias, ⁊ totã Scythiã vſq; ad Thanaim, ⁊ Boryſthenẽ fluuios, ⁊ q̃cq̃d eſt vſq; fines Ruthenię, q̃ ⁊ ipſi ſectã Mahumeticã ſuſcepere: vt ⁊ hanc orbis partem ęquus hic pallidus vexet. Superuacaneũ eſt dicere de meridionali parte ꝙ in ea plus Mahumetes regnet, Aegypto a primo exortu eorũ poſſeſſa. Quę omnia facta ſunt ob peccatũ chriſtianorũ pręſertim eccſiaſticorũ, q̃ in vniuerſum dediti erant auaricię, ſuꝑbię, ac luxurię. vt Hiero. ſup Michęam tractat: q̃bus vitijs, ⁊ mõ ſeculũ in ipſis eccleſiaſticis pręſertim viris abundat. Dicat ergo. Et data eſt ei ptãs ſuper quatuor partes terrę; Meridionalẽ ſcilicet, vnde Mahumetes exortus fuit. Nã ⁊ leges execrabiles in Arabia cũ Sergio monacho ⁊ duodecim alijs cõdidit, ⁊ primũ eam orbis partẽ bello afflixit. Septẽtrionalẽ, vbi per Tartaros regnat, ⁊ Gazareos, ꝑ totã oram Caſpij maris. Orientalẽ quam gener Mahumetis Iomar graui manu ingreſſus poſt mortẽ Mahumetis cuncta vaſtauit, ⁊ vſq; ad Indũ flumen ꝑuenit. Occidentalem

quoq̃ quam Abdalla parte exercitus Mahumetis olim occuparat.
Sic ergo fuit data ptás abominabili equó Mahumeti, ⁊ Mahume
tanis oíbus ſup has orbis partes interficere gladio, fame, ⁊ morte, ⁊
beſtijs terrę. vt ſit interim gladius hic materialis, fames corporalis,
mors, peſtilentie: ⁊ beſtie terrę, leones ⁊ vrſi, qbus ſępenumero miſeri
chriſtiani in contẽptũ exponunt. Sũt beſtię terre, ⁊ domeſtica aialia,
vtpote iumẽta, equi, muli, aſini, oues, boues, cameli, ad quorũ cuſto-
diá ppetuo deputant abducti chriſtiani, ⁊ in ſeruos venundati: circa
quos cruciant ſępe vſq̃ ad mortẽ. Memini me aliquando interprę-
tari beſtias hic in mulieres eorũ, quę ſeducunt pleroſq̃ captiuos chri
ſtianos in ſui libidinem, cũ eis abnegare facientes chriſtũ, vitamq̃
fidei ab eis auferẽtes. Quicqd ſit, tamẽ beſtiarũ nomine intelligunt
oẽs hi quicũq̃ rapiunt, mactant, ⁊ dilaniant, ⁊ interficiunt. Hę autẽ
beſtię, ſicut ⁊ alia mala immittunt ob pctá noſtra. dicente deo Deut. 32.
Dentes beſtiarũ immittá in eos cum furore trahentiũ ſup terram, atq̃
ſerpentiũ. Et iterũ, Foris vaſtabit eos gladius: ⁊ intus pauor: Iuue-
nẽ ſimul ac virginem: lactentẽ cũ hoie ſene. Ubi ſimul illud accipe,
Quoniá nõ oẽs q talia ab infidelibus patiunt in delicto cõputant,
computant tamẽ in pœna: ſicut nõ oẽs q in Sodoma erant, ſimiliter
peccabant: nec oẽs deo odibiles erãt quos oppreſſit diluuium. Erát
enim aliqui ⁊ innocentes ẽt pręter illas octo pſonas, quas arcá ſer-
uauit. Certũ eſt ergo eiuſmodi pœná bonis cedere in gliam, malis in
cruciatũ. Hoc aũt qđ dicit, Dentes beſtiarũ: Et, cũ furore trahentiũ ſup
terrá, atq̃ ſerpentiũ: ſimili ſenſu capiendũ eſt, ſicut alibi dicit. Furor
illis ſm ſimilitudinem ſerpentis. Pſal. 57. Nouimus equidem ſerpẽ-
tes ſingulari furore exaſperari, quoties irritant: ⁊ nihil etiã ſine furo-
re agere, ſiue quũ ſe nexant in nodos, inq̃ ſua membra plicant: ſiue
quũ explicant, ⁊ longo volumine trahunt: ardent in primis oculis,
⁊ ſibilla ora retorquent, exertant crebro infeſtá acumine linguam: vt
vix in aliũ quempiá hoſtẽ ita hęc, ppħetica cõpetant verba: q̃ in hũc
Mahumeticę familię turcam. Sunt enim hi ita exaſperati, vt nũquá
ſine furore ſint, omni humanitate exuti. his oculi truces ſunt, ⁊ vul-
tus crudelitate obductus. Nunquá aũt ſine ſibillo atrociſſimę vocis Turcarũ ſęuitia.
ineunt pręlia, q in tempus habent ptátẽ occidendi, ſicut datũ eſt eis:
ſed ſinẽ habitura eſt aliquando ptás eorũ. Myſteriũ huius ſigilli ma
net vſq̃ in hodiernũ diẽ. Adhuc enim ſęuit hic equus pallidus, ⁊ ſe-
rox, q nõ nouit niſi mortẽ inferre: quẽ ẽt aperto ore ſequit infernus,
vt deglutiat, quos ſuperauerit. Sed aduerte, qa cũ bello externo ſi- Mahume
mul habet internum hoc tempus: hoc eſt, ſuos nouit hypocritas qui tani cũ he
ſemp pallent velut verę veritatis vacui. quos dñs ex pallore conſi- reticis ſi-
gnauit dicens, exterminant enim facies ſuas Matth. 6. Simul ergo mul exi-
ab hoc tpe cępit eccĺia vexari ⁊ Mahumetanis hoſtibus, ⁊ internis ſtunt ɔtra
hypocritis hereticis, ex qbus illi orti prodiere: vt iam dictũ eſt. Ma- eccleſiam.
humetica nãq̃ ſecta, mera hypocritica eſt, ⁊ ab hypocritis hęreticis
confecta. Non igit mirũ ſi vtrunq̃ vſq̃ modo patimur, qui occidunt

pios quatuoꝛ pꝛędictis iudicijs peſſimis. De turcis hoſtibus nihil dubiũ eſt, quin occidant gladio, fame, ⁊ vario alio moꝛtis genere, ⁊ beſtijs terrę. De hypocritis hęreticis, quomõ ijſdẽ occidant palam eſſe poterit, ſi conſiderabimus mendax ⁊ ꝑuerſum dogma ipſoꝛũ, oĩ gladio acutius, vt penetret oſſa medullaſq; oſſium, figat ⁊ aĩam ipſam, totũq; trucidet hominẽ: ijdem fame gratię, quã alienant, nec admittunt, perimunt: moꝛte quoq; pctĩ. Nihil enim aliud docere nouerunt ꝙ pctm̃, ſępe ẽt ſub pietatis noĩe laxantes concupiſcentiã in luxuriam ſenſuũ, carnaleſq; delectationes.

**Spiritualis expoſitio.**

Bene ergo per gladiũ doctrina hic mendax intelligit: cui dũ q acquieſcũt, coꝛũ coꝛda velut gladio trãſuerberant. Verbi eni typus eſt gladius, aliquando in bonã partem, aliquando in malã, pꝛout locoꝛũ circunſtantia exigit. Fames defectus ſermonũ dei eſt, ſeu fidei: Juſtus enim ex fide viuit Abac. 2. ſine qua vita non eſt. Conſtat enim verbo dei viuere: ⁊ famẽ verbi fidei moꝛtiferã eſſe. Significat ergo in hoc loco interfectio ex fame ꝙ Mahumetani verbi dei ꝓhibitione ꝗ̃plurimos perimunt. Huius famis figura olim pręceſſit. Gen. 41. quãdo vniuerſam ęgyptum fames pręualida ſeptẽ annis afflixit: cui niſi ſanctus Joſeph ſua pꝛouidentia occurriſſet, actum fuiſſet de vita moꝛtaliũ: nõ enim ſola Aegyptus eam famem ſuſtinuit, ſed vniuerſus oꝛbis. Quã mõ patiunt Judęi in vniuerſo oꝛbe, de quibus eſt illud Pſalmiſte, Famẽ patient vt canes: ⁊ circuibunt ciuitatem Pſal. 58.

**Chꝛis famis oꝛbis ſublatoꝛ.**

Occurrit tamẽ huic fami Joſeph noſter, nõ ille typicus, ſed verus, nempe chꝛiſtus deus noſter, q ꝑ ſe eſt panis noſter: q ait, Ego ſum panis vitę. Et iterũ. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi Joan. 6. Non ſolũ autẽ Judei patiunt hanc famẽ; ſed ⁊ oẽs qcunq; extra eccleſiã ſunt, extra quã perpetua fames eſt. in qua ſola ſaturitas plena ex medulla tritici, Sicut ſcriptũ eſt, Cibauit eos ex adipe frumenti, ⁊ de petra melle ſaturauit eos. id eſt fideles in eccleſia exiſtẽtes Pſal. 80.

**Peccatum moꝛs.**

Moꝛs deniq; pctm̃ eſt, bona ſatis ratione: quẽadmodũ eni moꝛs ſeparat hoiẽ a vita, ita pctm̃ a gratia: in qua eſt vita noſtra ꝑ chꝛiſtũ: illa priuat vita aĩali, hęc vita ſpũali. Aplo dicente. Gratia aũt vita ęterna Ro. 6. Jbidem. Stipendia pcti moꝛs. Jdeo dñs loquens incredulis Judeis dixit, Vos in pctõ veſtro moriemini. Joan. 8. Et Pſal. 48. Moꝛs depaſcet eos.

**Beſtię impij ſunt.**

Quid vero beſtiarũ noĩe, niſi impij deſignant: de quibus idẽ Pſalmiſta, in ſua pꝛecatione ad deũ ait, Ne tradas beſtijs aĩas confitentes tibi Pſal. 73. Sępe ⁊ alibi in Pꝛophetis ꝑ beſtias impij figurant, beſtiaꝝ moꝛe ſęuiẽtes, rapientes, mactantes, deuoꝛantes, ⁊ nihil nõ crudeliter faciẽtes. Hęc ſunt quatuoꝛ iudicia peſſima Ezech. 4. notata, videlicet gladius, fames, moꝛs: ⁊ beſtię terrę. qbus iandudũ affligimur a Mahumetanis, in grauiſſimo furoꝛe dei. de qbus eſt illud. Et infecta eſt terra in ſanguinibus: ⁊ contaminata eſt in opibus eoꝛũ. Pſal. 105. Et hoc pꝛopter demerita chꝛiſtianoꝛũ. Quũ enim hi ex ꝓfeſſione baptiſmali ſyncere ac mere ſpiritualiter vouerint viuere: velut perfidi ⁊ periuri inſyncere, ⁊ carnaliter ſicut equus ⁊ mulus vitã tranſigunt, magis in

dei iniuriā ꝙ glīā. Proinde in eodē Pſalmo vindicta cōuenienter ſequitur. Et iratus eſt dn̄s furore in pplo ſuo: ⁊ abominatus eſt hereditatē ſuā: ⁊ tradidit eos in manus gentium: ⁊ dn̄ati ſunt eorū, q oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorū: ⁊ humiliati ſunt ſub manibus eorū. ita vt gladio, fame, ⁊ morte, ⁊ beſtijs terrę perirēt ab eis. Fit enim vt q abducunt captiui, ꝑuerſis eorū dogmatibus ſeducantur ⁊ pereant: atq; inter eos fame verbi dei crucient̄, qđ eis negatur. Cautū eſt enim lege Alcoranica, ne qſpiā chriſtianus prędicator admittatur, neue audiatur verbum chriſti: cuius carentia fames pręualida animę eſt. Predicator chriſtianꝰ nō admittit̄ int̄ Turcas.

# DE APERTIONE SIGILLI QVINTI, ET CLAMORE ET CONSOLATIONE INTERFECTORVM SANCTORVM. SEC. 5. PVN. I.

Et quū aperuiſſet ſigillū quintū: vidi ſubtus altare aias interfectorū propter verbū dei: & propter teſtimonium, quod habebant.

Reſignatio huius qnti ſigilli typus eſt reuelatiōis myſterij qnti temporis, qđ imediate ſeq debuit poſt quartū tēpus, cum quo ⁊ cōtinuatur, vt intermediū nullū fere ſit: ideo nec vox vlla audita fuit: ſed tantum qa aię interfectorū viſę ſunt ſub altare lamentantes coraȝ deo, cur nō vlciſceret̄ eorū ſanguinē. Ubi in primis videndū eſt, qd ſit altare hoc ſub quo aię interfectorum erant. An aię poſtꝙ exutę fuerint corpore maneāt ſub altare. Quod ſi ſic, qd igit̄ altare? Sed Chriſtus eſt altare noſtrū, ſuꝑ quo ſacrificia noſtra deo ſunt offerenda: ſub hoc ſunt vniuerſi ꝑ cōfeſſione eius veritatis occiſi: qa nimirū dn̄s Jeſus eos oēs ſub ſe habet: in cuius ſpe dormiunt corpore. Typus aūt recte myſterio congruit, vt ſub altari (in quo debent offerri ſacrificia) eorū aię dicant̄, q facti ſunt victima chriſti, quaſi ſuꝑ altari chriſto cęſi: q dum cęderent̄ in eius fidei atteſtatione ꝑſtitere. Nos ſuꝑ chriſtū ſumus donec viuimus. Oſtendit̄ Matth. 21. Qui ceciderit ſuꝑ lapidem confringet̄. Et alibi cap. 9. Ois q audit verba mea, ⁊ facit ea: aſſimilabit̄ viro ſapienti, q ędificauit domū ſuā ſupra petrā. Petra aūt chrs eſt. 1. Cor. 10. ſuꝑ quem eſt ędificatio noſtra. Quicunq; aūt ij ſumus, poſt mortē ſecundū aias futuri ſumus ſub chr̄o, id eſt ſub ꝓtectione eius. Oſtendit pręſens ſcriptura. Uidi, inquit, ſubtus altare aias interfectorū. Subtus altare aię eorū recte vident̄, q ſub confeſſione fidei huius altaris, nō dubium qn xp̄i, oipotenti deo imolati ſunt. Alijs altare ſecretariū laudis ęternę intelligit̄: quo depoſita carnis ſarcina ſcti cupiunt in btō lumine deo oipotēti laudes offerre. Sed qd illud ſecretariū ſit? cœlum eſt ſecretariū, a cœlando, id eſt, occultando dictū: eo ꝙ ibi occultent̄ aię fideliū. Diuinitas ēt cœlū eſt, ſub qua ani-

Chr̄s altare nr̄m.

mę quieſcūt beatoꝝ,iam in cœlū relatę.Nunc ſi cœlū eſt ſecretarium
ꝛ ſecretarium altare hoc:quomõ aīę ſunt ſub cœlo,ꝛ nõ magis in cę
lo?Sed ꝗ cum xp̄o eſt,in celo eſt:ꝛ ſub diuinitate chr̄i eſt, ꝛ in eius
ꝓtectione eſt.Sic autē in eius ꝓtectione,quēadmodū dignitate infe-
riores ſub ſuperiore eē dicunt,a quo ꝓtegunt.Nõ ꝗa aliquid aduer
ſi eis accidere in cęlo illo poſſit:ſed ꝗa cū capite ſunt,ꝛ ab eo accipi-
unt ꝗcquid ſunt,recte ſub eius ꝓtectione ſunt.Dicat ergo. Sub altare
vidi aīas interfectoꝝ:ac ſi diceret,ſub chriſto,ſub quo erant antea:nõ
ſolū ꝗ ob fidei confeſſionē interempti ſunt,aut interiment:ſed etiam
quicunqꝫ ꝑ carnis crucifixionē deo ſeſe offerūt in hoſtiā laudis ꝛ gra
Altare aureū thymiamatis. tiarūactionis.Altare hoc pulchre figurabat vetus illud, qđ thymia
matis erat ſiue incenſi aū velū,obtectū auro:in quo tm̄ ſanguis pone
batur,ꝛ thymiama.Pręceptū ꝗppe legis erat,vt dum ſuꝑ altare ęre-
um,id eſt,ęre coopertū,qđ ſub aꝑto cęlo in atrio erat,ſacerdos imo-
laſſet,abluendo prius pedes ꝛ manus,ardentes prunas in thuribu-
lo reciperet,ꝛ ſic ingrederet primā partē tēpli,quę ſctā appellabatur:
ꝛ poſito thuribulo ad altare incenſi thymiama iniiceret, adoleretqꝫ
in cõſpectu dñi:quo opere ſacrificium totum abſoluebat.Nunc,quid
atriū ſit,ꝗdue altare illud ęreū,qđ holocauſti dicebat:ꝗd deinde ce
Atrium. tera videamus.Atriū pręſentis tp̄is eccl̄ia eſt.Altare holocauſti,xp̄s,
in quo corpora noſtra imolant deo:ſiue id fiat ꝑ gladij occiſionem,
ſiue ꝑ carnis in pœnitentia mortificationē:cuius altaris ignis recipi
tur in thuribulo,ꝗa charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝑ ſpiritū
ſanctū,ꝗ datus eſt nobis:ꝛ hęc nūꝗ̄ excidet.1.Cor.13.Merito ignis
altaris holocauſti in thuribulo receptus in ſctā inferebat: manebit
enim nobiſcū etiā tum quū tabernaculū nõ manufactū introibimus,
ꝛ excellenter manebit.Sed vide hic pulchrā typi competentiā.Prius
ęreū fuit altare,poſtea aureum:ꝗa ꝛ chriſtus quando ꝑtulit marty-
riū,ſingulari fortitudine pręmunitus fuit:quando autē reſurrexit per
glorioſi corporis reaſſumptionē aureus,id eſt,pulcher, ꝛ pręcioſus
eſt.Sic ꝛ ſcti ęrei ſunt donec certant.id eſt.fortes in tolerandis aduer
ſis ꝓ chriſto,poſtea aurei erunt in gl̄ia: vt iā nõ ſub altari mactatio-
nis,ſed laudis ęternę,ꝛ gratiarū actionis fiant.Qui ergo mortē op-
petunt ꝓpter verbū dei,ꝛ ꝓpter teſtimoniū:ꝑpetuo erunt ſub hoc al-
tari.Ubi duo genera martyrū deſcribi vident.Primū,eorū,ꝗ conſtā-
Martyrū duo gñā. tiſſime pręedicant dei verbū.Scdm̄,eorū,ꝗ ſimplici credentia teſtimo
niū ferunt,qm̄ hic eſt Chriſtus,Saluator orbis,ꝗ eſt bn̄dictus in ſe-
cula.Quia vero ſub altare viſę ſunt animę interfectorū ꝓpter verbū
dei,ꝛ ꝓpter teſtimoniū quod habebant:ſolet eccleſia ſctā ex hinc ꝓ-
babili inſtitutione Sanctoꝝ reliꝗas in altaribus ſacris condere:quo
Oſſa ſctōrū cur ī altaribus reponantur. rū animę ſunt ſub chriſti manu ꝛ cuſtodia,a quo ꝛ primā iam merce
dem meruere.vt nihil ſine ratione in nobis geraт.Nā ſi dū viuerent
ſancti,ab hoc altari chriſto nihil recedebant, cui in primis addicti
erant:conſentaneū ꝑfecto erat vt poſt mortē ſub eius protectione con
ſtituerent,cuius pręceptionū cuſtodia ſeruabant dū viuerent: vt qui

chari erant in vita, chari ſiãt ⁊ poſt mortē. Eſt ⁊ alia ratio. Nãqꝫ dū viuerent ſcti: eoꝝ corpora, quaſi altare in chriſto fuere ſacrificiorum: q̄cq̄d e nobis ſit, in dei honorē, ſuꝑ his imolatū videat̄, ⁊ ita cognoſcat̄. Ceteꝝ, q̄s neget nos de corpore illius eſſe, q̄ hic ꝑ altare ſignat̄, nempe Jeſu chriſti: vt recte corpora ſctōꝝ in altaribus condant̄, nec ſine reliquijs eoꝝ aliq̄d altare conſecret̄: vnde iugiter ſiunt, gratiaꝝ deo actiones ⁊ laudes. Suꝑ q̄d ſacrificium illud vnicū ⁊ verū corporis ⁊ ſanguinis dn̄i iugiter conſecrat̄, ⁊ offert̄ deo in odorē ſuauitatis. Porro vt ſcti intercedant ꝓ nobis apud dn̄m. Licet enim vnus ſit mediator noſter chriſtus ꝑ redemptionē: qui ſolus ipſe potuit redimere nos, q̄a ſolus ſine pctō fuit iuſtus ⁊ ſanctus: interceſſores tamen plures eē credunt̄, tot videlicet quot ſunt ſancti corā deo. ❡ Punc. 2.

Mediator vn⁹: interceſſores plures.

Et clamabant voce magna dicentes. Vſquæquo dn̄e, qui es ſanctus, & verax, nō iudicas, ac vindicas ſanguinem noſtrū de his qui habitant in terra?

Magnus clamor aiarū ſctārum, magnū earū eſt deſyderiū, quo vehementer cupiunt quęcunqꝫ dn̄m velle norūt. Neqꝫ enim fas eſt credere eas contra dn̄m quippiā cupere ac velle: quū deſyderia earum ꝑpendeant ex dn̄i voluntate. Dicunt autē eū, dū ſic clamant precanturqꝫ, ſanctum ac veracē iuſtiſſima p̄fatione, quo ꝓpenſior fiat eis animiqꝫ conciliatior: vtqꝫ meminerit celerius facere iudiciū ⁊ iuſticiā in terra, quę illi cōpetunt, quēadmodū ꝓdunt ſacrę literę. Scriptū eſt enim Jere. cap. 24. Regnabit, inquit, rex, ⁊ ſapiens erit: ⁊ faciet iudiciū, ⁊ iuſticiā in terra. iudiciū in diſcutiendo: iuſticiā in retribuendo. Proinde Deuter. 32. dicit ipſe deus. Mihi vindictā: ⁊ ego retribuā Et Pſalmo. 79. Quū accepero tēpus ego iuſticias iudicabo. Rurſum in Deuteronomio loquit̄. Si acuero vt fulgur gladiū meū, ⁊ arripuerit iudiciū manus mea, reddā vltionē hoſtib⁹ meis. Idē ꝓpheta, Vindictā, inq̄t retribuet in hoſtes eoꝝ, ⁊ ꝓpitius erit terrę ppl̄i ſui. Dicūt ergo. Vſquequo dn̄e, q̄ es ſanctus, ⁊ verax, non iudicas, ac vindicas ſanguinē noſtrū de his q̄ habitant in terra. Ac ſi dicerent, illi q̄ fuderunt ſanguinē noſtrū ſub totū quartū tempus, adhuc in pace ſunt in terra, ⁊ ꝓſperant̄ in itineribus ſuis, multiplicati nimis ⁊ roborati cōtra te ⁊ eccl̄iam ſanctoꝝ, q̄ in carne ſunt. Quę eſt ergo hęc patientia tua? Aut quouſqꝫ vltio ꝓtelabit̄? Iā q̄tū tempus adeſt, ⁊ necdū ſiniti ſunt impij: manent ⁊ florent mūdi glia: tui aūt calcant̄ ab eis, ⁊ cōtinue tuū nomē blaſphemat̄. Quandiu igit̄ ſuſtinebis eos, vt nō iudices nec vltionē ſumas de effuſo ſanguine noſtro: hortātibus te ſanctitate ⁊ veritate tua legali, q̄bus prepolles? Nãqꝫ es ſanctus, ⁊ verax: q̄ reddes vnicuiqꝫ iuxta opa ſua. Sanguis noſter effuſus eſt, ⁊ ob tui nois confeſſionē effuſus, te enim ſpreto effuderunt illū. Quum igit̄ ſanctus ſis excellenter, ⁊ verax implendo ꝓmiſſionē in Prophetis expreſſam: quare non iudicas, ⁊ nō vlciſceris iniq̄tatē ⁊ ſeuitiam Mahumetanoꝝ, alioꝝq̄ Antichriſtoꝝ. Aut quouſqꝫ erit eiuſmodi

Clamor aiarū ſanctarum.

patientia tua? Multiplicant quotidie, roborant, erigunt: te contem-
nunt, ⁊ perſequunt in ſctis tuis, ⁊ blaſphemant: adeo, vt valde mirũ
ſit quomõ tantã iniuriã ſuſtineas, q potens es ⁊ magnificus in maie
ſtate. Tremunt te angeli: cherubin ⁊ ſeraphin vultũ tuũ expaueſcũt,
q conturbas mare, cœlũ concutis, ⁊ terrã tremere facis, ẽt ſi nihil ad-
uerſum te hęc peccent: hoſtes aũt tuos negligis impuros ⁊ inſanos:
⁊ quos nulla tua patientia erudit, nec lenit, nec retrahit: q ſunt non
aliud niſi vaſa irę tuę, ⁊ furoris tui, vt infundas in eos irã indigna-
tionis tue ⁊ furoris, ⁊ perdas, ⁊ deleas eos de terra viuentium: eo ꝙ
nemini nõ noceant, nemini nõ moleſti ſint: q ſubito vellent nomen
tuũ deleri e terris, qđ admodũ ſanctum eſt ⁊ terribile. Tua vox illa
eſt. Deus autẽ nõ faciet vindictã electorũ ſuorũ clamantiũ ad ſe die
ac nocte, ⁊ patientiã habebit in illis? dico vobis qa cito faciet vindi-
ctã illorũ. Lu. 18. Ut qđ igit cunctaris? vel quãdiu hoc cito fiet: ꝗ̃diu
ꝓtelabit tempus vltionis tuę? Quid aũt eſt ꝙ ſic pręcant ſancti? Si-
tiunt ne vindictã? Reſpondeo. Uindictã ꝓpriã minime: ſed contem-
ptus dei in ſemetipſis. Quia enim hoſtes chriſti chriſtũ potius in eis,
ꝗ̃ ipſos occiderũt, dũ ob chriſti confeſſionẽ eos occiderunt: poſtulant
vindictã. qua facta letant: Sicut ſcriptũ eſt. Letabit iuſtus quũ vide-
Orant ſcti rit vindictam Pſal. 57. Cupiunt ergo ſcti vindictã (vt adhuc repetã)
ꝯtra ipſos nõ ꝓpter ſe, ſed ꝓpter eũ, qui calcatus eſt in eis. nec ſimplici, ſed ve-
⁊ quomõ: hementi affectu cupiunt: quorũ vehemens deſyderiũ in voce magna
⁊ clamore exprimit. Sed quę eſt hęc vindicta quã cupiunt? hęc eſt vt
confundant ⁊ erubeſcant, ⁊ a vijs ſuis peſſimis conuertant: vtq; af-
fligant, donec ad cor redeant, ⁊ veritati ſubijciant: ⁊ ſi nõ ſunt reuer
ſuri, cito diſpereant, ac dent locum dei cultoribus: nec vltra peccent
contra dñm, neue calcent nomẽ eius in ſanctis ſuis: q̃tinus ex hoc
minorẽ penã in inferno ſuſtineant. Sic nõ rarũ eſt ſanctos orare deũ,
quẽadmodum ⁊ Jeremias orat, confundant, inquit, q me ꝑſequun-
tur: ⁊ nõ confundar ego: paueant illi, ⁊ nõ pauea ego: duplici contri
tione contere eos dñe Jer. 17. duplici. id eſt. forti, ⁊ graui, ⁊ notoria:
quatinus alij quoq; timorẽ habeant, vt nõ erigant: nõ pręſumant
contra dñm: timore autẽ humilientur, vt non ſimiliter pereant. Sic ⁊
Apl'us peccantes publice argui iubet, vt ceteri timorẽ habeãt. 1. Ti-
mo. 5. Non ꝓinde putes hęc odio inimicorũ, ꝓ qbus in hoc ſeculo,
dũ viuerent orauerunt, eos dicere: ſed amore ęquitatis ⁊ iuſticię dei:
Aduenire quo ipſam diẽ, qua pcti regnũ deſtruat: ⁊ reſurrectio extinctorũ corpo
regnũ dei rũ adueniat pręcant. Jd ⁊ nos in pręſenti quũ ꝓ inimicis orare iube
pręcamur. mur: dicimus orantes, Adueniat regnũ tuũ, regnũ inꝗ̃ quando oĩa
aĩa ſubiecta erit deo: ⁊ nemo vltra terga vertet, nec reluctabit illi: re
gnũ quando corpus pcti omne deſtruet: regnũ quando oẽs reſurge-
mus: regnũ quando pijs dat merces glĩa, impijs ſuppliciũ: vnicuiq;
ſecundũ opa ſua. Quaſi diceremus, iuxta pręſentẽ ſcripturã. Uſque-
quo ꝓtelabit dñe regnũ tuũ, ⁊ tuę celſitudinis reuelatio? vt maniſe-
ſtus ſias mundo: exerasq; iuſticiã: ⁊ facias iudicium: quatinus ij qui

modo aduerſum te eriguntur: ſanctiſq; tuis multa irrogant mala, ⁊ id quidē nullis cōmeritis eorum, ſed tantūmodo quia pij ſunt, ⁊ colunt nomē tuū, qđ ſanctum eſt ac terribile: ⁊ conteſtant, laudant, ⁊ glorificant, qđ oderunt illi. Poſtulant autē iudicium ⁊ vltionem de illis q̃ habitant in terra corpus mortale circunferentes: nā de illis, q̃ exuti corpore ſunt, amplior vltio poſtulari nō debuit, q̄ ſuſtinent ęternū. Rupertus abbas locum hunc ad Judęos refert: q̃ idcirco dicunt habitare (vt ipſe ait) in terra, ꝙ amore toti inbereant terrę: q̃ ēt xp̄m orbis ſeruatorem ob terrenorū cupiditatem, interemerunt: timebant nāq; perdere terrā, ⁊ cœlū perdiderunt. Horū primū exemplum fuit Cain, q̃ iuſti Abel ſanguinem effudit ob terrā, ꝙ hęc illi vberius fructificaret: ⁊ in ſacrificio fructus terrę deo eſſet acceptior. Ideo dñs in euangelio ait, Ut veniat ſup vos omnis ſanguis iuſtus. id eſt, vltio ſanguinis, q̃ effuſus eſt a ſanguine Abel iuſti, vſq; ad ſanguinē Zacharię filij Barachię, quē occidiſtis inter templū ⁊ altare, ſcilicet holocauſti, qđ erat in atrio templi foris ſub aperto cœlo Matth. 23. A q̃bus, Judęis dico, fuit req̃ſitus ſanguis iuſtorū clamantiū ad deū, quando ſunt exterminati p Titum ⁊ Veſpaſianū bello diuturno ac ptinaci, vt ⁊ ij q̃ cladē euaſiſſent, diſijcerent in vniuerſo orbe, tanq̄ puluis a facie vēti, ne certā ſedē vſq̄ haberēt, idq; preter priuatas ſingulorꝫ pœnas. Meminit autē dñs ſpeciatim de Zacharia Abeleq;, ꝙ horꝫ mors in ſcriptura celebrior eſſet, in q̃bus cęteri quoq; intelligunt, quorum ſanguis ab impijs effuſus eſt ab initio. In Abele cœpit pſequutio iuſtorꝫ, ⁊ venit vſq; ad Zachariā Joiadę filium, q̃ Barachias alio noie dictus eſt. id eſt, dei benedictus, quē Joas rex inter templū ⁊ altare obrui lapidibus iuſſit. Sed nec hic finis fuit effuſioni iuſtorꝫ ſanguinis: poſt quē multi occiſi ſunt p reges Judęę, ⁊ principes, p̄ſertim p Manaſſen regē, q̃ ppriū filiū traduxit p ignē: ⁊ innoxiū ſanguinē fudit multū nimis, donec impleret Hierl'm vſq; ad os, vt ſcriptura teſtat. Tali ergo ſenſu referri putat vltio ad Judęos, vt quaſi innocentes martyres, q̃ in bethleem, ⁊ in oibus finibus eius occiſi erant pro dño: necnō alij quoq; in Abele ⁊ Zacharia Joiade filio intellecti, vociferarent contra Judęos habitantes in terra, id eſt terrenis cupiditatibus inherentes, quouſq; fieret, vt vltio ſumeretur de eis. Non ſolū autē hi, ſed ⁊ chriſtus hō vociferabat contra hos, cuius ſanguinē in omni crudelitate illi impij effuderunt. Uerūtamē clamor hic iuſtius refert ad quarti tēporis martyres, q̃bus iungunt ⁊ quinti tēporis ſancti: quatinus meminerit dñs iam tandē ſuorum q̃ calcant pedibus aduerſariorū, q̃ ſunt vniuerſitas Mahumetanorū. Nanq; hoc tēpus hos principalius nunc habet externos hoſtes ecclię. alij q̃ ſunt cū his cōputant in vno corpe myſtico. ¶ Pun. 8.

Sanguis iuſtorū requiſitus eſt a Judęis.

Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis, vt requieſcerent adhuc modicum tempus donec compleatur numerus conſeruorum eorum: & fratrum eorū,

qui interficiendi eſſent, ſicut & illi.

*Stolę ſingulę datę aiab⁹ ſctis*

Singulas dicit ſtolas, nō duplices: qa nimirū ſcti primū in anima recipiunt ſimplicē gloriā cum lumine deifico ſuo, ſicut & primum per conuerſionē voluntatis in bonum fortiꝑpoſito meruerunt. Hoc enim ordo iuſticię dei expoſcit, vt qđ primū fuit in merito, primū fiat ei in remuneratione. Stola alba, glorię eſt typus: nā & dn̄o in monte trāſfigurato veſtimenta facta ſunt alba. Erit quum & corpora noſtra ſuā referāt ſtolā, quando videlicet reſuſcitabunt ad vitā: vt iā tum nō ſimplicē ſtolā ſed duplicē repoſcant. Illud aūt ſciendū, nō iccirco datas eſſe animabus ſctis ſingulas ſtolas, qa clamantes peterent vltionē ſui ſanguinis: ſed qa interfecti erant ꝑpter verbū dei, & ꝑpter teſtimonium qđ habebant.

*Quare datę ſingulę ſtolę.*

Ceterum clamor ſanctorum martyꝝ cœpit tū temporis, quum occiderent̄ funderentq; ſanguinē: & nō deſijt vſq; nunc, nec deſinet donec finiat̄ orbis: dicente deo ad Cain, Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Gen.4. De quo Paulus dicit ſcribens ad Hebręos, ꝙ defunctus adhuc loqueret̄. cap.11. Tantum malum eſt, tamq; abſurdum effundere humanum ſanguinem: maxime vero innoxium, quia continue clamat ad deū de terra, donec in parricidas fiat animaduerſio. Scriptura dicente. Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum, q effuſus eſt, introeat in conſpectu tuo, gemitus compeditoꝝ. Pſal.78.

*Parricidarū lex apđ ethnicos.*

Apud Ethnicos lex parricidaꝝ erat, vt primū ſanguineis virgis cederent̄: deinde cū cane, & gallo, & vipera, & ſimia natura ꝯtrarijs culleo, id eſt, vtre ſeu ſacco coriaceo inſuebant̄: & ſic in mare ꝑcipitabant̄, aut in flumine mergebant̄: q̄tinus negatis illis añ mortē vitalibus ipſis elementis, miſerabili tum demum morte interirēt: quando ira odioq; inuicem exaſperata hęc contraria natura animātia a mutuis morſibus conuerterent̄ in parricidā, q cum vna ſeſe dānatos aiaduerterent: q & pręſens eſſet, nec ſe defendere poſſet. Id qđ M. Tullius in quadā orōne mirabiliter tractat, vt ſolet prudentiſſime oīa. Meminit loci orōnis in oratore ſuo ad Marcū Brutum ſic. Quid (inquit) tā comune, q̄ ſpūs viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis: ita viuunt dum poſſunt, vt ducere animā de cœlo nequeant: ita moriunt̄, vt eorū oſſa terrā nō tangant: ita iactant̄ fluctibus, vt nunq̄ alluant̄: ita poſtremo eijciunt̄, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant, & quę ſequunt̄. Enimuero aura vitalis, quam reſpirando ducimus cōmunis eſt viuis oībus: ſed parricidę, q in vtrē inſuebant̄, nō hanc ſpirare poterāt. Itē terra mortuis cōis eſt, in qua iacent oīm cadauera mortuoꝝ: ſed illoꝝ corpora eā tangere nō poterant in vtrē incluſa. Mare cōe expoſitis ac fluuitantibus, ſed ab hoc parricidę nō alluunt̄, vnda ad eos non penetrante. In littore conquieſcunt cadauera eiecta fluctibus, ſed parricidę ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcunt, qbus reciproce illidi eos certū eſt: q̄tinus agnoſceres parricidas mortaliū īmaniſſimos ex lege omni pœna digniſſimos.

*Parricida nō eſt ſine pœna.*

Fas enim eſt, vt q ꝑ vim alijs crudeliſſime vitā eripiunt, eiſdē vita crudeliſſime deneget̄. Proinde dn̄s in Euangelio, Qēs, inqt, qui

gladio quęrunt,gladio peribunt.Joan.19.Et in Geneſi ſcriptum eſt. Quicunq; effuderit humanũ ſanguinẽ,fundet ſanguis eius pro eo, cap.9.Hęc eſt igiẽ iuſticia dei,vt quũ in alijs pctis deus ſua miſericordia preſto ſit:in hoc ſeuerus exiſtat:vt raro ſine vltione euidente crimen hoc effluat,vt nõ temere aias interfectoꝶ preſens ſcriptura indicet vehementiſſime vltionẽ expetere,cũ dicunt,Uſquequo dñe, q es ſanctus,ꝛ verax,nõ iudicas,ac vindicas ſanguinẽ noſtrum de his,q habitant in terra:Uindicas.id eſt vlciſceris. Ac ſi effuſio ſanguinis earum ſine vltione pręteriri nõ poſſit.Sequitur.Et dictum eſt eis ꝛc. A quo dictũ eſt:A dño Jeſu chriſto,ad quẽ ptinet cura ſuorum ſeruorũ,q ꝛ gubernat totã ecclſiam,rex enim eſt chriſtus.Põt ꝛ ad angelus reuelatorẽ referri,vt ab eo dictum ſit illis,vt requieſcerent.id eſt,qete ſuſtinerẽt adhuc modicum tempus,p qđ compleri deberet numerus conſeruoꝶ,id eſt,electoꝶ vni dño,nẽpe Jeſu chriſto ſeruientium.Dñ autẽ modicum,preſens oẽ tempus dicit̃ reſpectu futuri,qđ ęternũ erit. Uel modicũ,qa breue eſt oẽ tempus vite beatis,inſtans,ꝛ momẽtaneũ,ob ſummã delectationẽ quę in deo eſt.Locus indicat certũ eſſe numerũ electorũ in omni ordine,quẽ impleri neceſſe eſt:q ſoli illi cognitus eſt,q in numero,pondere,ꝛ menſura conſtituit oia: ad quem ſpectant quotquot p veritate occidunt̃,vſq; in iudicij tempus: quos hic ſpiritus dicit ad inuicẽ fratres ꝛ conſeruos eſſe. Neq; vero ideo occidunt̃,qa ſciunt̃ q̄ occidendi ſunt:ſed impietas in hoie peruerſo, ꝛ malignitas in ſatana totius boni aduerſario, in cauſa ſunt quare pii occidunt̃.Nã dei cognitio nõ cogit,ſed ſcit ita euenturum ex malignitate peruerſorum.Eſt autẽ vehemens exhortatio ſanctis ad ęquanimiter tolerandũ,vt expectent patienter numerũ illorũ,q interficiendi ſunt pro chriſto:vt qui deſyderant recipere ſua corpora, gaudeant ex numero colligendorum fratrum conſeruorum ſuorum.

Electorũ numerus certus in oi ordine.

Uñ eſt q̄ mali pſequunt̃ occiduntq; bonos.

## DE APERTIONE SIGILLI SEXTI: ET SIGNIS EDITIS IN TERRA: ET SOLE, ET LVNA, ET STELLIS. SEC. 6. PVN. 1.

ET vidi quum aperuiſſet ſigillum ſextum: & ecce terremotus factus eſt magnus.

Apertio ſigilli huius ſexti ſextã ecclę ętatẽ,quę erit ſub magno antichriſto indicat:quando vniuerſa terra,ꝛ totus orbis mouebitur.Qđ autẽ illud extremum tẽpus indicet,declarat p ſemetipſum dominus in Matthæo,vbi quum de motu orbis loqueret̃ dixit,Statim autem poſt tribulationẽ dierum illorum ſol obſcurabit̃,ꝛ luna non dabit lumen ſuum:ꝛ ſtelle cadent de cœlo:quę ꝛ hic ſimiliter ſingulatim ponunt̃,vt palam eſt.Tunc nempe fiet terremotus magnus,quando reuelabit̃ ille iniquus,quẽ dñs Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui,ꝛ deſtruet illuſtratione aduentus ſui cũ:cuius aduentus erit ſecundũ opera-

Sexta etas ecclę

Tempus Antichri.

tionē ſatanę, in omni virtute, ⁊ ſignis, ⁊ ꝓdigijs mendacibus, ⁊ in omni ſeductione iniquitatis, his qui pereunt: eo ꝙ charitatē veritatis nō receperunt, vt ſalui fierent, Ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicent oēs q nō crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. 2. Theſſa. 2. Ueritas fides eſt, quę ꝑ dilectionē operat. Qui ergo ſm rationē fidei vitā non inſtituunt, vt ſm deū viuant, ſed ſm erroris ſpiritum, vt faciāt mala, vtq; pereāt: hos ex grauiſſima ſua iracundia de⁹ ſinet tūc reuelari, vt iā nō in occulto, ſed palā fiāt mali, ſequanturq; hoīem pcti. Scriptū eſt enī. Cōmota eſt ⁊ contremuit terra: fundamenta mōtium conturbata ſunt: ⁊ cōmota ſunt, qm̄ iratus eſt eis. Pſal. 17. nā pacato deo, pacata ſunt oia: cōmoto oīa cōmouebunt. Quod nō ita velim intelligas, quaſi paſſiones eiuſmodi in deo ſint, apud quē nō eſt mutatio Iac. 1. ſed qa mutationes fiunt in opibus dei. Et hoc dupliciter: vel de miſericordia ad iudiciū, id eſt, punitionē: vel de iudicio ad miſericordiā, deus aut placatus, aut iratus dicit. Pręſtat ergo cōponere mores, optimā fidē in deo habere, ⁊ charitatē veritatis ſequi: vt non ſeducamur: qa veritas ſola nos liberabit. ¶ Punc. 2.

## Et ſol factus eſt niger tanquā ſaccus cilicinus.

Proditum eſt memorię ſolem obſcuratum eſſe in die paſſionis dn̄i, a ſexta hora vſq; ad nonam horā. Luc. 23. Similiter futurum dixit ſaluator ſub hoc tempus, qđ notat hic ſcripturę locus, Math. 24. Qđ ⁊

Sol chr̄s

ſi literaliter quoq; futurū eſſe non negemus, ſpūaliter tamen ſub eo tempore magis. Quis ſol, niſi chriſtus? de quo Mala. 4. vobis deum timentibus orieē ſol iuſticię, ⁊ ſanitas in pennis eius. Huius pennę,

Radij ſolis xp̄i eloquia eius.

radii ſunt: alioq qd ſoli, ⁊ pēnis? Radij aūt eloqa ſunt veritatis. Impoſſibile autē eſt, vt is ſol, aut radij eius obſcurent: verum, quemadmodū nubes obiectę impediunt, ne ſolis claritas videatur a nobis: ita figmenta hoīm, ⁊ doctrinę demoniorū: quaſi nubes craſſę efficiūt ne pulchritudo ⁊ claritas ſplendorq; ſolis iuſticię chriſti videri queat. Quo enim plus aliquis erroribus tenetur (vt in hęreſum amatoribus ꝑſpicuū eſt) eo minus chrm̄ ⁊ lucē eius videt, ⁊ excecatior eſt.

Obſtinatis pctōribus nō videt chriſt⁹ pulcher, ſʒ deformis.

Idem vſu venire ſolet ⁊ in obſtinatis pctōribus: qbus qui eiuſmodi ſunt, ſol chriſtus videt eſſe niger: velut ſaccus cilicinus, pungens, ⁊ ſępe cruentans: qa iam non eſt illis ſpecioſus forma pręſ filijs hoīm, Pſal. 44. nec candidus, ⁊ rubicundus. Canti. 5. nec tanq̄ agnus manſuetus, Eſa. 53. ſed deformis, niger, crudelis: qualē his ſubinde apparere ſolere chriſtū dixit Eſaias, ⁊ nō eſt (inquit) ei ſpecies, neq; decor: ⁊ vidimus eū, ⁊ nō eſt aſpectus: ⁊ conſyderauimus eū deſpectū, ⁊ nouiſſimū virorū, virū dolorū, ⁊ ſcientem infirmitatē: ⁊ quaſi abſconditus vultus eius, ⁊ deſpectus: vnde nec reputauimus eum. Proinde ipſum amare nequeunt, maluntq; aliunde ſalutem, ⁊ lucē, q̄ a chriſto petere: ac ſic vnde putant ſe ſalutem ac lucem reperiſſe, inde tenebras ⁊ perditionem inueniunt. Sequitur. ¶ Pun. 3.

Et luna

Et luna tota facta eſt ſicut ſanguis.

Quę eſt hęc luna niſi ea, de qua Cant.6. dicit Pulchra vt luna. Maius luminare chriſtus verus ſol: minus ecclia vera luna, quę a ſole chriſto lumen accipit. Hęc luna velut ſanguis facta eſt: ⁊ tota quidē, ex perſequutione Antichriſti. Sanguis tum futura erit eccleſia, quando cœdibus madebit ex occiſione ſctōrū. Vel ſi ſpiritualiter plus libeat expendere vt debet: tū fiet luna hęc, id eſt ecclīa, tota ſanguis, quādo magna pars fideliū deficiet a ſolari lumine: ꝙ in ſanguinē defluant multi ⁊ carnem. Caro ⁊ ſanguis ſynonima ſunt: vnde dn̄s dixit Petro, Caro ⁊ ſanguis nō reuelauit tibi, Matt.16. Et Paulus. Caro ⁊ ſanguis regnū dei nō poſſidebunt. Pauci nāqꝫ tum ſpūales erunt: hoc eſt. vere fideles, ⁊ fere nulli, nec ij palā. Huius futuri mali figura fuit excidiū Hieroſolymorū, quo ea ciuitas facta eſt ſanguinea. Legant q neſciunt Joſephū, ⁊ miſerabilis hiſtorię tragediā intelligēt: quę noua ſemper legentibus occurrit, vt nō lachrymis ſe temperēt, ⁊ dicant, Quo abijt lunaris illa pulchritudo tua, hieruſalem? Quomodo verſa eſt in ſanguinem? De cuius ciuibus meminit Jeremias Trenorum.4. denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, ⁊ non ſunt cogniti in plateis: adhęſit cutis eorū oſſibus: aruit, ⁊ facta eſt quaſi lignū, quibus erat ꝓ ſuaui odore fetor, ꝓ zona funiculus, ꝓ criſpanti crine caluiciū, ⁊ ꝓ faſcia pectorali cilicium, Eſa.3. Quare? Quia nō pepcerunt iuſto, ſed occiderunt eū: ⁊ ſanguinē eius fuderūt. Sic ſeneſcente mundo, inualeſcet malicia in hominibus chriſtianis: ꝓpter quod irritabitur deus vehementer, vt effundat irā ſuā, ⁊ mittat ꝑſequutionē grauiſſimā in oēs, vt conterantur, donec reliquias ppl̄i ſui conſolet, ac ſaluet. Quod ſi Chr̄i gloria ꝑpetuo maneret in nobis, ⁊ nos candore vitę fidei noſtrę reſponderemus, vt nō irritarem⁹ deū: qd vltione opus eēt nobis? Ideo nec Antichriſto vllo opus haberemus, nec Turca. Quod vero futurus eſt ille homo pctī, noſtris cōmeritis id fiet. Sed nec Hieroſolyma deſtructa eſſet, niſi eoꝝ pctis irritatus fuiſſet deus, vt ꝑderet eos, q habitabant in ea. ¶ Pun. 4.

Luna ſanguis fctā.

Hierīz ero entata figura futuri ſtat⁹ eccleſię.

Propter pctā pręterita veniunt mala futura.

Et ſtelle cœli ceciderunt ſuper terrā, ſicut ficus emittit groſſos ſuos, quum a vento magno mouetur.

Quid ſtellę, qd cœlū ſunt? Stellę in lege docti ſunt, quorū officium eſt ad iuſticiā erudire plurimos, Dan.12. Qui docti fuerint, fulgebūt quaſi ſplendor firmamenti: ⁊ qui ad iuſticiā erudiunt multos, quaſi ſtellę in perpetuas ęternitates. Qua ēt ratione chriſtus eos lucē mūdi vocauit Matth.5. Hę ſtellę ceciderunt in terrā, id eſt. cadent, ⁊ ſubito cadent: qa pleriqꝫ doctores, a cœleſti, ⁊ ſpirituali candore deficient, ⁊ ad terrena ⁊ carnalia defluent. Sed quo modo? Sicut ficus abijcit groſſos ſuos. id eſt, fructus, quū a vento magno moueť. Ventus vrens, typus eſt tribulationis oīa vaſtantis, oīa perurentis. Deniqꝫ vanitas eſt vētus, Job teſte, Ventus, inquit, eſt vita mea. vētus, ideſt. qddā vanū, paruiqꝫ momēti, ac cito tranſiens. Eo ſenſu, omnes

Stellarū caſus.

Ventus vrens tribulatio.

huius mundi vanitates, dicuntur tranſire, vt ventus, Sap. 5. Stellę igitur illę, id eſt, populorū doctores, qui antea cœleſtes erant, cœlūq; ſapiebant, quorū conuerſatio in cœlis eſt: ceciderunt in terrā, id eſt, cadent, quia terrenis delectationibus inhęrebunt, & p amorē terrenorū ruēt ad iniquitatē. Quare? quia groſſi fici erant. Groſſi enim fici (vt D. Haymoni placet) appellant fructus primi tēporis, qui antequā perueniant ad maturitatē vento valido concuſſi cadunt in terrā: ita & illi, qui necdum puenerunt ad maturitatē bonorū operū, & vacui ſunt, concuſſi vento perſequutionis extremę decidēt in terrā, hoc eſt, in terrenas delectationes defluent. Qui ventus bene magnus dicitur, quia perſequutio illa etiā nū electos quaſſabit, quanto magis reprobos occupatura? De tribus his, ſole, luna, & ſtellis, extat vaticiniū Ioelis. 2. Sol, & luna obtenebrati ſunt, & ſtelle retraxerunt ſplendorē ſuū. Cœlum eccl'ia eſt, vt ſępe dictum eſt, de qua dñs dicit, Cœlū mihi ſedes eſt. Stellę ergo cœli ſcti doctores ſunt, qui in tenebris iſtius mundi doctrina veritatis & candore vitę lucent, veluti in firmamēto ſtellę. Si ſancti, quomō cadent? Si cadent, quomō ſcti? Sed certe poſt caſum ſancti nō ſunt: ſicut nec ſtelle cœli ſunt, ſed nec antea verę ſtellę erant, qđ videbant eſſe: hypocrite enim erant, & ſi ſtellas alijs ſeſe exhibebant: ideoq; congrue groſſis fici imaturis comparant. vere ſcti non erant, etſi doctrina lucebant. Qđ ſi vere ſcti fuiſſent, in vero corde dño adhęſiſſent, & in vero amore ei ſeruiuiſſent vt nō caderent imputabiliter. Hugo Card. Nullū enim deus permittit cadere, qui ei ſeruit vero amore: qui ergo cadunt, ſignū dant pręclariſſimū, ꝙ nec vere fideles erant, nec dño vero amore ſeruiebant: ſed erant, & non erant: erant quia hoībus externe ſcti apparebāt: nō erant, quia vera fide, veroq; amore carebāt: & idō groſſi fici imaturi erāt: vt mirū nō ſit a vēto magno eos pmotos cecidiſſe, id eſt caſuros eē, quęcūq; eiuſmodi ſunt. ℂ Pun. 5.

**Stellę cęli cadent.**

**Hypocrite ficus imaturę.**

* **Caſus docet infidelitatem.**

Et cœlū receſſit ſicut liber inuolutus.

**Cœluʒ ſicut liber inuolutus.**

Iam ſępenumero ſuis in locis diximus, cœlū typum eſſe eccleſię, ſed et fideliū chriſti miniſtrorū, vt Pſal. 18. dicit. Cœli enarrant gloriā dei. Verū, quia pauloante ſub typo lunę de eccl'ia egit, cur iterū de eadē alio typo agit? Sed hoc ita ɔgruebat, vt poſteaq̄ de chriſto ſub typo ſolis, & de eccl'ia ſub typo lunę dixerat, & de doctoribus ſeu ſacri verbi miniſtris ſub typo ſtellarū cadentiū, ex his quę oſtenderat, nihil prorſus lucis ſupereſſe: deniq; concludendū erat, cęlū receſſiſſe, quaſi librū inuolutū. id eſt eccl'ię celeſtē ſtatū ſic abſconditum, vt nulla ei eiuſmodi ſpēs ſupeſſet amplius. Receſſus ergo celi inuoluti: non eſt ablatio eius, ſed clauſio, ſicut libri inuoluti, vnde nihil videri poteſt. Significat ergo chriſtū, eccl'iam, veritatē, & quicqd cœleſte eſt, fore abſconſa. Eſt enim haud ſecus, atq; diceret, Ecce chr's iam non agnoſcit, eccleſia facta eſt tota carnalis. Stellę quoq;, id eſt miniſtri ſacri verbi dei defecerunt: & oēs poſt carnalia deſyderia, & mendacia ſua abierunt. Iam nihil ſupereſt ſpūale, nihil cœleſte, nihil diuinū, nihil ſanctū, nihil pium, nihil iuſtum, nihil chriſtiana vocatione dignum.

Si qd autē eſt, nō videt: nec illius apparet vel indiciū quidem. Sic receſſit cœlū, dū inuolutū, id eſt abſcōditū eſt, ſignatū, & clauſū. Tūc implebit illud Eſaię, Et erit viſio oim, ſicut viſio libri ſignati, in quo non pōt legi. cap. 29. Quomō erit viſio oim, ſicut viſio libri ſignati? An ita intelligendum, q̄ videant oēs in actiua ſignificatione? Non. Quomodo ergo? Paſſiue intellige: hoc videlicet ſenſu: videbuntur oēs ſicut videri ſolet liber clauſus & obſignatus clauſuris ac fibulis: q apparet quidē externe liber, ſed nihil interne literaꝝ oſtendit. Sic erunt oēs quando verbū hoc implebit, & prophetia ſcripturę huius, qua dicit, Et cœlū receſſit ſicut liber inuolutus, cui nihil tunc decoris erit, pulchritudinis nihil, niſi q̄ cœli nomē vetus adhuc retineat. Vel aliter. Haymo. Quod cœlū, hoc & liber eſt, id eſt, ſctā ecclia: qa habet deū inhabitatorē, habet & legē dei ſcriptā in cordibus ſanctorū. Intuendū aūt (inqt) q̄ ipſa ecclia ſicut liber inuolutus receſſiſſe dicit. In libro enim inuoluto qd interius contineat, nō videt, niſi ab illis, qbus voluntarie aperit: ſic nimirū ſcti illius tpis, & ſuis ſe manifeſtabunt & extraneis ſe celabunt. Recedet ergo tum ecclia in ſuis electis a reprobis, fide, moribus, & cōuerſatione, ſicut ſcriptum eſt, Egredimini de medio eius popule meus, & immūdū ne tetigeritis, Eſa. 52. Recedent enim tunc boni, videntes abominationes impietatis: & abſcondent ſe in ſpeleis feraꝝ, & antris, vt in tēpore martyꝝ ſiebat. De quibus loquit Apl'us. di. In ſolitudinibus errantes, & in montibus, & in ſpeluncis, & in cauernis terrę. Hebr. 11. Et in Eſaia loquitur de⁹. Vade pple meus, intra in cubicula tua, & claude oſtia ſup te: abſcondere modicū, donec pertranſeat indignatio mea, cap. 26. Locus oſtendit q̄ dira perſequutione tum, quū apparuerit bonis pctī affligetur eccleſia, quando fidelis quiſq; ſeſe retrahet, & abſcondet, nec cultus ſanctaru ceremoniaꝝ in tēplis erit: ſed in triſtitia, & merore, & luctu, ſilebunt omnia. Neq; vero hęc poſterior intelligentia priori contraria eſt: quū cœlū inibi in reprobis inuolutū dicatur, q nec ſpeciē qui dē pietatis vltra habere videantur: a qbus ſecedent electi, & iuxta verbū dñi ſe abſcondent vt non videantur. & ſic cęlum tam in reprobis q̄ in electis inuolutum erit. Sequitur. ¶ Punc. 6.

Et omnis mons & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt.

Frequens eſt apud ꝓphetas, montes, & inſulas in eis habitantes figurare: q tum de locis ſuis moueri dicuntur, dum perturbant, deq; ſuis locis cōmigrabunt fuga ſaluti conſulentes: dño dicente, Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliā. Et iterū, Tunc qui in Iudęa ſunt, fugiant ad montes: & q in tecto, nō deſcendant aliquid tollere de domo ſua: & q in agro, non reuertant tollere tunicā ſuam. Matt. 24. Alijs montes ſunt ecclię plati, ijdē doctores quoq;. Montes enim primū a ſole illuminant: ſic & pręlati eccleſię ac doctores a chriſto vero ſole qui primo irradiat ſup eos in vtilitatē alioꝝ, qui cęteris authoritate, ac dignitate tanq̄ alto cacumine pręſtant: qui tunc mouebunt nō vt a ſide deſiſcant, recedantue: ſed vt malorum

Inſulas moueri de locis.

Montes plati & doctores.

conſortia vitet,ſecedunt. Inſule quibuſdam ſunt viri religioſi,mereqꝫ ſpirituales,q in medio tribulationũ ſunt poſiti,velut inſule in medio aquarũ. D. hieronẏ.ſup illud Eſaie cap.24. In inſulis maris nomen dñi dei Jſrael. Inſulas eccleſias intelligit. Nos ſimpliciter inſulas, in eis habitantes intelligimus. de qbus legis in Eſaia, Taceant ad me inſule: ⁊ gentes mutet fortitudinẽ. Et cap.60. Me inſule expectãt: expectant vt dñm: expectant vt patrẽ: expectant vt beneficũ: ⁊ q btõs eos efficiat,que ſimili ſenſu moueri dñr vt montes. Sic enim illa vltima tribulatione vexabit eccleſiã: vt pene nullus ad vitã predeſtinatus careat tormentis: nullus ad mortẽ preſcitus nõ fiat negãdo manifeſtus. Dis mons ergo,⁊ inſule de locis ſuis mote ſunt,id eſt,mouebunt. Nã qcqd tũ erit piorũ,vna tribulatio inuoluet, vt non ptãs aliquẽ defendat: nõ ſcientia: non rerũ gerendarũ prudentia. Etenim fixũ eſt,tẽpus illud ſimiẽ tribulationi fore obnoxiũ. ¶ Punc. 7.

Et reges terre: & principes: & tribuni: & diuites: & fortes: & omnis ſeruus: & liber abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris montium.

*Tribulatio vltima occupatura eſt oẽs.* Diuerſa p qualitate dignitatũ,officiorũqꝫ, ac virorũ commemorans eccle membra: nullũ ab hoc pſequutionis malo immunẽ,nullũ predicit fore alienũ,quãdo diluuiũ id malorꝫ occupatura ſit vniuerſos: nanqꝫ iuxta preſentẽ ſcripturã,⁊ reges terre,⁊ principes quiqꝫ cõmouebunt: et nihil vſqꝫ erit aut dignitatũ aut potentie,ſiue ſit regia ſublimitas,ſiue principatus,ſiue militaris ordo, ſiue diuitie, aut aliquod robur: aut ſeruitus,aut libertas,quod imunẽ faciat ab eiuſmodi pſequutiõe,quũ vno volumine inuoluat oẽs turbo perſequutiõis. Hi enim dũ tot antichriſtos,⁊ impios oẽs,in chriſtũ, ⁊ veritatẽ eius inſanire conſpiciunt: p contempta dei gloria,nimio zelo incenſi, dolent: vtqꝫ abominationẽ tantã vitent,conſultius ſibi fore iudicãt, vt in diẽ abſcondant,qꝫ eiuſmodi manifeſto ſeſe diſcrimini obijciant: qbus oibus magni eſtimat,⁊ chri gloria, ⁊ ſalus ppria. Huius aũt tã atrociſſime perturbationis exemplũ quoddã preceſſit in Judeis, quí (vt Joſephus eſt author) iminentibus Romanorũ copijs exterriti, cateruatim ſpeluncas montiũ,⁊ petrarũ ſecreta confugiebant: quando ⁊ ipſe Joſephus, hõ in primis doctus,⁊ in prima exiſtimatione apud Judeos habitus (vt de ſe teſtatur) de quadã cauerna deſtructe ciuitatis Jothopate cũ quadraginta comitibus extractus fuit. Quis nũc calamo ſuperet? Quis enumeret dictis,quoties iam eccl'a dei,in parte,ſimilia his pertulit? Quoties viſum eſt cõpletã eſſe pphetiam? Parum tamẽ qd eſt qcquid hactenus paſſi ſumus, atrociora multo expectanda: id quod hic pſens ſcripture locus indicat. Reſtant enim

*Joſephus hiſtoriographus.*

mirabilia magna,donec vltimus ille dies,plenus formidinis,⁊ terroris,adueniat. Noſtra refert pijs interim precibus iratũ placare dominũ,vt auertat ppitius a ceruicibus noſtris ⁊ capite ea mala,quorũ vel ſola memoria terret,conſternat,⁊ exanimat. Docuit nos xps

*Orandũ in tribulatiõis tpe.*

in rebus dubiis oꝛationis arma capeſcere, tanꝗ potentiſſima aduer-
ſus queq; mala vitanda. Cur igit̃ inertie non pudet nos? cur proti-
nus non exurgimus? Aut piget nos oꝛare? Oꝛauit olim Moyſes oꝛa-
tione pꝛeualida, ⁊ fauoꝛẽ irati numinis in victoꝛiã conciliauit. Oꝛa-
uit Ezechias rex, ⁊ ceruici inſidentem hoſtium multitudinẽ diuina
vi depulit. Judith quoq; mulier ſctã inermis, oꝛatione patriam ab
Holofernis obſidione liberauit: vt nihil ſit, qđ oꝛatione non impetre-
tur. Oꝛandum ergo vt a malis liberemur. ¶ Punc. 8.

Et dicent montibus, & petris: cadite ſuper nos, & abſcõ-
dite nos a facie ſedentis ſuper thronũ: & ab ira agni, q̃a
venit dies magnus iræ illius: & quis poterit ſtare?

Hieroſolymoꝛũ excidiũ pꝛeuidens dñs, dum cruce oneratus de Hie- Tribula-
roſolymis ad locũ caluarie educeret crucifigendus, ſimul ⁊ vltimi tionis ven-
tempoꝛis ventura mala ſubindicauit, quũ lugẽtibus poſt ſe mulier- ture hoꝛ-
culis diceret, Filie hierl'm nolite flere ſup me, ſed ſup voſmetipſas fle- roꝛ.
te, ⁊ ſup filios veſtros: qm̃ ecce venient dies, in q̃bus dicent, Beate
ſteriles, ⁊ ventres, que nõ genuerunt: ⁊ vbera, que nõ lactauerunt,
Tunc incipient dicere montibus, cadite ſup nos: ⁊ collibus operite
nos, Luc. 22. Que oĩa maximi terroꝛis, ⁊ extreme deſperationis ſunt
indicia. Jd qđ hic quoq; locus exhibet. q̃ notat vtrunq; tempus An-
tichꝛiſti videlicet ⁊ Chꝛiſti, quando veniet ad iudiciũ, qđ erit terribi-
le his q̃ pereunt, q̃ tribulationibus maximis tunc ſubiicient̃: queãd-
modũ Antichꝛiſti tempus electis. De quo ſic pꝛeſens ſcriptura loqui-
tur, vt nõ taceat iudicii quoq; tp̃s: ⁊ ex vno aliud in terroꝛe indicet.
Erit quidẽ terribiliſſima dies iudicii pereũtibus: ſed non minus An-
tichꝛiſti pſecutio amara bonis, quando ⁊ reges, ⁊ quiq; pꝛincipes, ⁊
oĩs oꝛdo, turbabunt̃: ita vt minus minuſq; ſibi fidentes pꝛeſidiũ que-
rant foꝛtioꝛũ. Nec tum deerunt viri, q̃ inſtar montiũ, petrarũq;, incõ-
cuſſi permaneant, quoꝛũ pꝛeſidia conſternati requirant. Pꝛeſidia aũt
illa non alia ꝗ cõſolationes ſcripturarum in verbo dei foꝛe ſuſpicoꝛ:
quandoquidẽ id ſolũ permanebit, dũ oẽ robur carnis vacillabit. Qđ
aũt dicitur, Et abſcondite nos a facie ſedentis ſuper thꝛonũ, ⁊ ab ira
agni: eo ſenſu intelligo, quo dixit Ap'ls: hoꝛrendũ eſſe incidere in ma-
nus dei viuentis, Hebꝛe. 10. Certum eſt enim deũ immittere extremam
tribulationẽ in mundum: vt expiet ſcelere mundũ, concutiens vali-
do terroꝛe ac metu oẽs: ⁊ pꝛeparans per hoc coꝛda oĩm ad futuram
pacem, que poſt Antichꝛiſtũ erit. Timoꝛ nanq; expellit peccatum, ⁊
q̃ ſine timoꝛe eſt, iuſtificari non põt, vt Scriptura ait. Diu enim me-
moꝛia huius mali ſeruabit innocentiam in coꝛdibus hominum. Ti-
moꝛ autẽ tantus erit, quando hec oĩa fient, que hic pꝛedicuntur, vt
cogitare humana mens nequeat: vt oẽs deſpondere aĩam videant̃.
Ideo dicent montibus ⁊ petris, cadite ſup nos: ⁊ abſcondite nos a fa-
cie ſedentis ſup thꝛonũ, ⁊ ab ira agni ⁊c̃. Sup thꝛonũ ſedens deus
eſt: eſt ⁊ hõ chꝛs Jeſus, q̃ ad equalitatẽ dei patris peruenit: q̃ habet

iudicare oẽs ſm diuinitatẽ: ⁊ ſm humanitatẽ. Cui pater dedit omne iudiciũ Joan. 5. Et Matth. vlti. Data eſt mihi oĩs ptãs in cœlo, ⁊ in terra. q iudicat ſemp, ſed alio tpe magis, alio minus: ſeueriſſimũ tamen executurus eſt iudiciũ ſub hoc tempus, qđ erit ſub apertione ſexti ſigilli: nã niſi breuiarenť dies illi, nõ fieret ſalua oĩs caro, Matth. 24. Unde habemus q̃ breuiabitur hoc ſextum tempus, qđ Antichriſti erit, alioq chriſtus nõ diceret: niſi breuiarenť dies illi ⁊c. Siue ergo iuxta literã ſenſum capias, ſiue iuxta ſpũm, ſed pfecto magna erit tribulatio tum: magna cõſternatio oĩm, vſq; in deſperationẽ: vt nemo electorũ vltra viuere velit ſup terrã. Proinde precanť aut ſubitum interitũ, aut opportunũ pręſidiũ apud eos q firmiores putabunť, quo ire magni dei ſeuiſſimã tempeſtatem euadant: non enim erit requies vlla pije, quando robuſtiſſimi terrę venatores dominabunť ſub impijſſimo monſtro magno Antichriſto, cui oẽ conſiliũ, omniſq; conatus erit ad deſtruendã eccl'iam, atq; abolendã chriſtianã pietatẽ de terra, ⁊ ꝙ ſola impietas regnet, chriſti veneranda memoria ſublata: qđ fiet ex indignatione dei, ⁊ agni ſup oẽm impietatẽ, quę tunc reuelabiť. Sequiť, Et q̃s poterit ſtare: id eſt. Quis inconcuſſus atq; illabefactus valebit perſiſtere: Ac ſi dicatur, nemo. vel pauciſſimi tm̃. Proinde neceſſe erit ad fortiorũ pręſidia, maxime vero ad ſupernarũ virtutũ protectiones confugere, quando ſimilis turbo cõprehendat oĩa. Huius terroris Eſaias meminit di. Introibunt in ſpeluncas petrarũ: ⁊ in voragines terrę a facie formidinis dñi: ⁊ a gloria maieſtatis ei⁹, quũ ſurrexerit percutere terrã. Eſa. 2. Et iterũ. Ingredienť fiſſuras petrarum: ⁊ cauernas ſaxorum a facie formidinis domini. Itẽ. Ingredere ait petram: abſcondere foſſa humi a facie timoris dñi.

Chřo datum eſt oẽ iudicium.

Tp̃s Antichři breuiabitur.

# CAPVT. VII.

## DE QVATVOR ANGELIS TENENTIBVS QVATVOR VENTOS: ET HABENTE SIGNVM DEI VIVI.

### SEC. I. PVNC. I.

POſt hæc vidi quatuor angelos ſtãtes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent ſuper terram, neq; ſup mare, neq; in vllã arborẽ. Deſcripto multiplici bello eccleſię, ſubijcit, tẽpore huius belli, diabolũ nocere paratum, reſtrenatum tamen a deo: ne tantum noceat, quantum velit: vt non pij deficiant. Proinde ait, Poſt hęc vidi quatuor angelos ⁊c. Hi angeli typum gerunt vniuerſorũ (vt quibuſdã placet) q per totum

orbē verbi dei tum ipſis curſum præpedient, Ideo aūt quatuor in quatuor mundi angulis vidit, vt totus orbis deſignaretur: quod in ſcripturis frequens eſt. Angeli ergo hi ſunt miniſtri principis diaboli, & Antichriſti, q p quatuor mundi partes veritatē ppedire conabunt, ne p ora verorū dei pphetarū flet in cordibus electorū. Qd autē multi p hos figurent habes infra cap. 9. vbi Joannes de his loquens dicit, q poſtea ꝙ ſoluti fuerint quatuor angeli, numerus equeſtris exercitus malignorū erit vicies millies dena millia. Hi ergo ſunt, q tenebunt quatuor euangeliorū ventos ſaluificos, ne flent ſup terrā &c. Multi nimirū erūt & in oriēte, & in occidente, ac in reliquis partibus orbis interficientes eos q veritatē annunciabunt. Ventus quandoq; ſpūſſancti typus eſt, vt. Canti. 4. quū dicit, Veni auſter, perfla hortū meum, & fluent aromata illius. Hic p verbo dei capit. Non enim eſt hic tribulatio, aut vanitas, vt in præceden. cap. eo q ſenſui congruere neque at. Nam q p hos capiunt angelos, hunc ventū tribulationis nocentiſſimū p virili mittunt: tantū abeſt vt ipſum retineant. Illis nimirū datū eſt nocere terræ & mari, vt hic habes. Nec te moueat q mētio fiat de quatuor ventis, tanꝙ numerus ille diuerſitatē ventorū deſignet: nō deſignat diuerſitatē, ſed pter eos q ſcripſerunt euangeliū, aut propter quatuor mundi partes. Quatuor ergo venti ſunt idē verbum in quatuor mūdi partibus annunciatū. Quære diligenter q ſint hi, qui p vniuerſum orbē prohibent annunciari verbū dei ſynceriter, & modis oibus præpediunt, ne velociter currat: & hos quatuor angelos reperiſti participes illis, qui tū futuri ſunt: de qbus ſcriptura hæc loquitur. Olim quatuor orbis anguli erant, in quibus inhibitores, atq; aduerſarij dei verbi manebant: quatuor regna principalia, Babylonicum, Perſicum, Macedonicū, & Romanū. In his conati ſunt miniſtri diaboli impedire curſum verbi dei, ne prædicaretur in vllis puincijs, inſulis, vrbib9, pplis: nec vero leuiter, aut modica virtute, ſed proſcriptionibus, ferro, flāma, & cunctis pœnarū generibus. Modo aūt vbicūq; reperies veritatis hoſtes, q phibent, ne flet veritas p ora verorū xpi miniſtrorū, anguli orbis e quatuor ſunt, vt iam nunc impleri pphetia videat. Turca phibet dei verbū: Tartarus itē, & q ſunt alij. Vide iā oim in hoc ſigillo ſcriptorū ordinē. Reuelatū fuit huius ſigilli myſteriū: quo reuelato, fuit terræmotus, ſolis obſcuritas, lunæ quoq; verſio in ſanguinē, ſtellæ ceciderunt e cœlo, vidimus & alia. Poſt hæc manifeſtius deſcribit antichriſtos, principes, tyrannos, & magiſtratus, qui conabunt impedire curſum dei verbi, ne flaret ſup terrā &c. Per terrā habitatores aridæ cape: p mare, habitatores inſularū maris. Vel aliter in terra diuerſitas puinciarū. In mari numeroſitas inſularū capit. Per arborē principes aliis celſiores intelligunt. Vel p hæc nomina, tria hoim gñā deſcribunt: vt terra ſit cōis ppls diſperſus ſup faciem terræ, & q terrā colat. Per mare religioſi & eccleſiaſtici oēs: q tentationibus multis velut inſulæ in mari fluctibus illidunt. Per arborem principes, cuius ſub vmbra reliquus ppls quieſcit, ptectus ab æſtu tri

Angeli tenētes ventos.

Ventus in ſacra ſcriptura qd ſit.

Quatuor vēti idem dei verbū.

Terra, mare, arbores quid ſint.

*Principũ miniſteriũ in protectionem.* — *Uent⁹ dei verbum.*

bulationũ. Nã in hoc ſunt principes conſtituti a deo, vt ꝓtegant, vt regant ⁊ ornent ſubiectum pplm̃. Eſt ergo ſenſus: quatuor angeli geſtiunt prępedire ventos Euangeliorũ quatuor in totidẽ partibus orbis, ne flẽt ſuꝑ cõem pplm̃, ac ſacrę religioni deditos, eccleſiaſticoſqꝫ oẽs, necnõ principes, q̄ populũ dei regunt, ⁊ ꝓtegunt, ne verbo dei ſalui fiant. Vñ aũt ꝑ ventũ, dei verbũ intelligit̃. Ut eni venti quaſſatione arbores emittũt folia, flores, ⁊ fructus generant, quaſi reuiuiſcẽtes a hyemis oppreſſione: ſic pij bona opera faciunt verbo vegetati poſt tribulationẽ. Poſſunt in myſterio per terrã auari terreſtres depingi, ꝑ mare lubrici, elati ꝑ arborẽ: vt nõ hi accepto euangelio ſalui fiant: ꝑ quos vniuerſitas pctõrũ intelligit̃, ad quos ne verbũ vitę perueniat, conant̃ impedire veritatis aduerſarij: ⁊ q̄ odiũt ſalutẽ, ne ſalui fiãt abiecto mendacio. Quod ⁊ mõ quoties fit, ⁊ vbicunqꝫ fit, opa diaboli fit, cui odio eſt ſalus hoim̃, quã primũ in paradiſo a primo homine abalienauit: cupit enim quos ꝑ peccatum poſſidet perpetuo iure poſſidere. Cuius ſanatiuũ eſt dei verbũ, iuxta illud. Miſit deus verbũ ſuũ: ⁊ ſanauit eos, Pſal. 106. Tria ergo pctã iuxta hunc ſenſum commemorant̃, in q̄bus cętera intelligunt̃: quę idem Joãnes in epl̃a ſua cõmemorat dicens, Omne qd̃ eſt in mũdo, concupiſcentia carnis eſt, ⁊ cõcupiſcentia oculoꝝ: ⁊ ſuꝑbia vitę. 1. Joã. 2. Et q̄a totus mũdus in maligno erat poſit⁹ iuxta eundẽ: totũ ergo mũdũ diabol⁹ poſſidebat. Oẽs enim peccauerant, ⁊ egebant gloria dei. Ro. 4. ⁊ ideo ꝓhibitus eſt, ſeu prohibiti. A quo: Ab hoc altero angelo aſcendente, q̄ intelligit̃ chriſtus, cuius gratia ſalui facti ſunt pctõres mũdi. ¶ Pun. 2.

*[C]hriſtus*

Et vidi alterum angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum dei viui.

*Signum dei viui.* — *Aſcenſus quid ſit.*

Dum velocẽ ac deſyderatiſſimũ dei eloquioꝝ curſum execrabiles illi quatuor angeli prępedire nitunt̃, aſcendit ab ortu ſolis pręclarus ille dei angelus, qui Ezechiel. 9. vir indutus lineis deſcribit̃, cui dictũ eſt, vt obſignaret frontes viroꝝ, ꝓpter abominationes gementiũ, ⁊ dolentiũ: cuius typo veri ⁊ ſcti dei prędicatores deſignant̃. Hi nanqꝫ dum veritatẽ annunciãt, quaſi eos, q̄ verbo credunt ſignãt. Linguę miniſtroꝝ illorũ ſunt calamus ſpũſſcti, q̄ in eis habitat, ⁊ loquit̃: cuius efficacia, vbũ qd̃ docent in electorũ cordib⁹ ſcribũt. Signãt ergo illi, verũ nõ ſua efficacia, ſed ſpũſſcti: ꝓut apte habes Ephe. 1. In quo ſignati eſtis ſpũ ꝓmiſſiõis ſctõ. Et ca. 4. Ne ꝯtriſtetis ſpũm dei, in quo ſignati eſtis. Signũ eſt fides in verbo ſctõ dei: ea q̄ppe ſola vna cũ ſermone chriſti, ſignũ eſt dei viui, quo pios obſignat hic angelus, q̄ vniuerſorũ fidelium verbi dei miniſtrorum eſt typus. vnde ⁊ in plurali dicit, Quoaduſque ſignemus ⁊c̃. De hoc itaqꝫ angelo, primũ dicit̃, ꝙ aſcẽderit ab ortu ſolis. Solem chrĩm eẽ ſuperiori capite demonſtrauim⁹: ⁊ ſic probauimus. Ab eo aſcendunt, q̄ ab eo veniunt, miſſi ſcilicet ab eo: Sępe enim in ſcripturis aſcendere ꝓ venire capitur, pręſertim vbi eſt aliquis aſcenſus. Nam acceſſus ad docendum verbũ dei aſcenſus

qđá eſt:qppe is q verus chři miniſter eſt humilis in primis ſit opoꝛ-tet,ꝛ inde auſpiceť:alioq idoneus chriſti miniſter non erit. humiles ſolet vocare chřs,quos iubet vt eccleſijs in verbo dei pꝛęſint, quod aſcendere eſt.Humiles erant Apłi,quos miſit chriſtus in vniuerſum oꝛbē pꝛędicare euangeliū regni dei,ꝛ teſtificari: q obedientes pꝛęce-ptis eius aſcenderunt ab eo,qa pꝛincipes conſtituti ſunt ſup omnem terrā.Eſt ꝛ aliud quoq; myſteriū in angelo aſcendente,vt ſcilicet mi-niſter verbi in dies creſcat virtutibus,quēadmodum de iuſtis ſcriptū eſt,Juſtoꝛū ſemita quaſi lux ſplendens pcedit ꝛ creſcit,vſq; ad perfe ctam diē.Pꝛouer.4.Creſcit aūt dum ab imo incipit,hoc eſt, ab humi-litate,vnde fuit oꝛtus ſolis noſtri Chꝛiſti.de quo dicit Apłs,Quum deus eſſet,ſeipſum exinaniuit,foꝛmā ſerui accipiens, in ſimilitudinē hoim factus:ꝛ habitu inuentus eſt vt homo.Deinde,humiliauit ſe-metipſum,factus obediens vſq; ad moꝛtē, moꝛtē autē crucis.Quo vero ex hoc oꝛtu pdierit,indicauit dicens,Pꝛopter qđ ꝛ deus exalta-uit illū,ꝛ donauit illi nomē:qđ eſt ſup oē nomē.Ecce aſcenſus eius. Qui enim ſe humiliat exaltabiť,hoc eſt,q ab oꝛtu chři venire incipit exaltabiť decoꝛatus ſummā gĺia,ſummoq; honoꝛe.Ea de re chꝛiſtꝰ nō a ſummis eccleſiā ſuā auſpicatus eſt,ſed ab imis:ꝛ ab his,q non erant in ęſtimatione apud mundū,dicente Paulo,Videte vocationē veſtrā fratres,qa nō multi ſapientes ſm carnē,nō multi potentes,nō multi nobiles,ſed quę ſtulta ſunt mundi elegit deus,vt confundat ſa pientes:ꝛ infirma mundi elegit deus,vt confundat foꝛtia: ꝛ ignobi-lia mūdi,ꝛ contēptibilia elegit deus,ꝛ ea quę nō ſunt,vt ea quę ſunt deſtrueret.Quare:vt nō glietur oīs caro in conſpectu eius.1.Coꝛ.1. Paulus quoq; cū alijs pꝛincipibus ita exaltatis purgamenta mūdi appellat.1.Coꝛ.4.adeo ſolis huius obſeruat oꝛtū,vnde aſcēſus eius ad ſublimia pgrediebať:q ne magnitudine reuelationū extolleret, ſtimulo carnis ſuę perurgebatur.i.angelo ſatanę, q eum cedebat.2. Coꝛ.12.Neq; adeo mirandū eſt,ꝙ ab humilitate ſuiq; cōtemptu,ac deiectione fiat aſcenſus in eccleſia dei ad ſublimia meritoꝛum coꝛam deo.Faſtidit enim tumoꝛē deus in hoībus,quē tam ſeuere puniuit in angelis:Cui nūq̃ ſupbi placuerunt ab initio.Judith.9.qbus ſumma virtute reſiſtit.Jaco.4.Hi ergo veri pꝛędicatoꝛes ſic aſcendentes vlti-mo illo ſęculo futuro angelus ſunt.Equidē p hūc angelū dñs quoq; Jeſus chřs nō incongrue intelligi poterit: vtpote pꝛinceps ꝛ anteſi-gnanus oīm verbi ſacri dei miniſtroꝛū:q ꝛ in Eſaia,Magni cōſilij angelus appellatur, Eſa.9.Qui viſitauit nos oꝛiens ex alto.Lu.1. ꝛ Aſcendit ſup cœlū cœli ad oꝛientē Pſal.67.q bene habuit ſignum dei viui in miraculoꝝ opatione:fecit enim opera, que nullus alius vnq̃ facere potuit.Joan.3.vnde ꝛ p ſe dicebat Judęis,Opa que ego facio in noie pŕis mei,ipſa teſtimoniū phibent de me, videlicet, ꝙ ſim filius dei viui.Jd qđ eſt ſignū certiſſimū dei viui in ipſo q a nati uitate ſua ſemp aſcendit,vſq; dum illuſtrareť a patre claritate, quā ſm ꝙ deus habuit ab ęterno.Joan.17.Qui aſcendet ſemp in ſuis,

Eccla ab imis cę-pta.

Humilitas gradus ex altatiōis.

Angelus aſcendēs chꝛiſtus.

⁊ clamat ſemꝑ,magis autē in fine.Legi quendam ex recentioribus Franciſcani ordinis,hoiem alioq doctiſſimū:q extra oēs expoſitores ſuſpicatᷓ,neſcio qbus ex reuelationibus,ꝑ hunc angelū aſcendentem figurari paſtorē quendā futurū eccleſie,quē angelicū vocat,qui reſormaturus ſit totā ecclīā dei:q iccirco angelicus dicetᷓ,qa ſpiritualis totus erit,ſignū dei in verbo vitę habens. Qui ſi futurus eſt,neceſſe eſt, vt poſt interitū antichriſti appareat,quādo quaſi ex mortuis reuiuiſcet ecclīa:prius vix ſperem ſuſpicari poſſe,eo ꝙ continue defluimus in peius. Forſitan non incongrue hic angelus formā futuri pręgeſſit. vt tū,vicȝ,qn̄ ecclīa a preſſura antichriſti liberabit,⁊ incipit reſpirare:angelica virtus viſibiliter ſuccurrat,reſiſtatqȝ nocere volentibus ⁊ in credentiū conſolationem. ℭ Punc. 3.

Et clamauit voce magna quatuor angelis,quibus datū eſt nocere,terræ,& mari,dicens:Nolite nocere terræ, & mari,neqȝ arboribus,quoaduſqȝ ſignemꝰ ſeruos dei noſtri in frontibus eorum.

Magna vox,magna potentia in dn̄o Jeſu. In angelis virtus prohibitiua. In paſtore illo,quē memorauimus,magna autoritas. In miniſtris verbi ſacri dei,ardens ⁊ conſtans veritatis aſſertio : quę ſiue voce,ſiue ſcripto fiat vox magna eſt. Magnitudo quippe vocis ab eo iudicatᷓ,quo ad plures peruenit:qđ ſępe cōmodius fit ſcripto ꝙ̄ voce,dum qđ ſcribitᷓ ad plures diſperſis libris ꝑuenit,ꝙ̄ qđ vno in loco ēt ſi corā multis docetᷓ. Sed qbus clamauit? Reſpondeo, Quatuor angelis,qbus datū eſt ⁊c̄. Hi ſunt(ſicut pręfati ſumus)q verbi dei curſum prępediunt,ex ſatanę inſtinctu,impij principes,magiſtratus antichriſti futuri,quibus ꝑmittetᷓ concitare ꝑſequutionē aduerſus ſctōs dei,⁊ eccleſiā:vbicunqȝ ſint,ſiue in terra,ſiue in inſulis maris. Quid aūt clamat? hoc,Nolite nocere terrę ⁊ mari neqȝ arboribus: quoad uſqȝ ſignemus ſeruos dei noſtri in frontibus eorum. Serui dei electi ſunt,⁊ dilecti:ijdē quos ſpūſſanctus Ezechiel.9.dicit gemere ⁊ dolere ſuꝑ abominationibus. De quibus Matth.5.dicitᷓ. Bti qui lugent,

Lugentes qm̄ ipſi conſolabuntᷓ. Magnū ſacramentū,grande verbū:vt ꝓ nobis

ſignantur. ēt interim quippiā fiat documenti. Soli q lugent ſignantur.qđ ſane ardentis animi in camino pœnitentię ſignū eſt:zeli quoqȝ, quo in deū ferimur. Uidentes nāqȝ ſcti dei,contēptum nois chriſti, eccleſię contritionē,ſcandalū infini morū,merent,dolent,triſtantur, ⁊ lugent. Quod idē ⁊ in recordatione ſuorū erratorū , hoc impenſius faciunt, quo fuerint zelo fortiori,quo ſaluti oim hn̄ cupiunt. Flet interdū Paulus,triſtatᷓ,⁊ meret,videns ſuę gentis dānationē,Ro.9.vritᷓ ex ſcandalo ꝓximi.2.Cor.11. Porro,ſignantᷓ ſerui dei verbo ſcto.quod fidei ē, ⁊ crucis,⁊ pœnitentię. O ꝙ̄ multos hoc non cē ſignat chriſtus : non angelus quiſpiā,nō miniſter verbi,in quibus non capit verbū ſpiritus,etiā ſi pro pijs quidā ſe habeant,⁊ hac putatione ſibi blandiantur:hi ſunt hypocritę vaniſſimi. Sed nunquid chari ſunt apud deū?

Minime. Non vult chriſtus tales peſtes: neqꝫ enim hi quippiã com- hypocritę
patiunt ſup cõtẽptu dei, ⁊ nõis chriſti blaſphemia, nec ſup calcata nõ ſignan
veritate, ac eccleſię dei contritione. Proinde nec ſignant inter electos tur.
dei, ꝙ nõ ſint lugentes. Sed quid dicemus? Fit (qđ non poſſum ſine
dolore cõminiſci) noſtris hiſce tẽporibus, vt ſiquis pro his lugeat,
doleat, zelet, iraſcat, malus hypocrita deridet: ⁊ qđ peius eſt, etiam
ab his, qui pro ſignatis haberi, ⁊ maxime haberi volunt: heu q̃ cęci
ſumus, quantũ a ſigno alieni: miſerere tu noſtri Deus, miſerere no-
ſtri. Maledictus qui non luget: peribit enim. Hi nunquã, qui eiuſmo-
di ſunt, id eſt, non lugentes, ſed hoĩes vaniſſimi, in medio cõmeſſa-
torũ, ebriorũ, ſcortatorũ, obtrectatorũ, ⁊ ſimiliũ ſedent, rident, lętant,
iactant verba, ſerunt ſermonẽ, adulant, applaudunt, ſępe etiam cum
his, qui ſunt raptores, ſanguinarij, mali parricidę: e quibus plurimi
ſacri verbi miniſtri ſunt: ac myſtę peſtes potius q̃ templi dei mini-
ſtri: nec proinde ſignati. Signo dei obſignatus, dum in medio id ge-
nus peſtiũ, malarũqꝫ abominationũ a caſu ſedet: aut egredit, aut, ſi
eſt locus, mala increpat, ac recta docet: quod ſi nõ licet, luget aĩo, ⁊
languet. Quã igit verũ eſt, ſolos ſignari eos, qui lugent. Sed vbi? In
corꝫ frontibus. Frons altior pars capitis eſt, ac ſemꝑ detecta, quę mẽ Frõs ipſa
tẽ exprimit, in qua ſpũ dei ſignamur. Hoc ⁊ ꝓpheta David videtur mens eſt.
innuere quũ ait, Signatũ eſt ſup nos lumen vultus tui dñe. Pſal. 4.
Hoc lumen nõ rationis eſt, quę cęca eſt in rebus fidei, ſed fidei ipſiꝰ
venientis deſuꝑ in verbo dei, vt ſignaret ſup nos. id eſt. in frontibus
noſtris, eo ꝙ menti ſit impreſſa fides ipſa, qua dñi gl̃iam ſpeculamur
in eandẽ imaginẽ transformandi. 2. Cor. 3. De hoc lumine ⁊ in ſeq.
cap. dicit. Qm̃ deus qui dixit de tenebris lucẽ ſplendeſcere, ipſe illu-
xit in cordibus noſtris ad illuminationẽ ſcientię claritatis dei, in fa-
cie chriſti Ieſu. Et alibi. Nunc enim ꝑ fidẽ ambulamus. Qđ vero ꝑ-
petuo detecta ſit pars capitis, hoc indicat, ꝙ ſignatus propalã ſe facit
exterius, pijſqꝫ operibus, ⁊ clara confeſſione fidei. Non eſt igit ꝙ ſo-
la fide blandiare, niſi adſint ⁊ iuſta tibi opera. Expreſſe habes apud
Iacobũ, ⁊ in Pauli varijs ſcriptis: ⁊ alias ſępe, videlicet neceſſaria
fore opera ad fidẽ. Nã ⁊ chriſtus ad mercedẽ vocat operarios, non
verbarios. voca, inquit, oꝑarios: ⁊ redde illis mercedẽ, Matth. 20.
Huius igit loci, Nolite nocere. ⁊c̃. ſenſus erit. Inſanite vt ut volueritis
o pietatis hoſtes, hoĩes cõtumelioſi, moleſti deo ⁊ hoĩbus, ſed fru-
ſtra nitimini: neqꝫ enim oĩno ꝓhibebitis ventũ ſermonis dei, quoad
uſqꝫ electos dei obſignauerimus ſigno ſpũs, qđ fidei eſt ⁊ crucis, no-
tã eis facientes veritatẽ, iuxta quod euangelizatũ eſt a ſeculo per ſer-
uos dei ꝓphetas eius. Qua ſane ſententia primo indicat, eorũ, qui
per ſortẽ angelũ capiunt, magna in veritatis profeſſione conſtantia:
maxime vo illiꝰ paſtoris, quẽ locus exhibet, ſũma autoritas, ⁊ virtꝰ.
in angelis dei miniſtris: ⁊ in ipſo dño noſtro Ieſu chriſto maxima
erga nos charitas. Secundo, ꝙ ſcilicet volentes pręꝑedire curſum
verbi dei, efficere nequeunt, quantũcunqꝫ velint, conenturqꝫ, qn ad

dei electos perueniat. Id enim pręcipue eis datur, vt faciant fructum eius: nec reprobi participes fiunt. Nam quõ ad electos pertinet, quia pro eis verbum mittitur, ad quos veniat neceſſe eſt. Quoties enim a deo reuelať, nouit ad quos ſit peruenturũ, quorum ſcilicet voluntas prompta eſt ad recipiendum: nã ad hos ſolos puenit, q illud ex aio ſuſcipiunt, ⁊ illi credunt, ac iuxta illud operanť. Tertio docemur ꝗ licet deus ſinat antichriſtũ, ⁊ ſuos regnare in tẽpus, nõ tamẽ tantũ ſęuire ſinet quantũ vellet: imo fiet, vt tum quoq; aliq ſignentur.

Verbum dať electis

## DE NVMERO SIGNATORVM.

### SEC. 2. PVN. 1.

ET audiui numerum ſignatorũ: centũ quadraginta quatuor millia ſignati ex omni tribu filiorꝫ Iſrael.

Quum apud deũ oĩa ſub certo numero ſint, ẽt futura: eos qui poſt antichriſti, horrendi monſtri, interitũ futuri ſunt chriani, q in verbo dei ex Iſraele ſignabunť, nõ dubiũ quin ſpũ ꝓmiſſionis ſctõ, quod fidei eſt, ⁊ grę, ⁊ vitę ęternę: oſtendere dignatus eſt chriſtus. Sed cui? Joãni eius charo diſc pulo, propter nos: vt coſolatione in ſpe habeamus. Spes aũt nõ cõfundit, qa regnũ chriſti manebit in ęternũ, nec qſquã ita opprimere illud poterit, vt nõ aliquando glia reſplendeat. Et qa futuꝝ eſt, vt omnis iſrael ſaluus fiat, Ro. 11. Eſa. 59. Ideo de ipſis comprimis mentio fit ſub ſignatorũ, quaſi ſignandorum, in fine tẽpoꝝ, numero. Quãquã poſſunt vno cumulo intelligi ſub hoc numero, ⁊ q ſalui facti iam ſunt ex Judęis, p chriſti, ⁊ apłoꝝ prędicationẽ, primo illo tpe, ⁊ deinceps vſq; mõ, ⁊ amodo vſq; ad prędeſtinatũ illud tempus a patre: vt numerus iſte primo exhibitus, illis ſolis cõueniat: quãuis oẽs fere expoſitores p hunc certũ numerũ capiant vniuerſitatẽ electorũ, ⁊ ſic intelligi volunt, flagitante numeri huius abſolutiſſima pfectione. Hoc ſi verũ eſt, Qua igiť ratione teſtať Joannes poſt hęc vidiſſe turbã magnã: quã dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, ⁊ pplis, ⁊ tribub⁹ ⁊ linguis. Oportet ergo vt ad ſolos Judęos numerus hic filiorum Iſrael referať ab innumerabili illa ſequenti multitudine ſeorſum poſitus: quos primo vidit, qa primi ſunt in electione Judęi, Apło dicente, Non erubeſco euãgeliũ, virtus enim dei eſt in ſalutẽ omni credenti Judęo primũ. Roma. 1. Et in ſequenti. Gloria, ⁊ honor, ⁊ pax, omni operanti bonũ, Judęo primũ. Et vt de ratione numeri huius quippiã delibemus. In ſcriptura ſacra qs neget ternariũ numerũ fore pfectũ, potiſſimũ quũ ſummũ deum trinum in pſonis referat? Quaternariũ vero, ſiue ꝓpter mundi quatuor notiſſimas partes, ſeu ꝓpter quatuor paradiſi flumina, quę ſunt in myſterio quatuor euangelioꝝ, ſiue ẽt ꝓpter quatuor principales virtutes, perfectum eẽ? Nullus qppe q ſcripturas nouit de hoc ambigit. Siue enim tria p quatuor, ſiue quatuor per tria ducanť, duodenariũ numerum faciunt: q ⁊ ipſe vel ꝓpter duodecim tribus, vel ꝓpter duodecim

Numerus conſignatorum ex iſrael oſtẽſus.

Numeri ſignatorum myſterium.

apſtos, ſacratus habet: millenarius quoqꝫ numerus abſolutiſſimus vel ea ratione eſt, qa amplius nõ fit aſcenſus: ⁊ qa oim ꝑfectiões in ſe contineat. Nã ⁊ in Pſalmis myſticis mille gñationes cõmemorantur, in qđ mandauit verbum ſuum deus. Pſal. 104. Eccleſia itaqꝫ ſctõꝛũ, (quoꝛũ pꝛimitię Judęi ſunt) qa trinitatis noticia pꝛimũ congregat, quatuoꝛ quoqꝫ paradiſi fluminibus. id eſt. ipſis euangelioꝛũ dictis irrigat: recte in duodenis millibus figurat. Sed vt in eo, quod credidit ꝑficiat: neceſſe eſt, vt duodenarius milliũ numerus quadrata ſoliditate firmet. Ducant ergo duodecim millia ꝑ quatuoꝛ, ⁊ quadraginta octo millia fiunt. Ut vero ad id qđ credidit. id eſt, trinitatis cõtẽplationẽ ꝑtingat: rurſum quadraginta ⁊ octo millia ter multiplicent, ⁊ de ſe cẽtũ quadraginta quatuoꝛ millia abſoluũt. Quo fiet, vt ſumma ꝑfectionis fidei chꝛiſtianę, ⁊ in tribus, cõfeſſione trinitatis ſupbenedictę, ⁊ in actione quatuoꝛ pꝛincipaliũ virtutũ abſoluta clareſcat. Põt ⁊ aliter ſacratus iſte ac myſticus. xij. tribuũ numerus digeri: vt in deceno vnitas, in ſingulari vero limite binarius conſtituatur. Ut aũt iſti duodecim pꝛimigeni in totidẽ. ideſt, duodecim millia ſuccreſcant: vnitas illa decena vnũ ⁊ alterũ limitẽ tranſcendat opoꝛtet, atqꝫ in tertio ponat, vt decem millia fiat. Binarius quoqꝫ ſingularis, q coniunctus eidẽ decenę vnitati, duodecim conſtituebat, ne infœcundus ſit, ſed quaſi numeroſa ſobole ex ſe pꝛogenita gaudeat: vnum ⁊ ipſe atqꝫ alterũ limitẽ ocyus tranſuolet ⁊ in tertio conſiſtat, ⁊ duo millia erunt: quę decẽ millibus addita, duodecim millia reddunt: fitqꝫ, vt q duodecim tñ erant filij iſrael, iam duodecim millia facti, exercitu nobili ꝓdeant, ſed nondũ conſũmata virtute. Igit rurſum ſi duodecies multiplicent, plenũ erit agmen numeri a deo pꝛędeſtinati, vt fiant centũ quadraginta quatuoꝛ millia. Qui videlicet numerus ita diſtinguit, vt tribus limitibus veluti actis tribus copijs ſtatuat: nã in centeno milleno vnitas: in deceno milleno, quaternarius: in milleno itidẽ, quaternarius collocat. Poꝛꝛo vt duodecim pꝛimigeni illi duodecim millia fiant, tres limites ſtrenuo ꝓgreſſu aſcendant opoꝛtet, eadẽqꝫ duodecies ducta, centũ quadraginta quatuoꝛ millia abſoluant, numerũ videlicet tribus phalangis diſtributũ, trinaqꝫ ſtatiõe cõpoſitũ. In pꝛima ſtatione ſeu limite (aut ſi mauis lineã dicas) ſoli duodecim ſingulares. In ſecunda duodecim millia. In tertia centũ quadraginta quatuoꝛ millia. Quid (oꝛo) qd reuelationis huius ſanctę gratiã arbitramur intendere, niſi ꝙ omnis legalis, ⁊ ꝓphetalis, ⁊ euangelicalis, apl̃icalis quoqꝫ veritas teſtat, nemini videlicet conducere ad ſalutẽ ꝙ ſit carne filius Iſrael, aut Abꝛahę, niſi etiã ſit filius Iſrael, aut Abꝛahe, ꝑ eã fidẽ, quę trinitatis confeſſione ꝑficitur: quę olim, donec ſub vmbꝛa degeret, triũ paternoꝝ noim inuolucro tegebat, vt dicerent, Deus Abꝛahã, deus Iſaac, ⁊ deus Iacob: quem trinitatẽ nunc lucidioꝛi confeſſione appellamus, patrẽ, filiũ, ⁊ ſpiritumſanctũ. Huius ſacrę cõfeſſionis pꝛęclara extant teſtimonia. Siquidẽ dixerat deus olim Moyſi, hęc dices filijs iſrl̃. Dñs deus patrum

Eccleſia in ternario ⁊ quaternario numero cõſtat.

Trinitatis ꝯfeſſio triũ paternoꝛũ noim appellatione tegebatur.

veſtrorũ, deus Abrahã, deus Iſaac, ⁊ deus Iacob miſit me ad vos: hoc nomen mihi eſt in ęternũ, ⁊ hoc memoriale in generatione ⁊ generationẽ. Exod. 3. Poſtea vero ꝗ̃ deus incarnari dignatus eſt, clariori in luce confeſſionis ſuos cõſtituens: apertis verbis dixit, Euntes docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſcti, Matth. vlt. Deniq; olim poſtes domorũ ſignabant ſub dictis nominibus, Abrahã, Iſaac, ⁊ Iacob, trinitatis videlicet ſacramento: nunc in frõtibus noſtris ſignamur ſignaculo crucis in eiuſdẽ preclariſſima confeſſione. Olim ſignatura fiebat agni ceſi ſanguine: nunc ſanguine chriſti, quẽ ille agnus figurabat, imolati ꝓ nobis. Sic enim ducim⁹ crucẽ in frontibus, queadmodũ olim ſignũ. T. in liminaribus. Preterea ſunt nõnulli, q hunc numerũ ad interfectos ſub herode paruulos putant referri. Ii conſyderent velim nequaꝗ̃ tũc herodẽ in. xij. tribus habuiſſe ptãtẽ: ſed vt euangeliũ loquit dũtaxat in quarta parte erat regni, nec niſi in ſuę partis dñio autor tãtę crudelitatis extiterat. Porro ſi hic numerus ad illos innocentes redigitur, qũo ex duodecim tribubus cumulat, quũ illi ex duabus tm̃ fuerint ceſi, Iuda ⁊ beniamin, qbus dominabat herodes. Reſtat ergo, vt iuxta premiſſam expoſitionẽ ſenſum colligamus: q̃tinus numerus hic referat ad eos, q poſt interitũ Antichriſti credituri ſunt ex Iudęis.

*Poſtes ſignabant ſub tribus nominib⁹*

℄ Punc. 2.

Ex tribu Iuda. xij. millia ſignati. Ex tribu Ruben. xij. millia ſignati. Ex tribu Gad. xij. mill. ſignati. Ex tribu Aſer. xij. mill. ſignati. Ex tribu Neptalim. xij. millia ſignati. Ex tribu Manaſſe. xij. millia ſignati. Ex tribu Symeon. xij. millia ſignati. Ex tribu Leui. xij. mill. ſignati. Ex tribu Iſachar. xij. mill. ſignati. Ex tribu Zabulon. xij. mill. ſignati. Ex tribu Ioſeph. xij. mill. ſignati. Ex tribu Beniamin. xii. millia ſignati.

*Noim xij. trib. poſitio.*

Si ad Geneſeos hiſtoriã ſpectes, nequaꝗ̃ hoc ordine noia iuxta natiuitatẽ ſingulorũ digeſta reperies. Nã Iudas ibi quarto, hic primo ſiſtitur loco. Ruben ibi primo, hic ſecundo. Gad ibi ſeptimo, hic tertio. Aſer ibi octauo, hic q̃rto Neptalim. ibi ſexto, hic qnto. Manaſſes ibi nullo, hic ſexto ponit loco. Symeõ ibi ſcdo, hic ſeptimo. Leui ibi tertio, hic octauo loco ſtatuit: Iſachar tm̃, Zabulõ, Ioſeph atq; Beniamin ſicut ibi, ita hic digerunt. Dan vero quintus Iacob filius de hoc ſpiritali catalogo excludit: nec recipiendus, tanꝗ̃ exul ꝑpetuus cenſet. Quod qua rõne factũ ſit facile aiaduertimus, ſi paulisper oculos mentis a carnis natiuitate ad ſpiritualẽ generationẽ requirendã detorqueimus: conſtabit enim his in primis q ſalui fiunt myſteria nominũ cõpetere, ⁊ ipſius vniuerſalis eccleſie ꝑfectus admirabili ratione in eiſdẽ cõprehendi. Iudas nãq; interpretat confeſſio ſiue laudatio. Ruben videns filiũ: vel videntis filiũ. Gad tentatio, ſiue accinctus, aut latrunculus. Aſer beatus. Neptalim, latitudo. Manaſſes

*Nominuz filiorũ Iſrl' interpretatio.*

oblitus,vel neceſſitas.Symeon,audiuit triſticiā,vel nomē habitaculi.Leui additus.Iſachar eſt merces.Zabulon habitaculū fortitudinis.Joſeph,augmentū.Beniamin filius dextere.Porro interpretatio noīs Jude:qd aliud,ꝙ̃ ꝯfeſſionē fidei,ac ēt laudis diuine deſignat? Judas enim(vt diximus)confeſſio vocat, ſiue laudatio.Neq; enim confeſſionis vocabulū ſemꝑ penitentiā: ſed qñq; laudē, gratiarum actionēue ſignificat,vt Pſal.29 Dñe deus meus in eternu confitebor tibi.Exprimit itaq; in Juda primo confeſſio fidei, ac deinde laudatio operum dei:vnde eidē in benedictionibus paternis dicit,Juda te laudabunt fratres tui Gen.49.Quia ergo eccle prima virtus a fidei confeſſione fœliciſſime ordi: merito primū locum in hoc ſpirituali catalogo Judas ſortit.Eſt ⁊ alia primigenij ratio, ꝙ de ſemine eius carnē aſſumpturus eēt deus, ⁊ ꝗa ex tribu eius reges,longo ordine prodiere.Ipſe aūt pſtantiſſima inter oēs fratres fortitudine fuit,cuius tribꝰ primū diuiſionē maris rubri ingreſſa fuiſſe dicit:audaciā quoq; reliqs addidiſſe,quo fœlicius oēm eā germanā multitudinē traduceret,liberans eā de manu Pharaonis eos perſequentis: quo facto Chriſti dūm exhibuit q tranſuexit ſuos ꝑ aquā baptiſmalē, liberans eos a tyrānide Pharaonis diaboli pſequentis,q ꝑ criminationē ſpoliauerat primū hoiem innocentia:vt recte denudans virum pharao interpretet.Diabolꝰ vero,ꝗa greca vox eſt,criminationē ſonat.Hinc Rubē ſuo merito ſcdꝫ locū obtinet:interpretat enim videns filium. Qualē filiū?Num qualē generat caro?Minime.Sed qualē gratia, ⁊ ſpiritus vite:ꝑ quē ipſa virtutū opa deſignant,que ad confeſſionē fidei,iure cōſequunt:ꝙ fides expoſcat poſt ſe opera virtutū:vnde habeat vt viuat,ac laudē ꝓmereat ſempiternā.Sepe enim filiorū vocabulo in ſcriptura ſacra bonorū opeꝝ fructus deſignant,vt ibi.Filij tui ſicut nouelle oliuarū.Et,Videas filios filiorū tuorū.Pſal.127.Filios filioꝝ noſtroꝝ videmus,quū virtutes ex virtutibus natas cōſpicimꝰ. Sicut enim ex vicijs vicia, ſic ex virtutibus virtutes cooriunt.Neq; enim,q fidelis dño eſt:niſi gignat filios nepoteſq; ſuſcipiat non pōt eſſe beatus:quū virgines carne ac ſpū, deo in timore ac ſolicitudine ſeruientes potior merces expectet.Aliud itaq; in filijs ac nepotibus intelligat oportet.Filij ergo ſunt virtutis opa:filij filioꝝ nate virtutes ab alijs.Poſſunt eſſe ⁊ fructus.id eſt.merita virtutū,imo merces eterne vite.Quia vero ipſa virtutis opera,que Jude in Ruben ſuccedunt,aliorū ꝓfectibus deſeruire debent:bñ congruit, ꝙ idem Rubē, nō ſolū videns filiū,ſed videntis etiā filiū interpretat: vt ſcilicet ea in qbus nos iā ꝓfeciſſe videmus,alijs ne occultemus,in quo tamen nō noſtrā,ſed dñi gloriā querere debemus.Quod dñs in euangelio liquido manifeſtat dicens,Videant veſtra bona opa:⁊ glorificēt patrē veſtrū q in cœlis eſt.Et quidē laudanda ſunt opera in Rubē:ſed laus ipſa ad illū referenda eſt, q operat in nobis,⁊ velle ⁊ pficere,ꝓ bona voluntate.Quis itaq; hinc iam nō videat,cur patriarcharum noīa in hoc ſpirituali catalogo,nō ſm carnis propagationē ſint dige-

Judas.

Ruben.

Filiorum noie bona opera deſignari.

ſta,ſed ſecundū ſpiritualis incrementi ordinē. Nōne in Juda pręce-
dit initiū cōuerſorū:atq; in Ruben ſuccedunt incrementa virtutum ?
Nō ordi- Nā ſi a primogenito carnis Ruben videlicet, q videns filiū dictus
nis cata- eſt,ſeries ordiret:& quarto natiuitatis ſuę loco Judā poſuiſſet: quis
logi. nō protinus clamet ſpiritalē eccl'ię ordinem confuſum:ac p hoc non
iam myſticus, ſed carnalis ac nullius myſterij putaret catalogus.
Bene igit primū Judas ſiſtit,ac deinde Ruben:qa niſi p confeſſionē
prauis renunciemus operibus,nō informamur bonis.Et certe niſi de-
teſtanda vitemus,laudanda agere nō valemus.Uerū enimuero qa
recte operantes ſubinde tentatio pbare ſolet: & ſemp adeſt qd retra-
bat a bono,quo fides & conſtantia viri iuſti explorata ſit: hinc To-
bię p angelū dicit,Quonia acceptus eras deo,neceſſe fuit vt tentatio
Gad. pbaret te.Tobię.12.Ideo poſt Ruben Gad,dei conſilio collocatur.
Gad enim tentatio eſt.& ſcriptura dicit,Quia tentatio eſt vita hōis ſu
p terrā,Job.7.Quia vero contra eundē diuina virtute, quicunq; ad
pmiſſam hereditatē feſtinamus,pręcincti eſſe debemus,vt fortes ſi-
mus:iccirco idē vltra id,etiā accinctus dicit:talibus enim conuenit,
vt agonothetā:id eſt chriſtū,q certamen diſponit,& pręmiū certanti-
bus pponit,indeflexis oculis ſpectent,& contra multiformē quotidie
tentationē dimicent,dimicantes ſuperēt.Quibus idē admonēdo di-
cit,Sint lumbi veſtri pręcincti.Lu.12.Hinc etiā ſctō Job loquit, Ac-
cinge ſicut vir lumbos tuos.Job.38.Et q libet cū Pſalmiſta dn̄o di-
cit,Pręcinxiſti me virtute ad bellū,Pſal.17.Bellū ſcilicet tentatiōis,
ſeu ſpūalis certaminis.In hoc dat ſpūs,nō dubiū quin ſanctus,con
ſiliū timoris nouitijs,& necdū exercitis in ſpirituali ſtadio dicens.Fi
li accedens ad ſeruitutē dei,ſta in timore,& pręppara aīam tuā ad ten-
tationē.Porro qa bonorū certaminū finē ad deū dirigere,nō ad fauo
rē humanę laudis detorquere debemus:ob hoc ēt idē Gad latruncu
lus vocat,tanq̄ q bona cordis latenter diſgrat,deo vt offerat pban
da,nō humanis laudibus diſtrahenda,mercedē in abſcondito a pa-
tre cœleſti,magis q̄ ab aliquo improbo laudatore,pmereri cupiēs.
Non igit vituperij, ſed laudis hic latrunculus eſt.Hoc erat beatus
Dauid quū diceret,In corde meo abſcondi eloquia tua, vt nō peccē
tibi.Pſal.118.Quod totū oīno ad animi intentionē refert.Siquidē
multi opa abſcondunt,& tamē p intentionē foris pandunt:& nōnul-
li opera ſua foris detegunt,& tamē intus p intentionez abſcondunt.
Uerū qa illata tentatio,& electos pbat,& pbatos coronat: recte poſt
Aſer. Gad, Aſer ponit,q beatus vocat.Illos ſane exprimens, q euangeli
carū beatitudinū poſſeſſores ſunt,futuramq; beatitudinē certa expe-
ctatione deguſtant,congruo ſatis ordine.Beatus nāq; q ſuffert ten-
tationē,qm̄ quū pbatus fuerit,accipiet coronā vitę.Jac.1.Cuius bea
titudinis certa pmiſſione roborati,inter ipſos etiā malos nō coangu
ſtant,ſed cū Apło clamant & dicūt,Cor noſtrū dilatatū eſt.2.Cor.6.
Et Pſalmi illud carmen fęlicius concinunt,Uiā mandatorū tuorum
cucurri,quū dilataſti cor meū.Pſal.118.Rurſum quoq;,In tribula-
tione

tione dilataſti mihi. Unde quoq; bene huic Neptalim ſuccedit, qui latitudo interpretatur: eā latitudinē deſignans, qua cor in deū fidens leta viuacitate, et in medijs tribulationibus gaudet: ſciens quod tribulationes ex dei beneplacito ipſi electo aduenient. Hi enim per latum dei mandatū nimis currentes leti ſunt ſemper, et in medio vmbre mortis: vt non coanguſtentur meſtitudine paſſionis carnis. Quia vero per hoc ampliſſimū dei mandatū dilatati currētes, et que retro ſunt obliuiſcentes, ad anteriora extēdunt: et adhuc eternas delicias, ad quas ſpe extenti feſtinant apprehendendas, nō habent ipſa re, proindeq; firmata facie in procurſu occupantur: recte electi dei et dilecti, Manaſſis titulū induunt. Manaſſes quippe oblitus, vel neceſſitas eſt. Oblitus, quia eorū que retro ſunt nihil reminiſcuntur: Neceſſitas quia ad hoc ad quod feſtinant nondū peruenerūt. Hoc in myſterio docemur, vt et que pertulimus aduerſa nihil eorū reminiſcamur, nec nos cogitatio eiuſmodi prepediat, remoreturue, quando prono precurſu ſemper ad premiſſa curramus. Non dicat ergo ſeruus dei. Grauia ſunt que patior, multis a ſiciorum iniurijs, indigna mihi ſunt, nihil taliū cōmerui que pfero. Auſculta mihi. nū tu grauiora Paulo ptuliſti: qui verberatus, lapidatus, proſciſſus inuidorū dentibus fuit: innumerabiliaq; alia mala abſq; ſuis cōmeritis ptulit? Et tamen adhuc dicit, Que retro ſunt obliuiſcens, in anteriora me extendo. O virū conſtantiſſimum, quē nulla frangebat iniuria. O beatū ter et quater apoſtolum, quē nihil remorabatur a procurſu, ſemper in mente habens, vt cū ſanctis oībus cōprehenderet que ſit diuinitatis longitudo latitudo et profundum: et bona illa que oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcēdit. Docemur, et hoc, ne peritura mundi huius bona, et vel morte ipſa relinquenda, plus iuſto curemus: magis nitamur apprehendere permanſura, neceſſitatibus ſolis vite interim modeſte et quaſi obiter ſeruientes: ſcientes quoniam tēpus breue eſt oē vite noſtre: et figura mundi huius vaneſcet. De quibus ſtatim eripi ac eliberari cupientes, dicamus cū propheta, De neceſſitatibus meis eripe me. Pſal. 24. Rurſū quoq;. Eripe me de luto vt nō infigar. Sed quia deſyderiū talia poſtulantiū ſepe differtur, nō tamē auferentur: aptiſſime poſt Manaſſen, Symeon collocatur: qui, audiuit triſticiā latinis ſonat: aut, audiens merorē. Audiūt nāq; ij in ſcriptura ſacra, qui ocyus cupiunt ex hac carnis neceſſitate eripi, dñm loquentē, Expecta, reexpecta: et quia ſub hec incolatus aliquatenus prolongatur, nonnulla iccirco meſtitudine tanguntur. Aut certe quia audiunt ſanctos oppreſſionē glorie noīs chriſti et dolent: Audiunt ex afflictione triſticiā multorū, et ipſi ſimiliter in charitate prouocati contriſtantur. Sed qui audiūt triſticiā, audiant neceſſe eſt et nomē habitaculi, quod idē Symeon ſonare videtur: vt qui preſentibus malis cincti triſtantur, de futuris bonis conſolentur: et qui merent in tabernaculo corruptionis angore tribulationum leſi, gaudeāt de tabernaculo eterne incorruptionis et quietis conſolati. Pauli vox eſt, Quandiu ſumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. 2. Cor. 5. Rurſumq;. Qui ſumus in hoc habitaculo ingemi-

Neptalim

Manaſſes

Symeon.

ſtimus grauati: Ecce hinc audit̃ triſticia. Conſolatio autẽ cũ dicitur,
Scimus, quĩ ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſolua-
tur: ędificationẽ habemus ex deo, domũ nõ manu factã, ſed ęternam
in cœlis. Ecce hinc conſolatiõis cauſa. Audiant ergo electi, ꝛ dilecti,
ꝛ qd hic ſit habendũ, ꝛ qd illic expectandũ. Audiant qd de his Pſal-
miſta dicat, Euntes ibant ꝛ flebant, mittentes ſemina ſua: venientes
aũt venient cũ exultatione, portantes manipulos ſuos, Pſal. 125. Au-
diant ꝛ quid de eis chriſtus dicat, Btĩ q lugent, quĩ ipſi conſolabun-
tur. Matth. 5. Audiant deniqꝫ qd eis reſponſum ſit. Plorabitis, ꝛ fle-
bitis vos, mundus autẽ gaudebit, vos aũt contriſtabimini: ſed triſti-
cia veſtra vertet̃ in gaudiũ Joan. 16. vbi certo diſcrimine conſignare
videt̃ dñs, q ſui ſint, que mundi: ꝙ mundus ad carnẽ hic cõſolatio-
nẽ habeat: ſancti vero, ꝛ q eius ſunt, triſticiam. Sed triſticia, quę ſm
Leui. deũ eſt, pœnitentiã in ſalutẽ ſtabilẽ operat̃. 2. Cor. 7. Quales autem
iſti ſint, q quę retro ſunt obliuiſcunt̃ in anteriora extenti, atqꝫ de prę-
ſenti habitatione triſtes, de futura autẽ gaudentes, Leui ſubindicat q
interpretat̃ additus. Hi ſunt, q bona bonis cumulant, merita meri-
tis addunt: hoc eſt q ad obſeruantię ſctẽ pręceptorũ dei obſeruantiã
addunt conſiliorũ ſctõrũ dei: vel q tẽporalibus ęterna mercant̃, iuxta
illud. Redemptio aię viri ꝓprię diuitię. Prouer. 13. Et alibi. Eſt qui
Conſilia paucis multa redimat. Sunt enim multi q pręceptis obſeruatis ſup-
quę ſint. addunt conſilia. id eſt. nõ iuſſa, vt ſunt cęlibatus, ſancte virginitatis
obſeruatio, erogatio dimidij bonorũ, ꝛc̃. Quę oĩa, qa non iubentur,
ſed ꝑ conſiliũ dant̃, vt vię ad perfectionẽ ſequelę chri, vtiqꝫ nõ iuſſa
ſupadduntͭ de bono conſilio. Quibus nimirũ apposite conuenit Iſa-
Iſacbar. charis interpretatio, q dicit̃ merces. Merces nimirũ his plurima de-
bet̃, q in dei amore tanto ardore flãmeſcunt, vt ꝛ eius pręcepta imple-
ant ꝛ cõſilia nõ refugiant. Hinc Jeremias talia agenti, ac de pręſen-
tibus miſerijs lugenti dicit. Quieſcat vox tua a ploratu: ꝛ oculi tui a
lachrymis: qa eſt merces operi tuo, ait dñs. cap. 31. Sed ſolent etiam
nõnunꝗ̃ talia facta, imo talia facientes, priuſꝗ̃ remunerent̃, illatę
Zabulon. perſequutiones ꝓbare, non aũt ſuperare. Unde merito Zabulon poſt
Iſachar ſequit̃, q habitaculũ fortitudinis appellat̃. Tunc enim horũ
quilibet habitaculũ efficit̃, quãdo virtus in infirmitate ſolidatur. Id
quod teſtat̃ Apl's de qbuſdã ſanctis martyribus. Conualuerunt de
infirmitate, fortes facti ſunt in bello, Hebre. 11. vt corpus, qđ ab ini-
micis putat̃ infirmũ, ꝛ ꝑ cuius materiã animo quoqꝫ inferre nitunt̃
interitũ, Deo confortante experiant̃ inuictũ. Nunꝗ̃ ergo ij ſuccũbunt
tentationibus in finem, neqꝫ bona facientes deficiunt: ſed vegetant̃
robore ſpũs, atqꝫ in dies ſeipſis fortiores euadunt. Nihil negligunt,
ſperantes ampliſſimã laborũ mercedẽ repoſitã in cœlis, de quibus
ſanctus Apl'us plura loquit̃, Sancti ꝑ fidẽ vicerunt regna: operati
ſunt iuſticiã: adepti ſunt repromiſſiones, ꝛ quę ſequuntur. Hebre. 11.
Quę oĩa tolerant ſancti deo eos roborante, ꝛ ſupra modũ vires in eis
Ioſeph. augmentãte: vt merito Zabulon ipſum Joſeph nactus ſit ſucceſſorẽ.

interpꝛetat̃ enim Joſeph augmentũ, deſignans ſane augmentanda eis dona gratiarũ, q fortes perſiſtunt in eorũ perſequutionibus. Et vt hos oẽs, qbus iſte virtutes, quas enumerando potius ꝗ̃ plenius exponendo deſcripſimus, ineſſe potuerunt, in dextera regis eterni collocandos intelligas, Beniamin. id eſt. filius dextere poſtremũ locũ ſortit: tanꝗ̃ ſcilicet ipſe ſit finis ordinis, cui fœlicitas ꝓmittit̃ eterne retributionis. In quo oẽs concludunt̃, q ad chriſti dexterã collocabuntur: qa quaſi ab ipſa dextera generant̃, q eius virtute in hoc ſeculo ꝓtegunt̃. Uides noĩa hec tribuũ ꝗ̃ appoſite cõueniant in myſterio his q ſalui fiunt. id eſt electis a deo ad eternã remunerationẽ. Preterea ꝗ̃ ãmirabili ratione ꝑfectus oĩs, ⁊ oẽ ornamentũ vniuerſalis eccliẽ in eiſdẽ noĩbus cõprehendatur, vel hinc palam fiet: Eccleſia nanqꝫ ſancta ipſa confeſſione fidei laudabilis eſt in Juda. In Ruben, pijs operibus fœcunda ⁊ clara. In Gad, tentationũ exercitijs pꝛobata. In Aſer, poſt eluctatas deuictaſqꝫ tentationes btã. In Neptalim, charitatis amore dilatata. In Manaſſe, ea que retro ſunt obliuiſcens, ad ea que ante ſunt ſe extendens. In Symeone, quaſi triſtis adhuc in valle plorationis, ſed ſpe gaudens de ſupernorũ ciuiũ habitaculis. In Leui, virginitate decora, ⁊ celibatu cõtinentiũ illuſtrata. In Iſachar, future mercedis expectatione ſuſpenſa. In Zabulon, martyrio coronata. In Joſeph, virtute dei augmentata. In Beniamin, dexterã fœlicitatis eterne ſortita. Qd quicunqꝫ fuerit, is demũ beatus, ⁊ ad dexterã inter ſocietatẽ ciuiũ ſupernorũ merito collocandus erit. Uides quomõ a ꝯfeſſione fidei, laudiſqꝫ diuine: per certa incrementa virtutũ, veluti ꝑ gradus quoſdã ad dexterã perueniat̃ eterne fœlicitatis, conſentiente dño q ait, His aũt, q a dexteris erunt, dicet. Uenite benedicti patris mei, percipite regnũ ⁊c̈. Matth. 25. Poſtremo aũt neqꝫ ꝑtereundũ putaui cur Dan, vtiqꝫ filius Jacob, ſiue in Geneſi, ſiue in Exodo, cũ ceteris fratribus annumeratus: nũc hic ex hoc catalogo eijciat̃ ſpũali, Manaſſes vero inter alienigenas natus, vtiqꝫ nõ filius, ſed tanꝗ̃ in filiũ adoptatus inter illuſtres ſit poſitus, ⁊ quidem ſexta ſtatione. Sed hoc ſatis magna ratione factũ arbitramur. Dan enim qa iudiciũ latinis reddit, ſane repꝛobationẽ veteris ſacerdotij, carnaliũqꝫ abolitionẽ victimarũ deſignat: ſicut Apl'us de his pleniſſime tractat Hebꝛe. 7. et. 8. Dan ergo de ſpiritali catalogo eijcit̃: qa in ſexta mundi etate mediatore adueniente Judei in ſcelere ſuo compꝛehẽſi iuſto dei iudicio ſedibus ſuis pulſi, ſimul ⁊ ſacerdotiũ perdiderunt ⁊ regnũ: in quorum loco gentes adoptate ſunt, velut Manaſſes inter alienigenas natus, nec filius: ſed tamẽ in filiũ adoptatus. Alij alias rationes eiectionis in Dan aſſignant. Pꝛimo ꝙ filij Dan tulerint idola Miche, ⁊ illa poſuerint in tribu ſua, in qua permanſerunt donec Iſrael in Aſſyrios fuit tranſlatus Jud. 8. Sempꝛ enim acri odio deteſtatus eſt dñs deus idololatriã. Secũdo ob antichriſtũ, quem memorant de eius ꝓgenie ꝓditurũ, ſcriptura dicente. Fiat coluber Dan in via, Ceraſtes in ſemita mordens vngulas eq, vt cadat aſcenſor eius

Beniamin.

Eccliẽ toti conueniũt noĩa hec i ſuis myſterijs.

Cur dan de catalogo. xij. tribuum eijciatur.

retro, Gen.49. De quo ⁊ Jeremias ꝓphetauit, di. A Dan auditus eſt fremitus equorū eius. cap. 8. Qui nō ſolū coluber, ſed ēt ceraſtes dicitur. Ceraſtes enim cornuti ſerpentes ſunt: grece enim ceraſtes cornua ſunt, vt recte ꝑ eū Antichriſtus intelligat̃. Hic enim contra vitā fidelium, ⁊ cornibus armatę ptātis, ⁊ dogmate peſtiferę prędicationis, velut morſu inſurgit: nō ſolū ſecularis ordinis chriānos, ſed ēt religioſos, ⁊ ſic religioſos vt vnū id agere videat̃, ꝑſequens: id enim indicant via ⁊ ſemita. Quis enim neſciat ſemitā viā eſſe arctiorē: ⁊ religioſoꝝ vita arctior eſt vita aliorū. Fit ergo coluber in via, qa in pręſentis vitę latitudine dum hos ambulare prouocat, quaſi parcendo blandit̃: ſed in via mordet, qa eos, qbus libertatē tribuit, erroris ſui veneno ac peſte conſumit. Sic primos parentes in colubro aggreſſus mira contra deū fallacia decepit, vt nō immerito coluber fiat dan in via, Ceraſtes autē in ſemita: qa quos fideles, atqȝ ad conſiliorum anguſtias ſeſe ſtringentes repererit, nō ſolū callidę ꝑſuaſionis aſtutia tentat: ſed ēt terrore ptātis velut cornibus prēmit. Quo in loco equi vocabulū mundū hunc inſinuat, q ꝑ elationē ſuā in ꝓcurſu labentiū temporū ſpumat: ⁊ qa Antichriſtus extrema mundi occupat, recte ceraſtes hic equi vngulas mordet. Vngulas qppe mordere eſt extrema ſclī apprehendere, ac tenere mordicus, vt cadat aſcēſor eius retro. Aſcenſor huius equi eſt, quiſqs in dignitatibus mundi extollitur: q retro cadere, ⁊ nō in faciē dicit̃. In faciē qppe cadere eſt, in hac vita errores agnoſcere, ⁊ pœnitendo pctā delere. Sic Paulus cecidit ad vocē cōpellantis dñi. Sic Maria magdalena cecidit ad pedes Jeſu: ⁊ dum inundat lachrymis, pedes abluit ſaluatoris. Retro vero cadere eſt repente ex hac vita decedere: ⁊ ad quę ſupplicia ducat̃ ignorare. Sic Heli ſacerdos cecidit: ⁊ effracta ceruice miſerabiliter expirauit. 1. Reg. 2. Sed nec tribus Effraim nominat̃: forte ꝙ effrateus ille Jeroboā filius Nabath rex primus decem tribuū vitulorū cultū induxerit, ⁊ peccare fecerit ppl'm Jſrael in idololatria, ſicut ſcriptum eſt. 3. Reg. 12. Aut in patre Joſeph intelligitur.

*Margin:* Ceraſtes criſtatus ſerpens. — Equ⁹ mūdus eſt. — In faciem cadere.

## DE TVRBA MAGNA ET INNVMERABILI EX OMNIB. GENTIB. CONFLATA. SEC. 3. PVN. 1.

POſt hec vidi turbam magnam, quā dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, & in conſpectu agni, amicti ſtolis albis: & palmæ in manibus eorum.

Quū iuxta figuram ſignatos ſub certo numero vidiſſet, in tribubus Iſrael tm̄: nunc aperte demonſtrat, ꝙ nō ſolū Judęi gratię dei participes futuri ſunt, ſed ⁊ multi alij ex omni gente, quę ſub cœlo eſt, quorū numerus apud ſolū deū eſt conſtitutus: vnde ad hoīes eſt referendum, qđ dicit̃, Quā dinumerare nemo poterat. Obſerua. Gens ⁊ tri-

*Margin:* Gens ⁊ tribus.

bus in hoc differunt, ꝙ vna gens multas habet tribus. Gens enim eſt multitudo ab vno principio orta, atq; ab alia natione ſm ꝓpriã collectionẽ diſtincta: Sicut ab vno Iſraele, vna gens Iſraelitica quę ꝑ duodecim tribus diſtincta fuit. Romana autẽ gens a Romulo originẽ trahens, in triginta quinq; curias fuit diffuſa. Porro pplˀus aliquando ꝓ gente: aliquando ꝓ vnius tm̄ ciuitatis habitatoribus poni ſolet.

Populus

De linguis aũt hoc ſciendũ eſt, ꝙ q̃uis prius gentes, ⁊ tribꝰ, ⁊ pplˀs, poſuerit linguas poſtremo: nõ tamen linguę ex gentibus, ſed ex linguis gentes exortę ſunt. In initio quot gentes tot linguę fuerũt. Deinde plures gentes q̃ linguę, qa ex vna lingua multę gẽtes ſunt exortę. Sunt aũt tres linguę in vniuerſo orbe celeberrimę, Hebręa, Gręca, ⁊ Latina: quę ⁊ ſacrę dicunt, ꝙ his diuinę leges ſcriptę ſunt. Et Pilatus titulũ dñi eiſdẽ notauerit, quarũ noticia eſt orthodoxis perq̃ neceſſaria: vt dũ vna minus ſatiſfaciat, ſuccurrat alia.

Linguę tres celeberrimę.

Sic ergo turbã magnã, ex oĩbus gentibus, ⁊ tribubus, ⁊ pplˀis, ⁊ linguis cõſtatã vidit: vt nõ ſolũ Iſrael ꝓmiſſione dei glorieť, Abrahęq; ſanguine: ſed ẽt alij oẽs pręordinati ad vitã. Sumus enim oẽs, quotquot eius fidẽ habemus, filij Abrahę, in ſemine eius, q eſt chr̃s. Unde Paulꝰ Romanis ſcribens, Abraham patrẽ ſanctorũ iccirco creditũ dicit; ꝙ ſignũ accepit circũciſiõis ſignaculũ iuſticię fidei, quę eſt in pręputio: vt eſſet pater oĩm credentiũ ꝑ pręputiũ, vtq; reputareť illis ẽt fides ad iuſticiã: ꝙq; eẽt ⁊ pater circunciſionis, ſicut ⁊ pręputij. hoc eſt. Iudeorũ ⁊ gentiũ. Non enim q ex lege eſt, ſed ei q ex fide Abrahę, firma eſt ꝓmiſſio. Roma. 4. Qui pulchro admodũ ſucceſſu vtriuſq; populi in ſe pręgeſſit typum: vt ⁊ in pręputio, ⁊ in circũciſione placeret deo: cui dictũ eſt in Geneſi; Quia patrẽ multaꝝ gentiũ poſui te ca. 17.

Abrahã pr̃ ꝑputij ſicut ⁊ circũciſiõis.

Nam in ſpem ꝓmiſſionis contra ſpem naturę credidit. Quo doccare tu, qa citra merita ꝓmiſſio te vocauit in ſalutẽ, qcunq; es in hoc ſemine. Dictũ eſt enim. Sic erit ſemen tuũ ſicut ſtellę cœli: ⁊ ſicut arena maris. In hoc catalogo tu mõ ſtas fidẽ habens in chriſto, ſi ſtas: ſtellaq; es, ſi es, vocatus ex gentibus, additus Iſraeli. Dicať ergo. Uidi turbã magnã ex oĩbus gentibus ſtantes ante thronũ, ⁊ in conſpectu agni. ⁊c̃. Chriſtus eſt agnus (vt nõ ſemel dictũ eſt) cui par ptãs eſt cũ patre: ante quẽ ſtant ſancti, qa placent ei: quẽadmodũ hi q principibus adſtant viris grati cenſenť eis. Qui ẽt ſtolis induti albis cõmoranť. Stola apud veteres dicebať quicquid tegebat. vnde apud Gręcos quoq; Stolę indumentũ ſignificant. Quid vero hę ſtolę ſint, niſi pulchri mores, baptiſmalis innocentia, integritas mentis, vt placet nõnullis. Sentio ego cũ D. Greg. eſſe charitatẽ fidei, quę ⁊ nuptialis veſtis diciť: cũ qua, q ad nuptias agni intromittuť, nõ expelli tur.

Stola q̃ ſit.

Sed nota, ante mediatoris aduentũ nõ erant ſtolę albę: qa videlicet humani gñis corda originaliũ pctõꝝ maculis erant cõmaculata, quę poſtq̃ ſacro baptiſmate ſunt abluta, reddita eis innocentia ſtatim receperunt priſtinũ decoris candorẽ, quem in primis parentibus amiſerant: vt iã fide manente alba ſint ⁊ ſpectabilia. Non quia ali-

quando nõ conſpurcent ⁊ mõ:ſed q̃a conſpurcata penitẽtię lauacro purgantur,operante in nobis chriſti ſanguine,quo ſemꝑ abluti mun di ſumus.Unde oẽs q̃ ad electorũ pertinẽt numerũ,ſtolas albas ha bere ꝓhibent.De q̃bus ſequit̃,Et palme in manibus eorũ.Quid per palmas,niſi triumphus victorię deſignat̃:ꝑ manus opatio exprimi/ tur virtutis:quatinus intelligeres eos q̃ ad numerũ dei ꝑtinent victo res ſemꝑ eſſe debere.Palmas itaq; in manibus habere,eſt ꝑ virtutẽ ſancti certaminis de antiquo hoſte mundiq; ac carnis voluptatibus triũphare.Palmas in manibus habent,q̃ cũ Ap̃lo dicũt,Quis nos ſeparabit a charitate chriſti?Tribulatio?an anguſtia?⁊c̃.Palma ar bor eſt(de melioribus loquor)trunco ſolido alta ⁊ recta:aſperrimo duroq; ac vili cortice,in ſolo cacumine elatas habet ſe ex omni par/ te ad inferiora flectentes.In elatis ſunt fructus dulciſſimi,quos alii poma:alij,nempe Galli ⁊ Itali dactilos vocãt.Hęc nõ alia ratione cõuenit ſignatis.id eſt,electis fidelibus,niſi q̃ olim in ſignũ dabat̃ victoribus.Sola enim arbor eſt(authore Plutarcho)quę ſurgit ad/ uerſus pondera,nec cędere nouit.Hunc morẽ primum Grecis fuiſſe, deinde tranſlatũ Romanis teſtat̃.T.Liuius libro vlt.primę Decad. Palma in nobis erit ſi nõ cedimus malis tentationibus,aduerſiſq; flatibus rerũ accidentiũ:ſed ſemꝑ nobis ipſis robuſtiores exurgim⁹. Eſt enim inſigne victorię,fortitudiniſq; infractę:vt recte,forti viro in militia ſpirituali Cãt.7.dicat̃.Statura tua aſſimilata eſt palmę.Aſ/ ſimilat̃ nãq; ſtatura fortiſſimi militis chriſtiani palmę,ſi nõ cędat aduerſis:ſed continuo robore in ſe perſiſtat:nitat̃ autẽ contra aduer/ ſa donec ſuperet,donec pleno triũpho potiat̃.Obſerua,Soli palmati candidatiq; ante thronũ,⁊ agnũ ſtant:q̃a ſoli illi deo,⁊ chriſto cor/ di ſunt q̃ vincunt:ceteris,hoc eſt,q̃ nolunt vincere,vix in memoria exiſtẽtib⁹:q̃b⁹ dictur⁹ ẽ xp̃s,Nunq̃ noui vos.Matt.7. ¶ Hun. 2.

Palma ad ſigni/ficet.

Palma põderi re/nititur.

Palma inſigne vi/ctorię.

**Et clamabant voce magna dicentes : ſalus deo noſtro qui ſedet ſuper thronum:& agno.**

Hęc eſt vox illa de qua Eſaias dixit cap.24.Hi leuabunt vocẽ ſuam atq; laudabunt.Et rurſum.Quũ glorificatus fuerit dñs hinnient de mari,lętitię magnitudine geſtientes.(vt exponit Hieron.)Fieri enim nõ põt,vt nõ victores cantent deo,in laude,⁊ gratiarũ actione, quĩ norunt nõ ꝓpria,ſed cœleſti virtute potitos ſe victoria:pręſertim qui bus ardens ineſt deſyderiũ dei,vt momento omni ꝓ eo potius mori vellẽt,q̃ offendere:idcirco clamorem voce magna in ſemetipſis exci/ tant,quo teſtent̃ animi ſui ingens deſyderiũ in deũ,⁊ chriſtũ, ꝑ quẽ ſalutẽ aſſequuti ſunt,⁊ habent q̃cq̃d habent.Salutẽ ãt occinũt deo, q̃a dñi eſt ſalus Pſal.3.Põt magnus iſte clamor,ſyncerę fidei,⁊ ma gnę ſitis quoq; glorię dei,⁊ agni,eſſe typus.Quo argumento doce/ mur ſalutẽ acclamare voce magna deo noſtro,⁊ agno.Id enim pro/ priũ eſt ſoli deo,videlicet ſalus.Quod ſic demonſtratur.Quũ enim omnia ex tempore fluxa ſint ⁊ caduca,⁊ ꝑpetuo curſu interitura,ſolus

Salus ſo li deo cõ/ petit.

aũt deus ſtabilis ſit ⁊ ꝑmanens: ſic vt in deo ſit ſalus proprie, ſicut ⁊
vita: q̄a habet eſſe a ſe ⁊ nõ ab alio, q̄ nec mutari põt, ideoq; ab in-
teritu longe diſſiliens. Unde diuina ꝑfectio hęc in ſe pulchra admo-
dũ harmonia cõplectit̃, Eſſe, viuere, ⁊ ſaluare. Eſſe dicit in actu eſſen Eſſe, viue-
di duratione̾, viuere dicit eſſe cũ vitali oꝑatione, ſaluare autem dicit re, ſaluat̃.
eſſe ſaluatorẽ cũ perfectione: vt ſine defectu ſit ſalus in ſe, ⁊ ceteris in-
fluat, detq; de ſe ſalutẽ, id eſt. vt ſeruentur virtute eius alia a ſe. Et ſic
ille q̄ dat ſalutẽ: idẽ dat ⁊ vitã, ⁊ eſſe. Et q̄ dat vitã, ⁊ eſſe, ⁊ ſalutem:
neceſſum eſt, vt de ſe habeat ſalutẽ, ⁊ vitã, ⁊ eſſe. Sed quũ in deo nul-
lũ cadat accidens, nec aliq̄d dependens, ſiue impꝑfectũ: ideo eſſentia-
liter eſt q̄cq̄d habet. Et ſic deus eſſentialiter eſt ſalus, ⁊ vita, ⁊ eſſe: q̄
ꝑ ſe eſt cauſa ſalutis oĩm, ⁊ vitę, ⁊ exiſtentię: quatinus agnoſceres
nihil magis proprie occini potuiſſe deo q̄ ſalutẽ, ſed nec agno quidẽ
q̄ peꝑit de ſe oĩbus ſalutẽ, q̄ eſt in vna ꝑſona diuina cũ patre deo.
Filius eſt agnus, quo ſolius incarnati verbi ꝑſona ſignat̃. Dicat ergo Agni vo-
ſctã tuba dei. Salus deo noſtro, q̄ ſedet ſuꝑ thronũ: ⁊ agno. ꝑ ſeden cabulũ fi-
tẽ diuinitas patris intelligit̃: ꝑ agnum filij humanitas, quę ad ęqua lio cõpetit
litatẽ patris ratione vnionis ꝑuenit: vt ex Daniele intelligis, tanq̄
dicerent, vni deo noſtro patri, ⁊ agno, q̄ ſedet ſuꝑ thronũ, ſalus, qui
non eſt niſi ſalus in ſe ꝑ eſſentiã. Et q̄a hoc loci ſumma noſtrę ſalutis,
patri filioq; tribuit̃: patri, q̄ filiũ ꝑ nobis tradidit: Filio, q̄ ſemetipſum
obtulit, nequaq̄ ꝑſona ſpũſſcti excludit̃. Deniq; q̄ ſalutis autorẽ ſe-
dere dicit, taliter eſt intelligendũ, ac ſi regnare ac iudicare diceret: Se-
dere enĩ regnantis eſt ⁊ iudicantis. De throno autẽ id accipe. Eſt enĩ
quandoq; eccl'ia militans: quandoq; triũphans: aliquoties chriſti
humanitas: interdũ aĩa iuſti: eſt ⁊ cęlũ empyreũ, imo ⁊ dei maieſtas:
in q̄bus oĩbus ſedet deus. Salutẽ ergo tribuunt ſcti victores deo, cu-
ius virtute vicerunt. eidẽ tribuentes q̄cq̄d ab ipſo acceperunt: ⁊ q̄cq̄d
ad ſalutis pertinet ordinẽ. Quo in loco ſimul Pelagij ac Cœleſtini
hereticorũ falſum dogma ſuggillat̃, cõmentantiũ ſine gratia dei per
ſolũ liberũ arbitriũ hoĩem poſſe ſaluari. cui reclamat Apoſtolus di.
Gratia ſalui facti eſtis ꝑ fidẽ, non ex operibus, vt ne quis glorietur.
Eph. 2. Idẽ, Quid habes, q̄d nõ accepiſti? Si aũt accepiſti q̄d gl'iaris
quaſi nõ acceperis. 1. Cor. 4. Quid plura? ſalutẽ noſtrã tribuit deo ⁊
ipſe Dauid, quum ait. Domini eſt ſalus. Pſal. 3. ⁊c. ¶ Pun. 3.

Et omnes angeli ſtabãt, in circuitu throni, & ſeniorũ, &
quatuor animaliũ: & ceciderunt in cõſpectu throni in
facies ſuas: & adorauerunt deũ, dicentes. Amen.

Sicut turbę magnę, ex omnibus gentibus, ⁊ tribubus, ⁊ ppl'is, ⁊ lin- Angeli
guis, numerus nemini cõprehenſibilis eſt: ita ⁊ hic, ⁊ ſupra, vbi pri- nõ ſunt re
mũ agnus librũ accepit de dextera ſedentis, angelorũ numerus defi- dẽpti ſ; re
nitus non eſt. De iſtis iam illic dictũ eſt, q̄a ⁊ ſi redempti nõ ſunt per conciliati
agnũ, q̄a nõ perierunt, conditi tamen ꝑ eius diuinitatẽ ſunt, ⁊ ꝑ ſan- nob̃ ꝑ xp̃i
guinẽ reconciliati, nobiſq; pacificati ꝑ ipſum: cœpitq; numerus eoꝝ, ſanguinẽ.

Angeli pariter cũ hominibus adorant deum.

q diminutus fuerat ex ruina apoſtatarũ angelorũ, ſpũum nequã, ex hoibus reſtitui: proinde iure in cõſpectu throni cecidiſſe viſi, adorãſſeqꝫ deũ, dicentes, Amen. Quod ſane congratulatio eſt eorũ, de ſalute noſtra. Ac ſi dicant. Aequũ eſt dñe, vt nos tibi parẽ honorẽ cũ hominibus tribuamus, q ſalutẽ dediſti perditis illis, e qbus noſtra ruina reparabit̃, ne eclypſis ęterna ſit in nobis: ſed vt pleno choro tibi fœliciter adſiſtamus: ſemꝑ gratias agentes de immenſa tua bonitate, qua creaſti oĩa, ⁊ nos, quos participes fore iuſſiſti glię tuę. Hominibus congaudemus: qa ꝑ te reparati, laudẽ tibi ſalutis occinunt, memores ineffabilis tuę clementię, qua in finẽ eis miſericorditer ſubueniſti, vt eiuſdẽ ⁊ ipſi nobiſcũ glię fierent conſortes. Obſerua, neqꝫ turbã, neqꝫ aĩalia, neqꝫ ſeniores hoc loco adoraſſe memorat: ſed ſolos angelos, q audita dei laude, tanquã ſctis congauderent, ſeſe humiliter ſummiſerunt, ꝓ ſumma veneratione, ⁊ adorauerunt: confitẽtes, par eſſe vt ſic laudaret̃ deus, verũqꝫ eſſe id qđ ſcti de ipſo prędicarẽt. Nã dicendo Amen, hoim laudationẽ confirmauere, diuinęqꝫ maieſtatis honorificationi cõgratulauere. Scriptũ eſt enim. Lętamini gẽtes cũ pplo eius. Et iterũ Adorẽt eum oẽs angeli eius. Pſal. 96. Soli ergo adoraut ad lęticiã ſctõrũ: quo ſciamus angelos gaudere de nobis, quoties honorẽ deo in vociferatione, ⁊ cantu, exhibemus: ſimulqꝫ vt ſcriptura impleat̃ pdicta. Sunt enim oẽs miniſtri dei, ad quos ſpecialiter ꝑtinet deo reuerentiã exhibere, ⁊ exhibentibus congaudere: ideo ⁊ inter laudantes verſant̃: iuxta illđ, Pręuenerũt principes cõiuncti pſallentibus Pſal. 67. vbi ij principes angeli ſunt, qui in cuſtodia principant̃ hoibus. Principes ẽt dignitate multi ſunt int̃ eos, ꝓ dei glã, ſicut dictũ eſt ſupra. Ca. 3. Sec. 1. Pun. 8. ¶ Pun. 4.

Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum. Amen.

Quid deo cõueniat, breui hoc cantico explicant angeli. Septẽ autem voces, ſeu noĩa ꝓnunciant, plena myſteriorum, quę illi concinenda ſunt ſemꝑ ab omnibus, Benedictio, ⁊ claritas ⁊c̃. Benedictio primũ ponit̃ ob meritũ. Ipſe enim primũ bñdixit nobis dicens, Creſcite, ⁊ multiplicamini. Gen. 1. Bñdixit aũt multipliciter in corpore, ⁊ aĩa, q eius benedictione ſeruamur. Si enim bñdictio, doni ſeu bñficij collatio eſt: ꝑfecto innumera ſunt dei circa nos beneficia, ꝓ quibus viciſſim a nobis benedictionẽ ꝓmeret̃. Obſerua, Aliter benedicit nobis deus, aliter nos deo benedicimus. Benedicit deus, dũ dona largitur corporalia, ſiue ſpũalia. Bñdicimus nos deo, dũ de beneficijs datis laudamus eũ, dignũqꝫ ab oibus laudari pręedicamus, ſcriptura dicente, Confitebit̃ tibi, quũ benefeceris ei. Pſal. 48. Claritas, pulchritudo, ſynceritas, noĩs ſplendor, ⁊ nobilitas eſt. Cõpetit aũt ei, in quo nulla eſt macula, nulla imperfectionis admixtio, defectus nullus: ſed dignitas ſumma, nobilitas ⁊ ꝑfectio. hic Deus ãt ſolus eſt q emi-

nenter pulcher, purus é, in quo nõ eſt macula, neq; imꝑfectionis admixtio vlla, integer ſine defectibilitate. Eſt enim deus lux, & tenebꝛę in eo nõ ſunt vllę. 1. Joan. 1. q in ſeipſo imenſa pꝛoꝛſus claritate lucet. Sup ſolé enim eſt ſpecies decoꝛis eius, q lucem habitat inacceſſibilem. 1. Timo. 6. Sapientia quoq; ꝓpꝛia eſt deo, a quo eſt oĩs ſapientia. ſicut ſcriptũ eſt. Dĩs ſapientia a dño deo eſt. cui oẽs oĩm mentes gratias agere debent. Jté virtus & foꝛtitudo ſempiternus eiuſdẽ cantus ſunt. Nõ eſt foꝛtis ſicut deus noſter, q eſt dñs virtutũ & rex gloriç, teſtant Pſalmi Dauidici.

# DE REVELATIONE MYSTERII VISIONIS CANDIDATE MVLTITVDINIS INNVMERABILIS.

## SEC. 4. PVN. 1.

ET reſpondens vnus de ſenioribus dixit mihi: Hi, qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt: & vnde venerunt?

Quũ nullius interrogatio pꝛęceſſerit: qd ſibi vult, ꝙ vnus de ſenioribus Joanni reſpondiſſe perhibet? Sed hic vtiq; Joannes typũ gerit eoꝛũ, q nõ intelligunt myſteria dei, quos eudiri opoꝛtet: de qbus alij adeo ſtupidi ſunt, vt ꝓſus iaceant ingenijs, niſi acutioꝛe ſtimulo interrogationis excitent. Uel certe mos ſcripturę eſt, vt nulla interdũ interrogatione pꝛęmiſſa, ſoleat reſpondentis vox pꝛoferre ſententiã. Sic in multis ſcripturę locis legis: quẽadmodũ ibi. Reſpondẽs Jeſus dixit, Confiteoꝛ tibi pater, dñe cœli & terrę. Matth. 11. quũ nulla interrogatio pꝛęceſſerit. Et alibi, Reſpondens angelus dixit mulieribus, Nolite timere. nulla interrogatione ipſarũ mulierum pꝛęmiſſa. Quo in loco in ſenioꝛe vno hoc, doctiſſimum quenq; in lege accipimus, velut iudicẽ dei reuelationũ. Nãq; ſenioꝛ maioꝛ dicit, ſiue ętate ſit, ſiue doctrina, ſiue etiã autoꝛitate, in qua iudices olim conſtituerat deus, quos memoꝛauimus duodecim in lege veteri: Jn noua aũt eodẽ numero apl'os, quos ſeſſuros dixit chꝛiſtus in ſedibus duodecim iudicantes duodecim tribus iſrael, in qbus vniuerſitas nationũ cõpꝛehendit. Jnterrogat ergo ſenioꝛ vt doceat: q docendi, dicendiq; peritus erat. Doctoꝛ enim vir bonus eſſe debet ac dicendi peritus, docet. Quintilianus in. 1. inſti. oꝛat. Simul et oſtendens minime verendũ foꝛe pꝛęſertim in rebus ſalutis, quę myſterijs abditis plenę ſunt, ſenioꝛes doctoꝛes conſulere. Qui verent, aut ſupbię vitio laboꝛare, aut ignauię cõuincunt: ſed excutienda ſunt hęc, & ſimplex animus in nobis ſtatuendus, hoc eſt humilis & doli inſcius. Jta enim a natura cõparatũ habemus vt ad melioꝛa ſemꝑ nitamur, & velimus eſſe perfecti, in quocunq; ſtudioꝛũ genere. Quę igitur dementia nobis non ſequi naturã ducẽ ad melioꝛa vocantem: quę ſi ſequenda in pleriſq;

Senioꝛ maioꝛ.

Doctoꝛ q̃lis eſſe debeat.

aliiſ,vbi nutat,nō ſit,in hoc tamē vno ſequenda. Ad hoc aūt vt docti in placitis fidei ſimus,doctor bonus nobis quęrendus eſt, ⁊ ſapiens,cuius ⁊ moribus ⁊ ſapientia ſimul inſtituamur,melioreſqꝫ euadamus:cuius hic ſenior typū exhibet,qui vt charitate affluus erat, ⁊ moribus placidus, Joānē vltro cōpellans vocat ad diſcenduꝫ alioq diſcendi cupientiſſimū, ⁊ q libenter ſcire etiā rationes eorū vellet,quę videbat. Ubi ſimul illud aduertas velim. Nā ſcire quidā volunt, vt ſciant tm̄: ⁊ hec inutilis curioſitas eſt. Alij vt ſciant, ⁊ hęc deteſtanda vanitas eſt. Pleriqꝫ vt ſcientiā ſuā vendāt, ⁊ hęc obſcenus quęſtus ē. Nōnulli vt ędificent,alioſqꝫ ędificent: ⁊ hec laudabilis prudētia eſt.

Diuerſitas ſtudentuꝫ.

Quo in genere Joannē verſari cognoſcimus, cuius oīs ſcientia nr̄a ędificatio fuit, ⁊ cauſa ſalutis. Adeſt ergo ad tā grande ſpectaculum ſcientię auidus,circunſpectat,quęrit aīo doctorē,deſyderio cordis loquit. O ſi mihi nunc adeſſet vnus,qui hęc ſtupēda miracula retegeret,doceret reꝝ tātaꝝ myſteria, Diſcrutior dn̄e ꝙ nō intelligo. Moxqꝫ ſenior e xxiiij. vnus vltro cōpellauit eū dicens. O iuuenis qſqs es q ad tātū ſpectaculū noſtrū admiſſus nunc adſtas,putaſne intelliges: q ſunt hi, q amicti ſtolis albis vno agmine ſunt. Alloquit vltro vt alliciat,vt animo confirmet, addatqꝫ audaciā libere reſpondendi, atqꝫ vt allectus pacatiori pectore dicenda capiat. Audiat diſcipulus myſteria rerū,audiens intelligat:intelligens ędificet,vt poſtmodū ⁊ ipſe alios ędificet. Immo vt talē amictū cōcupiſcat,ſibiqꝫ ſtudio cōparet,quali ſpecioſiſſimū exercitū verſari corā ſedente in throno, ⁊ agno videt. Stole hę albę, habitus mentiū ſiue baptiſmatis ſacramento,ſiue aperto vel occulto martyrio,ſiue ēt lachrymaꝝ fonte candidatarū poſſunt intelligi: poſſunt ⁊ pręmia fidei,certaminiſqꝫ in futura vita. Dicat igit, Hi q amicti ſunt ſtolis albis,q ſunt, ⁊ vnde venerunt? Ac ſi prędicatores ſcti, vel dn̄s prędicatorū auditoribus diceret, Quotquot ex clade Antichriſtiana euaſuri ſunt,nunqd amatores mūdi erunt? nunqd voluptatū ſuarū ſectatores? aut nunquid de cupiditatibus vel illecebris venturi ſunt? Qm̄ qui talia agunt,regnū dei non poſſidebunt. Qua nimirū ſententia finis conſūmatę iuſticię iudicat. In pręſenti etenim rari ſunt, qui ad ſceptra dignitateſqꝫ de talibus eligant,Sed qui ſplendidi ſunt, ⁊ mundi ſectatores: non ſic in prędeſtinatione dei: ſed de anguſtijs ad pręmia vocant. In qua iā tales ſunt electi,quales futuri ſunt beati. Hoc eſt, pulchra iuſticia nitentes. Ergo quales inueniendi ſunt futuri ſancti, tales in formis exhibiti: quatinus ſciamus eos ſolos claros futuros, qui vitę ſtudent ſynceritati.

¶ Pun. 2.

Et dixi illi:domine,tu ſcis. Et dixit mihi, Hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione: & lauerunt ſtolas ſuas:& dealbauerunt eas in ſanguine agni.

Diſcipuli norma.

Quū Joannes ex pſona bonorū auditorū interroganti ſeniori modeſtius rn̄det: docemur, quanta modeſtię debemus eſſe ad eos, quos

eruditores animorũ nacti ſumus, vt nõ temere quippiã vel requiſiti reſpondeamus, ſed potius eius acumini nos in vniuerſum ſummittentes, ab ipſo primũ ferri ſententiã petamus. Sic enim nos ⁊ Fabi⁹ Quintilianus docuit orator, q in libris inſtitutionũ oratoriarum ait. Pendeat ex iudicio pręceptoris diſcipulus: atqꝫ id recte dixiſſe putet qd ab eo ꝓlabit: vultũ pręceptoris intueat quũ audit, ⁊ quũ aliquid ipſe dicit. Abſit a tumore diſcipulus, ⁊ a vana de ſeipſo ꝑſuaſione: ex magiſtri iudicio diſcat, ⁊ dicat. Quod totũ longe exactiſſime in ſe exprimere videt. S. Joannes in verbo, Dñe tu ſcis. vult enim omnino pendere ex iudicio huius preceptoris: ⁊ id deniqꝫ rectũ eſſe qd ab eo prolaberet credit. Porro quia tribulationis meminit, ſane docemur qm̃ vim patit regnũ cœlorũ, ⁊ violenti rapiunt illud Matth. 11. Et Actuũ. 14. Oportet nos ꝑ multas tribulatiões introire in regnũ dei. Simulqꝫ valde metuendũ eſt, ne ſi aliunde qs veniat, ad ſanctorũ ſorte pertineat. Notandũ ergo ꝙ in vna hac magna tribulatiõe multę tribulationes iuſtorũ ſunt capiendę. Ecce enim perſequutionis tpe alios improuiſo ictu immerſus iugulo gladius ſtrauit. Alios crucis patibulũ ſuſtulit. Alios ſerra diuiſit. Alios carpſit vngula. Alios beluina rabies tetris dentibus dilacerauit. Alios creber ictus flagrorũ enecauit. Alios ſuffoſſa terra viuentes oppreſſit. Alios ſuſpendij laqueus iugulauit. Alios pręcipitiũ colliſit. Alios demerſos aqua abſorbuit. Alios edax flãma abſumpſit. Que oĩa inſimul magna ſunt tribulatio ſctõrũ. Sed nunquid hi ſolũmodo ad electorũ numerum, quos de magna tribulatione, aut iam veniſſe, aut venturos eſſe ſcriptura hęc cõmemorat ꝑtinent? Quid igit de illis q timentes mori, ne forte vitã. id eſt. chrm negarent, antequã tenerent, vel interrogarent, ſalutẽ fuga queſiuere, vtiqꝫ vocẽ dñi ſequentes, q dixit, Si vos ꝑſequuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliã, Matth. 10. Fugientes aũt latibula ferarũ nacti, ⁊ anguſtis diuerſorijs, famem, ſitim, nuditatemqꝫ ſuſtinuerunt. Nunquid nõ ad magnã tribulationẽ talia qui pertulerunt pertinent? Quid deniqꝫ de his dicemus qui ſubſtantijs omnibus ꝓpter fidem chriſti priuati ſunt, quando eos nec exterior pœna perſtrinxit, nec pulſi ſedibus fuere? Nunquid nõ de magna tribulatione venerunt, aut veniunt in dies? Sed redeamus ad pacis tempora, Quia volunt electi ẽt pacis tpe pie in chriſto viuere, ⁊ pati: (Pulchra ſane conſequentia, pie viuit chriſtianus ⁊ patit. Apoſtolo dicente, Oẽs qui volunt pie viuere in chro Jeſu ꝑſequutionẽ patiuntur. 2. Tim. 3.) Ecce alius religionẽ ingredit, votis ſe conſtringit, nunquid tribulationẽ patit? Primo aduerſitas ſeculi contra eũ inſurgit: veniet in odiũ his, quibus id genus vitę odio eſt: ſuſtinet iniurias opprobria, ſannas, ⁊ alia. Sed eſto nõ fiant iſta, Nunqd deſunt tentationes illi, aut illectamenta carnis, quibus a rigore religionis ſępe molleſcimus. Nunquid ignea deſunt aduerſarij tela? quibus figat ⁊ vrat? O quoties ante religioſę mentis oculos fœdã carnis ſpurcitiã quaſi in dulcedinẽ cõuertit aſtutus inimicus: figurat affectũ con

Tribulationum diſtinctio.

Religioſi perpetuis tribulationibus probantur.

iugalis ſubſidij,plis amorẽ:contra quę dum pugnat ac reſiſtit,nunquid ex magna tribulatione,lotus in ſanguine agni venit? Augent ij tribulationes in ſemetipſis,dũ frangunt ieiunijs corpus,vires eneruant, cõprimunt ſenſus,inſiſtunt vigilijs, excubant aſſiduis in orationibus,dura ſuſtinent,verberibus ſeſe affligunt, cilicijs, aliorũq; aſperdinẽ domant veſtimentorũ,quę gerunt ad carnẽ,mactant proprias voluntates,alienã ſuã facientes. Nunqd igit̃ ad electos pertinẽt,quũ hęc oĩa ad dei gl'iã faciunt? Faceſſat igit̃ quorundã reputatio,mollius religioſos alijs viuere,q omni tpe in ſui perſequutione verſant̃,ꝑpetuis veluti in caſtris degentes,q veluti diſtrictis enſibus ꝑpetuo pugnant. Non ſunt his delicata cibaria:ſed craſſa & quę dũtaxat neceſſitati ſuccurrãt, nõ voluptatẽ expleãt: nec eſt his ociũ qui ꝑpetuo in labore ſunt:nec quando volunt aliqd faciunt, ſed omnia ſub imperio:dũq; hi cœleſtẽ vitã agunt,maxima corporis fatigatione ſe conficiunt.

Tribulatio virginũ continentiumq;

Paria his habent & virgines,q ſe totos chriſto dicarunt affligentes carnẽ varijs anguſtijs,ac ingenijs,ne luxuriet. Continentes quoq;,& quicunq; cœlibatũ amplexati carnis curã in deſyderijs nõ perficiunt,qbus in mentẽ reducit malignus expertam olim venerem,& oẽm eã voluptatẽ,qua potiebant̃ anteq̃ in militiã chriſti veniſſent. Sed eſto,ſit,q ſancto certamine, multoq; ſudore iã iſta cõtempſerit,vt non irritet̃ tentigine:ſed nunquid irã, tumoreq; mentis,aut triſticiã,aut cupiditatẽ radicitus vulſit,atq; ita in vniuerſum ab ſeſe abiecit,vt nõ interim hiſce peſtibus cõmoueat̃? Aut quãdiu in hac vita viuit,ſaltẽ cogitationũ careat tumultibus? Aut quũ praua agere videt,nõ doleat? quũ odientes ſe ad amorẽ nimia ſollicitudine perducit? quũ inobedientes ad ſubiectionẽ redigit: voraces ad ſobrietatẽ:impuros ad caſtitatẽ:ſomno deditos ad vigilias: loquaces ad taciturnitatẽ:cõmotos ad pacẽ:tribulatiõis expers in his erit? Nunqd nõ ſolemus dicere,quũ tale qd agimus,ſi paulo duriores cõuertendi inueniant̃: O,cũ quanta tribulatione ad viã illũ poſſum reuocare? Ille enim tribulationẽ in his,quę modo p̃luſimus, nõ ſentit,q certamen in acquirendis virtutibus,& in reſiſtẽdis vicijs nõ aſſumit. Sed ꝓculdubio nec iſti ſoli ad illũ ptinent numerũ,qui de magna tribulatione veniſſe monſtrant̃:pertinẽt equidẽ & boni cõiugati,q in tantũ boni ſunt,iuxta modulũ religionis ſuę,vt intra repagula ꝓfeſſionis ſuę ſe ꝑpetuo velint continere,nec aliorſum euagari amore,ſuſtinent moleſtias domus,& familię,vitã ſuppeditant,cibũ quęritant,manibus liberos,ſi quos ſuſceperint,nutriunt in timore dei,legis pręcepta diligenter cuſtodiunt,ac ſic docent ſuos, caſtigant liberos quũ laſciuire p etatẽ vident,cõpellunt ad deũ, & nihil magis cogitant:abſtinẽt interim,nec niſi cauſa ſuſcipiendę prolis venerẽ experiunt̃,aut ne alter ab altero amore deficiat ad alienũ. Adiſcio his generalẽ cunctorũ,& in hac vita ineuitabilẽ magnãq; tribulationẽ,quã q nõ habet,neſcio ſi ad electorũ numerũ pertineat. Nemo enim ſctõrũ nouit virũ ad electorũ numerũ pertineat, Salomo/

ne atteſtante, q ait, Neſcit homo vtrũ odio an amore dignus ſit, ſed oĩa reſeruant in futurũ incerta. Eccle. 9. Unde ẽt ſcti nõ modica tribulatione agitanť, qa ignorant futuros exitus: hinc mœrent, lugent, ⁊ quotidianis afficiuntur lamẽtis. Sed obſtrepit hic mihi aliqs, velut rari ſint qui eiuſmodi ſint. Rñdeo, hoc eſt qđ dñs dicit, Quia multi ſunt vocati, pauci vero electi. Ue aũt, quẽ p aliquã harũ tribulationũ nõ exercet, quia nõ eſt aliunde aduentus ad numerũ electorum. Oẽs ergo hi, quos numerando pſtrinximus, de tribulatione magna ⁊ anguſtia veniẽtes ſtare in cõſpectu dei Joãnes vidit. ¶ Punc. 3.

Ideo ſunt ante thronũ dei, & ſeruiunt ei die ac nocte, in templo eius: Et qui ſedet habitat ſuper illos.

Ac ſi diceret, ppterea ad electorũ numerũ ptinent, qa talibus indumentis veſtiti ſeruiunt ei die ac nocte, id eſt in pſperitate ⁊ aduerſitate: dies enim proſperitatẽ ſignificat: nox vero huius ſeculi aduerſitatẽ: in qbus ẽque, qui vere ſerui dei ſunt, hoc eſt, fideles, illi ſeruiunt: quos a firmo cordis pposito, nec pſperitas, nec vlla ſẽculi aduerſitas auocare põt. Sed vbi ſeruiunt? In templo eius: templũ dei eſt eccleſia, viuis ex lapidibus ſup petrã, ſtabile videlicet fundamentum ẽdificata: quod venti nõ dimouent, nec flumina. Chriſtus eſt electorũ fundamentũ, ⁊ virtus, in quo ſolo fortes ſumus, in nobis nihil, eo ꝙ ſenſus ⁊ cogitatio humani cordis prona ſunt in malũ ab ſua adoleſcentia. Gen. 8. Et ex nobis ſum⁹ mali. Lu. 11. ideoq; vacillãtes. Põt p diẽ ⁊ noctẽ intelligi ⁊ perpetuitas, ꝙ fideles ppetuo ſeruiant, ⁊ nõ in horã, aut diẽ. Et ij ſunt ante thronum dei, id eſt, placent deo, quia ⁊ candidi ſunt, ⁊ ſeruiunt ei continue. Sic Apl's loquiť, Elegit nos in chriſto an̄ mundi conſtitutionẽ deus, vt eſſemus ſcti, ⁊ imaculati in cõſpectu eius in charitate. Ephe. 1. Idem, Audemus, ⁊ bonã volũtatẽ habemus, magis peregrinari a corpore, ⁊ prẽſentes eſſe ad deũ: ⁊ ideo contendimus ſiue abſentes ſiue prẽſentes placere illi. 2. Cor. 5. Deniq;, Quid eſt qđ diciť, Et q ſedet, habitat ſup illos? Equidẽ hoc verbo puidentia dei, ſimul ⁊ cuſtodia ſup nos innuiť, ꝙ deo cura ſit de nobis. Ipſe eſt enim ſup oẽs deus, ſiue q in cœlo, ſiue q in terra, ⁊ in oĩbus abyſſis ſunt. Ac ſi dicať, De⁹, q ſup nos eſt, de throno maieſtatis ſuẽ ſup oẽs inuigilat, pq; eis ſolicit⁹ eſt. Seqť. ¶ Punc. 4.

Dies pſperitatem ſignificat: nox aduerſitatem.

Deus inuigilat ſup nos.

Non eſurient, neq; ſitient amplius: neq; cadet ſuper eos ſol: neq; vllus æſtus.

Celebratiſſimum Grẽcis fuiſſe Adagium teſtatur Plato, Miſerrimũ videlicet eſſe mortalibus fame mori, quod ſumptum fuiſſe conſtat ex Homero, cuius hẽc verba ſunt in Odiſſea.

Dura quidem miſeris mors eſt mortalibus omnis.
At perijſſe fame, res vna miſerrima longe eſt.

Cuius contrariũ hic p ſumma fœlicitate ⁊ prima poniť, quũ diciť, Nõ eſurient ⁊c. Eſuries hic dei verbi eſt: quẽ qualis futura ſit ſub magno Antichriſto prẽſens ſcripturẽ locus indicat, quando interdicet

in vniuerſum ſacri verbi dei annunciatio: tũ certe paruuli petent panẽ, ꝛ nõ erit q frangat eis: tamen ab hac peſte quũ liberauerit dominus pplm ſuũ, fiet tranqllitas ſumma, ꝛ pax in toto orbe, etiã externa: tũ fiet id qđ pręſens ſcripturę locus indicat: Nõ eſurient, neqꝫ ſitient amplius: neqꝫ cadet ſup eos ſol, neqꝫ ęſtus. Similis locus eſt in Eſaia cap. 49. Non eſurient, neqꝫ ſitient amplius, ꝛ non pcutiet eos ęſtus, ꝛ ſol: quia miſerator eorũ reget eos: ꝛ ad fontes aquarum potabit eos. Sol pſecutionis ardorẽ deſignat, quę tunc ceſſabit pereunte antichriſto.

*Eſuries verbi dei.*

Eſuries panis verbi dei eſt, quo alitur anima noſtra, ꝛ ſitis extinguit. Dũ enim ardenter deſyderamus refici hoc verbo ſpiritus, dicimur ꝛ eſurire ꝛ ſitire. Quo in loco ſimul agnoſce q̃ fœlix illa ętas futura ſit,

*Felicitas ſęculi poſt Antichriſtum indicatur.*

quando in ſumma libertate annũciabit euangeliũ chriſti in vniuerſo orbe, in vero ſenſu, ꝛ quẽ ſpũs ille diuinus in primis flagitat, ꝛ adminiſtrat oibus: ideo dictũ eſt in Eſaia, Quia miſerator eorũ reget eos, ꝛ ad fontes aquarũ potabit. hi enim ſunt fontes aquarũ, q ſenſus veri ſcripturarũ. Sunt qui multo magis velint hunc ſcripturę locũ referre in ſenſu anagogico ad patrię fœlicitatem, vbi nemo eſuriet, ſitiet nemo amplius: neqꝫ ſolis feruor exuret neminẽ vltra. Ad qđ pphcta regius ille ſummis aſpirat votis, quũ dicit, Satiabor quũ apparuerit glia tua. Pſal. 16. Et dñs beatos fore aſſignat illos, q eſuriunt ꝛ ſitiunt iuſticiã, qm ipſi ſaturabunt. Matth. 5. Et apud Lucã, Ego inquit diſpono vobis regnũ, ſicut diſpoſuit mihi pater, vt edatis, ꝛ bibatis ſup menſã meã in regno meo. Luc. 22. Jam ſi ſic diſponit, ſicut illi diſpoſuit pater: certiſſimũ eſt, quia per multas tribulatiões oportet nos introire in regnũ dei, Act. 14. q ꝛ ipſe multa paſſus eſt anteq̃ regnũ ſuũ ingrederet: paſſionis ergo via pceſſit, hac introiuit. Luc. 24. Nõne hęc oportuit pati chriſtũ, ꝛ ita intrare in gloriam ſuã? Jdeo ſupra. Hi ſunt, q venerunt ex magna tribulatione. Et Pſal. 33. Multę tribulationes iuſtorꝫ. Non eſt ergo qđ conqueratur electus, quare tribulationũ angores immittat deus: fixũ eſt enim, quia electi p tribulationes aſſequant gloriã: per inquietudines quietem. Nõ eſt ſeruus maior dño ſuo: ſi eũ perſequuti ſunt: ꝛ nos, ſi electi fuimus, pculdubio pſequent, Jo. 15. Uide ergo ne impatientia fatearis te nõ eſſe ſeruũ: ne cauſatione arguas te nihil ptinere ad regnũ, qđ ſuis pręparauit dñs, ſicut ei pręparatũ fuit a patre.

*Sol tribulatio.*

Sol alibi in bonã partẽ accipit ob vtilitatẽ luminis eius, ꝛ virtutẽ, propter qđ ꝛ chriſti ſępe typus eſt: hic vero ex loci circunſtantia tribulationẽ potius exprimit, q ardore exurat virentia, Jac. 1. Exortus eſt ſol, ꝛ areſecit fęnũ cũ ardore. Sic ꝛ tribulationis vehementia, dei electos in carne concoquit, vexat, ꝛ pręmit: a qua liberati non deinceps vexabuntur, eo q gloria ꝛ pax ꝛ quies excepit illos. Ubi ſimul aduerte magnã temporis vltimi, qđ erit poſt Antichriſtũ, fœlicitatẽ, vt patrię fœlicitati propemodũ exequari poſſit. Nam vt mihi quidẽ videt: per tẽporalem hanc eiuſmodi temporis illius fœlicitatem, ꝛ illam quę in cœlis futura eſt deſcribit.

¶ Punc. 5.

Quoniam agnus, qui in medio throni eſt, reget eos: & deducet eos ad vitæ fontes aquarum.

Cauſa reddit, cur nõ eſuriant, neq; ſitiant, neq; ſolẽ vel ęſtũ patiantur, q veſtimentis albis coruſcant, cũ dicit, Quoniã agnus ꝛc. Agnꝰ eſt cui dixit pater, Hic eſt filius meus dilectus: quẽ etiã audiri iubet. Matth. 16. Cui tradita ſunt oĩa, Matth. 11. ꝛ vlti. Et quẽ pater conſtituit hęredẽ vniuerſorũ Hebr. 1. Hic inq̃ in medio throni eſſe perhibet. Thronus hic ex circunſtantia loci eccl̃ia eſt, in cuius medio ſtat chriſtus, Matth. 18. Ubi enim ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorũ. Et, Ecce ego vobiſcum ſum oĩbus diebus vſq; ad cõſũmationẽ ſeculi. Matth. vlt. Qui diſcurrit in medio candelabrorũ aureorũ, ſupra cap. 1. Idẽ curã habet ſuę eccl̃ię, quam fuſo ſanguine acquiſiuit: eſtq; caput eius, Ephe. 1. Coll. 1. Agnus ergo, q in medio throni eſt. ideſt. chriſtus in medio ſue ecclefię, regit fideles. De regimine eius ſcriptũ eſt Pſal. 22. Dñs regit me, ꝛ nihil mihi deerit, in loco paſcuę ibi me collocauit. Rurſum. Sup̃ aquã refectionis educauit me: aĩam meã cõuertit. Deduxit me ſup̃ ſemitas iuſticię ꝛc. *Agnus chriſtus.*

Fontes vitę aquarũ, ſunt verbũ dei, ꝛ ſpũs eius: verbũ gratię, qđ in fidele quoq; fiet fons aquę ſalientis in vitam ęternã, Joan. 4. Si vero de futuro ſeculo intelligat, ſatietatẽ ſimul ꝛ voluptatẽ ſummã, deliciarũq; cœleſtiũ indicant vbertatẽ, iuxta illud, Inebriabuntur ab vbertate domus tuę, ꝛ torrente voluptatis tuę potabis eos. Pſal. 35. Loquit̃ in Eſaia dñs dicens, Ecce ego declino in eos, vt flumen pacis, ꝛ vt torrens inundans glĩę, cap. 66. Nota, Et deducet ꝛc. Chriſtus deducet ad gliã, q eſt fons vitę, Pſal. 35. Fons quippe vitę eſt nobis ipſe chriſtus, hic in ſcripturis ſacris. in quibus veluti quibuſdã fiſtulis fęcundiſſime ebullit, ſcaturit, ꝛ ſatiat: in futuro aũt in gloria, qua replet ꝛ exornat. Ideo recte ſequit̃ in eodẽ Pſalmo, Et in lumine tuo videbimus lumen. Aug. Fontẽ fauces querũt, oculi lumen. vt ſcilicet, intelligeres externe ꝛ interne p̃ eundẽ ſatiari affatim debere hoĩem. Sed vide quoniã idẽ fons ꝛ eſuriẽ ſimul et ſitim depellit. Eſuriem quia panis vitę eſt Joan. 6. ſitim q: fons vitę Pſal. 35. Neq; vero id cuiquam mirum eſſe debeat, ꝙ ꝛ cibus ſit ꝛ potus: quum de ipſo eodem creatore omnium dicat Paulus. Erit deus omnia in omnibus. 1. Corin. 15. *Fontes vite aq̃rũ.*

¶ Punc. 5.

Et abſterget deus omnẽ lachrymam ab oculis eorum.

Alludit ad piarũ matercularũ conſuetudinẽ. Solent. n. hę paruulos vteri ſui fętus, qui quando amaricati in fletus acerbos erumpãt demulcere blandicijs, lachrymas digito tergere, mãmã dare, quãdoq; ꝛ pręmanſum cibũ ori inſerere: figere blãda oſcula, aſſidere, ſup̃ genua in ipſo ſinu cõfouere, nec cõquieſcere donec ceſſent oculi eorum a lachrymis. Id qđ preſens ſcripturę locus nobis quoq; de dño nr̃o promittit. Et abſterget, inquit, deus oẽm lachrymã ab oculis eorum. Exacerbati fuere ſcti prioris tp̃is ex grauiſſima ſęuiſſimorũ principũ *Deꝰ pater ꝛ mater ẽ.*

pſecutione, exacerbabunt ꝛ poſterioris illius ſeculi, de quo pauloan te ſcriptura hęc meminit: primos conſolatus eſt dñs, nō dubiū quin ꝛ poſteriores conſoletꝰ q̄ ſup matrū pietatē ſe nobis dulcē futurū in Eſaia ꝓmittit dicens, Nūquid obliuiſci pōt mater infantē ſuū, vt nō miſereatur filio vteri ſui: ꝛ ſi illa oblita fuerit, ego tamē nō obliuiſcar tui. Eſa. 49. Eundē patrem idē aperte ꝯfitetur di. Tu enim pater nr̄ dñe, redēptor nr̄: a ſeculo nomē tuū. cap. 63. Sed videamus quę ſint illę filiorū lachrymę, quas abſterſurus eſt hic pius pater, ideq; pia mater. Conſtat enim q̄ alius plorat ꝓpter admiſſum facinus qd̄ dolet ex corde, Alius ꝙ malū vitans bonū nō fecit, Alius quia dura ſuſtineat. Quis enim filius nō plorat, dū vapulat, ēt ſi murmure careat: alius aūt vicijs turbatur, nec ad plenū ſuperat. Alius q: mala ab alijs videt fieri, nec corrigere valet. Alius quia diu in peregrinatione verſatur: ꝛ tarde ad patriā redit. Hos fletus abſterget oēs pius pater deꝰ, idē pia ꝛ mater: quū ſua cōſolatione afficiet nos, replet: ꝛ firmat. Cōſolationē ergo in pręſenti ſcriptura pollicetur dñs, quę futura eſt poſt tribulationes Antichriſtianas, quando chriſtianorū victoria nuſq̄ nō prędicabitur, nuſq̄ non chriſti gloria exaltabitur: quando aduerſarij omnes ligato demone conticeſcent, nec quiſq̄ muſſitabit cōtra dñm. Adhęc pollicetur in anagogia ꝛ eā, que poſt hāc mortalitatē futura eſt fęlicitatē: ad quā currentes ecce aſpiramus vniuerſi. ¶ Pun. 9.

*Margin: Ploratuū cauſę diuerſę.*

## Et quū aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentiū in cœlo quaſi media hora.

Apertio ſeptimi ſigilli indicat myſterij, qd̄ futurū eſt ſeptimo tempore eccleſię chriſti, reuelationē: quando totus fere mundus conuertetur ad chriſtū, ꝛ cantabit ab oībus in exultatione cordis Halleluya h. Primū ꝙ liberati ſunt a beſtia illa coccinea plena blaſphemię noībus de quo infra habetur. Secundo, ꝙ ad veritatis agnitionē libere admiſſi ſit, Iudęi Gręci, Scythę, Thraces, Turcę, Arabes, Tartari ꝛ alij. O q̄ btūs, qui id tempus fęliciſſimū viderit. Silentiū ergo hoc quaſi medię horę, in cęlo factū, ſignificat pacē illā deſyderabilē externam internę paci coniunctā, quę poſt interitū Antichriſti obueniet vniuerſo orbi, quando draco quoq; ligabitur mille annis, infra cap. 20. id eſt aliquo tpe p mille annos figurato, qd̄ hic medię horę ſilentio indicatur. Deus enim nouit momenta, articuloſq; ſuorū tēporū, ſiue breues ſint, ſiue longi: nos definire nō poſſumus: quādoquidē ita abſcōdere a nobis voluit, vt mille annos in mediā horā cōſtrinxerit: porro hanc eādem latius in mille annos expor̄rexerit, quo magis inter ſpem metūq; conſiſtentes, nec nimis ſecuri ſimus, velut in longum tranquilleq; victuri, nec nimis ipſo metu coanguſtemur, velut medię horę breuitate ea pax conſtricta ſit. Neq; vero inepte tempus illud, quantūcunq; fuerit, media hora figuratur. Nā ꝛ totū tempus a chriſto paſſo nouiſſima hora vocatur. 1. Joan. 2. Proinde quidā voluerunt ſed nimis ſolerter, ꝙ ea media hora ſit typus tam longi temporis, ſicut

*Margin: Silentium dimidię horę. — Deus ſcit articulos ſuorū tpm.*

fuerit

fuerit totũ tẽpus a chriſto paſſo vſq; ad principiũ tẽporis ꝑ mediam horã figurati. Nos nihil tale ſentire audemus, niſi ꝙ erit tẽpus illud liberũ a ꝑſequutionibus, ⁊ durabit quãdiu volet deus, prout definitũ eſt, ⁊ nõ vltra. Huius ſilentij tẽpore implebunt cũ inſigni gloria, *Silentij futuri fœlicitas.* quę de fideliũ tranquillitate loquuti ſunt prophetę, quando ⁊ iſrael aſſumet: cuius aſſumptionẽ Paulus ſcribens Romanis dicit futurã mundo quaſi vitã ex mortuis. Eis nimirũ ad chriſtũ reuerſis, mũdus renouatus, ⁊ quaſi a mortuis reſuſcitatus videbit. Sed qa pax plerunq; vitia nutrire ſolet, fiet vt chriſtiani paulatim a charitate deferueãt, atq; a prima illa ſynceritate ſpũs ſenſim in carnẽ defluãt, ⁊ viã carnis iterũ ſibi renouent in iniqtate ⁊ in prauitate cordis ſui: ꝑinde pax illa amabilis cito turbabit, vt nõ duret in finẽ: pręſertim quia ⁊ ſęuus ille draco religatus ſoluet, ⁊ ſeducet multos ꝑ vniuerſam terrã: ſientq; quę habes cap. 20. infra, ⁊ poſt hoc ſequet iudiciũ. O rerũ vices ſubito in contrariũ vertendas. O ꝗ̃ nihil eſt ſtabile in mundo: ꝗ̃ cito ꝑmiſcent ima ſummis. Tunc certe implebit qđ dñs loquutus eſt in Euangelio dicens, Quũ venerit filius hoĩs, putas inueniet fidẽ ſuꝑ terrã, Luc. 18. Cuius aduentus fulguri repentino alibi cõparat. Sicut, inquit, fulgur exit ab oriente, ⁊ apparet vſq; in occidentẽ, ita erit ⁊ aduentus filij hoĩs, Matth. 24. Itẽ, De die aũt illa, ⁊ hora nemo ſcit, neq; angeli cœloꝝ, niſi ſolus pater. Rurſum quoq; ait, Sicut aũt in diebus Noe, ita erit ⁊ aduentus filij hoĩs. *Aduẽtus dñi ſubit° in iudiciũ.* Sicut enim erant in diebus ante diluuiũ comedentes ⁊ bibentes, nubentes, ⁊ nuptui tradentes vſq; ad eũ diẽ, quo intrauit Noe in arcam, ⁊ nõ cognouerũt donec venit diluuiũ, ⁊ tulit oẽs: ita erit ⁊ aduentus filij hominis. Et vt alius Euangeliſta dicit, Sicut factũ eſt in diebus Loth: edebant, ⁊ bibebant: emebãt ⁊ vendebant: plantabant ⁊ edificabant: qua die aũt exiuit Loth a Sodomis, pluit dñs ignem ⁊ ſulphur de cœlo, ⁊ oẽs ꝑdidit: ſm hoc erit qua die filius hoĩs reuelabit Luc. 17. Hactenus de apertione ſigilloꝝ libri ſigillati: nunc in ſequentibus recapitulat eadẽ ab origine, alijs atq; alijs ſignificationibus: quo certior fiat reuelatio.

# CAPVT. VIII.

## DE SEPTEM ANGELIS TVBA CANENTIBVS: ET ALIO ANGELO TVRIBVLO AVREO ADOLENTE. SEC. I. PVNC. I.

ET vidi ſeptem angelos ſtantes in cóſpe-
ctu dei : & datæ ſunt illis ſeptem tubæ.

Hęc eſt tertia viſio ex ſeptem principalibus vna, in qua multa mirabilia, ac varij caſus, qbus rotanda eſt eccleſia, ſignificant. Principio autē ponit viſio ſeptem angelorum tuba canentiū, q añꝙ canerent, alius angelus interueniſſe memoratur. Nota, ſeptē angeli ſunt miniſtri verbi dei omnium tēpm, ſic vt primus ſit typus eorū, q ſub apertione primi ſigilli verbū dei ſanctum docuerunt: ij ſunt Apoſtoli chriſti, miſſi in oēm terram, diſcipuliqꝫ alij, qbus creditū erat dei verbū. Quia enim ſigillorum apertio myſteriorū reuelatio eſt, qđ ſm pręfinitionē dei ſit medio prędicatorū: iccirco ſingulę tubę, ſingulis apertionibus ſigillorū conueniunt, vt patebit. Tuba, prędicatiōis ſummę veritatis eſt typus, ideo Eſaie. 27. dicit. In die illa clanget in tuba magna, & venient q perditi fuerant de loco Aſſyriorū. Et Oſeę. 8. In gutture tuo ſit tuba. Rurſum Eſaias ait, Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocē tuā. ca. 58. Itaqꝫ quū tuba ſit veritatis ānunciatio: qd aliud angeli erunt ꝙ prędicatores, qbus miniſteriū verbi commiſſum eſt? Vide aūt in ſingulis fere verbis myſteriū. Primo ſeptem angeli recenſent: ſecundo ſtantes in conſpectu dei memorant: tertio datę ſunt ſingulis ſingulę tubę. In ſeptenario numero prędicatores vniuerſi exprimunt: qa ſeptiformī ſpū replent, & vniuerſitati credentiū pręponunt, Itē ꝙ pfectionis ſummę ſit typus numerus is, quę prędicatoribus maxime ꝯuenit, alioq, ipſi pręceptis ſuis inſigniter vires detrahunt, quo minus firma ſint eorū pręcepta: pdit enim autoritatē dicendi, cuius ſermo in opere deſpicit, Nā & beatus Gregorius ait. Cuius vita deſpicit, reſtat vt & eius prędicatio contēnat. Hinc de dño dicit: Quia cępit facere & docere, Act. 1. Nō prius docere ꝙ facere. Nec apli ad euangelizandū dimiſſi ſunt, anteꝙ recte fuiſſent inſtituti: alias qs eis credidiſſet, ſi quū prędicarent mundi contemptū, ipſi ſectatores eſſent mundi? aut quū humilitatē cōmendarent, ipſi tunc eſſent elati? Si paupertatē auaricię dediti? Si mundiciā imundi, &c. Quod vero ſecundo loco in conſpectu dei ſtare phibent, hoc habet in myſterio, ꝙ grati ſint illi, qcunqꝫ in miniſterio eius ſyncere verſant, & quaſi parati ad oēm iuſſionem: ꝓpterea Elias dicebat, Viuit dñs in cuius conſpectu ſto. 3. Reg. 17. Non itaqꝫ debet verbi miniſter reputare, placitū ne ſibi aliqd ſit, an aduerſum; dūmodo ſciat illius eſſe voluntatē, cuius in miniſterium ſeſe addixit ſemel: cui ſemp promptitudinē ſuā exhibeat oportet, etiam quū periculū capitis in cauſa euangelij imineat. Qui (inqt dñs) voluerit aiam ſuā ſaluā facere pdet eā. Matth. 16. Ibidē de voluntario ſeruo dicit, Qui aūt pdiderit aīam ſuā ꝓpter me inueniet eā. vbi per aiam vitā corporalē intellige. Porro datas illis tubas dicit, qđ indicat gratiā prędicandi dari vnicuiqꝫ deſuper. Indicat illud quoqꝫ, ne

Angeli ſeptem typi pdicatoꝝ vniuerſoꝝ

Tuba qd in myſterio ſit.

qs ſanctū dei miniſteriū ꝓpria authoꝛitate ſibi vſurpet: ne qs vltra ſe ingerat niſi mittat̃, aut a deo immediate, vt Paulus, alij quoqꝫ Apłi: aut a dei vicarijs, vt pręedicatoꝛes alij: alioq̄, dicit dn̄s Jere. 14. Falſo ꝓphetę vaticinant̃ in noie meo: nō miſi eos, ⁊ nō pręcepi eis, neqꝫ loquutus ſum ad eos: viſionē mendacē, ⁊ diuinationē, ⁊ fraudulentiā, ⁊ ſeductionē coꝛdis ſui ꝓphetant vobis: iccirco hęc dicit dominus de pꝛophetis, Qui ꝓphetant in noie meo, quos ego nō miſi, dicentes, Gladius, ⁊ fames nō erit in terra hac: in gladio, ⁊ fame cōſument̃ ꝓphetę illi: ⁊ ppłi qbus ꝓphetant erunt in vijs ꝓiecti. Quā bene verbū hoc coꝛripit ꝓphetas noſtri ſclī, q terga verterunt Sacroſanctę Romanę Sedi: ⁊ autoꝛitate ſua eunt, ⁊ currunt, ſermones ſenſus ſui in verbis dn̄i pꝛędicantes. Sed qd dicit dn̄s exercituū, apud eundē ꝓphetā cap. 23. Nolite audire verba ꝓphetarū, q pꝛophetant vobis, ⁊ decipiunt vos: viſionem coꝛdis ſui loquunt̃ nō de oꝛe dn̄i. De qbus cōqueritur paulopoſt ibidē, Non mittebā ꝓphetas, ⁊ ipſi currebant: nō loquebar ad eos, ⁊ ipſi ꝓphetabant. Et cap. 27. Quia non miſi eos (ait dn̄s) ⁊ ipſi ꝓphetant in noie meo mendaciter, vt eijciāt vos: ⁊ pereatis tam vos, q̄ꝫ ꝓphetę, qui vaticinantur vobis. Rurſum cap. 29. hęc enim dicit dn̄s exercituū deus iſrael, Non vos ſeducant ꝓphete veſtri, q ſunt in medio veſtrū, ⁊ diuini veſtri: ⁊ ne attendatis ad ſomnia veſtra, quę vos ſomniatis: qa falſo ipſi ꝓphetāt vobis in noie meo: non miſi eos dicit dn̄s. Niſi ergo dent̃ tubę ſpūs dei, vanitas vanitatū ſunt oia: ⁊ niſi mittant̃, ſeductoꝛes potius q̄ꝫ pꝛędicatoꝛes erunt. Spūs enim erroꝛis rapit eos, vt eant, ⁊ currant infrenes: quēadmodū nō vult deus: nocentes nō fructificantes, occidentes nō viuificantes. Oh, oh, q̄ꝫ multos id genus hoies fert modo ſeculū hoc noſtrū (vt ratio viſionū eſt) laboꝛans ſub qnta tuba: cōtra quos hiſcere nō licet, tam multa ſegete ſuboꝛti ſunt, ⁊ tā pꝛocaciter, vt gemendū ſit q̄ꝫ memoꝛandū: cōtra quos niſi dn̄s moueat concilia pꝛincipū ecclīę: niſi fulguret, tonet, iaciat fulmina ab alto, pereundū eſt ēt inſontibus. Sed Deo gratias, qa nō deſunt nobis in qbus multiplici fructu ſpūm ſuū excitauit dn̄s: q pręclariſſimis ſcriptis, ⁊ pręedicationū clamoꝛibus cōtra nitunt̃: tecta illoꝛū mendacia retegunt, aſtutias clara in luce ſtatuūt, vt confundant̃, ſi nō aliquando reſipiſcant: quatinus libera ſit innocentia a malignitate eoꝛū. Adiuuant hoꝛū conatū pꝛincipes optimi, penes quos rerū ſumma verſat̃, vt melioꝛi ſpe dilatemur, qa finē faciet cito dn̄s foꝛtunę eoꝛūꝫ: ⁊ cū fructu patientię nrę faciet, vt dei verbū multo copioſius ⁊ ſanctius maneat in nobis (quēadmodū auguroꝛ) in glīā dī, ⁊ dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i. Amē. ¶ Pun. 2.

*Prędicandi officium minime vſurpādū.*

*Falſi pꝛophete non audiendi.*

Et alius angelus venit: & ſtetit ante altare, habens turibulum aureum in manu ſua.

Anteq̄ꝫ de his ſeptē angelis agat, q ſtabant in cōſpectu dei accipientes ſeptē tubas, vt canerent, de ſingulari angelo ſcribit, nō iniucunda legentibus. Dicit ergo. Et alius angelus venit ⁊c. Quis iſte angelus

ſit,facile erit agnoſcere,ſi ſequentia diligentius conſyderabunt: cer/
Angelus chriſtus. te dñs noſter Jeſus chrs,de quo in Malachia dicit, Et ſtatim veniet ad templū ſanctū ſuū dñator,quē vos queritis:⁊ angelus teſtamenti,quē vos vultis,Malach.3.Itē Eſa.9.vocabit nomen eius magni conſilij angelus.Ipſe enim eſt nuncius paternę voluntatis, iccirco angelus:q venit,⁊ ſtetit ante altare,cū aureo turibulo:vt oſtenderet, qa ipſe eſt verus pontifex futurorū bonorū.Sacerdotis quippe miniſteriū eſt altari aſſiſtere:⁊ ſacro thymiamate diligenter adolere.Nūc perſpice ordinē:prius meminit de ſeptē angelis,q ſtabant in conſpectu dei,qbus tubę datę ſunt:mox de alio angelo dicere inſtituit:cuiꝰ conditionibus paucis indicatis,rurſum ad priores reuertit:qa nimirū habuit ſuos prędicatores chriſtus,⁊ ante ⁊ poſt ſuū aduentū, qui
Altare eccleſia. oēs vno ſpū chriſtū prędicarunt ⁊ ecclie eiuſdē euentus.Porro altare hoc eccla eſt ex Judęis ⁊ gentibus conflata, ante quā ſtetit chrs, vt Beda pdidit:hīc ⁊ inter candelabra aurea, ſupra diſcurrere viſus eſt:qa nimirū ipſi cura eſt de nobis.Bene aūt p altare ecclia deſignatur.Quippe legimus olim dei pręcepto(vt ſupra notauimus)duo altaria Moyſen in tabernaculo cōſtituiſſe:alterū qd foris erat ęre obtectū,ſub dio,in atrio,⁊ quaſi a tabernaculo ſeparatū:Alterū intus, añ velū,qd auro obductū erat,ideoqꝫ aureū dicebat.In exteriori cremabant ſacrificia,in interiori tm̄ ſanguis ponebat ⁊ thymiama.Per quę duo populi deſignant,vt Haymo ait.Per id qd foris erat,carnalis Judęus,q tantūmodo p legis opa,⁊ ſacrificia putat ſe iuſtificari
Altaria veteris teſtamenti. poſſe,⁊ ſaluari.Per aureū aūt,qd intus erat,ſpūalis pp̄s chriſtianꝰ. id eſt.patres vtriuſqꝫ teſtamenti,q nō p legē aut opera ſacrificiorum putant ſe ſalutē cōſeq poſſe,magis aūt p fidē Jeſu chriſti, e quibus vnus erat Dauid q dicebat,Si voluiſſes ſacrificiū, dediſſem vtiqꝫ: holocauſtis nō delectaberis.Deinde iungit qd placitū eſt illi di.Sacrificiū deo ſpūs contribulatus:cor contritū,⁊ humiliatū deus non deſpicies.Pſal.50.Sciendū vero eſt,qa altare illud aureum,de quo nunc agit,prius quidē ante arcā erat,ſed velum diuidebat ipſum ab
Lege pulchra de altari aureo hic. arca,quę intra ſctā ſanctorꝫ erat.poſtꝙ vero chriſtus pontifex maximus venit,⁊ velū ſcidit:factū eſt ex arca ⁊ altari vnum abſqꝫ aliquo interſticio:qa ſcilicet caput ⁊ membra,id eſt.chriſtus ⁊ eccleſia vnum corpus ſunt.Stat ergo añ hoc altare chriſtus,tanꝙ caput añ membra,membris coniunctū,vt diuidi non poſſit:altare inꝙ igne diuini amoris incenſum,qd ſe iugiter dño verū ſacrificiū offert,ſemetipſum mactans,vt hoſtia viua ⁊ rationalis fiat.Stat ante altare chriſtus, pontifex verus,p quē oīa munera noſtra Deo patri mittimus: vnde ⁊ ſacerdotes in ſingulis ſuis orationibus in eū deſinunt, vt p illum exaudiantur,dicentes,Per dñm noſtrum Jeſum chriſtū.Qui bñ turibulū aureū in manu habere dicit:qa cor noſtrū,qd pulchre hoc turibulū exhibet,in ptāte ſua tenet,iuxta illud,Cor regis in manu dei. reges aūt chriſtiani ſunt oēs vt ſupra dictū eſt.Altare hoc aureū eſt ob precioſitatē:habet enim charitatē ipſum cor noſtrū,vt recte aureū

turibulũ ſit, qđ merito ſui chriſtus in ſua manu habeat. Aliter Angeli nomine poſſunt ꝛ ſacerdotes capi, vt in Malachia. cap. 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciẽtiã: ꝛ legẽ requirũt ex ore eius: Angelus enim dñi exercituũ eſt. Et tunc altare chriſtus erit. Sed nihil refert: q̃a qđ cõuenit mẽbris, conuenit ꝛ capiti, vt ſupra ꝓbatũ eſt ca. 1. in principio. Sup̱ quẽ oĩa ſacrificia noſtra oblata placita ſunt deo. Locus oſtendit neminẽ niſi ſit in ſacris debere miniſteriũ ſacerdotale ſibi aſſumere: eo ꝙ dicat, Angelũ. hoc eſt, q̃ in ſacris eſt, añ altare conſtitiſſe, deoqꝫ tura obtuliſſe. Alioq̃ timendũ valde eſt, ne pœnã Nadab ꝛ Abyu incurrant temerarij, Ozie quoqꝫ, ꝛ aliorũ de quibus ſcriptũ eſt, q̃a quũ adolerent, ſubito igne conflagrati periere. Leui. 10. Ozias quoqꝫ rex Juda, q̃ regnauit in hieruſalẽ annis duobus ꝛ quinquaginta, quẽadmodũ liber Paralipomenon oſtendit, diademate regni inflatus: contemptis dei ſacerdotibus, arrepto turibulo coram dño introgreſſus vt adoleret, adeo non litauit, vt magis deũ irritauerit, temeritatiſqꝫ ſuę ſuppliciũ mox in ſeſe tulerit. Erupta namqꝫ in fronte eius inſanabili lepra ſeſe intra ędiũ ſuarũ penetralia abdidit, ꝛ vſqꝫ in diẽ mortis ſuę leproſus permanſit. ℭ Punc. 3.

Angelus ſacerdos.

Altare chriſtus.

Et data ſunt ei incenſa multa; vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod ante thronum dei eſt.

Incenſa ſctõꝝ orationes.

Quid hęc incenſa ſint, per ſe continuo exponit dicens, vt daret de orationibus ſctõrum oĩm, non dubiũ q̃n patri. Incenſa ergo ſunt ignitę ſctõrũ orationes, quas fideles offerũt chriſto mediatori patri offerendas, ꝛ id q̃dẽ ſup̱ altare aureũ. hoc eſt, ecclesiã precioſam, quę placet deo, ideoqꝫ ante thronũ eius. Nota. Chriſtus vt primũ accepit corp⁹ de virgine matre, ſtetit ante altare hoc aureũ, qñ dari cœpta ſunt illi incenſa: nãqꝫ Eliſabeth ſctã anus, ꝛ rara femina mox eũ benedixit, ꝛ plurima deuotione affecta eſt illi. Jacharias quoqꝫ ſacerdos de vice Abia, eidẽ applauſit fatidico ſpũ vaticinans p̱ eũ oblatã iam fore ſalutẽ orbi. Obtulit incenſum Symeon quoqꝫ grandeuus, qui reſponſum acceperat a ſpũ ſctõ nõ prius viſurũ ſe mortẽ ꝙ̃ videret ſaluatorẽ. Quid referã paſtores: quibus quũ delapſus e cœlo angelus lętũ nunciũ attuliſſet, ꝛ plurimi alij cũ eo multa luce viſi fuiſſent, dicebãt, Tranſeamus vſqꝫ Bethleem, ꝛ videamus hoc verbũ qđ factũ eſt, qđ dñs oſtendit nobis. quaſi di. Offeramus illi incenſa multa deuotionis cordis noſtri, ꝛ p̃cemur illud verbis conceptis, vt in rem ſalutis noſtrę futurũ ſit. Quid ꝙ Magi ab oriente venientes obtulerunt ei munera, aurũ, tus ꝛ myrrham, ꝛ ꝓcidentes adorauerũt eũ: Taceo qualia incenſa ſacrorũ affectuũ mater virgo eidem obtulit, Joſeph quoqꝫ ſanctus: ꝛ deinceps oẽs q̃ fide adheſerunt illi. Indubitanter verũ id eſt, q̃a multi ſctõrũ ſe imolabant p̱ carnis mortificationẽ in gratiã eius, orantes aſſidue: erant ꝛ q̃ ſe incendi ꝓ eo ꝑmitterẽt, multis paterent̃ ſe affici cruciatibus. Nõ deſunt q̃ modo offerant illi in

cenſuȝ in odorē ſuauitatis,tū p̄ carnis macerationē,ꝙ̄ per orationes. Oēs quotquot erant credentes dabant incenſa ſua deo p̄ chriſtū Jeſum,in quo accepta ſunt ſacrificia noſtra deo : ꝛ nos accepti ſumus ſimiliter.Sed qd eſt qđ dicit:vt daret de orationibus ſctōꝝ omnium ſup̄ altare aureū:niſi hoc ꝙ ſctōꝝ orationes tunc veniunt in conſpectu dei,ſi in vnitate eccleſię fiant,id eſt.vt non ſit excifus orans ꝛ ſacrificans ab eccl̄ia,extra quā inauſpicata eſt oīs omniū oratio apud deū.Dicit enim,vt daret de orationibus ſctōꝝ oīm.Jam ꝛ hic docemur oēs ſctōs nos eē,qcunqȝ thymiamata orationū offerimus deo p̄ chriſtū.Atqui in multis delinqmus oēs,ſed nō ꝓinde ſancti non ſumus,dūmodo n̄ obſtinati ꝑduremus.Eo enim qſqȝ nomē ſanctitatis amittit,quo in pctīs obſtinatus ꝑdurat. Quod vero ſubiunctū eſt,Sup̄ altare aureū:hoc ideo dici credideꝛim,qa vniuſcuiuſqȝ noſtrū grata ſit ꝛ oratio ꝛ oblatio,ſi ſup̄ hoc altare fiat.Tunc autē fiet,ſi in vnitate fidei fiat.Breuiter,Oēs nos dei eccleſia ſumus qcunqȝ in veritate fidei conſiſtimus chriſti:ergo oēs altare hoc ſumus:Chriſtus tamē eximius,q eſt caput ſupra oēm eccl̄iam,Ephe.1.ꝛ Col.1. Et qa hunc eundē nacti ſumus mediatorē.1.Tim.2.ꝛ Aduocatū.1.Joan.2.q iugiter offert orationes noſtras.hoc eſt,ſctōꝝ oīm,ſuper ſe patri ex officio,in quo poſuit eū pater:ꝛ ſic fieri iuſſit.Quod ꝛ ſi impoſſibile videat philoſophie:poſſibile tamen deo:quatinus idē ipſe ſit Altare noſtrū:q ꝛ angelus offerens ſacrificiū.Abſit enim vt de tā ineffabili re,ꝛ prorſus ſpūali,ſentias,vt de corporali.Jn corporali quippe re,hoc poſſibile nō eſt,vt ędificiū architectet quiſpiā ſuper ſe: tantūmō vt continuo maneat in forma,qua inſtitutū eſt ab opifice. Nos vero q ſumus dei ędificatio incenſa damus capiti noſtro xp̄o, q ꝛ ipſe recenſet in corpore,qđ eſt eccl̄ia,vt ſup̄ ſe noſtras orationes offerat patri:etenim viui lapides ſumus in ędificio,ꝛ caput noſtrum chriſtus eſt,q eſt vita noſtra.Porro altare aureū ante thronū dei conſiſtere,nō alia ratione dicit,niſi vt indicet ipſam eccleſiā placitā fore deo(vt ſepe diximus)in quā reſpectus eius eſt ſemp̄.Per thronū hic maieſtatē eiꝰ intellige,iuxta illud Matt.25.Quū venerit filius hoīs in maieſtate ſua,tūc ſedebit ſup̄ ſedē maieſtatis ſuę. ¶ Pun. 4.

**Et aſcendit fumus incenſorū,de orationibus ſanctorū, de manu angeli,coram deo.**

Fumus incenſorum ſuauiſſima eſt affectio,ꝛ ſpiritus feruor in oratione,quę aſcendit continuo corā deo in odorē ſuauitatis,ceu thymiama incenſi.Obſerua,qa fumus incenſorū eiuſmodi nō niſi de manu angeli corā deo aſcendit.Niſi enim ex corde,ꝛ feruore ſpūs oratiōes fiant,ꝛ p̄ chriſtū offerant,ingratę ſunt deo:tantum aberit vt poſſint aſcendere.Aſcendit qđ placitū eſt illi:ꝛ nihil vnquā placitū,niſi per angelū,nempe chriſtū,cui pater dixit,hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi cōplacui Matth.3.ꝛ.16.Et alibi,Quicunqȝ eū non audierit,peribit anima eius de pplo meo.Qua etiā ratione ſupplicationes

Oroēs nr̄e ī xp̄o placite ſunt.

oẽs deo offerende ſunt per ipſum: non ſolũ ſupplicationes, ſed ꝛ oĩa bona opa noſtra, vt ſunt ieiunia, vigilię, elemoſynę, ꝛ id genus alia. Non erit forte abſonũ hic (qñ in hanc inquiſitionẽ occaſionẽ nacti ſumus) de orationũ generibus, ꝛ de eiuſdẽ ẽt ſpeciebus quędã pſtringere. vt ſciamus qd potiſſimũ in oratione ipſa eligendũ ſit, quid cauendũ. In primis autẽ duo eiuſdẽ genera deſcribimus, vitioſum alterũ, alterũ perfectũ. Uitioſum genus in certas ſuas ſpecies diuiditur. Prima eſt, quãdo oratio externo ſolũmodo labioꝝ ſtrepitu edit, nulla mentis intentione adhibita. Nã ſpũs eſt deus, ꝛ eos qui adorant eũ, in ſpũ ꝛ veritate oportet adorare. Joan. 4. Alioq̃ timendũ erit, ne recidat in nos illud, qđ Matth. 15. ex Eſaię. 29. in Judeos pronunciat chriſtus. Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorũ longe eſt a me. Alia ſpẽs vitioſe oſonis ẽ, quã nulla meditatio pręcurrit, q̃lis fuit oratio Elię petentis ſibi mortẽ. Debet enim quiſq3 prius pręmeditari qd petere debeat: id eſt. id qđ accipere vtile ſit. Tertia quando aduerſus ſalutẽ aliquid petit, in qua a dño iuſte mater filiorũ Zebedei exaudita non eſt: petebat enim qđ ſaluti foret contrariũ. ideſt, indiſcretũ dñatũ citra voluntatẽ dei: vnde etiam filij, quorũ inſtinctu mr petebat, merito ſunt redarguti. Matt. 20. Mar. 10. Sic ꝛ Paulus, quum auferri ſibi ſtimulũ poſtularet. Quarta eſt ſupba, qua phariſeus condẽnat. Quinta criminoſa, quando fur orat ne deprehendat. Alterũ genus orationis pfectũ diximus, quãdo vitatis pędictis vicijs quę infrugem faciunt orationẽ, intentis precordijs, ꝛ ſpũ, ꝛ ore precamur. Apl̃i vox eſt, Si orem lingua tantũ, mens mea ſine fructu eſt. Quid ergo? orabo ſpũ, orabo ꝛ mente. Spũs, oris flatus eſt: flatu ergo mentis dũ orat Paulus apponit ꝛ mentẽ, quatinus fructuoſam orationẽ faciat, Idẽ Ephesios docet. Impleamini (inquit) ſpirituſctõ, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, hymnis, ꝛ canticis ſpiritalibus, cantantes ꝛ pſallentes in cordibus vr̃is dño. Porro ſciendũ ꝙ orationis fructuoſe ſpecies multiplices ſunt. Prima dicit, Poſtulatio, quę circa tẽporaria bona, ꝛ huius vitę neceſſaria obtinenda verſat: prout ſunt, tranquillitas pacis, incolumitas corporis, aeris tẽperies, vitę ſuppeditandę adminicula, quę ſunt, cibus, ꝛ potus: his iungit honeſtus amictus: In qbus deus poſtulantis approbat bonã voluntatẽ: facit tamẽ qđ melius eſt: quoniã qd infirmo ſit vtilius magis nouit medicus q̃ ęgrotus. In his poſtulationibus pie ac fideliter orandũ eſt, nõ tamen ptinaciter anxieq3, velut improperans ſi non aſſequat. Quia nõnunq̃ hõ male diſpenſaturus id qđ vult accipere, deo miſerãte nõ conſequit: Nã ſi hoc ab illo petit, vnde hõ periclitet, ſalutariter non exaudit. Equidẽ valde metuendũ eſt, ne qđ poſſet deus nõ dare propitius, det iratus. Secunda ſpẽs obſecratio, quę eſt anxia in exercitijs ſpiritalibus ad deũ inſtantia, in qua cũ oĩ humilitate ꝛ patientia eſt conſiſtendũ. Quia ſpũalia exercitia nõ afferunt fructũ, niſi in patientia. Accidit nãq3 plerunq3 vt obſecrãti ſiat cœlũ ęneũ ad tempus, ne ad votũ exaudiri mereat: iccirco anxietas obſecrantia negari ſibi

Orationũ gña duo: vitioſum, pfectum.

Uitioſe orat q ſine mentis intentiõe orat.

Meditatio debet pręcedere orationẽ.

Petenda ſunt ſalutaria.

Perfectum genus orationis.

Oſonis fructuoſe ſpecies.

Poſtulatio.

Obſecratio.

exiſtimat ꝗcquid differt:qđ tamẽ mira conditoris diſpenſatione agi
tur,quatinus dilatione deſyderia extendant,vt ꝑficiant:exercet ergo
miles chriſtianus in certamine,vt pręmijs abundantioribus cumu-
let in retributione:labor protrahit pugnę vt creſcat corona victorię.
**Salutatio** Tertia ſalutatio dicit,quę eſt cuiuſdã eximij honoris ac etiã doni ac-
cepti a deo,cõmemoratio,ꝗbus infirmitas noſtra poſſit adiuuari.vt
eſt angelica ſalutatio diuę virgini dicta,qua gratiã ſimul dari nobis
cupimus,qua ipſa plena fuit:⁊ benedictionẽ, per fructũ ventris eius
Jeſum chriſtũ,⁊ vt is ſemꝑ nobiſcũ ſit:⁊ ſalutẽ noſtrã in nobis ope-
**Precatio.** ret, pręter id ꝙ exordiũ ſalutis noſtrę in ea ipſa recolimus. Quarta
ſpecies,pręcatio quę eſt familiaris quędam cũ deo colloquutio,vt in
orationibus editus ſiue ꝑ beatũ Auguſtinũ ſiue ꝑ alios: preſertim in
**Gratiarũ actio.** Pſalmis myſticis fieri ſolet. Quinta gratiarũ actio. Eſt autẽ hęc col-
lati beneficij recognitio, quã a nobis ſuper oĩa bonus Deus exigit:
quando aliud non habeamus qđ reddamus illi,qui bonorũ noſtro
rũ nõ indiget. Eſt enim bonę voluntatis indeficiens,⁊ irreflexa inten
**Laus.** tio. Sexta laus eſt,que eſt magnitudinis ãmiratio, cõmendatio vir-
tutis,primũ in deo,qui ſolus magnus eſt ⁊ excelſus,⁊ virtutum rex:
cuius potentię ſubiecta ſunt vniuerſa:deinde in alijs,tũ angelis, tũ
hoibus,inter quos primas tenet bñdicta deipara virgo. Quę omnia
ſiue poſtulatio,ſiue obſecratio,ſiue ſalutatio,ſiue precatio,ſiue gratia
**Oratiõis circũſtãtię** rũ actio,ſiue laus,⁊ ſi qua ſunt ſimilia,vno oĩonis vocabulo actuqꝫ
cenſent,⁊ vnũ corpus oratiõis cõficiunt. Hi ſunt pſalmi,⁊ hymni, ⁊
cantici ſpũales,quos diſtinxit aplus. Sunt aũt quędã circunſtantię
**Que ꝑfe-ctã faciant orationẽ.** oĩonis,quę ipſam ꝑficiunt. Prima cordis puritas eſt: hęc plurimũ
valet ad id vt oratio fiat acceptabilis deo, vtqꝫ animus orantis ad
orandũ idoneus efficiat. Beati nãqꝫ mundo corde,qm̃ ipſi deũ vide-
bunt. Matth.5. Opus ergo eſt,vt q deũ videre cõcupiſcit,mundet cor
**Cordis puritas.** ſuũ nõ ſolũ a fędis cogitatibus carnaliũ voluptatũ: ſed etiã a ſuper-
fluis curis ſolicitudinũ. Ineffabilis enim eſt,nullã habens ſimilitudi
nẽ,qua appareat dormienti:nullã corporeã ſpeciem, vt appareat vi-
**Aaron ter lotus igre diebat in ſctã ſctõꝝ.** gilanti,nec vlla rationis indagine capitur:a ſolo tm̃ mundo corde
humiliter amante videri poteſt, ⁊ apprehendi. Aaron niſi ter prius
lotus non ingrediebat in ſctã ſctõrũ: pręclariſſimo noſtrę mundicię
exemplo,vt q cordis aſpectu deũ cernere ſatagimus, prius ꝑfectam
eius mundiciem paremus. Secũda ſolitudo,diſpoſitiua eſt ⁊ hec nõ
**Solitudo diſponit ad ꝑfectã orationẽ.** mediocriter:ideo ꝑ Oſee ꝓphetã loquit deus de fideli aĩa loquens,
Ducã eã in ſolitudinem: ⁊ loquar ad cor eius.cap.2. Quãdiu nanqꝫ
animus permiſtus eſt curis,⁊ in multitudine verſat ſolicitudinũ,tur-
bat,diſtrahit,variat,irretit, contaminat,ſeruus inutiliũ rerũ efficit.
In ſolitudine liber his rebus ſeruit deo,contẽplat,irradiat, implet
**Carnis maceratio diſponit mentem.** ſplẽdoribus:⁊ multis ſpiritualiũ rerũ voluptatibus afficit,animoqꝫ
pingueſcit. Tertia carnis maceratio in abſtinentia eſcę ⁊ potus: hęc
ſane eleuat mentẽ ad orationis ſublimitatẽ,ꝙ nihil ſit orante ſubli-
mius,nihil potentius. Qui orat cũ ieiunio,duplices ſibi alas adhi-

het,quibus incunctant ad Deũ ſubuolet.Quãuis autẽ ieiuniũ mor-
bos ſoleat auferre vitiorũ,carnis amputare paſſiones,ſartagines ſo
mitis reſtinguere,depellere ſocordiã ab animo: tamẽ ſine deuotiõis
vnguento,& abſq; orationis exercitio ſanitatẽ mentibus nõ inducit,
nec a terrenis animum auocat vt conquieſcat.Quarta mentis pax: Mentis
nunq̃ enim cõmotioni iungit̃ contẽplatio,quę amica eſt orationi.Et pax diſpo-
quẽadmodũ ſolis radius nequaq̃ cernit̃ quũ commote nubes cœli nit.
obducunt faciẽ,nec turbatus fons imaginẽ reddit:ſic inquietus ani-
mus dei claritatẽ nõ recipit,nõ intuet̃, nec in ſe repręſentat.Optima
eſt ergo pax & quies mentis in oõne,quatinus fixius hereat deo in
contẽplatione.Vident̃ tamen hę, circunſtantię paulo quidẽ remo-
tiores:nunc ad ꝓximiora accedẽtes,indicabimus quę abſoluãt per- Oõnez q̃
fectã orationẽ.Harũ prima eſt mentis attentio. orandum quippe eſt perficiunt.
attente,nã in orationibus ſummopere vigilãdũ eſt,ne aliud animus
cogitet,pręter id qđ precat̃.Indignũ eſt enim cũ corpore aſtare deo, Mentis
& mente ꝑ campos inutiliũ rerũ euagari.Enimuero qui in ſenſu cor- attentio.
dis ſui orat,& pręſentẽ dñm in ſua oratione cognoſcit, nihil horum
patit̃:ſed totũ ſe colligens,ante faciẽ dei ſtatuit, vt ei ęſtus amoris, Orãs ſta-
dilationẽ patrię,peregrinationis erũnas,tentationũ impetus,frequẽ tuere dbet
tes caſus,neceſſitates plurimas:hoſtiũ quoq;,tum viſibiliũ,tum in- ſe coram
uiſibiliũ importunos inſultus pandat.Quẽadmodũ aũt preces,quę deo.
attentę,& puro corde fundunt̃,a dño exaudiunt̃,ſimulq; vota repor-
tant:ita ex diametro deſpiciunt̃ leues,inutiles,diſſilientes,dilute cu-
ris ſcti.Secunda deſyderij magnitudo.ſcriptũ eſt Deut.cap.4.Quum Deſyderij
quęſieris dñm deum tuum,inuenies eũ:ſi tamẽ toto corde quęſieris. magnitu-
Hęc in clamorẽ reputat̃.Eſt enim deſyderij magnitudo clamor vali do.
dus perrũpens fortia repagula quęq; cœlorũ,quẽ exaudit deus.Cur
ergo nõ ſtatim obtinet̃,qđ ſępe ingenti deſyderio flagitat̃? hoc ideo
fit,vt fortius adhuc orans in cogitationũ radice ſolidet̃,precẽ multi-
plicet,euincat importunitate quẽ petit,a quo cumulatiora pręmia re-
ferat.Scta nãq; deſyderia dilatione creſcunt: & vnde ad tempus de-
trimentũ toleiãt,inde maiora lucra in retributiõe aggregant.Neq̃q̃
ergo ad cõtẽptũ orantis fit nõ ſubito ꝓſtitiſſe qđ petit̃, ſed prouentũ.
Tertia,gemitus cordis: longa eteni ſuſpiria ſępe intermiſſis lachry-
mis vehement̃ ꝓfunt.Scriptũ eſt,Quia Anna amaro corde orauit Gemitus
ad dñm,vbertim fleuit:& fructũ orationis accepit dũ Samuelẽ conce cordis.
pit.Nemo enim aliquando ad deũ flens inaniter acceſſit:ipſe eni eſt
lugẽtiũ conſolator,q lachrymas ab oculis molliter manibus tergit,
lenit,mingat fouet,mulcet,& informat.Unde Bernardus ait,O hu-
milis lachryma,tua eſt potentia,tuũ regnũ:tu tribunal iudicis non
vereris,inimicis accuſatoribus ſilentiũ imponis;nõ eſt qui te ad deũ
accedere volentẽ vetet,ſi ſola intras vacua nen exibis.Quid plura?
vincis inuincibilem,ligas oipotentẽ,& quę ſequunt̃.Quarta, geſtus
humilis.orandũ nimirũ eſt humili geſtu,& affectu intenſo procidẽn-
tes adorant magi,& dona offerunt,Quia reſpexit in orationẽ humi-

liū,⁊ nō ſp̄reuit p̄cē eorū. Orauit.ē.Judith,⁊ hoſtē cruentiſſimum trucidauit:qꝛ humiliū,⁊ manſuetorū ſemꝑ placuit deo oratio.Et cer te ille pfectā deo mittit orationē,q ſemetipſum ꝙ puſillus fit videt,⁊ agnoſcit humilitatē,nec quicꝙ virtutis ſibi tribuit,qui bona quē agit diuine potius miſericordiē adſcribit.Contra pfectā deo exhibere ora tionē nō valent,neqꝫ dei ſapientiā contemplanť,q ſibi ſapientes vi dent:Quia hoc ab eius luce longe ſunt,quo apud ſemetipſos humi les non ſunt:nā in eorū mentibus dum tumor elationis creſcit, tunc orationis puritatē puluere miſcet,⁊ contemplationis aciem claudit: ſicqꝫ vnde ſe lucere p̄ē ceteris eſtimant,inde ſe lumine priuant.Ad hēc requirit in orante perſeuerantia,docuit dn̄s Luc.11.exēplo ami ci,q venit noctu ad amicū ſuū petens accōmodari ſibi tres panes, quē cauſas quietis nectentē euicit.Sic ergo deſcriptis generibus ora tionis,ſpeciebuſqꝫ ſubindicatis,⁊ quē ſint circunſtantiē eius:nunc

Oronis ef fectus.

oper ꝑꝛeciū fuerit effectus quoqꝫ eiuſdē paucis diſtinguere.Primus eſt morbi curatio,ſcriptura dicente,Fili in infirmitate tua ne deſpicias teipſum,ſed ora dn̄m,⁊ ipſe curabit te,Eccl.38.Exemplo eſt Ezechias rex,q quū egrotaſſet vſqꝫ ad mortē,nullū adhibuit medicū, ſed con uerſus ad parietē fleuit,orauit,⁊ ꝓualuit.Nō ſolū aūt corporis morbꝰ hoc pſentiſſimo antidoto curať,curať ⁊ ſpūs,in quē ꝓculdubio ſpūlis eius virtus eſt,⁊ efficacia:neceſſe eſt ergo,vt quoties qs tentiginis fe bre corripiť,alioue laborare incipit vicio,ad orationis remedia ſin gulariter ꝓuolet,petat ab hinc virtutē,minime voto fruſtrandꝰ:vicioꝝ nanqꝫ expugnatrix eſt frequens oratio.Certe ſicut ignis aqua extin guiť,ita concupiſcentiarū malarū flāma oōne ſupať.Secundus ora tionis effectus eſt illuminatio:illuminat enim mentem hominis,⁊ oōne magis ſoluunť dubia,ꝙ inquiſitione:citiuſqꝫ panduntur ſacra menta p̄cepto ꝙ ſtudio.Quia nimirū ſpūs ille chriſti in his hauri tur,qui cuncta illuminat,⁊ ſuggerit cuncta,docens oēm veritatem. Danieli oranti data eſt noticia myſteriorū:⁊ quod ſeculi ſapientibus erat clauſum,illi p orationē factū eſt manifeſtū.Item aplis oranti bus repente mundus intonuit:⁊ ſpūſſanctus in linguis igneis deſcē dens eos illuminauit,vt oīm linguarū peritiā ſubito aſſequerentur. Tertius effectus,ꝙ ipſa in bellis triumphet.Patet hoc in Moyſe,q quū pugnaturus eēt cū Amalech,aſcendit in montē:non armis ſed precibus decertaturus:extenſis itaqꝫ in coelum manibus pſeuerabat deuoto orans affectu:neqꝫ de terra ſed de coelo p̄ſidiū poſtulat:fa ctumqꝫ eſt vt quē loci diuerſitas ab inimicis ſeiungeret,orationis ef fectus bellatorē p̄ſentē hoſtibus exhiberet:fit igiť Moyſe orante pugna occulta,ſed manifeſta victoria:ſolus orabat, ſed multi vin cebant:atqꝫ ideo orabat ſolus,vt multi vincerent.deſinebat Jſrl̄ vin cere Moyſe deſinente orare:pſeuerante illo perſeuerans victoria du rabat.Deniqꝫ tam diu iſta diuerſitas valuit,quandiu iugis oratio ꝓ fuit:vt dum diuerſa pplis exhiberentur,orationis potentia demon ſtrareť:Et quis vnꝙ iuſtorū nō oratione decertauit?quis non hoſtem

Oro morbū curat.

Oro men tē illumi nat.

Oro i bel lis trium phū dat.

pręcando deuicit. Orationibus Danielis ardentiſſimę flāmę ſopiun tur: voraciſſimi leones manſueſcunt, cadunt hoſtes, inimici vincunt. Quartus effectus aduerſus hoſtes inuiſibiles eſt. Docet exemplū ſaluatoris noſtri, qui in deſerto poſt multiugas orationes ſupauit ſatanā tentatorē: In qd diſcipulis dixit. Matth. 17. Hoc genus demoniorū non eijcit, niſi p orationē & ieiuniū. In qua oratione tanto ardentius peruicaciuſq; nobis ſtandū eſt, quanto maiori tentatione fatigamur. Donabit certe ille certantibus victoriā, q orandi dedit audaciā. Quintus, tranquillitatis conciliatio. Legis in Job. Si diluculo ſurrexeris ad deū, & oīpotentē fueris deprecatus, ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet tabernaculū tuū. Proinde conſulto feceris, ſi quoties moleſtijs impeteris, ſtatim ad orationis pręſidia confugies: nihil enim eſt, quod nō expugnet orationis vis: nihil qd non componat: vt nō alia re tibi magis compares mentis tēporiſq; tranquillitatē, ꝙ oratiōe. Sextus, ipſa enim deū mitigat, & ab ira dei protegit, immo per hanc ira dñi ab vltione ſuſpendit, flagellū differt, venia pcurat, & pręmiorū largitas plus impetrat: cū deo loquitur, cū iudice fabulat: pręſentē ſibi facit, quē ante pre confuſione mentis videre non audebat. Breuiter, oratio eſt animę ſctē pſidium, angelis ſolatiū, demonibus ſuppliciū, deo gratū obſequiū, viciorū extinctio, virtutū mater, huius peregrinationis ſolatiū, aię ſpeculū, cōſcientię robur, cognitionis via, confidentię nutrix, charitatis incentiuū, laborū quies, cōpunctionis cauſa, cœli porta, cogitationū malarū interemptrix, diſperſę mentis in ſeſe recollectrix, cœleſtiū affectionū excitatrix, angelorū imitatrix, & oīm ſpūaliū bonorū optima conciliatrix, quā q perſeueranter tenuerit perire non poterit. Semp enim ſacrificij, ſeu incenſi huius odor aſcendit corā deo de manu angeli. vt ſemp propitiet deus continenter oranti. ¶ punc. 5.

Oro omnes proſligat.

Oro cōſcientiam pacat.

Oro deum placat.

Et accepit angelus turibulum aureum: & impleuit illud de igne altaris & miſit in terram.

Turibulū cor ſignificare diximus: qd reuera de igne altaris chriſtus tunc impleuit, quando in die penthecoſtes miſit in igne ſpūm ſanctū, quo Aplos aliosq; credentes ſuccēdit: de quo eſt illud Luc. 12. Igne veni mittere in terrā: & qd volo, niſi vt accēdat? Porro hic ignis eſt, q ait, Quia de meo accipiet, ſcilicet ſpūſſctūs; Joan. 16. In hoc āt ꝙ angelus turibulū aureum accepit, & de igne altaris illud impleuit, ſacerdotium chriſti manifeſte accipimus. Legale qppe erat apud veteres (vt iam diximus) vt ſacerdos pfecto ſacrificio in altari holocauſtorū, qd foris erat in atrio ereū, reciperet de igne altaris in turibulū, & ſic intraret templū, qd ſctā dicebat, & ſup altare incenſi iſtic ſacro ture impoſito adoleret. Quod totū figura fuit chriſti, qui ſe in ara crucis ſub dio mactari paſſus eſt: de cuius igne accipiens impleuit cor noſtrum: ac ſic imponens thymiamata orationū noſtrarū, offert nos corā patre ſuo in odorē ſuauitatis. Ipſe nāq; dat nobis optimos

Sacerdotium xpi.

affectus,ardenteſq; deuotiones in noſtris cordibus.Iam ſi igne hoc impleuit cor noſtrū dn̄s nr̄ Ieſus chr̄s,diligamus deū,diligamus & proximū.Ille nāq; vere diligit deum,qui diligit & ꝓximū:quā, dico

Dilectio dei & proximi.

dilectionē,definit Apl'us,de corde puro,ſcribens ad Timotheū.Ab alijs eadē rectiſſima animi affectio deſcribit,qua diligimus deū ſuper oīa,& ꝓximū ęque nobis.Diligimus deum ſuꝑ oīa, ſi ex toto corde diligimus,ex tota aīa,& ex tota virtute,vt habet Deuter.6.Porro

Qui dicit deū diligere ex toto corde.

ille deum ex toto corde diligit q eū ſapienter diligit : ille ex tota aīa diligit,q dulciter diligit:ille deniq; ex tota virtute diligit,q ſe in obſequiū dei tota virtute operandi bonū aſtringit. Qui ſapienter diligit,nullo errore ſeducitur,nec metas deſerit:is intellectum ſuum ſub fidei regulis cogēs recta ad viſionē dei toto ardorē tendit.Qui vero dulciter diligit,ſubinde chriſto paſſo cōpatit,& in lachrymas dulces liqueſcit,cōpungit,& mouet.Qui vero tota virtute diligit: ille nulla vi laborū,aut ēt tormentorū,ſed nec ipſo mortis metu iuſticiā deſerit: conſtans qppe & perfectus debet eſſe amor noſter,vt ſi oporteat amore illius mori,nequāq̄ dubitemus, q ipſe primū amore noſtri mori nequāq̄ dubitauit.Sunt aūt quędā conditiones qbus obſeruatis in

Profectus in charitate.

charitate ꝓficimus.Horū prima eſt,ꝓficiendi deſyderiū, iuuat id nō mediocriter ad capeſſendā ꝑfectionē, eo ꝙ magna pars ꝓfectus eſt velle ꝓficere.Nemo eſt enim tā perfectus,q ꝑfectior eſſe nō poſſit : & in eo ꝑfectiorē ſe quiſq; ꝓbat,quo ad maiorē tendit ꝑfectionē.Contendamus ſemꝑ oportet in anteriora cū Ezechielis aīalibus,de quibus ſcriptū eſt,Quia non reuertebant quū incederēt:ſed vnūquodq; ante faciē ſuā gradiebatur,Ezech.1.Secunda,eſt recollectio animi a rebus ſenſibilibus:hęc enim obiectu ſui ſuopte ingenio irritant & alliciunt:quibus quo amplius quiſq; implicat,eo a ſuꝑnis deſyderijs ſeparat.Teſtat.D.Auguſtinus,ſic de ſe verba componens. Ab vno auerſus,in multis euanui:exarſi enim aliquando ſatiari inferius, & ſilueſcere me ſenſi varijs & vmbroſis amoribus.Tertia ſacrę ſcripturę frequentatio,ſiue legendo ſiue audiendo.Quemadmodum enim paruulus non creſcit abſq; cibi ſumptione:ſic aīa vires non aſſumit abſq; verbi dei hauſtu:& oīs aīa viuens naturę ſuę cōuenienti pabulo fraudata intereat neceſſe eſt.Panis autē verbi dei pabulū animę eſt : hoc appetit, hoc flagitat,hoc eſurit ſemper : eo ꝙ vita animę ſit dei verbū,& ꝓfectus eius.Non enim in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo,qđ ꝓcedit de ore dei.Matth.4.Quarta recordatio beneficiorū dei,qua veluti calibe excutit ignis de dura ſilice cordis humani,vt totus accendat hō,& iam ferueat,q frigebat antea.Et quis non inflāmet recordatione bn̄ficiorum dei? Ipſe creauit nos:redemit ipſe:

Charitatis ſigna.

ipſe cōſeruat.Signa aūt verę charitatis in nobis hęc ſunt,Primū, quū qs libenter de deo cogitat.Eteni cogitare de deo ſenſus ꝯſummatus eſt,vt Sap.6.legis.Secundū, quū qs in veritate cordis ſui de deo loquit.Amantiū hic mos eſt,vt tacere neſciant de amato:loquunt ergo,& flāmas ſui pectoris ipſa loquutione ꝓdunt,que etiam

amoris ſui ſolatia captant. Tertium, quum qs attentius de deo audit, & verba eius in corde recipit, & confert. Sic btã virgo conſeruabat omnia verba de dilecto ſuo filio, cõferens ea in corde ſuo. Luc. 2. Et Magdalena peccatrix ſecus pedes dñi prouoluta audiebat verba illius. Luc. 11. Clamat chriſtus in euangelio, Qui ex deo eſt, verba dei audit, Joan. 8. Uerus itaqꝫ amator dei verba dei audit: ꝙ ſi deſit, qui annunciet, dolet ex corde, ſitiens potũ perennis fontis vitę, & aqua ſalutari ſatiari deſyderat. Quartũ, quum qs templa dei frequentat, tacitus ſecum ita reputans, O ꝙ̃ dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiſcit, & deficit anima mea in atria dñi. Pſal. 83. Porro eiuſdẽ pſalmi verba percurrens ait, Cor meum, & caro mea exultabunt in deum viuum: etenim paſſer inuenit ſibi domũ, & turtur nidũ, vbi reponat pullos ſuos. Rurſum quoqꝫ, Altaria tua dñe virtutũ, rex meus, & deus meus. Et hoc, Bti q habitant in domo tua dñe, in ſcl'a ſcłoꝝ laudabũt te. Eſt deniqꝫ veriſſimum verę dilectiõis ſignũ & id quoqꝫ, quũ quis libenter ꝑ deo patiť, tolerat iniurias: non reddit malũ pro malo: nec maledictũ ꝑ maledicto, exemplo dñi nři Jeſu chriſti pręceptoris ſummi, q nihil taliũ egit. Eſt & cõmiſeratio ꝓximi nõ mediocre dilectionis ſignũ, quando miſeriã alterius ſuã reputat: & ideo pro facultate ſuccurrit. Poſtremo eſt vnum, & certiſſimũ verę dilectionis dei ſignũ, quod per ſemetipſam veritas expreſſit. di. Si diligitis me, mãdata mea ſeruate. Joan. 14. Et rurſum. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt, qui diligit me. ibidẽ. Et cap. ſeq. Si pręcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. Ergo mandatorũ dei obſeruatio eſt certius oĩum pręmiſſorũ ſignũ: quãdoquidẽ aliqua illoꝝ ſunt nobis cũ hypocritis cõia. Hic eſt ignis altaris. &c. ¶ Punc. 6.

Et facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus.

Tonitrua ſunt fortiſſimę pędicationes apłorũ, aliorumqꝫ factę ad miſſionẽ ſpũſſcti in igne: quę miſſio cum tonitruo ẽt tum facta eſt, clare deſignãs, qa apłoꝝ pędicationes cum tonitribus cœleſtiũ doctrinarũ fiendę erant, & acclamationibus ꝯſentientis vulgi, & miraculoꝝ fulgetris: ad quę terremotũ magnũ fieri oportuit, iuxta illud Pſal. 76. Illuxerunt coruſcationes tuę orbi terre, cõmota eſt, & contremuit terra. coruſcationes dicit pędicationes apłoꝝ que idẽ ſunt cum fulguribus, fulgura enim ſunt ille vibratiões luminis, quę ante cernuntur ꝙ̃ tonitruum audiať. ſic in aplis ꝑdicationes miracula pręcedebant, vt nõ ab re cõmotio terre ſequereť in plebe. de qua re dicit, Illuxerunt fulgura eius orbi terrę, vidit & commota eſt terra. Pſal. 96. Rurſum quoqꝫ Pſal. 67. Terra mota eſt, etenim cœli diſtillauerũt, a facie dei Synai, a facie dei iſrael. Quid autẽ cœli diſtillauerunt in ſequentibus oſtendit, quum dicit, Pluuiã voluntariã ſegregabis deus hęreditati tuę. Pluuia ergo hęc, inundatio gratię eſt erupta ꝑ verbũ dei, qđ apłi, qui cœloꝝ noie deſignanť, largo imbre doctrinaꝝ diffu-

Tonitrua

derunt: ad quoꝝ prędicationẽ terra cõmota eſt, ꝛ contremuit, mon-
tes quoqꝫ, hoc eſt ipſi reges ꝛ principes victi veritate verbi dei, vert-
tes ſublimitatẽ diuinę celſitudinis, colla humiliter iugo fidei ſubmi-
ſerunt, colliquefacti ad ignẽ, ſicut cera a facie ignis liqueſcit: vt oĩa
hęc rectiſſime cõpetant in apl'os, ꝑ quos virtutes tum quidẽ fiebant.
Aut quę maior virtus ea, qua Petrus claudo ad portã ſpecioſam ſo-
lo impio greſſum reddidit, ꝛ exiliens ille ambulabat laudans dñm.
Terremo- Ille idẽ ſola vmbra ęgritudinẽ oẽm depellebat a corporibus, ꝛ mul
tus tẽpore ta alia faciebat: ita vt ad primã eius prędicationẽ conuerterent tria
apoſtoloꝝ millia hoim. nunqd magnus iſte terręmotus fuit? Et quomõ contra
eos principes mouebant. Tonabant ergo aplī poſt receptum ſpiritũ
ſanctum: dabant voces, fulgurabant: ꝛ terrã tonitruo quatiebant: qđ
ꝛ iuxta literã aliquoties fiebat: velut tũ quũ Petrus ꝛ Joãnes orar-
ſent, motus eſt locus, in quo erant cõgregati: ꝛ repleti ſunt oẽs ſpiri-
tuſctõ, ꝛ loquebant verbum dei cũ fiducia Act. 4. Legis in eadẽ ſcri-
ptura cap. 2. Fiebat autẽ oĩ aię timor: multa quoqꝫ ꝓdigia ꝛ ſigna ꝑ
apl'os in hierl'm fiebant, ꝛ metus erat magnus in vniuerſis. Ecce ter-
remotus magnus. Non ceſſarunt myſteria tonitruoꝝ hoꝝ vſqꝫ in ho
diernũ diẽ: non voces, fortiſſimi verbi dei miniſtris paſſim clamore
tonantibus: non fulgura miraculoꝝ ſaltẽ ſpũaliter, quibus peccatis
emortui reuocant ad vitã: nõ terremotus. Sunt nãqꝫ nõ pauci, qbus
vita hęc carnalium voluptatum vt primũ ĩ odio eſſe cęperit, ad ſpũm
ſeſe continuo rapiant, miris modis carnẽ doment, ſubigant ieiunijs,
artent vigilijs, ſpũm impleant aſſiduis orationibus: quę nõ poſſunt
eẽ ſine moleſtia carnis: eo ꝙ hęc tũ voluntatẽ ſuã in concupiſcentijs
eius explere nequeat, ſpiritu in lege domini meditante die ac nocte;
deguſtanteqꝫ ꝙꝫ ſuauis ſit dominus. ¶ Punc. 7.

Et ſeptem angeli qui habebant ſeptem tubas, præpara-
uerunt ſe vt tuba canerent.

Deſcripto alio, ꝛ eo principali angelo, cuius ſunt cęteri: nunc reditur
ad id qđ antea cęperat de ſeptẽ angelis narrare, ꝑ quos vniuerſitas
miniſtroꝝ verbi dei capit: hi enim afflati ſeptiformi ſpũ prępararue-
runt ſe ad annunciandũ dei verbũ, qđ põt ſaluare aĩas credentium,
Prępara- vt Jacobus habet. atqꝫ ideo prępararuerunt ſe, ꝙ potenter moueret
tio ſeptem eos virtus percepti ſpiritus. Jã vero ſi a ſpũ dei eſt iſta prępraratio in
angeloꝝ. miniſtris verbi, profecto durabit verbũ in virtutę eius, Eſaia dicente,
Verbum dñi manet in eternum ca. 40. Porro ex huiuſmodi prępara
Prędica- tionę docent vniuerſi prędicatores, ne imparati accedant ad annun-
tor impa- ciandũ dei verbũ. Docet ꝛ aliud huiuſmodi angeloꝝ prępraratio, vt
ratus non ſint vita inculpata ſcti verbi dei miniſtri: pctõri nãqꝫ dixit De⁹, Qua
prędicet. re tu enarras iuſticias meas: ꝛ aſſumis teſtamentũ meũ ꝑ os tuum?
Quod quiſquis erit nõ mediocriter detrahet virtuti verbi dei. Quis
eni credet, quũ ipſe ꝓdicator, vita doceat minus eſſe credendũ? De ta
libus dicit dñs noſter Matth. 7. Multi dicent mihi in illa die, dñe

dñe, nõne in nomine tuo prophetauimus: ⁊ in noĩe tuo demonia eiecimus: in nomine tuo virtutes multas fecimus: ⁊ tunc confitebor illis, qa nunq̃ noui vos, diſcedite a me operarij iniquitatis.

## DE PRIMO ANGELO TVBICINE. SEC. 2. PVN. 1.

ET primus angelus tuba cecinit: & facta eſt grando, & ignis mixta ſanguine: & miſſa ſunt in terram.

Hic primus angelus typus eſt aplõꝝ, ⁊ oim fidelium verbi dei miniſtroꝝ qui ſub eis fuerunt, q̄ ꝑ equum album in primi ſigilli apertione figurant: quibus ſanctũ dei verbum docentibus, aliqui fuerunt, q̄ fidẽ receperunt, alijs in impietate remanentibus, q̄ in furore, ⁊ impetu, ⁊ parricidali animo inſurgentes in ſanctos dei, factũ eſt, vt grandine, igne, ⁊ ſanguine ꝑſequerent̃ illos. Ignis hoc loco ſpiritus dei typus eſſe nequit, ſed tam ignis, q̃ grando ⁊ ſanguis, ea deſignant, quibus ꝑſequuti ſunt impij iuſtos: ſicut ex Eſaia ⁊ Dauide licet coniectare. Eſaias dicit, Succenſa eſt quaſi ignis impietas. cap. 9. Dauid autẽ, Supercecidit ignis, ⁊ nõ viderunt ſolẽ, Pſal. 57. Sunt ergo duo hęc, grando, ⁊ ignis, impetus ac furor nimius: q̄ miſcent̃ ſanguine, dum cedunt ⁊ occidunt ſctõs dei martyres: ⁊ mittunt̃ in terrã in perſequutione. Ignis igit̃ zelus eſt ⁊ odium in chriſtum, ⁊ in ſeruos eius, ſacro eloquio pronunciante, Zelus apprehendet pplm ineruditũ. Recte autẽ ſanguine mixtus idẽ ignis dicit̃: aut quia Joanne aſſeuerante, Oĩs qui odit fratrẽ ſuum homicida eſt. 1. Joan. 3. aut quia exhinc ꝓdit homicidium, in effuſione ſanguinis ꝓximi. In grandine ꝓcella ꝑſequutionis potius intelligit̃. Breuiter ꝑ hęc tria videlicet grandinẽ, ignẽ, ⁊ ſanguinẽ, oẽ genus ꝑſequutionis cõprehendit̃, qđ in ſummo furore ardoreq; vſq; ad ſanguinẽ ſęuit: qđ primũ ſub Apl'orum tempore fuit, iuxta viſionis ordinẽ. Lege Acta aplorum, ⁊ intelliges quali grandine opprimebant̃ ſancti, quando Paulus Iconij lapidatus eſt: cui lapides torrentis ignis ⁊ grando mixta fuere ſanguine: ⁊ quando Neronis gladio cęſus eſt: Stephano quoq; protomartyri, ⁊ alijs ſctis. Nõ qa poſterior hęc ętas nr̃a hiſdẽ careat malis, vt nõ ſuos habeat ignes, nõ grandines, nõ ſanguinẽ: habet certe: nã quę tũ facta ſunt, fiunt ⁊ mõ, fient et poſtea, donec finiat̃ orbis. Cũ enim dicat Paulus, Oẽs eos qui pie viuere volunt in chriſto, perſequutionẽ pati neceſſum eſſe: quis hac tempeſtate pioꝝ careat aut grandine obtrectationũ, aut igne inuidię, aut ſanguine funeſtiſſimi interi odij: vt ẽt ſi ſanguis nõ aliquando fundat̃ e corpore noſtro, tamen parricidale odiũ vicẽ ſuppleat ſanguinis, q̄ ipſum ſit origo, vnde ſanguis fundat̃ ꝓximi. Nã de corde ꝓdeunt homicidia. Aut quę manus poterit eſſe nocentior odio: q̄s gladius? Non armat̃ manus niſi conſilio odij, nõ aſſumit gladius trucidandi aciẽ, niſi hac cote primũ peractus ſit. Miſſa autẽ hęc dicuntur in terrã. id eſt, in terrenos hoĩes principes ⁊ alios ꝑſequutores ſctõrũ, q̄ terra ſunt: ſicut Judęi, q̄ ne perde-

Angelus primus typ⁹ aplõꝝ.

Grando ⁊ ignis typi perſecutionum.

rét terrenum regnum occiderũt oĩm. Terra ſunt ⁊ impij chriſtiani, q ore confitent ſe noſſe deũ, factis aute negãt, q ſe mutuo igne ⁊ ferro dilaniant. Teſtis eſt Hungaria, teſtis Francia ⁊ Hiſpania ⁊ alia q̃daꝫ regna. Spũaliter autẽ nõ eſt iã locus vbi nõ reperias hec tria nocẽdi arma: vbi maledicentiã, inuidiã, ⁊ odiũ in vniuerſo orbe, qbus pugnat ab oĩbus, oẽs his pereunt. Sed qui hi q terra ſunt, ideoqꝫ miſſa hęc in terrã referunt: carnales enim, ⁊ q vel nondũ ad ſpũm trãſmigrarũt, vel ab eo egregia pſidia deſciſcunt, his armis inſtructi incedunt. Oĩs nãqꝫ obtrectator carnalis eſt, ideoqꝫ terra eſt. Jbidẽ inuidus ⁊ oſor: tã abeſt, vt gratia ſalui fiant, qcunqꝫ eiuſmodi ſunt. Neqꝫ enim in dei teſtamento ſunt, hoc eſt in charitate, quę malum nõ operat. 1. Cor. 13. et ideo abſunt a regno. Utinã nõ ſacratiores homines, ⁊ q votis ſeſe religioni obſtrinxere emiſſis, his peſtibus in primis laborarent, qb⁹ pↄuideat de⁹. Sic ergo prima hac tuba canẽte ignei carbones iaculati mixta grãdine ⁊ ſanguine. Nota. hec erat vna plaga Aegypti. de qua legis Exod. 9. Extẽdit Moyſes virgã in cœlũ, ⁊ dñs dedit tonitrua, ⁊ grandinẽ, ac diſcurrentia fulgura ſup terrã: pluitqꝫ dominus grandinem ſuper terraꝫ Aegypti: ⁊ grando, ⁊ ignis mixta pariter ferebantur. ❡ Punc. 2.

Et tertia pars terræ combuſta eſt: & tertia pars arborũ cõcremata eſt: & omne fœnũ viride combuſtum eſt.

Quo furor, ⁊ impetus impiorũ eruperit punctus iſte declarat, quum tertiã partẽ terrę, arborũ quoqꝫ, ⁊ oẽ fenũ viride combuſta eẽ dicat. Multi enim chriſtianorũ atroci crudelitate tyrãnoꝝ territi, aut a fide deficiebant, aut neqꝫ initiabanẽ, q̃uis in pcinctu iam pſuaſi veris dictis eſſent, ⁊ ſic cõbuſta ſunt, ſiue qui p tertiã partẽ terrę, ſiue arborum intelligunt: q vero nihil oĩno in viridi fęno relictũ eẽ oſtenditur: hoc ideo fit quia q carnalẽ vitã alioq ſectarenẽ, nullo negotio hi periere vna. Quid enim p fœnũ niſi carnalis vita deſignat? ſicut ſcriptũ eſt, Oĩs caro fœnũ, ⁊ oĩs gloria eius ſicut flos fœni: exiccatũ eſt fœnũ, ⁊ cecidit flos. Eſaie. 40. Jbidẽ, Facti ſunt ſicut fœnũ agri, ⁊ gramen paſcue, ⁊ herba tectorũ, quę exaruit anteq̃ matureſceret. Gloria nãqꝫ carnaliũ cito vaneſcet cũ mundo. 1. Joan. 2. Mundus tranſit, ⁊ concupiſcentia eius: qui autẽ facit voluntatẽ dei manet in ęternũ. Pulchra ſane conſequentia. Ergo q verbũ dei habet, ⁊ facit voluntatẽ eius, gloria eius manet in ęternũ: longe videlicet aliena duratione, q̃ qui facit carnis voluntatẽ, carens verbo dei, ⁊ virtute eius. Nã caro, ⁊ ſanguis, regnũ dei nõ poſſidebunt. 1. Cor. 15. Porro p terram, ⁊ arbores duo hoĩm genera deſcribi videnẽ, Plebeiorũ videlicet, ⁊ Principũ: vt terra ſint plebei, humiles, ac ſubiecti principibus, attendentes ad illos: arbores autẽ dignitate celſi. Terra nutrit arbores, ſic ⁊ plebei principes. Arbores a terra eminent, ſic magnates plebib⁹. Ornant atqꝫ obumbrant terrã arbores, ⁊ magnates plebẽ. Quidam p duas partes vitã bonorũ ita oſtendere conati ſunt, vt in doctoribus

Fœnũ carnalis vita

Terra ⁊ arbores plebei ⁊ principes.

Duę ptes vita bonorum.

audiuo-

auditoribusq; conſiſtant, tertia parte reproboꝝ catalogũ conſtruẽte. Beatus nãq; q legit, & qui audit, verba ꝓphetię huius, & ſeruat ea quę in ea ſcripta ſunt. ſupra cap. 1. Qui vero nec legit, nec audit, & ex conſequenti nec ſeruat: adeo infœlix vt in tertia parte computet. Ita ergo tria pars terrę cõbuſta, & tria pars arboꝝ, oẽ aũt fœnũ viride: ꝙ pœnas ſceleris ſimiliter peccantes, dent ſimiliter. Nãq; ira dñi ſicut grando in eos deſcendet: & in grandine pereunt q grando alijs fuerunt: & igne & ſanguine intermiſtis, q ignis & ſanguis eſſe alijs non ceſſauere. Conuertet enim dñs oẽs laqueos in caput pctõꝝ, vt in eis pereant. iuxta qđ legis, Pluet ſup pctõres laqueos. Et ſequit. Ignis & ſulphur, & ſpũs ꝓcellarũ pars calicis eoꝝ Pſal. 10. Sic olim in Sodomos ſulphur & ignem de cœlo pluit dñs. Geñ. 19. eo ꝙ in fetore malę concupiſcentię ei peccarent inſanabiliter, vt nec pœnitere vellent, augerent autẽ in dies ſuã inexplebilẽ luxuriã, oẽmq; maliciam. Referunt, (nec vana fide) de ſtirpe maledicta Cham, q tertius erat filius Noe Sodomitę ꝓpagati: quoꝝ impietas in hoc maxima fuit, ꝙ pęnitentiã agere noluerunt, nec pctm̃ ſuũ abſconderũt. Eſaię. 3. Hoꝝ maledictioni obnoxij ſunt oẽs, q lętant quũ maleſecerint, & exultãt in rebus peſſimis, Prouer. 2. Maledixit Chamo principi gentis Sodomoꝝ, ſanctus pater grandeuus ille Noe, Geñ. 9. quo liquido conſtaret maledictos eſſe, q fœde hereditatis eius participes eſſent, nihil ſanctius illis agentes. Etenim vę genti peccatrici, pplo graui iniquitate, ſemini neq̃, filijs ſceleratis, dixit Eſaias cap. 1. Alij p terrã, habitantes in arido intelligunt: per arbores vero, q nemoroſa loca incolunt, craſſiore ſenſu. Sed vtiq; p fœnũ viride carnalis populus (vt iam memoratũ eſt) capit, mundi vigore ſuſtentatus. In quibus qa nihil cœleſte, diuinũq; nihil relictũ ſit, merito oẽ fœnũ viride combuſtũ eẽ perhibet. Neq; enim hi ſuſcipiende fidei apti eẽ poterant: aut ſi q taliũ fidẽ ſuſciperent, minus digne ſuſciperent, quum nihil cõe ſit fidei cũ carnali vita. Neq; vero quiſpiã arbitret contrariã dño ſentẽtiã eſſe, vbi p duas partes bonos intelligimus, per tertiã reprobos, ſic quaſi boni plures eſſent reprobis, cũ dñs dixerit paucos electos, Matthe. 20. Non enim idcirco intelligimus in duabus partibus bonos, & in tertia reprobos, ꝙ hos illi numero exuperent, ſed qa illi in auditoribus legentibuſq; conſiſtant, & duo pręcepta charitatis obſeruent. Vel certe (vt Beda in quadã homilia ſup Mattheũ teſtat) ſctã eccl'ia ex duabus partibus congregat, altera eoꝝ q nõ peccauerunt: altera eoꝝ, q peccare deſierũt, q ſoli ſeruabunt: tertia parte, hoc eſt, qui peccant, nec ad pœnitentiã conuertunt, pereunte.

Sodomitę de ſtirpe Cham

Fidei nihil cõe cũ carnali vita.

## DE SECVNDO ANGELO TVBICINE. SEC. 3. PVN. 1.

ET ſecundus angelus tuba cecinit: & tanquã mons magnus igne ardens miſſus eſt in mare.

Angelus hic typum gerit fideliũ verbi dei miniſtroꝝ, qui adaperto

ſecundo ſigillo chriſtũ docuerunt: qbus annunciantibus mons magnus igne ſuccenſus miſſus fuit in mare: qđ factum eſt ſecunda etate eccleſię. Uidens nanq3 diabolus ſe nihil pfeciſſe in prima ętate, quę apſtorũ erat, Immo magis magiſq3 inclaruiſſe chriſtũ mundo, per apſtos, quorũ vox in oẽm terrã iam exierat, vnde & in dies augumẽtari dilatariq3 chriſti eccſiam: timuit nec contẽptus in vniuerſum negligeret: maiori ergo furore exarſit tentans per potentiã principũ magnorũ in eccleſiã dei deſeuire, vt qđ p ſe nõ poſſet, potentia principũ, quos tremeret orbis, efficeret. Hoc ergo eſt mons magnus, qđ principes in mundo, maximus monarcha orbis: quales erant ea tempeſtate Romani ceſares, q pſecutionẽ magnã excitauerũt aduerſus eccleſiã xpi in magno zelo, quo tuerent antiquã ſupſtitionẽ eorũ. Mõs eſt & diabolus, q in ſe tumefactus in imenſum excreuit, dum diuinã ſublimitatẽ expetiuit dicens, Aſcendã ſup altitudinẽ nubiũ, ſimilis ero altiſſimo. Et iterũ. In cœlũ cõſcendã, ſup aſtra dei exaltabo ſoliũ meũ: ſedebo in monte teſtamenti Eſaie. 14. Mons ergo eſt & diabolus & princeps mundanus, quẽ ille poſſidet. Iã non duo montes, ſed vnus mons. Nã ſicut Apſtus dicit, Qui adheret meretrici, vnũ corpus efficitur. Erunt inquit, duo in carne vna, Qui aũt adheret deo, vnus ſpiritus eſt. 1. Cor. 6. Sic diabolus cũ principe ſeruitore ſuo montis nomine deſcribit. Nã in nouiſſimis ingrediet pditũ hoiem, in quo aduerſabit, & extollet: ſupra oẽ qđ dicit deus, aut qđ colit. 2. Theſſa. 2. Qui bene ignis ardens dicit: ardet eni & torquet inuidia ſemp, & exinde molit ingentia. cui dicit Iacb. 4. Quid tu mons magne? Montiũ noie, principes potentes & in pſalmis myſticis deſignant, quemadmodum ibi, Conturbati ſunt montes in fortitudine eius. Pſal. 45. Ibidẽ. Transferent montes in cor maris. Et Pſal. 96. Montes ſicut cera fluxerunt. Et hic mons miſſus eſt in mare. Quid mare? Mare hic mũdus eſſe non põt, nec tribulatio ex loci circunſtantia: ſicut nec ſol vbiq3 chriſtus eſt vt diximus ca. 7. magis autẽ feruor pſecutiõis ibi. Neq3 cadet ſup eos ſol. q alibi chriſtus eſt vt Malach. 4. orietur vobis timentibus nomen meũ ſol iuſticię. Quid ergo eſt? opinor id qđ principaliter in ſacra ſcriptura ſolet ſignificare, baptiſmũ. iuxta illud, oẽs mare tranſierunt, & oẽs in Moyſe, id eſt, in fide Moyſi baptizati ſunt. 1. Cor. 10. Mare ergo figura eſt baptiſmi & totius eccſie. Nã iccirco Salomon rex fecerat mare ęneũ fuſile in domo dñi. 3. Regum. 7. In qđ tunc mons magnus igne ardens miſſus eſſe creditur, quando Romanus princeps, q tunc monarchiã vniuerſi orbis obtinebat, in eccleſiã dei incidit, eamq3 perturbauit: vt nuſquã ei pax daret. Nec tibi abſurdũ videat: q: audis p mare eccleſiã figurari. ex aqs ſiquidẽ baptiſmatis eccſia enata eſt. dicente dño, Niſi qs renatus fuerit ex aqua, & ſpũ ſctõ, nõ põt introire in regnũ dei. Ioan. 3. Et Act. 8. Ecce aqua: qd phibet me baptizari? Mons magnus erat Nero, ardens erat igne furoris ſui, qui miſſus eſt in hoc mari. A quo miſſus? Reſpondeo, ab eo, q eũ poſſidebat ſatanã, diuina tamen pmiſſione:

*Mõs magnus monarcha orbis.*

*Mõs diabolus.*

*Mare figura baptiſmi.*

vt probatior euaderet fides,cōſtantiorq; in fidelibus. ¶ Pun. 2.

Et facta eſt tertia pars maris ſanguis:& mortua eſt ter/
tia pars creaturarum,quæ habebant animas in mari:&
tertia pars nauium interiſt.

Sanguis hoc loci aliud eſt,q̃ ſolet eſſe in litera.Peccatū ergo incre/
dulitatis eſt,qd̄ & primū eſt & maximū:a quo cetera quoq; longo or/
dine cooriuntur pctā.Nec inuſitatū eſt in ſcriptura ſacra ſanguinē ac/
cipi pro pctō,quēadmodū ibi,Sanguis ſanguinē tetigit.Et Libera
me de ſanguinibus &c̃.Mare autē eccleſiā natā ex baptiſmo ſignifi/
cat in gentibus.Cū enī diabolus,totius pietatis hoſtis,videret eccl'iā
xp̄i p apl'os diffuſam eſſe ēt in gētibus,iniecit ſe in eā:cuius opa factū
eſt,vt tertia pars eius in ſanguinē verteret.id eſt,in nālē gn̄atione,
id eſt,in incredulitatē.Si enī de filijs dei dicit,Qui nō ex ſanguini/
bus,ſed ex deo nati ſunt,mutata videlicet gn̄atione nāli in diuinā: Sanguis
extra fidē q ſunt,oēs in ſanguine ſunt,& nō niſi merus ſanguis ſunt: pctm̄ infi/
nō ſolū q nunq̃ fidē cognouerunt,ſed etiā q acceptā abiurarunt,re/ delitatis.
uerſi in ſanguis generationē.De qbus ſubſequenter dicit,Et mortua
eſt tertia pars creaturarū,que habebant aīas in mari.Quid eſt ha/
bere aīas in mari,niſi renatos p baptiſmū ex fide viuere.Juſtus enī Gentiles
ex fide viuit.Abac.2.Jd qd̄ p quandā indolentiā ſeu cōpaſſionē dici extra fidē
p clariori expreſſione videt:q ſic facta ſit tertia pars maris ſanguis: oēs in ſan
q tertia pars creaturarum,que habebant aīas in mari,mortua eſſet. guine.
Nec pōt gentilitas incredula,quę nunq̃ fidē guſtauit hic per mare
intelligi(vt quidā ſine iudicio volunt)eo q ſupra oē fœnū combu/
ſtū ſit,nec aliqd ex eo remanſerit.Semp enim incredulitas ſine exce/
ptione perijt.Nā ſi eo ſenſu locus intelligeret:duę partes,quę iuxta
canonē oīm ſcriptorū in hanc ſacrā Apocalypſin,in auditoribus le/
ctoribuſq;,& in ipſis electis citra cōtrouerſiam computant,vbi erūt?
Aut quomō eas partes incredulitas teneat?Adde q hęc ſacra Apo
calypſis nō eſt data pro incredulis ſed credentibus.Jta enim legis.
Apocalypſis Jeſu chriſti,quā dedit illi,nō dubiū quin Jeſu chriſto,
deus,ipſa videlicet diuinitas,palā facere ſeruis ſuis.Credentes autē
ſunt ſerui eius,q ei ſeruiunt p fidē & charitatem in ſpū.ſic & Paulus
Ro.1.Jnter quos etiā,ſicut dictū fuit,diſcurrit:q ſunt ei cādelabra au
rea.Prima ergo tuba Judeorū ppl'os indicauit principaliter,a qui/
bus male tractati ſunt apl'i,ſicut & dn̄s eorū:vt pſeuerare inter eos nō
poſſent,ſed exirent iuxta dn̄i preceptū in oēm terrā,euangelioq; re/
plerent oīa:ſub qbus facta fuit grādo & ignis mixta ſanguine,id eſt,
parricidalis perſequutio opa diaboli excitata:vt tertia pars combu/ Diabolus
reret & terrę & arborū:fœni aūt nihil relinqueret.Jn ſubſequenti aūt mōs ma/
tēpore,qd̄ fuit martyrū p vniuerſum orbē terrarū,qd̄ figurat ſecunda gnus inci
tuba,diabolus tanq̃ mōs magnus,ardens igne inuidię de proceſſu dit in ma/
eccl'ię chriſti,& ira grandi ſuccenſus iniecit ſe in hoc mare credulę gen re gentili/
tilitatis,cuius tertiā partē vertit in ſanguinē infidelitatis:in quē mo/ tatis.

dū interfecit tertiā partē creaturarū,quę hoīes intelliguntur.Nam & dñs mittēs apl'os in mūdū,iuſſit vt pdicarent oī creaturę: non vtiq3 boui aut aſino aut lapidi,aut ceteris huiuſmodi:ſed homini,propter quē creata ſunt oīa,& participat mirabili ſui conditione cū oī creatura,recte p oēm creaturā hō intelligit.Nā & draco,infra,tertiā partem ſtellarū traxiſſe memorat.Sed iam de nauibus,quarū ēt tertia pars ſicut & terrę & creaturarum periſſe memorat.Naues principes ſunt, prout exponūt docti.Naues enim aquis ſupfluitant, & principes ſupeminent pplīs,q in aqs intelligunt infra cap.17.Aquę autē populi ſunt,quorū tertia pars in reprobis computata periit.In duabus partibus imutabiliter piis conſtitutis,vt duę partes ſint.Prima videlicet,q clam acceperunt verbū dei,& fidē Jeſu chriſti.Secunda,q aperte.Clam accepiſſe fidē quoſdā teſtant,vt Traianū,qui primo perſequutor chriſtianoꝝ erat : deinde admonitus literis Plinii ſecundi a perſequutione deſtitit.Hadrianus itē imperator correctus p Ariſtodē philoſophū,ſcripſit Aſię pconſuli ne chriſtianos occideret niſi p crimine.Alexander ſeuerus repertus in cubiculo imaginem crucifixi tenuiſſe.Philippus autē primus imperatorū cū vxore ſua, & Philippo filio,quē conſortē imperii fecerat,aperte credidit,baptizatus a Fabiano pontifice.Credidit & Cōſtantinus Helenę filius,q cœpit imperare anno dñi.cccxix.Porro,tertia pars in eis creditur , q nec clam,nec aperte crediderunt,q ſunt vniuerſitas infideliū.conſtat enim omnes in fide mediatoris chriſti Jeſu ſaluandos eſſe.nec añ euulgatū euangeliū in alio erat ſalus ꝗ in fide mediatoris chriſti , in quo oportuit ſaluos fieri hoīes,nec poſtea:eo ꝙ vnus ſit mediator dei & hominū, hō chriſtus Jeſus,q dedit redemptionē ſemetipſum p oībus , cuius teſtimoniū tēporibus ſuis confirmatum eſt.1.Tim.2.hoc tm̄ intereſt inter anterioris ſęculi credentes,poſterioriſq3:ꝙ illi venturū ſaluatorē crederent in carnē:nos veniſſe,& compleſſe oīa,quęcunq3 in ſalutem erant nobis neceſſaria eundem credimus.

Naues principes. Aquę populi. Philipp⁹ imparator chriſtianus.

## DE TERTIO ANGELO TVBICINE. SEC. 4. PVNC. 1.

**E**T tertius angelus tuba cecinit : & cecidit e cœlo ſtella magna ardens tanquā facula.

Tertius hic angelus figura eſt vniuerſorū ſancti verbi dei prędicatorum,q ſub tertio ſigillo fuere.Hęc fuit tertia ętas eccleſię.Finita nāq3 rabie tyrannoꝝ conſurrexit prauitas hereticorū.Proinde ſicut martyribus dedit dñs donum fortitudinis ad toleranda aduerſa: ſic ſub hoc tertiū tempus,dedit ſapientiā doctoribus & intellectū.vt Hieronymo,Ambroſio,Auguſtino,Gregorio & cęteris in Italia.In gręcia, Origeni,Athanaſio,Baſilio,Chryſoſtomo,& reliquis,q diſputabāt calamo & lingua contra errores hereticoꝝ.Auguſtinus ſcripſit contra Arrianos libros de trinitate qndecim.contra Pelagianos duo & viginti volumina.contra Manichęos totidē,& alia.Porro per ſtellā

Tempus hereticoꝝ.

magnã, principes hereſum figurant. Conſtat enim doctores eccleſie ſtellas appellari. Dan. 12. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: ⁊ qui ad iuſticiã erudiunt multos, quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. id qđ etiã de falſis doctoribus intelligitur, improprie tamen quẽadmodũ ⁊ ſatan transfigurat ſe in angelũ lucis, in quo non ꝑmanet. Nota. Sunt pij eccłie doctores ſtelle permanentes: ſunt falſi doctores ſtelle nõ ꝑmanentes. Fulgent vtriq; ſcientia quã habent, ⁊ ſepe maiori ij lumine intelligentie ſed noxio ac peſtilenti: habent eloquentiã, ſed non piã: quorũ oĩs ratio in corrumpendo verſatur: nõ vt ſtatuant, ſed vt deſtruant, loquentes dolos in mendacio, ideo ſtella magna ⁊ ardens tanq̃ facula dicuntur. Facula ſicca eſt, ⁊ fumigando ardet, ſic ⁊ heretici lumen qdẽ pretendunt ſcientie, ſed virtute eius carent. Deſiccati enim ſunt gratia dei, quã non habent: dũq; ardent fumo quodã amaritudinis, lumen ſue doctrine adminiſtrant: ita vt dũ lucẽ vite alijs circũferre videntur, mortis amaritudine prefocant. Pulchre ergo ⁊ ſtella ſunt, ⁊ ardens facula ſunt. Stella ob lucẽ doctrine, ſicubi pie ſentiunt docentq;: neq; enim poſſunt non interim pie ſentire ⁊ docere, alioqui quomõ audirentur? nec venenũ quiſpiã ſorberet, niſi dulci pharmaco tegeretur. Sunt ergo facula ardens ob malicie vſtionẽ heretici: Siue qa doctrina lucẽt, ⁊ ardent malicia: ſicq; inaniter ſe totos conſumunt. Sub hac ergo tuba hereticoꝝ manus vniuerſaliter intelligitur. Horum princeps erat olim Arrhius alexandrinus ſacerdos, q circa tertij huius temporis exordiũ ſub magno Conſtantino caput exeruit: hic ꝑ morũ honeſtate, quã in dei ecclia habere videbatur, atq; eleganti corporis ſtatura, primis cœli luminaribus ẽe ꝓbabatur, preſertim ob ingenij magnitudinẽ, ⁊ ſcientiã ꝑpetuo ſtudio comparatã: verũtamen dũ ſancti Alexandri Alexandrini epiſcopi correctionẽ ſuſcipere nollet, cecidit de cœlo eccleſie, vt facile ꝓbaretur hypocritã eũ fuiſſe, q non intus oculos habuit, ſed foris, qui faſtu ſuperbie magnus videri concupiuit: cecidit inq̃, iuxta illud, Ante ruinã exaltabitur cor. Prouer. 16. Hec enim ſeſe inuicẽ conſequuntur, ſuꝑbia, inanis gl'ia, cordis duricia, obſtinatio, malus zelus, indignatio furoris aduerſus correctores: adeo vt magis cadere velit q̃ ſuperari. Inflatus ergo is ſuperbia, ſtatim pro ſui ingenij magnitudine ⁊ malignitate, admirabilia cœpit dogmatizare contra articulũ ſancte trinitatis: dicens, ꝙ ſicut pater, ⁊ filius, ⁊ ſpirituſſanctus, ſunt diſtincti in ꝑſonis, ita ⁊ in eſſentijs, creaturas ponẽs diuinas ꝑſonas: que aliter non poſſent dici ſingulatim deus niſi participatione: ⁊ alia multa blaſphemans effutiebat. Contra quẽ congregatum fuit conciliũ generale. cccxviij. ep̃orum in Nicena ciuitate Bithinie, ⁊ condẽnatũ tã atrox ⁊ ꝑuerſum dogma eius, nõ tamẽ in vniuerſum ſublatũ: plures enim erant diſcipuli eius, q renouantes errorẽ infecerũt principes multos ⁊ etiã imperatores ſucceſſu temporum: per quos ꝑſequutionẽ contra catholicos excitarunt. Nam ⁊ Valens imperator ſeductus ꝑ vxorẽ factus eſt Arrianus, q ꝑſequebatur

Heretici facule ardẽtes ſũt.

Arrius hereſiarcha.

Valens imperator Arrian⁹.

catholicos,alios gladio occidendo,alios igni exurendo,alios aliis cruciatibus perimendo:q audiens Gothos velle recipere fidē chri, miſit ad eos ſacerdotes Arrianos, p quos ea gens tota fuit infecta.
Macedonius hereticus. Sequutus eſt dehinc Macedonius,q cōueniebat in hoc cū Arrio,q diceret ſpūm ſanctū creatū,z ſeruū eſſe filii:diſcrepabat tamen in eo, q faceret eiuſdē naturę filiū cū patre.Contra hunc coactū fuit conciliū Conſtantinopolitanū.cl.epiſcopoꝝ,in quo dictus error fuit condēnatus.
Pelagius hereticus. Poſtmodū Pelagius monachus ſecutus,q fuit ſub Archadio z Honorio principibus,q errauit circa gratiā ſpūſſcti,aſſerens q ſine gratia poſſit homo ex puris naturalibus mereri vitam ęternā: pr̄dicabat etiā q pueri chriſtianoꝝ naſcerent̄ ſine pctō originali,z p conſequens,q a culpa non purgarent̄ aqua baptiſmali.Sed necdū finis fuit harū peſtiū.Siquidē hunc excepit Euthices qdā,q in dño noſtro Jeſu chriſto vnā tantūmodo adſtruebat naturā,ſicut z vnam pſonā:dicens q natura humana z diuina facta eſt vna in incarnatione p quandā cōuerſionē,ſeu cōmixtionem, ſicut ex elementis ſuo mō reſultat cōmixta natura:qđ eſt impoſſibile,quum natura diuina nō ſit alteri commixtibilis,nec aliquo modo tranſmutabilis.Venit poſt hos oēs Manichęus,q duo principia poſuit,alterū bonorum, maloꝝ alterū:z q deus bonoꝝ ſit author,maloꝝ vero diabolus.Itē q chriſtus aſſumpſerit corpus phantaſticū zc.Innumeri alii quoqꝫ ſucceſſu tpm pdiere,de qbus annales reuoluendi ſunt his,q ſingulatim eos noſſe percupiat,erroreſqꝫ eorū,a qbus mirū in modū turbabat̄ eccleſia.Nā ſicut bellū inteſtinū pniciosius eſt bello externo, ita pſequutio hereticoꝝ eccleſię pniciosior pſequutione tyrānorū fuit,eo q hęc domeſtica ſit.
Heretici hypocritę. Heretici nāqꝫ chriani fuere,q in hypocriſi intra ſinū eccleſię catholicę cōmorabant̄,ſub colore fidei,atqꝫ honeſtę vitę ptextu ſeducentes innumeros:principes primū, impatores orbis ac reges,quorū manus armabant contra eccleſiā,atrocius impugnantes ꝙ̄ tyranni, eos q vere chriſtiani ſunt: Quemadmodū atrociora quondā inferebant Vandali Arriani catholicis in Africa ꝙ̄ vlli tyranni.Sed ne longius euagemur.Diximus ſępe cœli noīe eccleſiam figurari,de qua cadunt heretici.Nolunt enim ſub iugo eius eſſe, nec inſtitutionibus eius parere,z ideo contraria ſemp ſentiunt,dicunt cōtraria faciuntqꝫ:z hoc ex cordis eorū ſuperbia.Quod ſi ſuperbi non eſſent fuiſſentqꝫ heretici,nequaꝙ̄ ab eccleſia excidiſſent,cuius inſtitutis libentiſſime regi vellent,vt iuſticiā dei ſequerent̄: vt bene dixerit Auguſtu.q: hereticū nō ignorantia facit,ſed ſupbia: ſicut ſcriptū eſt. Ante ruinā exaltatio.Prouer.16. ¶ Punc. 2.

Et cecidit in tertiā partē fluminū, & in fontes aquarū.

Flumina ſcripturę ſacrę. Quod flumina ſunt:hoc z fontes aquarū.Non poſſunt hoc loco populi per hęc nomina deſignari,ſed tm̄ qđ ſub aquis,z potu deſignatur.Scriptura ergo ſacra eſt fons,z flumen,quę potū pr̄bet ſitienti, in cuius tertiā partē,quę nec chriſti eſt,nec eccleſię,hoc eſt, nec capi-

ris, nec membrorū, ſed hęreticorū, incidit ſatan ſuis ſenſibus: incidit ⁊ hęreſiarcha quiſq;. Porro duas partes aliq volunt nouā ⁊ veterē legē: tertiā doctorꝝ sctōꝝ expoſitiones, in quā cecidit infœlix Arrius, ⁊ Macedonius, ⁊ Pelagius, Manicheus quoq; ac cęteri, inſano intellectu: ⁊ q nō ꝓprius ſcripturę eſſet ſed peregrinus, ſed adulterinꝰ, adductitius, ⁊ dilutus, in qua parte manent oēs hęretici. Magna infœlicitas chriſtiani orbis, cecidiſſe ſatanā, atq; hereſiarchā in flumen diuinę ſcripturę vertereq; in perniciē, qđ alioq eſſet vitale, ac ſalutiferꝝ. Ubi qd potiſſimū miremur: Dei permiſſionē, an patientiā: ſatanę maliciā, an hoim artes: Fieri etenim oia nouimus ꝑmiſſione dei, ⁊ caſu nihil in eccleſia geri, quā in primis ſcripturę radijs illuſtrauit, cui ⁊ cognitio dei indita eſt, ⁊ vita: iudicio tamē imperſcrutabili effectū, vt hanc in cordibus hoim quota licet ſui portione fineret corrumpi. A malitia ſatanę facta eſt corruptio eius miris artibus. Quod enim ꝑ ſe nō pōt, ꝑ hoies ſibi conſentientes efficit: ij ſunt hęretici, quorꝝ ſeges oborta fere ab initio coaleſcentis eccleſię fuit, nec defecit vſq; in hodiernū diem: hoies ſupbi, rebelles, moleſti, vafri, impudentes, contumelioſi, mendaces, importuni, procaces, pietatis contemptores, blaſphemi, amari, q ſunt ꝓprij fructus eorū: ⁊ a fructibus huiuſmodi ſeſe ꝓdunt, quantūcunq; ſe celent ouemq; ſimulēt. Hi charitatē in primis ſimulant, tanq̄ oībus ex ęquo bene velint: atq; ob id gratis partē fluminis, quā corruptā habent, aquas itidem fontiū ſuorꝝ nobis venditant, mixtura ſępe mellicrata, vt vix ſubeſſe dolū ſuſpiceris, quę vbi dilapſa intra viſcera fuerint, continuo vires exerunt: ac ſenſim per venas ſenſuum animę diffluentes, nigra tandem morte hominem conficiunt. Sequitur ad hec. ¶ Punc. 3.

Hereticorꝝ fructus.

## Et nomen ſtellæ dicitur abſynthium.

Quā propria appellatione titulum ſui nominis hereſiarcha quiſq; gerat vides. Stella enim magna fuit ardens, tanq̄ facula, nunc abſynthiū. Stella ob perſpicacitatē intellectus, acumenq; ingenij, ⁊ ſcientię multę ditem ſupellectilē ſplendoremq;. Abſynthiū, ob erroris amaritudinē, nō ob remediū, qđ variū ⁊ efficax fieri dicunt ex eo, ſiue ad corrigendā ſtomachi nauſeam, ſiue ad ſomnū conciliandū ⁊c. In amaritudine aconitū tamē eſt abſynthiū, virus eſt ſempꝛ. Quid igit ꝑ abſynthiū, quę amariſſima herba eſt, aliud q̄ doctrina hęreticorū peruerſa deſignat, q ꝑ ſuā falſitatē dulcedinē fidei vertunt alijs in erroris amaritudinem, ac cōſcientię miſerabilē cruciatum. Porro Abſynthiū hęreticorū q̄ contrariū ſit doctrinę gratię dei oſtendit, ex eo ꝙ in illo nulla dulcedo, nulla inſit conſolatio ſpiritus: ſed amaritudo tota, ⁊ mors. Quūq; abſynthiū medicinalis herba ſit, contrarie oſtendit q̄ noxij ſint hęretici in eccleſia dei, q ſe medicinā ſimulant: quo ēt nomine plures decipiunt. Siquidē ois inſtitutio illorū mera deceptio eſt, ⁊ cruciatus cordis cauteriati. Alio, ſentiunt multa grauiter ac integerrime de ſcripturis ſacris: prędicant de chriſto conſtan-

Hereſiarcha ſtella ⁊ abſynthium.

Abſynthium amara hereticorum doctrina.

tiſſime: agunt ꝛ ſalutaria opera in faciē multa: totū tamē (ſi reliqua ꝯferas) fel dꝛaconis eſt, ꝛ venenū aſpidū inſanabile. ¶ Punc. 4.

**Et verſa eſt tertia pars aquarū in abſynthium: & multi homines mortui ſunt in aquis, quia amaræ factæ ſunt.**

Hoc eſt qđ dicebā, q̄a multis ſacra ſcriptura ꝑ hereticos vertit̄ in abſynthiū, in aſpidū venenū, ꝛ dꝛaconū fel: vnde plures emoꝛiant̄, neceſſum eſt, quicunq; his conſentiunt, a q̄bus Paulus rogat Coloſſenſes vt ſe cuſtodiant: quos dicit hoīes ſm elementa mundi, ꝛ non ſm chꝛiſtū. Col. 2. Et verſa eſt (inquit) tertia pars aquarum, ea videlicet, quę coꝝ ſenſus eſt. i. deſt. ad hereſem ꝑtinet, in abſynthiu3. Obſerua.

*Scripturā verti i abſynthium.*

Scriptura ſacra quū ꝑ ſe ſit dulcis ſuꝑ mel ꝛ fauū: pura velut argentū purgatū ſeptuplū: vitalis verba vitę habens, vertit̄ tñ in abſynthiū aconitis hereticoꝝ: a q̄b⁹ ſubinde turbat̄, ꝛ letalis efficit̄ vt bibi nequeat. Eſt āt alluſio ad ethimologiā grecę dictiōis: q̄ inde dicta eſt ꝙ bibi nequeat, quaſi dicas Apinthon. Equidē ſacra ſcriptura falſa interpꝛetatione amareſcit, ſitq; impotabilis, ꝛ letalis: nō ꝙ omnino in ſe fiat talis: ſed dū ſuperat amaritudo errorum, tollit̄ dulcedo, ac natiua illa ſuauitas intelligentiarū: ꝛ hoc in tertia parte tm̄. Nāq; id tibi perſuaſum ſit, ꝛ ita intelligas, nunq̄ textum ſacrę ſcripturę poſſe coꝛrumpi, etiam ſi multi coꝛrupte interpꝛętent̄: quandoquidē veritas incoꝛruptibilis eſt, ſempiterno, ꝛ inuariabili tenoꝛe firmata, iuxta illđ Eſaie, v̄bū dñi manet in ęternū. ca. 40. Idē legis in euāgelio, Cœlum, ꝛ terra tranſibunt, verba autē mea non tranſient Luc. 21. Item Pſal. 110. Fidelia oīa mandata eius, confirmata in ſeculū ſeculi, facta in veritate ꝛ ęquitate. Ibidē. Mandauit in ęternū teſtamentum ſuū. Pꝛoinde iſta amaritudo aquarum, ꝛ infectio earum extranea eſt tm̄ ſeu adductitia: ſitq; ſolūmodo in coꝛdibus eorum, qui impietati conſentiunt, ꝛ q̄bus placent mendacia hoīm vaniſſimoꝛū: vnde illi tm̄, in quoꝛum coꝛdibus huiuſmodi coꝛruptelę ſunt, exinde moꝛiuntur, q̄ in tertia parte, quę eſt repꝛoboꝝ (vt diximus) cōputant̄. Ideo dicit̄. Et multi hoīes moꝛtui ſunt de aq̄s, q̄a amarę factę ſunt, hoc eſt, letales infuſis mendacijs hereticoꝝ. Multos dicit, non omnes, q̄a hi ſoli potu hoc pereunt, q̄bus placet, ꝛ guſtāt vſq; in finē. Qui autē ꝛ qđ guſtarāt euomunt, ſeruant̄ vt nō pereant, ſed pœnitētia coꝛrecti viuant. Quod q̄bus contigerit, agant gratias Deo, q̄a ab hoc abſynthio liberati ſunt. Dñs cuſtodiat nos ab abſynthio hereticorum.

*Abſynthium vnde dicatur.*

*Scripturā ſacrā in ſe coꝛrumpi non poſſe.*

## DE QVARTO ANGELO TVBICINE. SEC. 5. PVN. 1.

**Et quartus angelus tuba cecinit: & percuſſa eſt tertia pars ſolis: & tertia pars lunæ: & tertia pars ſtellarum, ita vt obſcuraretur tertia pars eorum.**

Rem pꝛędicit, quę facta eſt ſub quarti ſigilli apertione. Pꝛoinde hic

angelus quarti tēporis prędicatores exhibet, qbus canentibus ꝑcuſſa eſt tertia pars ſolis, lunę ac ſtellarū vſqꝫ in obſcurationē. De qua re cecinit Eſaias cap. 13. Ecce dies dñi veniet crudelis, ⁊ indignationis plenus, ⁊ irę furoriſqꝫ, ad ponendū terrā in ſolitudinē, ⁊ pctōres eius conterendos de ea, quoniā ſtellę cœli, ⁊ ſplendor earū nō expandet lumē ſuū: obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, ⁊ nō ſplendebit in lumine ſuo. Deletis nanqꝫ hęreticis, quorum copioſa ſeges pullularat ſub tertia tuba, hypocritę ſenſim opera demonis irrepere cœperunt, q multa pietate in ſpeciē erant hoibus, quā in veritate nō habebant, miris admodū ſe modis in angelos lucis transſigurantes: ⁊ dū profectū oſtenderent, mirū ꝙ vehementer nocebant, adeo vt natiuū ſolis ac lunę, ſtellarū quoqꝫ ſplendorē auferrent ab hoim credentium obtutibus. Sol chriſti eſt typus, luna eccleſię, ſtellę doctorū. Chriſtus ꝑ fidē lucet in cordibus credentiū, vt ad eius lumen videant: Eccleſia accipit lumen a ſolē, ⁊ virtutē bene operandi, ⁊ omnē gratiā in ſacramentis, qbus vtitur, a chriſto, q eſt caput ſupra oēm eccleſiā. Doctores ſplendorē emittunt in veritatis annunciatione. Et ij oēs in tertia parte obſcurati. Chriſtus, eccleſia, ⁊ doctores. Chriſtus in ſe non ꝑcutit, percuti tamē dicit, dū ſuę veritatis lux abſcondit, imo ⁊ ipſi⁹ cognitio obſcurat: qđ fit in malis ob vitia eoꝝ. Et eſt ſenſus. Claritas chriſti multo minus tum lucebit ob mendaciorū impuritatem, ꝙ prius, quū ſyncere crederent credentes. Nā claritas fidei veris chriſtianis in cordibus eorū lucet in virtute ſua, nube infidelitatis autem obductis nō exerit lumen ſuū ſplendore natiuo coruſcum: vnde neceſſe eſt ſequi defectū in eccleſia: ꝑpter qđ dicit, ⁊ tertia pars lunę percuſſa eſt. Percutit eccleſia dū in credentibus minuit, tanꝙ diminutionis mēbroꝝ vulnus acciperet. Stellarū quoqꝫ pars tertia percuti dicit, dū veritatis lux in doctoribus obtenebratur. Ergo quicquid de chriſti cognitione, ⁊ veritatis eius ſcientia minus fuit, in his, qui ſub quarta tuba erant, ꝑ tertiā partē ſolis. Et quotquot a ſyncero pietatis ſtudio defecere, in credentibus, ꝑ tertiā partē lunę. Ex doctoribus autē q a veritatis cōſtanti aſſertione ad ſua commenta ⁊ mendacia defluxere, ꝑ ſtellarū tertiā partē ſignificant: q hypocritarum vanitate corrupti, ⁊ ipſi facti hypocritę, dicentes ſe habere fidē in cognitione dei, factis aūt negantes. Alij intelligunt per ſolē pręlatos eccleſię, in primis autē q maximus eſt pontifex, q lucere debent inſtar ſolis verbo veritatis, ⁊ vitę radijs ꝯfulgentiſſimis, ad quos eſt ſermo dñi dicentis, Uos eſtis lux mundi. Hi in tertia parte ꝑcuſſi dicunt, ꝙ a prima claritate vitę ⁊ verbi dei annunciatione defecerint multi q in tertia parte computantur. Nā pauci ſunt, q ea quę dei ſunt quęrunt, ſed quę ſua. Per lunā congregationē ſubiectā fideliū intelligunt, quę eſt per pręlatos illuminãda: cuius etiā tertia pars obſcurata. Nā ex pręlatorū eccſiaſticorū ruina, ⁊ impia vita: inferiores iſti paſſi ſunt magnā diuinę illuſtrationis, ⁊ gratię diminutionem, ſplendorē priſtinę ſanctitatis in parte amittentes. Per ſtellas religioſos, ac inferiores

Angelus q̄rti tpis.

Solis, lunę ac ſtellaꝝ ſacramentum.

Chřs obſcurat in cordibus hominū.

Sol plati eccleſię.

Luna ſubiecta plebs

prędicatores capiunt, qbus ornaẜ eccleſia ſicut cœlum ſtellis, quorũ etiam tertiã partẽ obſcuritas inuoluit: ita vt hęc cor̃ pars non aliud ſit q̃ mera hypocriſis. Factũ qdẽ eſt hoc, vt poſt hereticos hypocritę quarti tp̄is cacodemonis aſtu operaq; ſubintrarent: cũ his tamen, quaſi datis inuicẽ manibus iunctim Mahumetani quoq; ex hereticis hypocritiſq; nati irrepſere, p quos tertia pars ſolis adeo eſt percuſſa, vt mirũ ſit q̃ multi fidẽ abnegarint ex credentibus, in quorum cordibus chriſtus ſol verus obſcuratus eſt, q oẽs in tertia parte computanẜ. Lunę quoq; tertia pars obſcurata, qa nimirũ eccleſia demolita eſt p iſtos in ea parte, quę a fide defecit: ſed ẽt iuxta hiſtoriã frequentibus bellor̃ deuaſtationibus, abductionibuſq; deſtructa. Stellarũ ẽt q̃ ſimile malũ oẽs comprehenderit doctos & indoctos, principes ac plebeios, eccleſiaſticos laicoſq;. ¶ Punc. 2.

*Stelle religioſi.*

Et diei non luceret pars tertia, & noctis ſimiliter.

Dies hoc loco p pſperitate capi non põt, nec nox p aduerſitate: ſed neq; ſm literã. ergo qd dies, & quid nox ſit videamus. Scimus qa in die lucet ſol, illuminaẜ enim dies a ſole: fecit inquit deus luminare maius vt pręeſſet diei Gen. 1. Et in Pſal. 135. legis, Fecit ſolem in poteſtatẽ diei: lunã & ſtellas in ptãtẽ noctis. Scimus & hoc qa ſolis typo chr̃s deſignatur. Ergo dies ſancti ſunt, iuſti, & innocui, timentes deum, quos illuminat chriſtus iuſticię ſol. Malac. 4. Deus enim lux eſt. 1. Joan. 1. de quibus Paulus loquiẜ di. Eratis aliquãdo tenebre, nũc autẽ lux in dñõ, vt filij lucis ambulate. Nox obſcura caligine inuoluiẜ, in qua principatũ tenet luna, quãuis etiã gẽmantia ſydera cũ ea pariter niteant: quę in ſuo myſterio pctõrẽ exhibet pœnitentẽ. Peccator enim ob pctõrũ dolorẽ veluti caligine quadã obuoluiẜ, quoties memoria pctõrũ oboriẜ, & ſic ad pœnitentiã cõpungiẜ: luna tamen, & ſydera nõnihil lucis nocti ſumminiſtrant: ſic eccleſię authoritas in ſacramentis, cũ ſctõrũ prędicationibus nõnihil in pctõribus efficit lucis. ex qbus patet, qa & viri pfecti, ſiue cõtẽplatiui, & etiã pœnitẽtes, in aliqua ſui portione ſub quarta tuba Eclypſim ſuſtinuiſſe indicantur, corrupti per hypocritas, inſanos hoies, noĩe ſolo chriſtianos, cęterũ autẽ corruptiſſimos, quos iam pridẽ euomuit ex ore ſuo chriſtus. Horũ vitã multi ex pijs abominantes, nolebant vlterius diuerſari cũ ipſis, ſed deſerta petentes ſoli habitabant: hi ſunt duę partes ſyncerę, videlicet, q in lectoribus auditoribuſq; cõputanẜ Juſti & penitentes: q aut legẽ dei ſic cuſtodiunt vt nõ tranſgrediantẜ: aut ſi tranſgrediuntur ad pœnitentiã cõuertunẜ. Per idẽ tempus floruere ſancti anachoretę, quor̃ princeps erat beatus Paulus Thebeus: q abſq; ſuperſtitione, cũ multa & incredibili carnis maceratione verbũ dei ſeruantes in ſolitudine, in ſpeleis fera ſolitarie viuebant, deoq; in feruore ſpiritus ſeruiebant. Uacabant hi ſctis orõnibus, & ſpũ patrẽ in occulto orabant, ſubinde memoria repetentes id qđ ſcriptura habet, Uacate, & videte, qm̃ ego ſum deus, Pſal. 45. Et rurſum, Guſtate & videte, qm̃

*Dies quid ſit & nox.*

*Anacorete quo tpe floruere.*

*Paul⁹ primus eremita.*

ſuauis eſt dñs,btũs vir q ſperat in eo. Pſal.33, Guſtabant ergo, ꝛ in experientia dulcedinis ſpũs eius dicebant, O ꝙ ſuauis ꝛ bonus eſt ſpũs tuus dñe. Sap.11. Et iterũ. Quã magna multitudo dulcedinis tuę, quã abſcondiſti timẽtibus te dñe. Pſal.30. Hoc eſt manna illud, guſtus videlicet ſpũs, qđ ſupra victori pollicetᷣ dñs cap.2. Quales erant, ij, de qbus ſermo habitus eſt, quorũ loca poſtmodũ a ſarracenis Mahumetanis occupata fuere, ipſis đ locis illis effugatis. Alijs per diẽ viri eccleſiaſtici intelliguntᷣ, vita ꝛ doctrina preclari: per noctẽ cõe vulgus, qđ ſine noticia ſcripturaꝝ eſt. Ignorantia enim quedam nox eſt: qbus opus eſt, vt ſtellę doctoꝝ niteant ſuis fulgoribus. Horũ tertiã partẽ obſcurandã fore hęc ſcriptura dicit ꝑ hęreticos. Nã omne qđ corrumpitᷣ a ſuo cõtrario corrumpitᷣ, duabus partibus in ſua ſynceritate permanentibus, quę legem dei cuſtodiunt in duobus preceptis charitatis diligentius. ¶ Punc. 3.

Et vidi: & audiui vocem vnius aquilæ volantis p medium cœli, & dicentis voce magna, Væh, Væh, Væh, habitantibus in terra.

Viſio hęc imaginaria fuit, vt ceterę: in qua idem ſunt videre ꝛ audire. Vidit ergo ꝛ audiuit, id eſt, intellexit. Gręca quędam exemplaria angelum habent, vetuſtiora aquilã: ſed nihil refert, dũmodo certo teneas, typũ eſſe vniuerſorũ decreti dei interpretũ, tã angelũ ꝙ aquilã, quorũ cœleſtis cõuerſatio eſt: ꝛ volant in oi ſolicitudine annunciantes decretũ dei in plebẽ. Triplicat autẽ, Vęh, aquila, ad exaggerandũ terrorẽ, clarioremq́ʒ mentis ſuę expreſſionẽ, conformans ſe cõſuetudini ꝓphetaꝝ, q inſtanti graui diſcrimine, ſępius eandem vocẽ repetere conſueuerunt, ſępe ꝑ id interni doloris vehementiã exprimentes: ſic Joel, ſic Jeremias, ſic Ezechiel. In Zacharia, O, bis repetitᷣ ad terrorẽ audientiũ, ꝓpter qđ ſępe voces eiuſmodi geminantᷣ. Eſt autẽ vęh nota maledictionis ſiue execrationis dei oĩpotentis, quaſi diceretᷣ. Maledictioni ꝛ execrationi ſunt oẽs obnoxij quicunq́ʒ relicto deo, ꝛ iuſticia eius viã pcti ſequuntᷣ. Placet Haymoni ꝑ tria vęh ęternã ſignificari dãnationẽ, quę manet habitantes in terra, hoc eſt, non cœleſtẽ, ſed terrenã conuerſationem ſequentes: hi ſunt pleni vicijs, ꝛ omni iniquinamento. Sed aliter ꝛ magis propinque ad rem accedamus. Nãq́ʒ tria hęc vęh, tria mala denunciant, quę execratiõe dei oĩpotentis ventura ſunt ſuper faciem terrę. Primũ horũ erit locuſtarũ execrabiliũ, vt pręclarius ſole patebit. Secũdũ ſolutionẽ quatuor angeloꝝ, a qbus occiſa eſt tertia pars hoim tribus plagis, igne, fumo, ꝛ ſulphure. Tertiũ reſpicit tempus illud, quo in extremis diebus poſt interitũ antichriſti, communis videlicet pacis tempore, inſanient Gog: ꝛ Magog. de quibus infra cap.20. ¶ Punc. 4.

Agla volãs pręđicator.

Vęh.

De cæteris vocibus triũ angelorũ, q erant tuba canturi.

Breuis iſte verſiculus titulus eſt ſequentiũ, vt palam eſt. Docuit anti

quus codex incerto authoꝛe.Jam enim quatuoꝛ angeli tuba cecinerant,reſtabat vt alij quoqꝫ tres canerent,cantuqꝫ ſuo aperirent quid myſterij per eos ſignificari velit deus.Etenim operepꝛęciũ erat vt hi manifeſtarent dei voluntatẽ,alioqui negligentię arguerent,⁊ punirent,ob creditũ miniſteriũ.Uęb(inqt apl's)mihi ſi nõ euãgelizauero 1.Coꝛ.9.et Eſa.6.Uęb mihi qa tacui.Jtẽ eiuſdẽ.50.Clama ne ceſſes.

Pꝛędicãdi miniſteriũ impigre agenduꝫ.

# CAPVT. IX.

## DE QVINTO ANGELO TVBICINE. SEC. 1. PVN. 1.

ET quintus angelus tuba cecinit:Et vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram.

Stella cadens ſatã lucifer.

Eoꝛũ q ſub apertione quinti ſigilli, veritatẽ conſtanter aſſerunt,angelus iſte typus eſt:ſtella autẽ e celo lapſa diabolus : cui inſultans ꝓpheta ait, Quomodo cecidiſti lucifer Eſa.14.Quo in loco id compꝛimis obſeruandũ fuerit,qa dicit,vidi ſtellã de celo cecidiſſe in terram:non enim dicit,vidi cadere,ſed cecidiſſe:dudũ enim ceciderat:ante quatuoꝛ millia annorum,vt ſupputant.Quando cecidit nullus hoim vidit,pꝛęter illuꝫ,q in euangelio dicit,Uidebã ſatanã ſicut fulgur de cœlo cadentẽ.ſed neqꝫ is tum hõ erat,quando videbat,deus autẽ erat,qa ante ſecula erat deus.Recte ergo ait,Uidi cecidiſſe,⁊ nõ cadere.Auſculta,Jn cœlo lucifer erat,cœleſtis non erat:neqꝫ enim dilectione in deũ tendebat,quã potius ad ſe retoꝛquebat:diligebat eni magis ſe ꝙ deũ , in quo nõ erat,⁊ ideo in cęlo cœleſtis nõ erat.Nã ⁊ ſe deo ęquari volebat,intolerabili ſatis ambitu honoꝛis,vt ẽt ſi deus contrariũ vellet, tentaret tamẽ:nõ recte ſecũ reputans , nec adeo aduertens ſupꝛemi illius numinis maieſtatẽ,qui ſolus humiliat ⁊ ſublimat,deducit ad inferos,⁊ reducit , donec lapſu fecit periculum : multoꝛum ſane eruditione,nõ plus ſapere ꝙ opoꝛtet ſapere,ſapere autẽ ad ſobꝛietatem, nec appetere qđ aut ſupꝛa ſe ſit:aut contra dei voluntatẽ.O ꝙ pꝛęſtitiſſet lucifero in harena(vt dicitur)conſilium capere,vt non deo ſe ęquaſſet,cui nihil eſt ęquabile.

Jn celo celeſtis non erat lucifer.

¶ Punc. 2.

Et data eſt illi clauis putei abyſſi:& apuit puteũ abyſſi:

Quid aliud hoc loci ꝑ puteũ abyſſi , niſi iniquoꝛũ coꝛda ſignantur? quę ⁊ erroꝛũ tenebꝛis plena ſunt atqꝫ ideo obſcura:ſicut ſcriptum eſt, Tenebꝛę autẽ erant ſuꝑ faciẽ abyſſi,Geñ.1.⁊ immenſitatibus nequitiarũ referta,quaſi qbuſdã fluctuum voluminibus quę modo in ſeſe colligant:modo diffundant:modo collidant.hęc abyſſus ſapien-

Abyſſus putei iniquoꝛum coꝛda.

tiam dei patris nō agnoſcit,ſicut ſcriptū eſt.Abyſſus dicit,non eſt in
me.Job. 28.In hac abyſſo antiquus hoſtis toto tp̄e vitę pręſentis ca
tenis in myſterio religatus tenet, ꝛ reuera tenet vt nō quantū velit
ꝑ eōs pijs noceat,ſed in eis ipſis intabeſcat.De hac abyſſo in nouiſ
ſimis illis temporibus beſtia aſcendere ꝓhibet,cuius noīe ipſum dia
bolū nouimus deſignari.Aliter(vt alijs placet)ꝑ puteū abyſſi poſ
ſunt intelligi ipſi prędicatores errorū,ꝑ quos ſatanas iniquitatis ſuę
venena diffundit.Si enim os abyſſi puteus eſt:recte illi deſignantur
ꝑ puteū,q̄ falſa docere probantur, quorū aquę dogmata falſa ſunt.
Porro qd clauis eſt,niſi ptās, qua valeat id malignus ille efficere,
qđ deſtinauit in corde.Nec ab alio datā putandū q̄ ab ipſo deo, ſic
vt permitteret talia exerceri:certū enim eſt,niſi vellet nullo vnq̄ mō
fierent aliqua.Sed iam propinquius ad rē accedētes videamus,qd
iuxta articulū tēporis ſtella iſta ſit,cui data eſt clauis putei abyſſi.ne- *Stella cadens here-*
ceſſe eſt enim intelligere per eā vnū ex eccleſię doctoribus,quos intel *ſiarcha.*
ligi vult Daniel per ſtellas,Qui(inquiens)erudiunt multos, quaſi
ſtellę ſunt cap.12.Ergo hereſiarcha qnti tp̄is hęc ſtella eſt, qcunq̄
ille ſit magni tamen antichriſti aduentū precurrens:q merito de cœ-
lo cecidiſſe perhibet,qa ab eccleſia vltro receſſiſſe probat.hoc eſt enī
de cœlo cadere,qđ ab eccleſia recedere,ꝛ iugum obedientię depone-
re:ſacris eiuſdē decretis reclamare:qbus hic apoſtata reclamat ſem
per.Cecidit aūt in terrā.Quid eſt in terrā cadere,niſi terrenū fieri,ter *Cadere in terram.*
rena curare,carnis voluptatē ſequi, nihil legi ſpūs ſubiectū eſſe, ac
ſic cęteros docere:libertatem chriſtianā in licentiā carnis vertere, qđ
chriſtus nō docuit,q tibi nuſq̄ nō occurrit a paſſione glorioſus,ante
paſſionē in laboribus plurimis ꝛ ęrūnis.Hic igit nō ſine eo,quē an-
gelū deſcripſimus e ſublimi ꝓlapſum,accepta claue,hoc eſt ptāte for
ti,aperit impij erroris ꝓfunditatē:q ꝛ puteus eſt ꝛ profundus.In pu-
teo aqua eſt,in abyſſo ꝓfunditas cū cœcitate.Hœretici nāq̄ ꝑ appa-
rentē fictamq̄ ſctitatē,ꝑ eloquentię nitorē,ꝑ naturalis philoſophię
acumen,ꝑ ſcripturarū ſacrarū ꝓfunditatē,mendaciorū ſuorū abdūt
cōmenta ſępe tanta obſcuritate, vt linceis oculis opus eſſe illi dixe-
ris,quicunq̄ velit diſcernere.Ducunt ab imo aquas,fundunt ſed me
ra mendacia,quę carent fundamento.nullū enim eſt mendacijs fun
damentū.Veritas habet fundamentū,qa ſuper petrā fundata eſt: vt
firma ſit.nō q̄ interim vera quoq̄ nō intermiſceant,ſed qa menda-
cijs innitunt, corpuſq̄ vnū ex his conficiunt veritate vacui inueni-
unt,quā alias parū attendūt,magis aūt errorē ſuū,quē ꝑſuadere ni-
tunt.Dicere poſſumus ꝛ ipſum hęreticorū gymnaſiū puteū abyſſi,qđ *Puteus abyſſi gy-*
aperit malignitatis author ꝑ illū,quē ſuſcitauerit in operationē erro *mnaſium*
ris maledicti.Nāq̄ neceſſe eſt vt veniant ſcandala.ſed vęh hoi illi, *hereticoꝝ,*
per quē ſcandalū venit.Matth.19.Nemini aūt videat abſurdū, qa
diximus a deo datā eſſe clauē,in operationē erroris mali.Nā ꝛ ſan-
ctum Job vt affligeret ſatan ab ipſo deo accepit ptātē:nec proinde au
thor mali aut ſola voluntate ipſe deus cōuincit,q eſt ſumme bonus,

ſumme ſapiens: ⁊ ſumma bonitate, ⁊ ſumma ſapientia agit, quicqđ agit, vt calūniari nequeas. Nōne Pilatus audit ab eo, Non haberes ptātē aduerſum me vllā, niſi tibi datū eēt deſup. Joā. 19. ¶ Pun. 3.

Et aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol: & aer de fumo putei.

Fum⁹ doctrina hereticorum. Quā acerba ſit doctrina hereticorū apta metaphora explicat, eo q̄ fumo exequet. Fumus in primis grauis odore eſt, acerbus vſq; ad lachrymas oculos pſtringens, ſpiraculūq; vitę impediens: amarus guſtu, iugulo noxius: obeſt ⁊ inteſtinis, maxime vero pregnantibus, vt ⁊ fœtū quandoq; vtero ſoleat prefocare: ſepenumero vſq; ad punctionē ipſum cor perurgit: officit nōnihil ⁊ capiti, vt nihil ſit vitaliū, qđ nō perturbet: nihil tam ſyncerū, tā candidū, qđ nō tetra fuligine inficiat: vt recte p ipſum corruptū ac peſtilens hereticorū dogma capiat: qđ primū fidei lumine priuat mentē, nę recta acie ceterū cernat. Deinde conſcientiā perturbat: priuat autē vitali gratię ſpiraculo, ſimulq; oīa interiora inficit ac corrūpit, ad extremuſ luctū perurgens hoiem. Porro, nō modicus eſſe videbat fumus hic, craſſo ac lōgo volumine ſeſe puoluens: par erat fumo fornacis magnę, hoc eſt, perſequutioni Antichriſti: oſtendens p id, quāti tpis pſequutionē triſtiorē fore oībus, q̄ vnq̄ antea fuere: nā ⁊ ſolē ⁊ aerē obſcuratura eſt. Per ſolē ſępe diximus chriſtū figurari. Per aerē qđ aliud intelligimus q̄ viros illuminatos, p quos datur alijs conſpicari, pinde ac p mediū aerē ex pſentia ſolis illuminatū. Oīs enim ſapientia a dño deo eſt. Eccl. 1. Ergo p eū viri docti illuminant, p quos licet nobis pſpicere. Quomō autē iſte ſol chriſtus deus noſter obſcuret iā dictū eſt: Nō in ſe, ſed in eis, q in intelligentia ſapientię eius minuunt, vt nō teneant verā fidē, nec fidei eius regulas. Scriptū eſt enim qa orit ſol, ⁊ occidit, Eccle. 1. orit pijs, occidit impijs: ſed in ſe pleno fulgore ſemp idē pmanet. Fumoſa doctrina hereticorū efficit, vt quorundā in cordibus obſcuret chriſtus. In qđ tpe paſſionis eiuſdē dñi nři Jeſu chriſti ſol obſcuratus eſt, qa obſcuratus erat in oībus credentibus ⁊ in ſuis diſcipulis, vt nō crederent. In Judeis autē vſq; modo: obſcuratus ⁊ in hereticis ſimiliter. Proinde obſcuratus eſt (inquit) ſol de fumo putei. id eſt, de doctrina falſitatū, mendaciorūq;, quę pfunda ſunt ſicut puteus. Uidemus q̄ multos doctos ab hoc fumo obſcuratos, vt non opus ſit in re aperta longius imorari. Et eſt ſenſus. Prenuncia magnę fornacis, hoc eſt, vltimę pſequutionis Antichriſti, heretica quędā feruebit inſania: ⁊ chriſtū in cordibus deuotoꝝ, et ēt viros illuminatos in ſemetipſis obſcurabit. Pōt ⁊ ſcriptura ſacra aer eſſe, per quā licet nobis pſpicere, tanq̄ p mediū aerē illuminatū a ſole: hanc ſuis ſenſib⁹ deprauāt heretici, vt nō facile p id liceat pſpicere. hoc eſt ergo fumus putei, qđ ſenſus erroneus ⁊ doctrina hereticoꝝ, e cordibus coꝝ magnis voluminibus, velut fumus fornacis magnę prouolutus. vt ſint velut Etna Sicula corda hereticorum: de qua Uergiliana extant

Fumi nocentia.

Aer ſcriptura ſacra.

carmina in.3.Aeneid.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla.
Attollitq; globos flammarum, & ſydera lambit.
Interdum ſcopulos, auulſaq; viſcera montis
Erigit eructans, liquefactaq; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq; exæſtuat imo. ¶ Pun. 4.

Et de fumo putei exierunt locuſtæ in terram.

Sicut in corpore myſtico chriſti ſunt membra de membro: ſic & membra diaconũ ſibi inuicẽ ſunt coherentia, vt alia naſcãt ex alijs, quę hic locuſtarũ nomine deſcribunt. Certe hęretici hęreſiarcharũ filij, ſiue diſcipuli, ad modũ locuſtarũ multi ſunt nimis, in hoc nati vt terrena hoĩm corda decipiant, q̃ bene locuſtis comparant. Ut enim locuſtę neq; rectos greſſus habent, vt quędã aĩalia, neq; continuũ volatũ vt aues: ſic hoĩes probri ij in diuerſum ambulant, ſaltantes paſſim, & in gyrum ſeſe reflectentes: ſicut ſcriptũ eſt, In circuitu impij ambulant. ꝙ neq; fide recta ſint neq; intentione: & q̃uis interim alis ſeſe a t̃ra ſubleuẽt, vt cœleſtia cũ ſctis petere videant, vẽtris tñ grauitate depr̃ſſi relabunt in t̃rã, nihil vltra corpis vires vrgere valentes q̃ patiat eoꝝ nã. Nõ diffiteor q̃n faciãt nõnũq̃ pia hęretici, ſed impie, ꝙ nõ ſimpliciter faciãt, nec intentiõe recta, vt nec lucida ſint eoꝝ opera: de q̃bus ait ap̃lus, Speciẽ q̃dẽ pietatis habentes, virtutẽ autem eius abnegantes. 2. Timo. 3. Item. Hoc autem ſcito q̃a in nouiſſimis diebus inſtabunt periculoſa tp̃a: & erunt hoĩes ſe amantes, cupidi', elati, blaſphemi. Et cap. ſeq. Spiritus inquit, manifeſte dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidã a fide, attendentes ſpiritib⁹ erroris, & doctrinis demonioꝝ in hypocriſi loquentes mendacium, cauteriatã habentes ſuã conſcientiã. Meminit de eiſdem & Petrus in ſecunda ep̃la cap. 2. di. Erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & multi ſequentur eoꝝ luxurias. Tales peſtes hic fumus progignit: tales fert locuſtas, ventre ipſo ꝓportione maiores, fędas, abominabiles, ſpecioſa campi eccleſię depaſcentes, oreq; ſanioſo cuncta polluentes, ferro & igni delendas: eo ꝙ non ſint, niſi fumus amari, excœcantes, atq; in extremam perniciẽ trahentes, vt lugeant ſemper decepti pariter cum illis. ¶ Punc. 5.

Locuſtę heretici.

Hereticoꝝ mos.

Et data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ.

Quo per incrementa tp̃m incõmodi hi ꝓficiant hoĩes, pulchris admodũ cõuenientibuſq; indicat tropis: vt primum ſimpliciter locuſtę ſint, poſtea vero auctis virtutibus quaſi parũ ſit eos locuſtas appellaſſe, titulo dignant & ſcorpionũ. Et data eſt, inquit, illis ptãs ſicut habent ptãtẽ ſcorpiones terrę. Nouimus ſcorpiones vermes potius q̃ aĩalia eẽ, cauda ſpiculato acumine noxioq; recurua, q̃ ex eo a Gr-

Scorpiones heretici.

Scorpio vñ dicat.

cis hoc vocabulo dicunt, ꝙ cauda figant, ⁊ arcuato vulnere venena
diffundant. In facie quidē blandi ſcorpiones ſunt, ⁊ in cauda leta-
Conſuetudo hereticorũ in docendo. les: innocuos ſe ore ſimulant, vt incautos cauda occidant. Ita here-
tici quoq; blandi ſunt in facie, ſed in poſterioribus venena ſeruant:
metunt nãq; ſuos auditores in exordio loquutionis offendere, ne ſi
vigilanter attendant, deceptionis laqueos deprehendant. Aſpectu
ergo velut innocui ſunt, mortiferi caudę punctione: vt bene ſcorpio-
nes ſint, imo abſq; cõpoſito vniuerſis terrę ſcorpionibus nocẽtiores.
Quo nomine dignat deus ⁊ filios iſrael Ezech. 2. ꝓphetę veluti ami-
co loquens, Et cũ ſcorpionibus (inquit) habitas. maligni enim erãt,
increduli, ⁊ ſubuerſores. Quibus nominibus ibidē notant contume-
lioſi, ideo ⁊ domus exaſperans dicunt. Sed ꝗ magis verſores, exaſpe-
ranteſq;, ꝙ̃ heretici: ij adulant in tempus, vt incautã, nihilq; mali
ſuſpicantē ſubuertant plebeculã. Nimis crudelis eſt eorũ punctio: nã
ſempiterna perditio, morbus inſanabilis, nunꝙ̃ reuiuificanda mors.
Talis ptãs eis eſt conceſſa, ⁊ lędent aĩas ſine fine ⁊ modo, caudarũ
aculeis ferientes, id eſt, ꝑ dulcia blandimenta venenũ erroris ſui dif-
fundentes, ac intra ſinus miſerę ꝯſcientię occultãtes. ¶ Punc. 6.

**Et præceptum eſt illis, ne læderent fœnum terræ: neq; omne viride: neq; omnem arborem: niſi tantum homines, qui non habent ſignum dei in frontibus ſuis.**

Perſpicuũ eſt, nõ ꝑ proprietatē, ſed ꝑ ſimilitudinē locuſtas ex amaro
fumo putei Abyſſi ꝓſiliẽtes debere intelligi, dũ qđ locuſtaꝝ eſt facere
hoc illis interdicit. Locuſtarũ nãq; eſt fenũ terre lędere, depaſci viren-
tia, teneros quoq; arborũ ramuſculos abrodere. Exod. 10. ſcriptũ eſt,
ꝙ ēt poma deuoraſſent, nihilq; omnino virens relictũ eſſet in lignis
⁊ in herbis terrę in cuncta ęgypto ab eis. Magnũ ſacramentũ non
permitti lędi fenũ terrę, neq; oē viride: neq; omnē arborē, ſed tñ ho-
mines fide diminutos, ſeductos doctrinis eoꝝ, ꝗ nõ habent ſignum
dei in frontibus ſuis. id eſt, nõ demonſtrant fidē in operibus. Supe-
rius dictũ eſt, ꝙ omne viride fenũ combuſtũ ſit: nõ põt hic in malam
Dominus tria genera ſaluandorum. partē capi: ergo ꝑ fenũ, ⁊ viride, ⁊ arborē, tria genera hoim debem⁹
intelligere, videlicet incipientiũ, proficientiũ, ⁊ perfectoꝝ, prout emun-
ctioris ſcientię viri tradidere. Sũt enim in eccleſia dei infirmi ⁊ quaſi
lactentes adhuc, ꝗ nõ poſſunt capere ſolidũ cibũ, ꝗbus Apſtus ait,
Non potui vobis loqui quaſi ſpũalibus, ſed quaſi carnalibus: tanꝙ̃
paruulis in chriſto lac potũ dedi vobis non eſcam. 1. Cor. 3. Sunt ⁊
ꝓficientes, ꝗ ſolidiora etiã dogmata capere poſſunt: ſeq; exercere for-
titer in pœnitentię opibus. Sunt deniq; perfecti, ꝗ eluctatis vitijs,
tentationibuſq; carnis: mundi, ⁊ demonis vaſicijs ſuperatis florēt
virtutibus, ſtant inconcuſſi: dei ſacramenta in ſcripturis penetrant,
magnalia meditant, faciunt mirabilia, derident quaſi ab alto inſul-
tus tentationũ: nõ diebus nõ noctibus ceſſant meditari in lege dñi.
Quid moror? ſunt quaſi lignũ pomiferũ qđ plantatũ eſt ſecus decur-

ſus

ſus aquarũ,qđ fructũ ſuũ dabit in tp̃e ſuo. Qui eiuſmodi ſunt,beati. Primi ſunt velut fœnũ terrę,teneri,⁊ parũ a terra eleuati,id eſt,a ſenſu carnis,ſpecioſi tñ,carnẽ ſpũali vita contegentes:ne in eis q̃d carnale appareat,niſi ꝙ teneri ſunt,nec multum a carne ſeiugati: vnde fit,vt nec tanta patiantᷓ,quanta ſpũ robuſti. Secundi per viride deſignantᷓ,ꝙ ꝓficiant virtutibus:primeua teneritudine in ſe iam ſolidata. In viridi oẽ pulchrũ eſt,haud parũ delectans viſum:ſic ⁊ in proficientibus cõmendamus aſſuetas virtutes,ſenſuum robur,⁊ patientis animi modeſtiam. Tertij,hoc eſt,perfecti, in modũ arboris altę defixis radicibus manent imon:fructificant,proſunt alijs, ſuſtentãt imbecilles,⁊ oẽ qđ bonũ eſt faciunt:q̃bus non nocebunt, locuſtę hę infames,eo ꝙ electi ſunt,⁊ dñs ꝓtegit illos,⁊ ſeruat ab his locuſtis. Haymo ſeparat ⁊ in his tertiã pereuntiũ partẽ, q̃bus nocebunt. Homines vero ſignũ dei in frontibus nõ habentes ſunt q̃ fidẽ in operibus nõ exhibent. Nãq; hoc eſt ſignũ dei in frontibus habere qđ fidẽ in opere demõſtrare. Et veritatis charitatẽ, nõ recipere, De quibus Paulus dicit, Mittet illis deus ſpiritũ erroris,vt credant mendacio, eo ꝙ veritatis charitatẽ,nõ receperunt.⁊ ij ſunt decepti hoies miſerrimi ꝑ has locuſtas,hereticos ꝑuerſos,attendentes ſpiritibus erroris, ⁊ doctrinis demonioꝝ,loquentiũ mendaciũ,⁊ cauteriatã habentiũ conſcientiã.1.Tim.4.q̃ ſẽꝑ leduntᷓ ⁊ cruciantᷓ in eoꝝ conſcientijs. Niſi eſſent noſtri tp̃is garruli hoies molliculi ⁊ belluli hi, q̃ fatentᷓ ſe noſſe deũ factis aũt negant:ſufficere ſibi dicentes in corde credere: nec oſtendentes opera fidei,ſcãdala grauiſſima humani generis : hi ſunt q̃ ſemꝑ leduntᷓ,nec occiduntᷓ penitus,ꝙ fidẽ nõ abiurẽt,imo cõfiteantᷓ,ſine tamen op̃ibus,id eſt,in conſpectu hoim non ſunt velut ethnici,q̃ fidẽ nõ habent,ſed velut ex fide viuentes : interne tamen ſine cruciatu nõ ſunt. Hinc habes ꝙ neq; ipſe diabolus cũ vniuerſis ſuis locuſtis:vere credentibus,ac perfectis vita nocere poſſit. Habes iterũ,ꝙ quicquid mali a locuſtis his accidit,eſt aut a fidei, charitatiſq; defectu,aut ab eius diminutione. Habes itẽ quia ꝙ locuſtę vere credentibus non officiunt,nõ eſt preciſe a ſe,ſed ab eo q̃ eos coercet reprimitq;,ne illis noceant. Habes inſuꝑ ſignũ dei fidẽ eſſe: quę in frontibus ſic eſſe debet,ꝙ ſit in opere manifeſte oſtendenda. Quod enim in fronte eſt, palam eſt, eo ꝙ frons ſuperior ſemperq; detecta pars corporis ſit. Deniq; habes ⁊ id:quia locuſtę nemini poſſunt nocere,niſi q̃bus,⁊ quantũ deus permiſerit : q̃ permittit periclitari fide carentes,aut diminutos. Sic Petrum ambulantem ſuper aquas pene mergi permiſit:vnde mox increpans illũ,dixit. Modicę fidei quare dubitaſti? Matth.14.

Hoies ſignum dei nõ hñtes.

Fides ſignum dei.

¶ Punc. 7.

Et dictum eſt illis,ne occiderent eos : ſed vt cruciarentur menſibus quinq;. Et cruciatus eorum vt cruciatus ſcorpij,quum percutit hominem.

Locus in quęſtionẽ multiplicẽ venit. Si enim hi q̃ ſignũ dei nõ ha-

bent in frontibus ſuis,reprobi ſunt:quomō ab eorū interfectione lo-
cuſtę phibent? Aut nunqd in eo quo nocent,nō occidunt? An forte
viuere pbant,q ſignū dei viui nō habent? Quapropter ſciendū no-
bis eſt,qa ad ſuperiorē ſententiā,qd hic dicit,refert,qua lędere fęnū
terrę,oēq3 viride,vel oēm arborē,qbus electi deſignati ſunt, prohi-
bent. Ac ſi dicat,diuina virtus refrenat illos,ne his noceant , q ſiue
inchoantes ſint:ſiue pficientes:ſiue pfecti,electi autē:q ſub manu dei
Iuſtis ad- ſeruant,et ſi ad carnē pſequant interim,occidātur ue.Sed vt tantum
eſt tribula modo cruciarent menſibus qnq3. Hic aperte demonſtrat,quia iuſtis
tio ſemp. nunq̄ deeſt tribulatio,id eſt,nunq̄ ſic deeſt,vt aliquando non recur
rat. Per menſes enim qnq3 oē tempus vitę pręſentis deſignatur , in
quo quinq3 ſenſibus vtimur:vel potius ad quinq3 ętates menſes ijdē
referunt,qbus vita pręſens decurrit:quę ſunt Infantia,pueritia,ado
leſcentia,iuuentus,ꝛ ſenecta. Quare aūt in menſibus magis q̄3 in an
nis ętates deſcribant,cauſa in promptu eſt:qa videlicet in mēſibus
lunę creſcentis ac decreſcentis mutatio ſit,vt intelligamus vitā hanc
continuis mutationibus eſſe obnoxiam,in qua varietate frequenti ca
ſus accedunt ac recedunt:vt nō ſemp continuis decurſibus adſit vel
tribulatio vel tranquillitas:quatinus intelligeres illos q dudū men
dacio hęreticorū fuerant ſeducti fideq3 iminuti , poſtmodū gratuita
dei clementia poſſe fide firmari,vt reuerſi recipiant veritatē:de quoꝝ
pfecto numero intantū pleriq3 ad defendendā veritatē fortiſſimi eua
dunt,inquantū puicaciſſimi ad tuendū aliquādo mendaciū fuerūt:
quēadmodū in Apl'o ſctō effectū eſt,q antea pertinaciſſime ecclīam
perſequebat,hanc poſtmodū vſq3 ad ſanguinē defendit:ꝛ intantum
durius afflictus,inquantū vehementius chriſtū ꝛ ecclīā eſt pſecutus:
vt ex hoc vno ſatis locus pateat. Bene aūt eiuſmodi peſtes,in crucia
tibus eoꝝ actiuis,ſcorpijs aſſimilant:quippe q in cauda gerant ve-
nena in facie blandicias. Sed maxime quo intelligeres cruciatū eſſe
acerbiſſimū,cuiuſmodi ſunt oēs adulatores pnicioſi , occulti hoſtes,
apertis longe grauiores:vt meliora ſint vulnera diligentis,q̄3 frau-
dulenta oſcula odientis. Prouer.27. Secat enim ille vt ſanet:hic , vt
perimat,oſculat,Iudę pſimilis,qui oſculo tradidit dn̄m : ſed vęh
duplici corde hoibus. Eccl.2. Et q ſophiſtice loquit odibilis eſt,ca.37.
in eodē. Sed quo dicit,ꝙ eos q ſignū dei non habent cruciarent.ꝛc̄.
Aut qs iſte cruciatus eſt:nēpe funeſtę eorū doctrine,quę mergunt in
interitū:vt bene ſcorpij cruciatibus cōparet cruciatus coꝝ q in cauda
habet venenū,quo cruciet in mortē inſanabiliter quem pungit. Vſq3
ad mortē ergo cruciatus durat hereticorum in eis quos decipiunt:ni
ſi dei gratia reſipiſcant. ¶ Punc. a.

Et in diebus illis quærent homines mortem,& nō inue
nient eam:cupient mori,& fugiet mors ab eis.

Electio
mortē quę Quid eſt homines querere mortē ꝛ nō inuenire,niſi ſecreta conuerſa
rere qd ſit tione deo inherere cupere? Cū enim nōnulli ſctōrū,vel prauis hęre-

ricoꝝ dogmatibus: vel huius ſeculi impijs ꝑtātibus, hincinde agitan
tur: remotā ⁊ quietā ducere vitā mundo mortui concupiſcunt, ſed nō
valent: qa eos, aut regiminis inſolubile vinculū adſtringit: aut infe-
rioris gradus honor iniunctus cohibet: atqꝫ inter hęc mortificatio-
nē ſui indeſinenter quęrunt, ſed quęrentes nō inueniunt: quia eis in
vſum glorię tēporalis etiā dignitas ſeruit, dū hac veritatē defendūt:
licet qđ in hac vita deſyderant non habeant. Fit enim mira diuinę
pietatis diſpoſitione, vt inde perfectius ęternā vitā acquirant, vnde ꝓ
defendenda veritate ad tolerandos exteriores honores ſemetipſos
inclinant: ⁊ inde apud deū pleniorē intus mortificationē inueniant,
vnde foris oneroſam tēporalis glorię vitā tolerant. Nonnunqꝫ enim
viri ſcti vnde deſyderioꝝ ſuorū detrimenta tolerant, inde maiora lu-
cra ex aliorū prouentu reportant. Quia dū eis vacare vt appetunt,
nō licet: rapere ſecū alios qbus admiſcent licet. Quid nāqꝫ inter lu-
pos grex relictus ageret, ſi paſtores ſecreta cōuerſatione e mundo mi-
grarent? Quid lactentes paruuli facerent, ſi patres vt cupiunt mor-
tē inuenirent? Quęrent ergo hoīes ſub quinta tuba mortē, ⁊ fugiet
mors cōcupita ab eis. Poteſt ⁊ ſimpliciter intelligi. vt tunc boni qqꝫ
exhorrentes tantā abominationē, quantā ab improbis paſſim fieri Electis ſe-
vident, nec vltra dei iniuriā ferre valentes, cupiant ſubito eripi e vita, pe negat
nec tamē valent deo aliter diſponente. Nouit enim deus qđ cuiqꝫ cō mors.
ueniat: ⁊ quando: ⁊ quo vſu, tū ſuo, tum ēt aliorū. ⁊ ideo ſanctis ple-
runqꝫ expetitā negat mortē: negat ⁊ genus mortis. Sic olim Moyſes
ille mitiſſimus mortaliū cupiebat mori, ſibiqꝫ eā imprecabat dicens,
Obſecro dñe: vt interficias me: ⁊ inueniā gratiā in oculis tuis, ne tan
tis afficiar malis. Nu. 2. Sic ⁊ Elias ꝓpheta petiuit aię ſuę vt more-
ret. 3. Reg. 19. Hęc etſi vera ſint, ⁊ ꝓſetē dicta: mihi tamē magis face
re videt ad enucleationē loci huius viſio. D. Vincentij de Valentia
ordinis. s. Dñici, legat q volet: fecit enim ſpecialē libellū de eadem,
magna fide conteſtans tanquā alter Paulus apľs ſe ante quatuorde
cim annos mirabilia dei vidiſſe: vbi dicit, ꝙ exurrecturus eēt contra
papā Romanū quidā Antichriſtus, nō ille magnus, ſed preambulo Antichriſtus
eius, quē mixtū appellat Antichriſtū: eo ꝙ fidē ſacroſanctā minime mixtus.
abnegaturus ſit ꝓpalā, tamē contra ecclīa Romanā, ⁊ eius ſacroſctā
inſtituta multa moliret, faceretqꝫ in effectu. Cui⁹ factionē vſqꝫ adeo
inualeſcere dicit, vt concitatis ꝑmixtiſqꝫ oībus, plurimi mori potius
cupiant qꝫ viuere. ⁊ qa id nō dabit, neqꝫ enim gladio pugnabit ſed
verbo: e medijs eiuſmodi blaſphemijs ſe proripiant, ⁊ in locis deſer
tis abdant, quo monſtrū hoc nō exiet: placebit enim ei magis in ciui
tatibus inqꝫ hominū frequentia viuere, qꝫ foris, q ipſum audient. In
cipiet tribulatio hęc a ſanctuario dei, ꝓpter malā vitā eccleſiaſticorū
iuxta illud, Tempus eſt vt incipiat iudiciū a domo dei. 1. Pet. 4. Tūc
religiones oēs turbabunt: ⁊ nemo erit exors tribulationis: q ad tan-
tā deuenient anguſtiā, vt mutato habitu, coronaqꝫ capillorū abraſa,
ſimiliter cū vulgo obambulent, ſic ⁊ alij eccleſiaſti erunt. Confuſio

náqȝ rerũ ordinibus nullus taliũ virorũ ſeſe pdere promonſtrareqȝ audebit, qs aut qualis ſit. Tũc ceremonię quoqȝ eccleſiaſticę oẽs ceſſabunt, nec aliqd erit inconfuſum intactũ: Miſſarũ ẽt aperta celebratio nõ erit: tamẽ deuotiſſimi qdã ſacerdotes velut lilia roſeqȝ inter ſpinas, ꝛ velut gemme inter cetera rudera, volentes ſatiſfacere ſuę deuotioni, in ſpecubus ſubterraneis aut antris petrarũ ſeſe colligent, ꝛ ſic diuina peragent, vt nõ deficiat iuge ſacrificiũ hoc ab eccl'a, cuius vigore ſeruant vniuerſi. Quibus peractis, cito paramẽta iterũ cõplicabunt ꝛ abſcondent, vt nõ deprehendant. Quis tunc (oro) velit viuere? Quis nõ preoptare mortẽ? Quęrent ergo tũc ipis hoies mortẽ ꝛ nõ inuenient: cupient mori, ꝛ mors fugiet ab eis. ℭ Punc. 9.

Et ſimilitudines locuſtarũ ſimiles equis paratis in prælium: & ſuper capita earum tanquã coronæ ſimiles auro: & facies earũ tanquã facies hominũ: & habebant capillos ſicut capillos mulierum: & dentes earum quaſi leonũ erant: & habebãt loricas ſicut loricas ferreas: & vox alarũ earũ ſicut vox curruũ equorũ multorũ currẽtium ad bellum: & habebant caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis earum: & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinqȝ.

Heretici locuſtę vẽtricolę. Totus hic apparatus, tum multus, tum varius, mores exprimit hęreticorũ, ſub qbus querẽt hoies mortẽ, ꝛ nõ inuenient ꝛc. qui primũ locuſtę ſunt, deinde ſcorpiones, equi quoqȝ. Qua ratione locuſtę dicantur vtpote ventroſa abominabiliaqȝ animalia, diximus, quę ventri in primis indulgent, ꝛ ob id ſpecioſa queqȝ virentiũ depaſcuntur, ꝛ ore polluũt, illuuiem ventris ore vomentes: nõnunq̃ alis intentiſqȝ cruribus ſubuolare nitunt, ſed ventris onere depreſſi cadunt, vt non alites ppetuo fiant. Hę, dico locuſtę, diſtortis greſſibus ſaltibuſqȝ in terra gradiunt. In ſũma fœda ſunt aialia locuſtę, ſaniẽ crapulę ore de ventre vomentes: ꝛ qs nõ abominet eas? qbus nihil deniqȝ verius propriuſqȝ hęreticis cõuenit, q nihil intactũ relinquunt, ventri indulgent, comedunt, vorant abſqȝ ciborũ delectu, abſqȝ ſtatorũ dierum religione: ꝛ miru interim q̃ ſibi hę peſtes placeant, q cultũ dei fidei predicatione in primis ſimulãt, ꝛ in hoc volare ſupra oẽs videri cupiunt, aliteſqȝ eſſe ac mere ſpirituales: ſed relapſi in terrã ſubinde cadunt, vt nõ cœlũ eis in voto ſit: magis aũt terra ipſa, ꝛ quę in terris ſunt, honor, ꝛ diuitiarũ magnitudo. Caſus ergo eos arguit nõ eſſe niſi fictos vanoſqȝ ſanctulos, magiſqȝ deceptores hęreticos, qui nec recta incedant parũ probi, parũqȝ modeſti. Diximus cur ſcorpiones appellent: vtpote quia blandi in faciem ſunt, ꝛ cauda arcuato vulnere cõficiũt. Nũc qua rõne equi ſint explicare conabimur. Enim

Heretici equi. uero ſcim⁹ equis ingenitã ineſſe ſupbiã, q bene paſti, curatiqȝ (de ge-

neroſis loquoꝛ)ſtare loco neſciunt,pede cauant terram,ſpirant nari-
bus:iactati⁊ ceruicũ iubis ſublimiter incedunt : colligunt in numeros
pedes: hinnitu ſuo animi ad bella pre ſe ferunt ardoꝛẽ : hiſdem pre-
rapida ineſt velocitas,imo ad curſum voluntas , ⁊ in victoꝛiã cupi-
do,maxime in pugnacibus:quã nõ aſſequuti verecundiã doloꝛe pro
monſtrant . tunc enim demiſſis auribus ⁊ capite,pigro ꝓgreſſu pe-
des trahunt:membꝛis languidi,vt vix calcaribus ꝓmoueãs.Sic he- Moꝛes
retici ardentibus in pꝛimis animi facibus in pugnã ruunt,certare ge- hereticoꝝ.
ſtiunt,rapiunt̃ vehementia,efferunt̃ , ſpumant in victoꝛiã plus ſatis
gloꝛię cupidi:quã aſſequuti gaudent letantur ⁊ exultant:nõ aſſequu-
ti dolent:vt bene pꝛima eoꝛũ deſcriptio ſit ab elatione equoꝛũ fero-
ciũ.Secunda a ſuperbo capitis oꝛnatu : habebant nãq; hec ſpectra
inania ſuꝑ capita ſua coꝛonas ſimiles auro,id eſt ſigna falſę victo-
rię.Superius qdem dictũ eſt de ſctis ſenioꝛibus , ꝙ habebant coꝛo-
nas aureas in capitibus ſuis,ꝑ quas triũphus verę victoꝛię eoꝛum
ſignificabat̃:nunc aũt iſti mendacioꝛũ confictoꝛes non habent coꝛo-
nas,ſed quaſdã ſpecies earũ,quę nec aureę ſunt , ſed ſimilitudinem
quandã auri pꝛę ſe ferentes,quaſi videlicet quędã falſitatis ſigmen-
ta : qꝛ dũ ſe victoꝛes ſimulant , ⁊ appꝛime dignos remuneratione
exiſtimant,faciunt vt meritũ perdãt,⁊ nec mercede donentur,haben
tes ſpeciem quidẽ pietatis virtutẽ aũt eius abnegantes.2.Timot.3.
Porro coꝛonas habent auro ſimiles:ſed nec illę coꝛonę ſunt,tñ ſimi Hereticoꝝ
litudo quędã earũ:quarũ oĩs gloꝛia tanquam flos fœni cito marce coꝛone au
ſcet,decidet ꝙ ocyſſime ⁊ peribit. Breuiter ſumme ⁊ incredibilis ſuꝑ- ro ſimiles
bię eoꝛũ eſt typus,ꝙ equi parati ad bellũ ſunt:ꝙ vero habebant tãꝙ
coꝛonas ſimiles auro,glie ⁊ honoꝛis ambitionẽ in eis taxat:ſed vę h
coꝛonę ſuperbię ait in ꝓpheta dñs.Gaudent q nunc geſtant eã,luge
bunt quũ pœnas tolerabunt nequitię ſuę.Non patit̃ deus ſuperbos
diu regnare,vidi(inquit.d.Pſaltes)impiũ ſuperexaltatũ,⁊ eleuatum
ſicut cedros libani:⁊ tranſiui,⁊ ecce non erat:quęſiui,⁊ non eſt inuen
tus locus eius Pſal.36.Et in Job ſcriptũ eſt,qꝛ laus impioꝛũ breuis
ſit:⁊ gaudiũ hypocritę ad inſtar puncti.Job.20.Equidẽ odibilis eſt
coꝛã deo ⁊ hoibus ſuperbia Eccl.10.Eſtq; initiũ ſuperbię apoſtatare
a deo:qm̃ ab eo qui fecit illũ receſſit coꝛ eius,ibidẽ.Et,Initiũ omnis
pctĩ eſt ſuꝑbia:quã qs tenuerit maledictis adimplebit̃,⁊ ſubuertet eũ
in finẽ:ꝓpter eã exhonoꝛauit dñs cõuentus maloꝛum:⁊ deſtruxit eos
vſq; in finẽ.Et poſt pauca.Memoꝛiã ſuꝑboꝛũ ꝑdidit deus.Nota vbi
maioꝛ ſuꝑbia ibi maioꝛ ambitio,maioꝛ temeritas,maioꝛ cõtemptus
⁊ dei ⁊ ꝓximi:⁊ exinde maioꝛ ſequit̃ caſus,grauioꝛq; dãnatio,in cõ-
fuſione glię quęſitę.Tertio deſcribunt̃ a facie.Et facies inquit , earũ,
tanꝙ facies hoim. Quid humana facies pꝛętendit niſi manſuetudi- Hereticoꝝ
nẽ,quã pꝛimũ ſimulant heretici,vt alliciant,vtq; decipiant:nam hec facies bla-
eoꝛũ pꝛima virtus eſt,ſeſe ſimulare manſuetos,humanos,affabiles, da.
ciuiles,nihil aſperũ habentes,vt totos ſe inſinuent,⁊ ſecurius ad pꝛę
coꝛdia ludant:diffundant venena,⁊ in vniuerſum deceptos ꝑdant.

Quarto a capillicio muliebri, qđ ꝑfecto morũ effeminatorũ eorũ eſt typus, ⁊ oïs carnis, immundiciȩ, execrabiliũq; voluptatũ, ⁊ libidinis intẽperantiȩ, qbus vt ſus in volutabro ſuo volutantᷓ. Nihil ſane conuenientius noſtrȩ tempeſtatis hȩreticis his portentis affingi potuit: qbus odio eſt in oĩ ordine cœlibatus. Ipſi plus q̃ mulieroſi docentes connubia licita fore ẽt eccleſiaſticis religioſiſq; viris preter morem eccleſiaſticũ: votorum fœdera cõtemnenda contra ius faſq;: vt nihil ſiat diſcriminis vltra inter profanũ ac ſacrũ. Recte ergo capilli eorũ ſunt, vt capilli mulierũ: eo ꝙ ipſi ſint effeminati oẽs, mulierũq; ſectatores, in deſyderijs ſuis curam carnis facientes. Quinto a dentibus. Dentes inqt earũ, vt leonũ erant. Dentes vt leonũ ſunt figura ſummȩ crudelitatis in eis, qbus mordent, lacerantq; abſq; pſonarũ diſcrimine: nõ ſexui, non ȩtati, ſed nec dignitati, ſanctitatiue parcentes.

Hereticoꝝ dentes vt leonũ ſũt.

Quorũ os maledictione plenũ eſt ⁊ amaritudine, ⁊ dolo: ſub lingua eorũ labor ⁊ dolor. Pſal. 9. vbi ẽt ſanctus ꝓpheta id genus hominũ leoni cõparat dicens, Inſidiatᷓ in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua: Inſidiatᷓ, vt rapiat pauperẽ: rapere pauperẽ dũ attrahit eũ. Iam hoc alio quoq; coꝝ myſterio poni certũ eſt. Rapit enim prȩdã leo, et in ſpeluncã ſuã trahit. Sic hȩretici miſeros hoïes, quos decipiunt: manibus veluti trahunt in ſuũ contuberniũ, nõ vt ſeruent, ſed vt enecẽt, veneno inſanabili ne ſalui ſiant, imitantes ſatanã autorẽ ſuũ, q mittitᷓ ſempꝛ in ꝑditionẽ. Scimus in leone ferocitatẽ ineſſe: atq; ad diſcerpẽdũ, perdendũq; promptitudinẽ: quẽ natura acutis armauit dẽtibus, vnguibuſq; ad rapiendũ diſcerpendũq; paratis. In hȩreticis prope peculiaris mos eſt mordacitatis q aliorũ infamia aluntᷓ, indeq; famã ſibi conſtruunt. Eſt ⁊ rapacitas, dũ potentiſſima vi perſuadent, ſcripturarũ fortiſſimis teſtimonijs in hocipſum vtentes.

Hereticoꝝ armatura.

Sexta a corporis armatura, armatura nãq; earũ loricȩ tanq̃ ferreȩ erant. Grȩci dicunt thoraces. Eſt aũt thorax latine pectus, vnde ⁊ munimentũ ferreum, quo ꝓtegitᷓ pectus, thorax appellatᷓ. Quẽadmodũ aũt in ſanctis lorica ferrea, ſiue thorax, typus eſt conſtantis ſidei, iuſticieq;: ita in portentoſis iſtis locuſtis, typus eſt obſtinatȩ malicȩ, impietatis, ⁊ iniuſticiȩ. Et quid in omni malo locuſtis his obſtinatius? Non cedunt quũ vincuntᷓ, nec a pugna deſiſtũt. Inſtaurant ergo prȩlia, ac nouos iterũ congreſſus moliuntᷓ, vt vel tedio vincant, dũ virtute nequeunt: qđ ſi ne ſic quidẽ vicerint, dicunt, facultatẽ eis minime defuiſſe niſi contentioni ceſſiſſent, velut modeſtiores. Septimo a voce alarũ.

Hereticoꝝ vox.

Vox hȩc alarũ, ſtrepitus eſt cõtentionũ, ⁊ fortiſſima erroris aſſertio defenſioq;, vt merito ſtrepitui curruũ, equorũq; ad bella prerapide currentiũ comparetᷓ. Per alas potentia eorũ deſignatᷓ. Illis enim aues ſubuehuntur, ⁊ in aere liquido ſeſe ȩquo moderamine librant. deſignatᷓ ⁊ velocitas, qua rapide ferutᷓ. Porro maiores ſunt alȩ earũ, q̃ aquilȩ magnarũ alarũ Ezech. 17. ⁊ etiã volantis ꝑ medium cœli, Supra cap. 9. Nã potentia hȩreticorũ ſm tempus maior apparet q̃ piorum vitã annũciantiũ. Octauo a cauda. Et habebant inqt caudas ſimiles

ſcorpionū: ⁊ aculei erāt in caudis earū. Nouimus caudā poſtremam corporis partē eſſe, que finis eſt typus: nocentiā ſane hereticorum in fine exhibens, que eſt mors, ad puncturā ſcorpij conſequens. blanda ſiquidem pernicie ſolent heretici perimere. Hec ſunt ornamenta inſigniū virorū, qbus ſole preclarius conſtat toti orbi quantū in hereticis accreſcat viriū. Et vt ſumatim recenſeamus. Primo fumus aſcendit de puteo abyſſi, deinde locuſte de fumo pſiliere: que primū ſcorpionibus, mox equis, leonibuſq; cōparant: qbus virtus quaſi minꝰ ſufficeret, niſi et loricate eſſent, que ⁊ volatiles ſunt: ſtridore alarum horriſono terribiles, non ſecus ac curruū equeſtrium magno ſtrepitu ad bella currentiū fragor. Poſtremo vero ne vlla in parte nō noxie ſint: ⁊ caude, ſcorpionū inſtar, armate ſunt: vbi ⁊ venena habent, quibus p oēm etatē nocent hominibus: ob id enim aculeos ineſſe caudis deſcribunt. Quid aculeus niſi virtus ⁊ potentia mortis pctiq; ? Docet Apl'us quū dicit, vbi eſt mors aculeus tuus. Stimulus autem mortis pctm̄ eſt. 1. Cor. 15. Cōſtat ergo oēm eorū doctrinā mortē eē, ⁊ pctm̄: a qbꝰ ꝓtegat nos dn̄s, pcti mortiſq; deſtructor. ❡ Pun. 10.

Et habebant ſuper ſe regem Angelum abyſſi, cui nomen Hebraice Abadon: Græce autem Apollyon, & Latine habens nomen exterminans.

Hoc qđ poſtremū eſt de ſuo adiecit interpres, quandoquidē Joānes grece ſcripſit Apocalypſin, contentus ab his intelligi, q grece ſcirēt. Angelus ergo iſte abyſſi manifeſte contrarius eſt angelo magni conſilij: rex contrarius regi illi q in pſalmo loquit dī. Ego aūt cōſtitutus ſum rex. Cui dicit a Paulo, Regi ſeculorū imortali inuiſibili, ſoli Deo honor ⁊ glia in ſcl'a ſclo℞ amē. 1. Timo. 1. Eteni qs alius is rex ē, de quo hic mentio fit, preter illū, de quo Job. 41. dicit. Ipſe rex eſt ſuper oēs filios ſupbie: q contrarij ſunt filijs ſapientie, quorū initiū eſt timor dn̄i, ⁊ diſciplina: quandoquidē ab hinc experint, verſenturq; in hoc continue electi. Sed vide: qr regis huius triplici lingua poſitum nomen eſt, ⁊ veri regis noſtri ſimiliter. Sic enim Joannis in euangelio de eo legis. Scripſit aūt ⁊ titulū pilatus, ⁊ poſuit ſuper crucē: erat aūt ſcriptū, Jeſus nazarenus rex iudeorū: hebraice, Grece, ⁊ Latine. Joan. 19. Qui ꝗ diuerſiſſimi ſint ab inuicem, ipſa nominis prodit interpretatio. Hic enim vt plane habes exterminator eſt. At Jeſus ſaluator eſt: q ſaluare nouit, nō pdere. Nomen exterminatoris authoritas diuina prius expreſſerat: in veteri ſcriptura dicens, Tranſibit eni dn̄s pcutiēs egyptios: quūq; viderit ſanguinē in ſupliminari, ⁊ in vtroq; poſte: tranſcendet oſtiū, ⁊ nō ſinet percuſſorē ingredi domos veſtras ledereq;. Unus itaq; idemq; eſt, rex: angelus abyſſi, ⁊ exterminator, percuſſor: q tum nō niſi in domibus que ſanguinē nō habent in ſupliminari, ⁊ in vtroq; poſte, pmiſſus eſt ingrēdi ac ledere: q hic preceptū habet cū ſuis locuſtis, nō niſi tantū hoīes, q nō habent ſignū dei in frontibus ſuis, ledere, vexareq; eos in eorū cōſcientijs, vt metuen-

Exterminator diabolus.

duo non ſit a vere fidelibus. Quã miſerũ eſt habere hunc regẽ ſupra ſe, ſeruire ei ꝑ libito, q in impijs regnat, qui ſunt quaſi mare feruẽs, qđ quieſcere nõ põt. Eſa. 57. Nota, quẽadmodũ ſingulis pijs ſinguli angelici ſpũs pręſident, & quidã eorũ regnis, vt ij q ſunt de ſupremo ordine infimę hierarchię: ſic qlibet vnũ ſortit ſatanã tentatorẽ exercentẽ ipſum. Nã & regnis aduerſant certi. lege Danielẽ. De quolibet enim ordine aliqui lapſi creduntur. Equ dem agnoſcendus ei at iſte exterminator ab his, qb⁹ agnitus ille ſaluator eſt: vt dũ ſcit ꝙ nociuus iſte exterminator ſit, melius ſciat ꝙ vere, ꝙ recte, is qui ab hoc ſaluat, vocet ſaluator. Ille ab effectu malo dictus eſt exterminator: hic a bono, ꝙ ſaluet oẽs ſaluator. Porro huius & illius tribus linguis ſcripta noia velut titulos legis. Nãq; myſteria dei primũ his linguis erant diffuſa, qbus & ſatan poſtmodũ ſuã aſtutiã contra veritatẽ implicuit: vt hiſdẽ pugnaret cõtra eã, qbus nota veritas dei eẽt: vt iam pleriq; hęreticorũ hiſdẽ armis depugnent. Quęrũt in hiſdem ſapere, & videri, vocariq; magiſtri, quib⁹ prior ętas in myſterijs dei inſtructa erat: quãdo in quacunq; harũ linguarũ pro ſumma ſapientia vita ſancta erat, fides rẽcta, & cordis puritas: vt nemo aliud ꝙ dei gloriã quereret. Sed mõ inuerſa videas oĩa. Multi ſapere ſtudent, bene viuere nemo. Laudari & digito monſtrari, ac dicier hic eſt, gaudent: iudicari non metuunt. Noua doctrina illuſtres ſunt multi, noua vita nemo. Placent hęc dñe: tu ipſe iudica. At nunc tanꝗ dormiens dñs eſt, & quaſi crapulatus a vino, ꝙ nõ cõtinuo ꝑdat: nõ cõtinuo exurgat aduerſus huiuſmodi improbos molliculos, ſplẽdiduloſq;. Sed veniet veniet tempus, quando excitatus tanꝗ dormiens dominus iudicet, & diſperdat. ¶ Punc. 11.

Væh vnũ abijt: & ecce veñiũt adhuc duo Væh poſt hæc.

In fine cap. octaui, ſupra, aquila volans ꝑ mediũ cęli, tria vęh habitantibus in terra acri voce inſonuit, ad cuius vocẽ merito impiorũ mentes exterreri debent. Nunc vnũ horũ iam abijſſe teſtat, & alia duo ſequutura dicit. Primum fuit, hęretica prauitas, de qua mox actũ eſt. Vęh quid ſignificet. Secũdũ erit magni antichriſti ꝑſequutio. Tertiũ turbatio cõis pacis per Gog & Magog. Eſt autẽ vęh interiectio aliquid execrantis, & ſignificat execrabilia nimiũ, quę ſub his tribus tubis in impios ventura ſunt: pijs nãq; nulla nocebit aduerſitas, in qbus nulla dominat iniqtas. Nihil enim mali illis euenire poterit, qbus oĩa cooperantur in bonũ, ſiue perſequutio ſit, ſiue qppiã aliud: ſoli peruerſi obnoxij periculis ſunt ſemꝑ, qbus obuentura ſunt oĩa in detrimentũ, etiã ꝓſpera. Impij enim etiã in rebus optimis peccant, qbus vtunt ij in malũ, vt in omnibus miſeros ſe eſſe conteſtentur, & ita oſtendant.

## DE SEXTO ANGELO TVBICINE.

SEC. 2. PVN. 1.

ET ſextus Angelus tuba cecinit. Et audiui vocẽ vnã

ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos
dei, dicentẽ ſexto Angelo, qui habebat tubam: Solue
quatuor angelos, qui alligati ſunt in flumine magno
Euphrate.

Prędicatorũ ſexti temporis typus.

Sextus hic angelus typũ gerit vniuerſorũ, qui ſub ſexti ſigilli aper-
tione, pure ꝛ conſtanter chriſtũ prędicabunt, hoc eſt, ſub magno Anti-
chriſto: reuelabit enim filius ille pditionis, ſed nõ deerunt q aduer-
ſus eũ veritatẽ prędicent aperientes fucata eius mendacia, quę factu-
rus eſt in oĩbus ſignis ꝛ prodigiis mirabilibus, ita vt in errorẽ ducan-
tur (ſi fieri põt) ẽt electi, Matthei. 24. Hoc ergo angelo tuba clangen-
te primũ ex quatuor cornibus vox audit directa ad ipſum eundẽ an-
gelũ tubicinẽ. id eſt. ad vniuerſos tum ſyncere ſanctũ dei verbũ docen-
tes. ergo pręceptũ dei eſt ad illos quemadmodũ in miniſterio ſancto
fungant. Pręceptũ hoc eſt, Solue quatuor angelos ꝛc. Videnda ſunt
hic. Quid altare? Quid quatuor cornua eius, vox ex quatuor corni-
bus quid? Quid quatuor angeli in flumine alligati? Quid deniq;

Altare chriſtus.

Euphrates? Altare chriſtũ antea diximus eſſe, diximus ꝛ ecclĩã eius,
perinde ac caput ꝛ corpus: qđ iccirco aureum, qa precioſiſſim: precioſi-
tatis enim ſummę eſt typus aur. Et qd precioſius chriſto, qd eccleſia
eius, quę cõputat in capite chriſto, cui dictũ eſt a patre, hic eſt fil. me⁹
dilectus? Matth. 3. ꝛ 17. Luc. 9. De eccleſia vero ſcriptum eſt, Aſtitit
regina a dextris tuis in veſtitu deaurato. Pſal. 44. Et alia ratione ec-
cleſia altare eſt, qa pfecto ecclĩa iuſtorũ ppetua ſapientia illuſtratur,
de qua Salomon dicit, Accipite ſapientiã ſicut aurũ. Recte quoq; id
ante oculos dñi adſtruit, qa videlicet ſupna pvidentia, ſupnoq; re-
ſpectu illuſtrat. Hinc pſalmographus ait, Oculi dñi ſup iuſtos: ꝛ au-
res eius in preces eorũ. Pſal. 33. Eſt deniq; añ oculos dñi, Quia ac-
ceptũ eſt illi Pſal. 149. Beneplacitũ qppe eſt dño in pplo ſuo. Quam
iuſte igit altare hoc aureũ refert chriſtũ, refert ꝛ eccleſiã eius: chriſtũ,
ſup quẽ offerimus, ſicut ꝛ offerenda ſunt vniuerſa ſacrificia noſtra in
odorẽ ſuauitatis deo. Eccleſiã quoq; in chriſto capite congregatã, fide
chriſti vnitã, ꝛ bene cõpactam, agglutinatã charitate eius. Quatuor

Quatuor cornua altaris.

cornua, quatuor orbis partes referũt, in qbus diffuſum eſt altare hoc,
qđ eſt eccleſia, regnat quoq; chriſtus in eiſdẽ. Nã cornu typus regni
eſt, ſiue imperij, vt Dañ. 6. habet, ꝛ infra cap. 17. Dũ ergo is, q altare
noſtrũ eſt, ꝛ p quẽ accepta ſunt deo vniuerſa ſacrificia noſtra, quatuor
cornua habere aſtruit: conſtat pculdubio ipſius regnũ vbiq; diffuſũ
eſſe, ꝛ in ſuis vbiq; fidelibus regnare. Ceterũ habet hęc cornua ſuas
voces, dũ ipſe, q vbiq; regnat, in ſuis fidelibus loquit. Cui loquit?
Angelo tubicini. id eſt, vniuerſis ſcti ſui verbi miniſtris, q ſynceriter
annunciant veritatẽ: hos enĩ ſolos p ſuis habet, quibus ẽt vult vti in
miniſterio hoc ſctõ: qbus impertit ſpũm ſuũ, ꝛ dat eis os ꝛ ſapientiã,
cui nõ queunt oẽs aduerſarij eius reſiſtere. Porro per quatuor ange-
los in flumine magno Euphrate alligatos ſeuos nimis, vniuerſos

Angeli. 4. in Euphrate alligati.

pietatis hoſtes debemus intelligere, q p totũ orbẽ verbi ſctĩ dei curſum nitunt prępedire. Soluent eni hi verſus finem mundi, duz permittent multo amplius deſeuire in eccleſiã dei: q modo ſua cupiditate reuincti, in hac terrena fœcunditate, ſeculiqz voluptate, ac perituarũ opũ abundantia, qđ Euphrates ſonat, tenent, velut in magno flumine alligati. Solue ergo id eſt ſoluendos prędica: vel ſolues, dum veritatẽ annuncias, quę amara eſt impijs. vnde et dabit eis occaſio amplius iraſcendi: vt velut crabrones irritent, vnde corrigi debuerant. Aduerte, Dis malicia ꝛ pſequutionis rabies tũc augmentabit, eo ꝙ antiquus ille hoſtis, qui a tpe dñicę paſſionis infrenatus in cordibus impiorũ vſqz modo palpitat cõcluſus, ne pijs tm̃ noceat, quantũ velit, ſoluet, eccleſiã dei in omni furore ac libertate perſequuturus.

Euphrates fluuius Babylõię. Euphrates, fluuius eſt Babylonię, q in multa flumina diuiſus ingredit Babyloniã. Medi ꝛ perſi diuiſerũt eũ in riuos, p cuius alueũ Babyloniã ſunt ingreſſi. Quandoquidẽ diuites ſeculi huius ex multa abundantia terrenarũ opũ, deuenient in cõfuſionẽ, qđ Babylon ſonat. Difficile nãqz eis eſt introire in regnũ cœlorũ, dixit Saluator. Matth. 19. vt facilius ſit camelo ptranſire foramen acus, ꝙ diuitem intrare in regnũ cœlorũ. Recte fluuius, cũctę huius mundi opes ſunt, ꝙ ppetuo fluãt iuxta vocis Ethymologiã, nec in vno perſeuerantię tenore pſiſtant. Et qd fluxibilius cunctis mundi opibus: hę ſi vitę comites ſunt, ipſa tamen morte deſerunt ꝛ deſerunt. Scriptũ eſt enim, Quia quũ multiplicata fuerit gloria domus diuitis, in interitu non ſumet ea omnia que habet. pſal. 47. Uerbũ hoc difficile eſt angelis his, de qbus mõ ſermo habet, nempe Euphrateis, ꝙ diuidat eos ab ſuo hoc Euphrate. Iubet enim reclamare illi, quicunqz ſalutis curam tenent: ꝛ ſpũali paupertate cõtentos eſſe, vt nõ pſonatã pietatẽ gerãt. Proinde velut lapide percuſſi in contumeliã ſtatim toto furore aſſurgunt, quũ nõ poſſint audire veritatis verbũ: cupiuntqz ocyus perditos eſſe veritatis annunciatores: ſicqz ſoluentur vt verberati verberent. Sequitur. ¶ punc. 2.

Et ſoluti ſunt quatuor angeli, qui parati erant in horam & diem, & menſem, & annum, vt occiderent tertiã partem hominum.

Prophetarũ mos p pterita loqui de futuris. Peculiare eſt pphetis, vt de rebus futuris, tanꝙ de pręteritis loquantur, ob maiorẽ certitudinẽ: ꝙ tam verũ ſit, qđ futurũ pręd iceretur ab eis, ac ſi iam pręteriiſſet. Quod enim pręteritũ eſt ſemel, nõ pręteritũ eẽ nõ põt: ſic quaſi impoſſibile ſit nõ obuenturũ, qđ pręd icerent prophetę. Nã ꝛ in viſione qđ futurũ erat, factũ videbant: hoc more loquitur hic ſanctus Ioãnes. Quatuor autem angelos dicit ſolutos, quos

Angeli. 4. pietatis hoſtes. mox in flumine magno Euphrate religatos dixit, ꝛ quos ſupra ca. 7. ſtare in quatuor angulis terrę, ꝛ pter cõſignandos, a terrę mariſqz ac arborũ leſiõe, phibitos vidit: hi ſunt vniuerſi tyrãni, hoſtes chriſti, ac totius pietatis, ꝛ ſctĩ verbi dei aduerſarij, q parati ſunt corde, etiã

ſi minus poſſint opere exercere, in horã, ꝛ diẽ, ꝛ menſem, ꝛ annũ. id
eſt, omni tpe furorẽ in ſctõs dei effundere: qd quũ faciunt minus tñ
illis nocent ꝙ his, q perituri ſunt, quos ꝑ tertiã partẽ debere intelligi
iam ſępe diximus. Porro, angelorũ noïe deſignant̃ ꝑſequutores. An
geli ergo ſunt, ſed nõ dei. Cuius ergo? Satanę: angelus enim nũcius
eſt, miſſus ad exequendũ aliquod negociũ: ꝛ ij quũ mittunt̃ ab inſti-
gatore ſatana, merito eius angeli ſunt: q quũ infiniti ſint, quatuor tñ
fore cõmemorant̃, ꝑ quatuor orbis partes diffuſi, vt nõ inueniat̃ lo
cus, vbi nõ ſint hi angeli, pietatis hoſtes: q dũ ꝑſequunt̃ iuſtos id ef-
ficiunt, vt manifeſtiſiant mali, ꝛ ſeparent̃ de medio iuſtorũ. Nã his
ſolis nocituri ſunt, quũ non poſſint iuſtis. Qui dũ affligunt̃ illuſtrio-
res fiunt: et ſi occidunt̃, nõ pereunt, ſed in meliora tranſferunt̃: perit
q in aĩa occidit̃. Sic enim malis noſtris vtit̃ bonus deus in bonũ, Dãnatio-
vt ipſa ꝑſequutio ꝓſit electis in cumulũ meritorũ, quę obeſt reprobis nis cauſa
in damnationẽ: cauſa ſemꝑ in eis exiſtente cur pereant: eo ꝙ oblatã reproborũ.
vltro gratiã accipere contempſerunt: aut ea accepta abuſi ſunt, vt mul
to ſceleratiores euaderent: fiatq; illis in augmentũ demeriti qcquid
accidat, ſiue bonũ ſit, ſiue malũ, conſectarie aũt ꝛ pœnarũ: vt verum
ſit, q̃a qcunq; pereunt vicio ſuo pereunt. Enitendũ ergo tibi fuerit, vt
in primis ꝓbus ſis ꝛ integer, ſi velis oĩa tibi cooperari in bonũ: alioq
pereundũ ſit neceſſe eſt. Propone nũc tibi viros iuſtos, ꝓpone ꝛ ſcele-
ratos, illi varie interẽpti ſunt, ſeruati hi in tempus. Qui horũ vident̃
tibi ſeruati? Non ſcelerati, q iamdudũ mortui erant, ꝛ perierunt, quia Iuſti ſer-
ſemꝑ in odio fuerũt Seruatoris: ergo ſoli iuſti ſeruati, de qbus lo uant̃, pec-
quit̃ ſcriptura dicens, Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori, ꝛ ęſtimata eſt catores
afflictio exitus illorũ: ꝛ qd a nobis eſt iter exterminij, illi aũt ſunt in pereunt.
pace. Sequit̃, Et ſi corã hoĩbus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorũ (quę
iam eis obtigit in re) im̃ortalitate plena eſt. In paucis vexati, in mul
tis bene diſponent̃: qm̃ deus tentauit illos, ꝛ inuenit dignos ſe. Tan
quã aurũ in fornace ꝓbauit illos, ꝛ quaſi holocauſti hoſtiã accepit il-
los, ꝛ in tpe erit reſpectus eorũ. Deniq; explicãs qualitatẽ glorię eorũ
dicit, Fulgebũt iuſti, ꝛ tanꝙ ſcintillę in arundineto diſcurrent. Expli
cat deinde iudiciariã quoq; in eis poteſtiã di. Iudicabũt natiões, ꝛ do
minabunt̃ ppl'is: ꝛ regnabit dñs illorũ in ꝑpetuũ. Sap. 3. Et in ca. 5.
ſequit̃, Iuſti aũt in ꝑpetuũ viuent, ꝛ apud dñm eſt merces eorũ, ꝛ co-
gitatio eorũ apud altiſſimũ: ideo accipient regnũ decoris, ꝛ diadema
ſpeciei de manu dñi. Sic ergo non pereunt iuſti quũ tribulant̃, quum
occidunt̃: quin potius fœliciores euadũt. De impiis aũt erudimur,
q̃a in ſua pace tabeſcent, ꝛ pereunt: quos egregia phraſi deſcribit Iob
cap. 21. a queſtione initiũ ſermonis capiẽs. Quare inqt, impij viuũt ꝛ
ſubleuati ſunt, cõfortatiq; diuitijs? ſemen eorũ ꝑmanet corã eis, pro-
pinquorũ turba, ꝛ nepotũ in conſpectu eorũ: domus eorũ ſecurę ſunt,
ꝛ pacatę: ꝛ nõ eſt virga dei ſuꝑ illos: bos eorũ concepit ꝛ non abor-
tiuit: vacca peperit ꝛ nõ eſt priuata fœtu ſuo: egrediunt̃ quaſi greges
paruuli eorũ, ꝛ infantes eorũ exultant luſibus, tenent tympanum ꝛ

cithará, ꝛ gaudent ad ſonitū organi: ducunt in bonis dies ſuos. Jam vero qs tantę fœlicitatis: tanti gaudij ſit exitus, graui ſentētia infert
Impiorū vita bre/uis. di. Et in puncto ad inferna deſcendunt. Euge itaq;, letare nunc tu, o mundi amator, ſectator concupiſcentiarū tuarū, ppone tibi terrenam voluptaté, age ꝯtra dñm: exple te delitijs. Sed nō diu durabis. Pun ctus tibi ꝓpoſitus eſt. in puncto finief tua hec oīs fœlicitas, poſtmo/ dū auté ſumma te miſeria, ſumma infœlicitas excipiet. Hoc eſt qđ ꝛ Pſalmographus ait, Vidi impiū ſuperexaltatū et eleuatū ſicut cedros libani: ꝛ tranſiui, ꝛ ecce nō erat: quęſiui eū, ꝛ nō eſt inuētus locus ei⁹. Pſal.36. Ibidē. Iniuſti diſperibunt: ſimul reliquię impioꝝ interibūt: Salus aūt iuſtoꝝ a dño, ꝛ ꝓtector eorū in die tribulatiōis. Et adiuua bit eos dñs, ꝛ liberabit eos: ꝛ eruet eos a pctōribus: ꝛ ſaluabit eos, qa ſperauerūt in eo. Hęc ꝓ tanto cōmemoraui, vt intelligeres, quia pctōres etſi interim florere rebus tēporarijs videanf, opprimi aūt in tempus iuſti: ſed nō diu manebit illa eoꝝ fœlicitas, nec hoꝝ pręſſura diu. Quūq; illos tormentū excipiet, hos aſſumet glīa. Multo igitur cōſultius bene viuere cū pręſſura mundi, ꝛ puenire in gloriā: ꝙ male viuere cū pace mundi, ꝛ poſtea dānari. Quoniā duo ij exitus finē nō habent: vterq; ſempiternus eſt, vita glorię, ꝛ mors dānationis ęter/ nę. Quā ſapienter ſcti illā apprehenderunt, hanc vitarunt. Quorum corpora in pace ſepulta ſunt, ꝛ viuent noīa eorum in ſecula. Eccl.44. Itē. Sapiani ipſorū narrāt ppli: ꝛ laudē eoꝝ nūciat ecclīa. Cōtra vo ꝙ inſipienter mali egerunt vnde perient. Sed vt ad rem ex hoc diuer ticulo redeamus qd eſt qđ dicit, vt occiderent tertiā partē hoim? Sci/ endū qa hoim genus triphariē conſtat diuiſum, videlicet in iuſtos, ꝛ pctōres ſed tñ pœnitentes: deinde in peccatores ſed impœnitentes: iſ ſunt reprobi, q cladibus hiſce vltimis inſanabiliter ſubijciunf, quum alij finē ſortianf fœlicē. Iuſtorū aūt noīe innocentes deſignanf, qui quū permaneāt liberi in cbſo nō pereunt ēt ſi occidanf: verūtamē hi q in tertia parte cōputanf occidunf ab angelis Euphratis, occiſione ſpūs nō carnis: Alioq qd attineret dicere tertiam partem hominum ab his occidi? neq; enim ſibi cōſentientes occiduntur carne: ſed quia peiores efficiuntur, ſpiritu occiduntur. ¶ Punc. 3.

Et numerus equeſtris exercit⁹ vicies millies dena millia.

In hoc numero oīs multitudo pſequutorum intelligitur. Neq; vero
Equ⁹ ſup/bie typ⁹ ē. abre numerus equeſtris exercitus ponif, quū in equis, ꝛ equitibus ſu/ perbia malignantiū deſignef. Infiniti ſunt aduerſarij pietatis, ꝛ dei, ſupbia ꝓdigioſa vecti, q nō deſiſtunt aduerſari religiōi fidei. In Grę/
Myrias. cis legif, duę myriades myriadū, hoc eſt. vicies mille myriades. Eſt autē myrias decies mille. Poteſt quidē ꝛ hic numerus in ſuo myſte/ rio vniuerſitatē reprobor ū exprimere, ꝙ totidē decenū ſuperet, ꝑ qđ iuſti intelligunf, ob decalogi obſeruationē, quē reprobi temere tranſ/ grediunf. Et qa plures reprobi, ꝙ iuſti inueniunf, duplex numerus eorū decenę ſimplicitati iuſtorū opponif. Scriptū eſt enim, Currus

dei decem millibus multiplex: millia lętantiũ: dñs in eis, in ſancto. Pſal. 67. Attamen noſtra nos tranſlatione libentius vtamur: ⁊ quid numerus iſte poſitus ſignificet exquiramus: ⁊ quidẽ a plano rem auſpicantes, lucem ſequẽti obſcuritati inuehamus. Quid eſt vicies millies dena millia? Non aliud ꝙ̃ ſi alijs verbis diceret, decies millies viginti millia, quę ſunt ducenties mille millia, idẽ oĩno in numero, nõ autẽ in myſterio. Aliud ergo intelligere debemus ꝑ hoc qđ dicit vicies millies dena millia ꝙ̃ ſi diceret, decies millies viginti millia. Hoc vt ꝑpalã fiat, prius de natura multiplicitatis numeroꝝ pauca diſſeramus. Vnitas, ideſt character in primo limite poſita, vnũ ſignificat: tranſpoſita in quintũ limitem decem millia. Itẽ binarius in ſingulari limite duos notat numeros, tranſlatus ad memoratũ quintũ limitẽ, viginti millia, vbi ſtat vnitas multiplicanda, ⁊ binarius multiplicator: vnitas decies millena veluti totidẽ filijs multiplicata: ⁊ binarius vicies millenus. Non ſine aũt myſterio hoc eſt, ꝙ vno eodemq; limite cubant vnitas, ⁊ binarius, ⁊ ꝙ nõ vnitas binariũ multiplicat, vt diceret, decies millies viginti millia audiui numerũ eoꝝ: ſed econtra, binarius multiplicat vnitatẽ, ſic, vicies millies dena millia. Quid vnitas decena millena niſi gentẽ hebręã vnius dei cultricẽ exprimit? Quid porro binarius decenus niſi barbaros, impuros, infameſq; idololatras refert? Is etenim numerus nõ ĩꝗ̃ in ſcriptura ſacra infamis eſt, vt Gen. 7. legis, qa de impuris aĩalibus bina ⁊ bina arcã ingrediebant. Bene ergo vnitas cũ binario eodẽ limite cubat: qa gens hębrea, quę vnius dei cultrix erat, in terra imundarum gentiũ, ⁊ abominabilia facientiũ collocata erat: vbi ꝑfecto nõ gens hebręa gentes imundas, ⁊ idololatras, ad vitę mundiciẽ, vniuſq; dei cultũ conuertebat: ſed (qđ gemendũ ipſis valde erat) gentes imundę ⁊ idololatrę, ſacrã gentẽ ad imunda ⁊ abominabilia opera ꝑuertebant, De qbus teſtat Pſal. 105. Commixti ſunt inter gentes, ⁊ didicerunt opa earũ. hoc eſt, qđ ſanctus vir, ⁊ princeps Matathias cũ filijs ſuis ſciſſis veſtibus deplorabat dicens, Vęh mihi, vt qd natus ſum videre contritionẽ ppli mei: prout in libro Machab. habet. Videbat nãq; multos derelinquere legẽ dei, ⁊ ſacrificare idolis. Id qđ ſemꝑ fuit, ⁊ fit vſq; adhuc, ⁊ in futuro: ſub illud tempus maxime qđ ſcripturę locꝰ tãgit: vt nõ iuſti malos, ſ; (qđ gemẽdũ nobis quoq; in primis eſt) econuerſo mali bonos ꝑuertant. Sic eni ꝓpheta ait, cũ ꝑuerſo ꝑuerteris, Pſal. 17. Videas inõ hęreticos pſequutores peruertere ſynceros: nõ econtra. Quare? Quia oẽs in corruptione naturę ſumus. Eccl. 8. Et proni ſunt ſenſus hoĩs in malũ ab adoleſcentia ſua. Gen. 8. Itaq; recte nõ vnitas binarium, ſed binarius multiplicat vnitatẽ: ⁊ qđ exinde accreſcit binarius ſimiliter eſt. Fiunt enim ducenties mille millia, ſiquidẽ ꝑ binariũ multiplicata vnitas. Binarius fit hoc pacto, bis vnũ, duo ſunt, ⁊ qa vnitas decies millena, ⁊ binarius decies millenus eſt: Ipſe binarius qui inde excreſcit in quinto ab eo, q multiplicat, limite conſtitutus, efficit ducenties mille millia, ⁊

Numeroꝝ poſitoꝝ rõ

Binarius infamis numerus qui multiplicat vnitatem.

Mali bonos citius ꝑuertũt, ꝙ̃ boni ꝯuertãt malos.

perficit myſteriũ cũ ſui decoris augmento: vt tã multiplici ſobole adauctus, immundã Iſraelis ꝛ gentiũ, pioꝛũ ꝛ impioꝛũ permixtionem deſignet: ſignificans ſimul ꝙ innumerabilis ſit pereuntium multitudo, quę vbiqꝫ per tertiam partem exhibetur. ¶ Punc. 4.

## Et audiui numerum eorum.

Quod ſi quęras, vnde ſibi conſtet hęc eiuſmodi numeri ſupputatio? Reſpondet, ex auditu. Et audiui inquit, numerũ eoꝛum. quaſi dicat, Quod numerũ tanta certitudine recenſitũ teneo, ꝛ pręd ico, non ex me ſolo eſt, ſed aliunde. Nã quo (queſo) pacto, tantũ tam repẽte, vtpote, vnico obtutu, poterã ſcire numerũ, niſi aliunde certioꝛ redderer? vnde ergo? vel a quo? dico, ab angelo indicante mihi, accepi: q fallere neſcit, ſed nec fallit vnq̃, cui conſtare breui intellectus diſcurſu poterũt talia. Ipſe me docuit, qui myſteriuꝫ numeri mihi reuelauit. Agnoſce ergo hinc, q̃ opportuna ſit in rebus obſcuris, ꝛ quę aliter ſciri nequeunt, reuelatio. Et qd magis obſcurũ fidei ſacramẽtis? quatinus intelligeres nõ ſine graui cauſa dei filiũ e cœlis in terras deſcendiſſe, per quẽ his ſacramentis inſtitui debueramus, nõ ꝑ aliũ aliquẽ: de quo ſuſpicari poterat humana mens, quaſi minus ſolida eſſent, quę doceret. Modo aũt nulla dubietas ſuboꝛiri põt, quũ ꝑ illũ docti ſimus, cuius eſt diſcernere, iudicare, pꝛobare, dãnare, qđ verũ, qđ ve falſum eſt, bonũ aut malũ. alioq̄ reſpondendi locus foꝛet, Si errauimus, ꝑ te decepti errauimus. Sed abſit hoc a ſimplici ꝛ ſumma illa veritate, vt ita de eo arbitremur. Qui poſteaq̃ ſatis ſuperqꝫ docuiſſet, placeretqꝫ repetere vnde venerat, veritatis doctoꝛes elegit, ſimplices, ꝛ q ex ſe fingere noui nihil noſſent, ſed quę acciperent pręd icarent vere, in varijs ſignis, ac veris ꝓdigijs. Sed ꝛ angelos interdum magiſtros mittebat, q vera nunciarent: quatinus duplici fulcta autoꝛitate veritas ipſa ſolidius confirmaret. Siue ergo ab angelo, ſiue a chꝛiſti veris documentis imbutis myſteria fidei capias doctoꝛibus, crede vera eſſe: Quia fides ex auditu, auditus autẽ ꝑ verbũ chꝛiſti. Ro. 10. Tametſi ꝓphetię acri iudicio penſandę ſint ſemꝑ, ne ſub ſpecie fallamur, hoc eſt, ꝓbẽmus ſi ſm̃ fidei rationẽ ſint. Ioãnis huius apoſtoli vox eſt, Nolite omni ſpiritui credere, ſed ꝓbate ſpiritus, ſi ex deo ſint. Quoniã multi pſeudo ꝓphetę exierũt in mundum. 1. Ioan. 4. De his Paulus quoqꝫ loquitur, cap. vndecimo poſterioꝛis epiſtolę ad Coꝛinthios. qui ſe transfigurant in angelum lucis. ¶ Punc. 5.

Reuelationis neceſſitas.

Chꝛiſti doctrina inconcuſſa ꝛ ꝑneceſſaria.

## Et ita vidi equos in viſione: & qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas: & capita equorũ erant tanquã capita leonum: & de ore ipſorum procedebat ignis, fumus, & ſulphur.

Antichꝛiſti ꝑſequutio typis hoꝛribilibus figurata.

Non ſine cauſa tot rerũ noĩbus vtit, ad exprimendã rei tã ſerię magnitudinẽ. Neqꝫ enim ocioſa fuit viſio hęc tantis apparatibus inſtructa, tot terribilibus foꝛmis diſtincta: ſed vt reddat myſteria: equos vidit,

& ſeſſores equorũ, & hos nõ ſimpliciter indutos, ſed loricatos. Iam & loricę quales erant? Igneę, hyacinthinę, & ſulphureę, quales induere nemo vellet. Equi aũt non minus terribiles: nã capita eorũ leonina erant: & quaſi parũ foret leonina eſſe, niſi terribiliori quodã prodigio ignẽ quoq; ore efflarẽt, fumũq; & ſulphur. Quę omnia typi ſunt ꝓpriiſſimi ſexti tẽporis ſub antichriſto perſequutorũ. Numeremus ex ordine ſingula. Ita inquit vidi, in viſione imaginaria ſcilicet, atq; ꝓphetica, & intellexi veritatis aduerſarios, & oẽs piorum ꝑſequutores demonũ fore mancipia, idq; ex ꝓprietate formarũ occurſantiũ. Vidi equos, & q ſedebant ſuꝑ eos habebãt loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas: & capita equoꝝ erant tanq̃ capita leonũ: & de ore ipſorum procedebat ignis, & fumus, & ſulphur. Ecce apparatus, & ornamenti varietas. Per equos ſeuiſſimos cape hęreticos, nempe eos, q ſupra ꝑ locuſtas monſtroſas ſignificabant: nunq̃ eni peſſima hęc mõſtra ab initio quo cœpit veritas defuere: eo ꝙ veritas ſempꝑ nacta ſit aduerſarios: & oẽs ſexti illius tꝑis magni antichři ſatellites, acerrimi erunt veritatis aduerſarij, q ita ex hęreticis enaſcent, vt aut iidẽ ſiant, q ab agnita veritate apoſtatarunt: aut ab eis docti confirmatiq; plus illis ſęuiant eodẽ fermento corrupti. Quorum ſeſſores ſunt vtiq; ſpũs maligni, qui tales eos efficiunt, qbus inſident, quales ipſi ſunt: hoc eſt crudeles, ſuꝑbos, iracundos, cupidos, & imundos: inſuꝑ in oĩa vicia ardẽtes. Neceſſe.n.eſt, vt hi, quoꝝ corda poſſidẽt, ſimiles eis moribus fiant. Per loricã ergo, hoc loco, quęcunq; armatura ſpiritus, contra fidei pietatiſq;, & virtutũ ſynceritatem, ſeu propria cordis duricia capit. Lorica eſt & iniuſticia eoꝝ, ſicut lorica bonorũ iuſticia, docet Paulus Ephe.6. Induti lorica iuſticię. Iſtę loricę ſunt igneę, ob ardentẽ ꝑſequendi affectũ, irę quoq; & furoris eorũ. Sunt & hyacinthinę. color hyacintho cœleſtis eſt. Quid aũt ꝑ hunc colorẽ accipimus, niſi ꝙ hę peſtes bonos & tanq̃ cœleſtes nõnunq̃ ſe ſimulant, quo validius ſeducant, ſm qđ diabolus transfigurat ſe in angelum lucis.2.Cor.11. Vel hyacinthinę.id eſt fumeę ſm Haymonẽ, & Bedã: eo ꝙ oculos mentis velut fumus erroris caligine obducant obtenebrentq;. Iã vero ꝙ & ſulphureę ſint fœtidę loricę hę, ſignificat, q̃ ſortes in carnis opere turpeſq; efficiant ſuos, & q̃ peſtilentes doctrinas: quę oĩa ſunt ornamenta equitũ extremę ętatis execrabiliũ perſequutorum, quos in ſeipſos demutabunt demones hi, de quibus diximus. Proinde poſtq̃ de ſeſſoribus dixiſſet, eadẽ fere ſubdit de equis, qbus in primis caput Leoninũ appingit, ob ferocitatẽ & ſuperbiam, quẽadmodũ prędití erant olim oẽs pietatis aduerſarij, q occidebãt ſctõs. Quis enim neſciat leones feroces eẽ & ſuperbos? ita & hoies ciuilitate carentes feroces ſunt & ſuꝑbi, leonis naturã pre ſe ferentes. Prędicit ergo ſcriptura hęc ita futuros piorũ aduerſarios: qui perinde ſient feroces ac leones, & qui neſciant vlla virtute manſueſcere, nec flecti pietate in miſericordiã. Quod vero de ore eoꝝ ꝓcedere ignẽ dicit, & fumũ, & ſulphur: aliud non intelligo, pręterq̃ ꝙ crudelia ...

Iuſticia Lorica.

Loricę ignitę qđ ſint.

mis loquanť,iubeantqꝫ,quoꝝ verba veluti ignis iracundia ardeſt.
Fumū iā diximus peſtilentis hæreſeos ſore typū,quę oculos mentis
primū excęcet,ac ciat lachrymas in luctū ęternę dānationis: vbi erit
fletus ⁊ ſtridor dentiū,inquit dñs. Idē ⁊ ſulphur eſt.niſi ꝙ alio myſte
rio portendat futuri illius tēporis abundantē carnalitatē,cuius fœto
re oleant tū chriſtianę pietatis perſequutores. Non deerant olim qui
ſimilia de ſe exhiberent,quos hoſtes nacta erat pietas. Si Antiochū
referas:is ingenti ſupbia turgidus,veluti capite leonino, ignéqꝫ ex
ore efflante,venit contra hierlm:⁊ templū ingreſſus nihil ſacris pe-
percit:ꝓphanauit,ſpoliauit,vaſtauit,turbauit,diripuit, ⁊ nihil inta-
ctū reliquit:nec his hō contumelioſus contentus,crudelia adhęc ni-
mis minatus,ꝙ totā hierlm ſepulchrū poneret Iudeoꝝ. Sed nō diu
ſuſtinuit deus hanc illi eiuſmodi crudelitatē. nā dū pręcipiti curſu
vehitur,elapſus e curru grauiſſime leſus eſt,⁊ cepit ea mēbroꝝ colli-
ſione doloribus acriter vexari:ſublatuſqꝫ in geſtatorio a ſeruis,ingra
ueſcente morbo oia eius interiora computruere:vermibuſqꝫ increnis,
ac eiectis cū viua carne,tam moleſto fetore oībus ⁊ ſibi ipſi in primis
erat:vt neqꝫ ipſe ſe,neqꝫ alij ipſum ferre poſſent.taliqꝫ fine hō ſacri-
legus ac ꝑmoleſtus deo ⁊ hoībus,ſupbus ac minax, qui pauloante
maris fluctibus imperare videbať,ſupra hoiem oia cogitans, inter
concaua montium peremptus,vitā temporalē cū morte commutauit
ęterna.extat hiſtoria.2.Machab.5.⁊.9.cap.vt non ſemp leones ſint
qui aliquando leones ſunt:nec ſemp atrocē iracundię ignem ore ef-
flent,q efflant aliquando:nec ſemp libidinem expleant, qui explent
aliquando. Sic Domitianus,Nero quoqꝫ,⁊ quicunqꝫ alij ſctōꝝ
ꝑſequutores leones fuere aut ignes,iā nō ſunt. Leo eſt modo Turca
nobis,ignis eſt ⁊ ſulphur:ēt hoc forſitā myſterio,ꝙ vbiqꝫ vaſtet igni
⁊ ſulphure. Neqꝫ enim quę hic ſcribunť ſic conueniunt vni tempori,
vt nō cōueniant ⁊ alteri,magis tamen ꝓprie illi,cui tribuunť,quan
do magis ⁊ vniuerſalius ſiunt. Propterea leo eſt nobis noſtra etate.
⁊ iam diu eſt ꝙ leo eſt atrox,peruicax,continuus hoſtis. Leo q forti-
tudine pręſtat oēs. Ignis ꝙ nō alia vlla re magis vaſtet regna, de-
moliat ⁊ vrbes. Iam vero qs neſciat ex ſulphure puluerē bombardi
cū fieri incendiqꝫ,quo ⁊ hoc potentiſſimus eſt:ſed nō ſemper ſiet aut
leo,aut aliquid aliud:neceſſe eſt enim vt donec tempora expleantur
eius,ſit hęc oia:labente tempore labitur ⁊ ipſe ſimul. ¶ Pun. 6.

Turca ignis ⁊ ſulphur.

Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominū,de
igne,& fumo,& ſulphure,quæ ꝓcedebāt ex ore ipſoꝝ.

Quo ꝑficiat impietas hoīm ſerti tꝑis ꝑſequutorū liquido patet,quo
niā tertia pars hoim occiſa ſit ab eis,quę in reprobis cōputať: a tri-
bus aūt plagis occiſa videlicet igne,fumo,⁊ ſulphure,quoniā in his
eis conſenſerunt,videlicet in furore ardenti,qui ignis eſt:in doctrina
falſa,que fumus eſt:⁊ peſtilente vita,que ſulphur eſt. Porro hec eiuſ-
modi eoꝝ occiſio ſpiritualis intelligiť magis ꝙ̃ corporalis, qa po-
teriꝫ

terit fieri vt hi nõ occidant corpore q pſequutoribus adherent, ſpiritualiter tñ. Etenim ſatis ille occiditur, q priuat vita ſpũs, que eſt p fidei gratiá in chriſto: vt vltra non viuat in ea, niſi recuperata iteruʒ gratia. Quod fieri habet per verá pœnitentiá, quádo aliquis ex corde dolet de admiſſis, ꝙ offendit tam piũ dñm, tam dulcé, tam ſibi fauorabilé, ⁊ de ſe multis noibus bene merenté: q nihil vnꝗ́ ſibi nocuit, fecit aũt bene ſpecialiter in multis, generaliter in oibus: id quum fit ꝓponit firmiter decetero abſtinendũ: ⁊ id quidé tanto zelo ac aduerſum ſe excitata indignatione, vt ſubinde edat gemitus in corde, trahat ſuſpiria longa. Quod vbi fecerit vtiqʒ vere beatus. Sed non oibus hec gratia continget, dicente Paulo, Impoſſibile enim eſt eos q ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt ét donũ celeſte, ⁊ participes facti ſunt ſpũſſcti, guſtauerunt nihilominus bonũ dei verbũ, virtuteſqʒ ſeculi venturi, ⁊ ꝓlapſi ſunt, rurſus renouari ad penitentiá Hebre. 6. Quo in loco Paulus inſinuat difficultaté recuperande gratie, ſeu doni huius, nõ oino impoſſibilitaté: alias qs ſaluus fieret? Sed quia pauciſſimis vera pœnitentia cõtinget, amiſſa prima gratia: dicit impoſſibile eſſe. id eſt, difficile vt talis renouet per verá pœnitentiá, preſertim ſi in conſuetudiné duxerit pctm̃. Diuus Pſaltes quũ de peccatoribus impœnitentibus loqueret, principaliter de igne, ⁊ ſulphure meminit dicens, Ignis, ſulphur ⁊ ſpũs ꝓcellaꝝ pars calicis eorũ. ⁊ in Geneſi de his duobus in ſubuerſione Sodome, mentio fit. cap. 19. Igit dñs pluit ſup Sodomá ⁊ Gomorrhá ſulphur ⁊ igné. Atqui nec hic, nec ibi de fumo quippiá memorat. Fumus tñ neceſſario adeſt vbi hec duo, ignis ac ſulphur affuerint: qbus arſuri ſunt, in futuro, q mõ eiſdé in concupiſcentia incendunt: digna certe pœna, ⁊ pctõ ex diametro correſpondens. Dignũ eſt enim, vt q in hoc ſeculo fœtido ardore ⁊ ſulphureo ardent, ardeant ſimili ⁊ in futuro: ſimili inquá ſed diſſimili: ſimili in fetore, ſed diſſimili in pœnalitate: quoꝝ ignis non extinguet, nec vermis moriet. Eſa. vlti. Multi enim ſunt, q ob prodigioſam libidiné, incédio viui cõburi primo quoqʒ tpe mererent, ſed euadunt: at nõ ita poſtea, qa ignis ſuccenſus eſt in furore meo, ⁊ ardebit vſqʒ ad inferni nouiſſima dicit dñs. Deute. 32. vbi vſqʒ ad os pœna facti ſaturabunt: A qbus penis ſemp liberi ſunt iuſti, vt nõ incendio conflagrent, q mõ téporaliter ab his leonibus igne ⁊ ſulphure affligunt. Proinde recte dicit, tertiá tantũmõ ab his plagis hominũ parté fore occiſá: que in reprobis computat, vt vbiqʒ ſoli hi pereant piis euadentibus etiá in media morte ⁊ igne. Ná ⁊ Loth iuſtũ liberauit dñs, vt nõ adureret, ſcriptura teſte, Quoniá eduxerunt eũ angeli, ⁊ poſuerunt extra ciuitaté, ibiqʒ loquuti ſunt ad eũ, dicentes, Salua aiam tuá. Et iterũ, In mõte ſaluũ te fac. Salus ergo in mõte, ⁊ nõ circa regionem Sodome. Qui vult intelligat. ¶ Punc. 7.

Penitẽtia extremum refugium.

Penitẽtie vere difficultas.

Poteſtas enim equorum in ore ipſorũ eſt, & in caudis eorum: nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus, habẽtes

capita:& in his nocent.

Jam diximus in equis hoĩes impios vltimi tp̃is,magni videlicet antichriſti ſatellites,proꝝ acerrimos ac ſuperbos pſequutores figurari, quibus in ore erit ptãs oĩs,ꝛ in caudis. Ubi qd os ſit,qd ue caudę,cõ primis videndũ eſt. Os in capite eſt:cauda in poſtrema parte corporis,vt recte p os primores hęreticorũ illius tp̃s,ꝛ oĩm perſequutoꝝ capiant̃:ſicut p caudã vltimi,vt penes illos maneat autoritas,a quibus velut primis alij dependeant. Eſaias eſt teſtis. q cap.9.ſancti ſui voluminis,inquit,Et diſperdet dñs ab Jſrael caput, ꝛ caudam. Deinde exponit qd velit p hęc nomina,dicens. Longęuus ꝛ honorabilis ipſe eſt caput,ꝛ ꝓpheta docens mendaciũ ipſe eſt cauda. Ecce os ꝛ cauda:quãuis os ꝛ ipſi ꝓphetę ſint,docentes mendaciũ, qui ꝛ cauda ſunt. Os,qa loquunt̃,ꝛ oĩs ptãs illis in ore ſit, in vehementi mendacioꝝ perſuaſione,qua mouent,flectunt ꝛ impellunt, vt videlicet ſint vnũ velut in vno corpore mẽbra primi ꝛ vltimi pſequutoꝝ: nõ tamẽ ſine capite eorũ antichriſto. Quare aũt cauda ꝓpheta mendax? Quia ſcilicet partẽ quodãmodo cœcã,ꝛ imundã lingue blandientis tectura cęlat,dum ipſum qđ loquit̃ mendaciũ quanta pōt veriſimilitudine pornat. Et eiuſmodi caudas,id eſt,ꝓphetas tales,ſimiles eſſe ſerpentibus narrat,qa ſinuoſo lubrici ſermonis tractu proſerpunt,ꝛ vbi caput imprimunt toto corpore ſe inuoluũt:ꝛ nimiꝝ valde admirandũ eſt ꝗ vehementer noceant,vbi qetis locũ inueniunt. Eſt alia quoqꝫ aſtutia in ſerpentibus, vt caput ſuũ ſpirata membrorum ꝑplexitate cõtegant:id qđ ꝛ in hęreticis pſpicuũ eſt, vt mendacium, miris verborũ ſpiris cõuoluant. Quid vero eſt illud ꝙ caudę eorũ capitatę ſunt? niſi hoc ꝙ ꝓphetę mendacij patronos ſibi ꝓ capite quęrunt,quos potentiores vident:quatinus hoꝝ pretextu liberius agẽdi facultatẽ habeant. Uides igit̃ ꝗ appoſite nouiſſimi tẽporis apoſtatarũ forma ꝓſcripta ſit. Siquidẽ ipſi per ſe ora loquentia ſunt,ꝛ caudę ipſi,tegentes mendacij turpitudinẽ,fetorẽqꝫ erroris cœlantes, ꝛ oĩs ptãs eorũ in capite eſt ꝛ in caudis. O vere ridenda ſpectra,nocentiſſima tamẽ:qs ſine pernicie cũ his habitauerit monſtris? Quibus ꝛ in capite,ꝛ in caudis plurimũ ineſt perniciei,ac terroris. Os mortiferũ eſt illis,ꝛ cauda noxia:q more ſerpentiũ ſeſe implicant ꝛ explicant. Implicant nexu ſuo ſeſe contrahentes ꝛ ꝓtegentes. Explicant vbi libertatẽ latius expatiandi accipiunt. Quid terribilius his? Jam vero quo magis tibi terribiles hi ſint,ꝓpone tibi monſtrum vnũ,qđ in primis ſit equus ferociſſimus,q ſtare loco neſciat:cui caput leoninũ ſit,ꝛ de ore ſuo ignẽ cũ ſulphure ꝛ fumo prouomat: quatinus dubiũ non ſit,qa in ore eius ſit oĩs eius potentia. Jdem habeat ꝓ cauda colubrũ ſeſe longo mẽbrorũ tractu in nodos mõ implicantẽ, mõ rurſum explicantẽ:in cuius fine ſit atrox caput,os ſibilũ armatũqꝫ acutis dentibus,lingua triſulca,ꝛ quã ſubinde exertet. Quid monſtro hoc fuerit nocentius? magiſue terrificũ? Abominabilius quid? Tales erunt

Os ꝛ cauda prim⁹ ꝛ nouiſſimus.

Serpentũ ingeniũ.

Hęreticoꝝ cõuerſatio ꝑiculoſa.

vltimi tẽporis ꝑſequutores, q occiſuri ſunt tertiam partẽ hoim: Non ethnicorũ q alias iam inter occiſos computant. Qui enim nõ credit iã iudicatus eſt, teſte Saluatore. Ioã. 3. ſed eorũ, q fidẽ vtcunqȝ habent, vitia tñ carnis ſequunt, nec legi ſpũs ſunt ſubiecti. ¶ Pun. 8.

Et cæteri homines, qui non ſunt occiſi his plagis, neqȝ pœnitentiam egerunt ab operibus manuũ ſuarũ, vt nõ adorarent demonia, & ſimulachra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neqȝ videre poſſunt, neqȝ audire neqȝ ambulare.

Truncatus hic ſermo eſt, nec põt intelligi niſi aliquid ſuperaddatur hoc ſcilicet, habebunt ſuũ iudicium, vel aliquid tale. Nõ põt punctus eſſe aduerſus antichriſtos, aut ſeductos ab eis, nec de eis loquit. Eos enim, contra quos hic loquit, inſigniter diſtinguit ab illis, di. Et ceteri hoies, hoc eſt, alij a pręſcriptis, q nõ ſunt occiſi his plagis, id eſt. ab ore, & caudis equorũ: Neqȝ tamen interim reſipuerunt ab opibus eorũ malis, quę ſunt, adoratio, & cultus demoniorũ & ſimulachrorũ aureorũ, argenteorũ &c. Conſtat ergo aduerſus idololatras hęc dicta eẽ, q ſunt eiuſmodi, de qbus nihil curę habent hęretici: quorum oĩs conatus aduerſus veros chriſtianos ſtat: At qa ipſi non curauerunt agnoſcere deũ, quũ hoc vtiqȝ poſſent, ẽt naturali lege ducti, nec ſacris eius pręceptis inſtitui, vt ſcirent qd facto opus eſſet in ſalutẽ, dei quoqȝ honorẽ, ſimiliter peribunt. Quo in loco illud mihi conſydera, qua pœna digni ſint, q habentes noticiã dei, fidẽ & ſcientiam, & hęc oĩa contemnunt abutentes ꝓcepta dei gratia: ſi illos, q horum nihil habuerunt, & ſolũmodo, qa ꝑ naturalẽ legẽ deũ non cognouerunt, dicat dãnationi obnoxios. Et iure qdẽ. Quum enim debuiſſent operã dare vt creatorẽ cœli terręqȝ, & hominũ, & omniũ rerũ, agnoſcerent, colerent, & adorarent, ipſi inſaniſſime defluentes cogitatione ad idola, cœperunt adorare opera manuũ ſuarũ, aurea, & argentea, & ęrea, & lapidea, & lignea, quę neqȝ videre poſſunt, neqȝ audire, neqȝ ambulare: qa ſpũs nõ eſt in eis. ꝓpter qđ ẽt traditos illos dicit apl's in paſſiones ignominię, vt contumelijs afficerent corpora ſua in ſemetipſis. Unde ſcriptura dicit (Sap. 13.) Infœlices eſſe eos oẽs: & inter mortuos ſpem illorũ eſſe: q appellauerunt deos opera manuũ hoim, aurũ & argentũ artis inuentionẽ, & ſimilitudines aĩaliũ, aut lapidem inutilẽ opus manus antiquę. Sed in idolis nationũ nõ erit reſpect⁹, eo ꝙ initiũ fornicationis eſt exquiſitio idoloꝝ, & adinuentio illorum corruptio vitę. ca. 14. Quomõ autẽ adinuenta ſunt idola: & quomodo Idolorũ inuentio. cultus eorũ ſit incitatus, plenius exponit Sapiens ibidẽ. Non enim erant idola ab initio, neqȝ erũt in perpetuũ. Superuacuitas hoim hęc adinuenit, & ideo breuis finis illoꝝ eſt inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater, cito ſibi rapti filij fecit imaginẽ, & illũ q quaſi tunc hõ mortuus fuerat, nũc tanqȝ deum colere cœpit: & conſtituit inter ſeruos

ſuos ſacra, & ſacrificia: deinde interueniente tpe cõualeſcente antiqua conſuetudine, hic error tanq̃ lex cuſtoditus eſt, Et tyrannorũ impio colebant figmenta, hos quos in palã hoĩes honorare nõ poterant, q longe eſſent, e longinquo figura eorũ allata euidentẽ regis imaginẽ, quẽ honorare volebant, fecerunt: vt illũ q aberat, tanq̃ pręſentẽ colerent ſua ſolicitudine. Exponit deinde aliã cauſam q̃nquidẽ artifices volentes adulari ſuis patronis, ſimilitudines eoꝝ longe elegantius figurabant. Multitudo aũt hoim vt in ſcriptura eadẽ ſequit adducta p ſpeciẽ operis, eũ q ante tp̃s tanq̃ hõ honoratus fuerat, nũc deũ ęſtimauerunt. Et hęc fuit vitę humanę deceptio: qm̃ aut affectui, aut regibus deſeruientes hoĩes, incõicabile nomẽ lapidibus & lignis impoſuerunt. Lege plura ibidẽ, & in ſeq. cap. De talibus loquit Apoſtolus Ro. 1. Mutauerunt incorruptibilis dei glĩam, in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs, & volucrũ, & quadrupedũ, & ſerpentium. Et hęc cauſa grauiſſime iracundię veri & viui dei qui creauit hoiem rationis participem eo cõſilio, vt ipſum agnoſcat, amet & colat, & ſoli ſibi in ſpũ ſeruiat, q ſolus vere adorãdus eſt, & colendus. Merito ergo ob hanc impietatẽ ij, quẽadmodũ & alij pctõres impœnitentes peribunt: q quũ homicidę eſſent, aut venefici, aut fornicarij, aut fures, nihil curarunt agere pœnitẽtiam, vt ſalui fierent. De quibus ſpeciatim poſt idololatras ſequitur. ¶ Punc. 9.

**Et non egerũt pœnitentiam, ab homicidijs ſuis, neq; a veneficijs ſuis, neq; a fornicatiõe ſua, neq; a furtis ſuis.**

Poteſt de eiſdẽ idololatris punctus iſte capi cũ auxeſi maloꝝ, ꝓpter ſenſus continuitatẽ: quatinus intelligeres nõ ſolũ pctm̃ in eis idololatrię fuiſſe, ſed etiã alia multa: vt ſunt homicidiũ, veneficiũ, fornicatio, & furtũ. Nã error ſerit ex errore, & pctm̃ ex pctõ multiplicat: multi enim filios filiaſq; ſuas idolis imolabãt, iuxta illud, Immolauerũt filios ſuos, & filias ſuas demonijs: & effuderunt ſanguinẽ innocentẽ, ſanguinẽ filiorũ ſuorũ, & filiarũ ſuaꝝ, quas ſacrificauerunt ſculptilibus. Et, Infecta eſt terra in ſanguinibus: & cõtaminata eſt in operibus eoꝝ, & fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis, Pſal. 105. Si vero diſtinctim legere placeat, ꝓrout fecimus, locus eſt aduerſus eos, qui chriſtiani noiant, & ꝓ talibus ſe venditant: ſed nihil melius nec ſanctius idololatris viuunt. Sũt enim homicidę, venefici, fornicarij, ac fures: hi etſi apte idola nõ colãt aurea, argenteaq;, & id genus reliq̃: nihil tñ minus habẽt impuritatis, ſiue ẽt ipietatis illis q id faciunt. His nihil certe ꝓderit ſacroſanctũ venerãdũq; chriſtianitatis nomen, quo minus in eos ſęuiat ira dei. Reuelat enĩ ira dei de cœlo ſup oẽm ipietatẽ, & iniuſticiã hoim Ro. 1. ſi ſic pmãſerint, hoc ẽ impii, & iniuſti. Nã digna pœnitẽtia oia corriguntur: cuius prima virtus eſt, abſtergere impietatem ab homine, & cooperari per gratiam dei ad pietatẽ: odiſſe iniuſticiam, & amare iuſticiam: deum ex toto corde diligere, & ſoli illi ſeruire velle.

Digna pœnitentia oia corriguntur.

# CAPVT. X.

## DE ANGELO FORTI DESCEN-DENTE DE COELO, HABEN-TE LIBRVM APERTVM.

### SEC. 1. PVN. 1.

ET vidi alium angelum fortem deſcen-dentem de cœlo, amictum nube: & iris in capite eius: & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam columna ignis

Deſcripta antichriſtianoꝝ ſeuicia: nunc ad deſcri-bendã eoꝝ ruinã more ſuo recapitulat exordium natiuitatis chriſti, ⁊ gl'iam eccl'ie: quaſi ad funda-mentũ reuocans lectorẽ auditorẽq;, ꝙ de chriſto fit, ⁊ eccl'ia eius ma-nifeſtata hec viſio. Quis iſte angelus fortis eſt niſi dñs Jeſus, pater-ne volũtatis decretiq; nuncius: q icirco p ꝓpheta cõſilij magni an-gelus dicitur. Quia enim eterne vite nouus nuncius aduenit, noua nunciauit, noua ꝓmiſit, noua fidelibus contulit, angelus eſt. Alius autẽ, qa diſſimilis alijs. Nã ⁊ differentius pre illis nomẽ hereditа-uit. Hebre. 1. Fortis quoq;, qa ad debellãdũ aereas ptãtes venit, quẽ dñm fortẽ, ⁊ potentẽ in prelio regius quoq; Pſaltes, Pſal. 23. appel-lauit. Proinde optimo iure ⁊ angelus ille, q hunc venientẽ nuncia-bat: Gabriel. id eſt, fortitudo dei dictus eſt. Decebat enim vt fortis for-tem prenunciaret: Alioqui quomõ fortis in infirmitate carnis crede-ret miris afflictus modis: tametſi qd infirmũ erat dei fortius eẽt ho-minibus. 1. Cor. 1. Quẽ enim hoies euincere nõ valebãt in omni for-titudine coꝝ: infirmitas carnis, que fuit paſſio ⁊ mors in chriſto eui-cit, nõ dubiũ qn diabolũ, quẽ ⁊ coercuit. Dicat ergo, vidi aliũ angelũ fortẽ deſcẽdentẽ de cœlo. Hic queritur. Quũ dñs vbiq; ſit, iuxta illud. Cœlũ ⁊ terrã ego impleo. Et extra cœlũ ⁊ terrã nõ ſit locus, Quomõ deſcendit de cœlo: Ad qd ꝓculdubio dicendũ, Quia deſcenſio illius nihil aliud fuit, niſi incarnationis eius humilitas, in qua nouo mõ apparuit, quo antea non apparuerat: neq; enim aliquando deus in carne viſus eſt vnq̃: ſed nouiſſimo tpi hec gratia ſeruabatur: ⁊ ideo de-ſcendens angelus eſt. Nota. deſcendentẽ dicit, nõ cadentẽ, queadmo-dũ de lucifero dicitur, qa cecidit. Luc. 10. ⁊ Eſa. 14. Chriſtus volens e cœlo venit, ideo deſcendit: voluit enim humiliari ꝓpter nos: diabo-lus contra, nolens cecidit: n i deturbatus e celo fuit: quatinus huius ⁊ illius diuerſitatẽ in deſcenſu agnoſceres ⁊ caſu. De chriſto pſalmo-graphus predicat, A ſummo cœlo ingeus egreſſio eius, Pſal. 18. Si

Angelus fortis xp̄s

Deſceſus ⁊ caſus di-uerſa.

egreſſio, ergo voluntaria: volentes enim egredimur. De ſatana autē ſcriptura dicit, Quomō cecidiſti lucifer? Eſa. 14. Si cecidit, ergo nolens cecidit: cadimus enim inuoluntarie. Neqꝫ vero hic caſus peccati eſt, ſed eiectionis, vt auſa prȩcludat calūniandi, quaſi nolens peccaſſet: volens quidē peccauit, ſed nolens cecidit de cœlo. Nube autē amictus apparuit angelus, qa nimirū carne velatus inter hoīes chriſtus
Chrūs nube carnis velatus. apparuit: vnde in Eſaiȩ ꝓphetia dicit, Ecce dn̄s aſcendet ſuꝑ nubem leuē, cap. 19. Suꝑ nubē leuē chriſtus aſcendit, qa carnē ſine grauedine pc̄ti aſſumpſit. Nā & Paulus in ſimilitudinē eū miſſum fuiſſe teſtatur carnis pc̄ti, pc̄ō longiſſime abhorrentē. Ro. 8. Nubes ergo caro eius ſacroſancta eſt, ſicut & in alijs nō paucis ſcripturȩ locis: pulchra admodū ſimilitudine, ꝙ plerūqꝫ ſolē nubes obiegat, & tamē prȩſentiā eius nō abſcōdat: & in carne deus latuit, & tamē prȩſentia eius dignoſci potuit: diuinitas illa indiuiſibilis fuit, quȩ ꝑ oꝑa viſibilia mūdū vniuerſum illuſtrauit: vnde & Joannes idē in euangelio ait, Et vidimus gl̄am eius, gl̄am quaſi vnigeniti a patre: ſed gl̄ā diuinitatis eius nemo vidit vnquā. Ergo neceſſe eſt intelligere de operibus eius miraculoſis, & veritate ſmonis eius, ꝑ quȩ coruſcabat impſcrutabilis diuinitas eius. Sequit, Et iris erat in capite eius. Caput chri deus, vt
Iris arc⁹. Paulus ſcribit in priore epiſtola ad Corin. cap. 11. in quo eſt Iris, qđ ꝓpitiationis eſt ſignū, vt ſupra diximus. Iris Grȩce latinȩ arcus dicit, de quo Gen̄. 9. Ponā arcū meū in nubibus cœli: & erit ſignū fœderis inter me & terrā. Hic a diluuio in cœlo pluuialibus diebus videri cœpit, ſitqꝫ arcus in cȩlo, quū radijs ſolis ex aduerſo imbrifera nubes fuerit illuſtrius perfuſa. Et mundo reconciliatio facta eſt, ſole iu-
Iridis colores pcipui duo. ſticiȩ radijs diuinitatis ſuȩ aſſumptā nubis carnē implente. In arcu duo ſunt principales colores, vnus ceruleus, alter igneus, per quos duo iudicia dei ad nos ſignificant. In ceruleo diluuiū prȩcedens: In igneo: ignis ſubſequens. Poſſunt in arcu & myſteria baptiſmatis figurari. Siquidē baptizamur aquis in memoriā paſſiōis filij dei, in quo recipim⁹ gratiā ſpūſſcti in igne e cȩlis miſſam, de quo dn̄s dicit, Ignē veni mittere in terrā. Idē. Niſi qs renatus fuerit ex aqua & ſpūſctō, nō pōt introire in regnū dei Joan. 3. Act. 1. Vos autē baptizabimini ſpū ſctō. Non poſſum hic cuiuſdā expoſitoris blaſphemiā reticere, q hoc loco angelū deputet hoīem quendā impurū ex cȩlibe cōiugatū, qui errorē miſit in orbē, quē nemini nō prȩfert: q, ſi veritatē ꝓfiteri voluiſſet, potius locuſtā fediſſimam dixiſſet, imo principē locuſtarū execrabiliū. Nā quo pacto hȩc in quempiā aliū cōpetant, prȩterꝗꝫ in chrm, nō video: qđ & ſequentia indicant. Sequit enim, Et facies eius erat vt ſol. Neqꝫ enim hoc hoī impuro cuidā cōpetit, qđ manifeſte chriſtū prȩſcribit. ſed peruerſus eſt ſenſus eius, ideo nec pilo plus curandus.
Facies dei noticia eı⁹ Porro facies eius, noticia eius eſt: a facie enim cognoſcimus omnia: quȩ a tp̄e reſurrectionis multo clarius vniuerſo illuxit mūdo. Hanc reſurrectionē diē Paulus appellat Roma. 13. Nox prȩceſſit dies autē appropinquauit, dies ſcilicet reſurrectiōis: ꝓpterea hortatur in ſubſe-

quentibus, vt abijcientes opa tenebrarū induamur arma lucis ſic: vt in die hac honeſte ambulemus. Eius nāqꝫ reſurrectio noſtra eſt renouatio, vt in nouitate vitę ambulemus per fidem gratię eius. Nam ⁊ ipſe chriſtus ſolis noīe eodē myſterio a quibuſdā cenſet, quū dicitur, Et valde mane vna ſabbatorū, veniunt ad monumentū, orto iam ſole, Mar. 16. Niſi enim (vt dicunt) myſtice de hoc ſole chriſto dn̄o, qui iam reſurrexerat, qꝛ diē nouū mundo ſua reſurrectione inuexerat, id accipias: repugnantia erunt valde mane. Et, orto iam ſole. Quo in loco vix admiſerim quorundā opinionē dicentiū: quaſi valde mane ꝓgredi ceperint, ⁊ ad locū orto iā ſole peruenerint, quū nō longe ab vrbe locus diſſitus eſſet. De chriſto ⁊ alibi ſcriptū eſt, Reſplenduit facies eius vt ſol. Matth. 17. Incarnatus erat deus: ⁊ niſi incarnatus fuiſſet, nemo hoīm illū oculis ad ſenſum cognouiſſet. Tunc ergo cœpit cognitio eius hoīm cordibus clarius innoteſcere, quando pręſentiā ſuā ꝑ incarnationē clarius exhibuit mundo. Oſtende (inquit propheta) faciē tuā, ⁊ ſalui erimus. Quocirca angeli viſibiliter nato dn̄o obſequuti, ⁊ cęli quoqꝫ arriſere illuſtrius. Angeli paſtores excitant: cęli magos orientales ad adorandū perducunt. Angeli vocali ſermone vtunt, cęli nouo ſydere gaudent: quē ſydus indicat Magis, hunc angelica vox pręedicat paſtoribus. Quia ergo omnibus referebat noſſe pręſentiā dn̄i: ⁊ vt ita dicā, a facie noſſe deū, quē videre nō poterāt niſi in carne, oīb⁹ ad exhibitā libebat gaudere. Rogabat olim Moyſes dn̄m dicens, Si inueni grāam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciē tuā, vt ſciam te. cui dn̄s, Non poteris videre faciē meā. Exo. 33. Facies iſta dei a reſurrectione magis illuxit, quando vt ſol reſplenduit, multoqꝫ illuſtrius ſole. Nā ſi de electis dicit euangelium, Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorū. Matth. 17. conſequens profecto eſt, vt multo illuſtrior chriſtus electorū caput fulgeat: q ēt configurabit nos ad claritatē ſuā, tanqꝫ ad exemplar ſm̄ oꝑationē virtutis ſuę. Phil. 3. Obſerua. Non ſine cauſa chriſtus ſoli cōparat. Sol quippe ortū habet, ⁊ occaſum. Hinc Salomon, Orit ſol, ⁊ occidit, ⁊ ad locū ſuū reuertit: ibiqꝫ renaſcens gyrat ꝑ meridiē, ⁊ flectit ad aquilonē: luſtrās oīa ꝑgrat ſpūs, ⁊ ad circulos ſuos reuertit. Quod in myſterio dictū eſt. Quippe ſol ortus eſt, quando chriſtus natus eſt: venit ad occaſum quando ꝓ nobis mortē oppetijt. Sicqꝫ redijt ad ortū, qa eius humanitas ex paſſione mortis ad glīam reſurrectionis ꝑuenit. Unde recte ſequit. ⁊ ibi renaſcens gyrat ꝑ meridiē: qa reſurgens a mortuis claritate fidei, ⁊ ſpūſſcti luce clarius mundū illuſtrauit, quando gyrās ſe ꝑ meridiē conuerſus eſt ad aquilonē. Quia chriſtus a reſurrectiōe in plenitudine glīę refulgens, ꝑ diſcipulos, quos primū illuſtrauit, reflexus ad aquilonē gentilitatis, maiores ſuos radios illic ꝓmonſtrauit. Quodqꝫ ſubdit. Luſtrans oīa ꝑgit ſpūs: ad hoc ꝑtinet, qa totus mundus pręedicatione aplōꝝ ſpiritu dei repletus fuit. vnde eſt illud, Spūs dn̄i repleuit orbem terrarū. Et, Vox tonitrui tui in rota. Et illud, Illuxerunt coruſcatiōes tuę orbi terrę. Quid deinde? Et ad circu-

Chr̄s cur per ſolem figuretur.

los ſuos reuertit: q̃a poſt aggregationē̃ gentiũ illuminabit tandē̃ & ipſa multitudo Judeorũ. Teſtat̃ hoc Paul9 Romanis ſcribēs ca.11. Teſtat̃ & Eſa.cap.10.&.29. Itē̃ Jeremias.31. oſtendit plane q̃ poſt plenitudinē̃ gentiũ intrabit Iſrael quoq3 ad finē̃: vt recte tunc ad circulos ſuos reuertat̃ iſte ſol. Ita enim habet Paulus. Nolo vos ignorare frēs myſteriũ hoc, q̃a cecitas ex parte cōtigit in Iſrl̃, donec plenitudo gentiũ intraret, & ſic oīs iſrl̃ ſaluus fieret. Sequitur. Et pedes eius tanq̃ colũna ignis. Greca volumina in plurali colũne habent. Diſſimilia de chriſto dicta ſunt ſupra cap.1. vbi ſimilis filio hoīs inter cādelabra aurea diſcurrens angelus apparuit: Cui caput & capilli candidi erant, velut lana alba, & nix: oculi flāmeſcentes tanq̃ ignis: pedes auricbalco p̃ſimiles: cuius rationē̃ exquirere, haud quaq̃ ocioſum putauerim: vt enim habitus diuerſi, ita & habitus ratio debet eē diuerſa. Illic nāq3 contra cherintũ, hebionē̃q3 ac ceteros antichrīos

Chr̄i diſſimilis ſchematis rō. pugnabat veritas, p̃prio oſtendens ſchēmate falſam fore putationē̃ corundē̃, q̃ ſub illud tempus, donec. b. Joannes in inſula Patmo exularet, chr̄m ante Mariā̃ fuiſſe negare ceperant: hic aũt vniuerſo orbi oſtendit̃ quale & quantũ impendeat negociũ: ſimulq3 quā ob rē̃ venerit chrīs in hunc mundũ, vt prouidũ quenq3 faceret eiuſmodi oſtenſio. Proinde illic naturā̃ vtrā̃q3 vnius eiuſdē̃q3 chriſti recte accipimus ſignificari: hic vero officiũ. Hinc eſt q̃ illic filius hoīs, qđ nature eſt: hic angelus, qđ eſt officij appellat̃. Illic caput canicie candidũ, quod nature antiquitas eſt: hic Iris in capite demonſtrat̃, ſuſcepti videlicet officij cauſa, q̃ pacē̃ afferuerit, federiſq3 iura in ſe p̃firmarit. Preterea illic pedes, q̃ infime partes corporis, extremeq3 ſunt, ſimiles erant auricbalco: q̃ natura, quā̃ aſſumpſerat, humana, p̃bata igne tribulationis fuit, & tādē̃ in ipſo gloriſicata: glorificanda deniq3 in reliquis quoq3 corporis ſui membris, que in fine multis tribulationibus vexanda eſſet. Hic autē̃ pedes tanq̃ colũna ignis deſcribunt̃, ardentē̃ ſimul animi fortiſſimũq3 affectũ in ſctis predicatoribus deſignans, qui in fine ſeculi ſunt futuri. Pes enim idonea affectus animi eſt figura: eo q̃ quē̃admodũ pedibus corporis incedimus: ita aīorũ affectibus ferimur. & q̃a pedes vt colũna ignis referunt̃, p̃culdubio in ſanctis verbi dei miniſtris ardens quidā̃ affectus, & ad veritatē̃ annunciandā̃ eſtus, & ebullitio per id deſignant̃: in q̃bus colũne typus inuictiſſimũ ſpiritus robur demonſtrat. De pedibus huiuſmodi legis

Pedes p̃dicatoris columna ignis. Eſa.52. Quā̃ ſpecioſi pedes euangelizantis ſup montes, & predicantis pacē̃: annunciantis bonũ, predicantis ſalutē̃. Id qđ Paulus citat Ro.10. Quanto hoc ardore fuerit ab oībus annunciandũ, q̃ ex toto corde diligunt, quiq3 dei ſpũ feruent, & robuſti ſunt, ac ſani, nō facile dixerim: q̃ totũ ſe incunctant̃ incendere debet veritatis annunciator,

Predicator q̃lis eē debet. & ardere, & feruere, & bullire in annunciando, nihil interim capitis diſcrimen metuens p̃ honore chr̄i: nihil contradictionē̃ curans: nō laborē̃, nō vigilias attendēs: dũmō delegato ſibi rite p̃fungat̃ officio, reſpondeatq3 quaſi ex diametro voluntati illius, qui eũ in id elegit.

Quales erant olim oẽs apłi, alijq; poſt illos, q nullis parcentes laboribus diſcurrebant, clamabant, docebant, pficiebant, ⁊ in hoc totos ſe dabant vt pficerent in gloriã dei: qbus certe pedes erant vt colũna ignis, hoc eſt, cõſtantes ac inuicti ſpũ. Iſti eoꝝ pedes ex eo facti ſunt tanq̃ colũna ignis, q̄ venit ſup eos ſpũſſctũs tanq̃ ignis, fortificans ⁊ incendens eos in amore dei: Extunc enim q prius erant imbecilles, pauidi, idiotę, id eſt, ſine lr̃is: facti ſunt fortes, ⁊ ſecuri, facundi vtpote oĩm ſcripturarũ gnari. Nõne Petrus frigidus tpe paſſionis erat, q ad focũ ſtabat ⁊ calefaciebat ſe? Nõne indoctus ac rudis, qui plano interim ſermone docentẽ dñm putabat in parabolis loqui, vt nõ erubeſceret moleſta ſubinde pcacitate eundẽ obturbare: q tot conatibus ad fidei virtutẽ erigi nõ poterat. Nonne imbecillus, quũ ad vnius fragilis ancillulę oſtiarię, tpe paſſionis dñi, ad ianuã principis ſacerdotũ ita totus exhorruerit, vt ſpũ deſponſo chriſtũ ſubito abiurauerit. Sed idẽ factus eſt poſtea ſapiens, q recepto ſpũ tot pphetarũ oracula memoriter repetens, pruoluebat ex abditis eoꝝ penetralibus myſteria, concionabat pfecte, ardebat, fortis erat: colũna ergo ardens erat. Quẽ Paulus tali titulo dignat Gal. 2. di. Iacobus, ⁊ Cephas, ⁊ Ioãnes q videbant colũnę eẽ. Sed ⁊ ipſe Paulꝰ hoc ipſum erat, dũ ſeipſum fortiſſimũ veritatis aſſertorẽ adſtruit contra hereticos, qbus nec ad horã quidẽ ceſſiſſe ſe dicit, vt veritas euangelij permaneat apud fideles. Licet eũ in omnibus ſcriptis eius ardentẽ colũnã perſpici, ãmirariq; ⁊ coli. Id quod ⁊ cęteri ſimiliter erãt. In quẽ modũ erunt ⁊ extremę illius etatis prędicatores. hoc eſt, conſtantes, inuicti, ⁊ in ardore ſpus feruentes. Quos medij a longe ſalutant, parum firmi, parum vita lucentes, molliculi, aurę pplaris venatores. In ſumma mercenarij.

¶ Punc. 2.

Et habebat in manu ſua libellum apertum.

Superius dictũ eſt, qa accepit agnus de dextera ſedentis ſup thronũ librũ ſignatũ ſigillis ſeptẽ, quẽ aperuit reſectis ſigillorũ repagulis. Proinde qd ibi p librũ ſignatũ intelligit, hoc per librũ apertum hic. Quia enim ęterna dei pręſcientia, in ſuo inmutabili decreto, de ſtatu ⁊ curſu, ⁊ tribulatione eccl'ię latuit mortales, quouſq; p chriſtũ reſeraret, clauſus ſignatuſq; liber dicit: Nunc vero apertus, quẽ habet in manu ſua chriſtus, qui ⁊ eccliam habet in manu ſua, ⁊ prunatęs eiꝰ.

Liber clauſus ⁊ poſtea aptꝰ.

Obſerua. Liber aptus eſt, ⁊ tamẽ in manu chriſti eſt. Quia etſi conſilia dei aperta ſint, in ptãte tñ eius eſt nota facere ea diligentibus ſe, ⁊ quantũ voluerit: cui ſemp ſupplicãdũ eſt p his, vt nobis nota faciat. Nã ex ſenſu eius viuimus, mouemur, ⁊ ſumus. Viuimus, vita gratię, quę eſt in fide eius ⁊ charitate. Mouemur de virtute in virtutẽ, opera fidei facientes. Sumus autẽ, qa precioſi corã deo habiti ſumus. Eſt ergo libellus is ob verborũ breuitatẽ tota ſacra ſcriptura, in qua concluſa erat dei pręſcientia, ⁊ imutabile decretũ ipſius: id enim peculiare eſt illi, vt breuis ſit in verbis, copioſus in ſenſu: quatinus nullũ in ea ſit verbũ abſq; pfundo myſterio. Nã ⁊ Eſaias ait, Verbũ abbre-

Scriptura ſacra in verbis breuis.

uiatū faciet dñs ſup terrā, cap. 10. Hunc libellū chriſtus aperuit dupliciter. Primo prędicando, Secundo ſcripturas implendo. Prędicauit aūt primo p ſe ardenti virtute currendo p caſtella, ⁊ vicos: deinde p apl̃os ad id delectos, quos ſpecialiter illuſtrauit e celis, mittens eis ſpūm veritatis, q docuit eos oēm veritatē. Impleuit aūt ſua paſſione ⁊ morte, qcqd ſcriptura, tā legalis, in figura ⁊ ſacrificio: ꝙ prophetalis, in vaticinio cōtinebat: multa eni paſſim de ipſo in ea ſcripta erāt: quatinus verior fides eidē haberetur, quū veniret. Proinde dicebat Iudęis, Scrutamini ſcripturas, qa vos putatis in ipſis vitā ęternam haberi: ⁊ illę ſunt quę teſtimonium perhibent de me: ⁊ nō vultis venire ad me, vt vitā habeatis, Ioan. 5. Sic autē declarauit ſcripturarum abdita ſua paſſione, ⁊ morte: quēadmodū euentu rerum multa, quę ſunt ſecreta, velut in luce poſita omnibus clareſcunt. Eſt ⁊ alia ratio diminutiui noīs, vt nō liber, ſed libellus vocet. ſiquidē reſpectu illi⁹ ampliſſuę īmenſęq; pfunditatis pręſcientię dei, quę latent in mente diuina, quę merito ſui liber magnus eſt: ⁊ tam amplus, vt totus mundus nō capiat: cuius reſpectu paruū ⁊ exiguū eſt, qcqd hoibus reuelat. Id qđ idē Ioānes in fine ſui euāgelij de operibus dñi Ieſu teſtatur. di. Sūt ⁊ alia multa, quę fecit Ieſus: quę ſi ſcribant p ſingula, nec ipſum arbitror mundū capere poſſe, eos q ſcribendi ſunt libros. Proinde nec Paulus eā tā ampliſſimi conſilij diuini mentē prodere auſus: ſed ſolū modo dixit, Nō licet hoi loq. 2. Cor. 12. ❡ Punc. 3.

Chriſt⁹ libellū duplr apuit.

## Et poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.

Poteſt ſimplex huius loci ſenſus eē, quia prędicatio fidei chriſtianę terra mariq; ppaganda erat, vt vbiq; ſuſtineret, ⁊ ſuſtineret oēs. Sz altius eſt myſteriū, ꝙ vt ſimplici ſermone pdat. Aduerte igit. Quatuor verba ſunt poſita, dextrū, ſiniſtrum: mare, ⁊ terra, quę nobis diligenter exquirenda ſunt: offerunt enim neſcio qd latentis myſterij ſenſibus noſtris. Quid ergo p dextrū niſi fortia deſignant: p ſiniſtrū niſi imbecilla: p mare tribulationū fluctus pcelloſi: p terrā portus quieti tpis: perinde atq; dixeris, fortia membra in maioribus periculis obcundis, imbecilla in cōpetentibus collocant. Nō enim patit nos de⁹ tentari ſup id qđ poſſumus, ſed faciet cū tentatione prouentū, vt tolerare poſſimus. 1. Cor. 10. Propterea neq; diſcipuli chriſti donec infirmi eſſent ante receptū ſanctū ſpūm, ſunt miſſi ad gentes, vbi grauior eis tribulatio īminebat: ſed tm̄ ad Iudęos, vbi tranqllę prędicarent. Dictū eſt enim illis, In viā gentiū ne abieritis, ⁊ in ciuitates Samaritanorꝝ ne intraueritis, Matt. 10. Poſtea vero ꝙ ſpūſctō firmati ſunt audaci pectore, ⁊ in viā gentiū abire iuſſi. Mar. vlti. Euntes in mūdū vniuerſum pdicate euangeliū omni creaturę. Hoc eſt ergo dñm poſuiſſe pedē dextrū ſup mare, ſiniſtrū aūt ſup terrā: qa pdicatores ſuos Apoſtolos, quos p pedes dñi igneos intelligimus, iā cōfirmatos, in vniuerſitatē gentiū dimiſit, quos adhuc infirmos in Iudęa cōtinuit.

Pedē dextrū ponere ſuper mare.

Nā ⁊ alias noīe terrę Judęa, maris appellatione gentilitas deſigna
tur, ſicut in Pſal. 45. Propterea non timebimus dū turbabit terra, ⁊
transferent montes in cor maris. quaſi diceret nō timebimus futuras
tribulationes Judęorū, qa in medio gentiū apl̄i tranſient relictis Ju
dęis: Ipſi aūt apl̄i montis appellatione deſignant, ꝑ excellentia di- Apoſtoli
gnitatis, ⁊ accepti ſpūs primaria illuſtratione. Montes enim primū montes.
ab exoriente ſole colluſtrant. Sic ergo ꝑ terrā, vbi minus agitamur,
tranquillitas: ꝑ mare, vbi ꝓcellis ſępe ad ſcopulos illidimur, ma-
ior tribulatio deſignat. Alia quoqȝ ratione ꝑ terrā Judęos: qa ꝑ le-
gē, ⁊ ꝓphetas exculti erant, vt facerent fructus, intelligimus: ꝑ mare
gentiles, in qbus ꝓfunditas erat errorū, ⁊ ſumma ignoratio dei. Cę-
terū qa dextrū vocare ſolemus, qd̄ ꝓſperū ⁊ beneplacens eſt: ſiniſtrū
qd̄ aduerſum minuſqȝ gratū: Proinde tunc chriſtus poſuit pedē dex-
trū ſuꝑ mare, quādo neglectę olim gentilitati, ꝑ Apoſtolos ꝓſpera,
eiſqȝ placentia nūciauit: videlicet, ꝙ reiectis Judęis, ipſa gentilitas
eſſet electa in peculiū dei, populūqȝ peculiarē, ad ſummas videlicet
ſpūales diuitias, ⁊ bona gratię glorięqȝ: id qd̄ eo libentius gentili-
tas accepit, quo offerebat gratius. Hoc vt verū ſit ꝓbat locus ſcriptu
rę Act. 13. vbi quū Paulus longū ſermonē ⁊ eruditū ſatis de chriſto
texuiſſet, multi ſequuti ſunt eū, ⁊ Barnabā, q loquentes eis ꝑſuade-
bant vt permanerent in gratia dei. Sequenti vero ſabbato pene vni
uerſa ciuitas cōuenit vt audirent verbū dei: videntes autē turbas Ju
dęi repleti ſunt zelo, ⁊ contradicebant his, quę a Paulo dicebantur
blaſphemantes: Tunc conſtanter Paulus ⁊ Barnabas dixerūt, vo-
bis oportebat primū loqui verbū dei: ſed qm̄ repellitis illud, ⁊ indi-
gnos vos iudicaſtis ęternę vitę, ecce cōuertimur ad gentes. Sic enim
pręcepit nobis dn̄s. Poſui te in lucē gentibus, vt ſis in ſalutē vſqȝ ad
extremū terrę. Eſa. 49. Quod audientes gentes gauiſę ſunt, ⁊ glorifi-
cabant verbum domini: ⁊ crediderunt quotquot erant pręordinati
ad vitā ęternā. Facta ſunt hęc in Antiochia piſidię. Vide quomodo
dextrū pedē chriſtus poſuit ſuꝑ mare, qa gentibus ꝓſpera iucundaqȝ
nunciauit, ꝑ eos, q pedes eius erant, vt apoſtoli aliiqȝ fortes, ac con-
ſtantiſſimi verbi dei miniſtri: q oēs fluctibus huius ſęculi agitati ia-
ctatiqȝ fuere. Porro ſiniſtꝝ pedē poſuit dn̄s ſuꝑ terrā. Quid terra, niſi Chr̄i pes
carnales Judęi ſunt, ſuꝑ quos poſuit pedē dn̄s ſiniſtrū: quando eiſdē ſiniſter qd
ꝑ Aploſ pręnunciauit, ꝙ relinquendi eēnt, ac perituri: ſc̄m ꝙ apoſto- ſit.
lus dicebat, Notū vobis ſit, qa gētibus miſſum eſt, hoc ſalutare dei,
Act. 28. Hęc ex prōptuariis aliorū. Verū ego diuino hic ꝑ mare ba- Proprius
ptiſmū nihil minus poſſe intelligi, ſicut frequenter in ſcriptura intelli ſenſus au
git, in quo poſuit dextrū pedē chr̄s: qa voluntas eius, ac beneplaci- thoris.
tū in eo ꝑmanet, ſc̄m qd̄ ſcriptū eſt, Spūs dn̄i ferebat ſuꝑ aq̄s. Gen. 1.
⁊ dexteritate grę̄ firmat ſuos, quos ad dexterā ſuę glorię eſt colloca-
turus. Matth. 25. Sępe aūt hi ꝓcellas tribulationū ꝑpetiuntur, ſicut
ab initio, ita ⁊ vſqȝ in finē: fixū eſt enim exercitandos fore electos, do
nec in harena ſunt, dicente dn̄o, Si me ꝑſequuti ſunt, ⁊ vos ꝑſequen

tur:vt q probati ſunt manifeſti fiant.Et, Oés q pie viuere volunt in
chriſto Jeſu perſequutioné patient.2.Timo.3.per terrá, vbi ſiniſtrú
ſtatuit,circuncíſio iure ét hac róne capit:qꝫ eis,qui ex ea ſunt,terrena
ꝓmiſſio facta ſit.Eſa.1.Si volueritis,ꝛ audieritis me,bona terre co-
medetis.Et oés q terrena ambiunt,ꝛ his delectant ad ſiniſtrá erunt,
hoc eſt in dánatione:ná ꝛ ſeruú nequá,inutilemqꝫ,malú,ꝛ pigrum,
qui in terrá defoderat pecuniá dñi,abijci iubet in tenebras exteriores,
vbi erit fletus,ꝛ ſtridor dentiú,Matth.25.Et omnes mali a ſiniſtris
erút,hedoꝝ noie deſignati.ibidé.Hinc mr̃ filiorú zebedei ſtulticie ar-
guit,qꝫ alteꝝ filioꝝ a ſiniſtris collocari peteret,Matt.20. ¶ Pun. 4.

Et clamauit voce magna,quéadmodú quú leo rugit.

Poſito pede dextro ſuꝑ mare,ſiniſtro aút ſuꝑ terrá,(ꝓut tractauim⁹)
angelus iſte fortiter clamauit,ceu leo rugire ſolet:qa videlicet predi
catores ſuos conſtituendo,vocem euangelicá,quá totus orbis audi-
ret,mirabiliter edidit.Quó aút,vel quali voce clamauit,competenti
admodú ſimilitudine expreſſit dicens,Quéadmoduꝫ quú leo rugit.
Qui enim antea leo de tribu Juda vicit,núc idé leo rugit: ná ꝛ Ja-
cob patriarcha leonis catulú Judá denúciauit.Geñ.49.Amos quoqꝫ
dñm eundé de Sion rugiturú dixit,eundéqꝫ de hierl'm editurú vocé
ꝓphetauit,cap.1.Quia nimirú apl'os Judea natione elegit,ꝛ in hie
ruſalé deſuꝑ ſpũſctó imbuit,ꝛ hinc predicandú in orbem dimiſit.di.
Euntes in vniuerſum mundú predicate euágeliú.Mar.vlt.Sic mul
tis alioꝛú ꝓphetaꝝ dictis:hoc,qd núc dicit,conſtat eé diuinatú.Sed
Leonis terror in omnes. iam qua ratione clamor eius,ꝛ vox,leonis rugitui cóparet exquira-
mus.Scimus ab his q naturas beſtiarú nos docuere, ad leonis ru-
gitú cunctas beſtias expaueſcere:oés enim beſtie timent leoné:cuius
prima virtus voci ineſt.Hinc dicit,leo rugiet,ꝛ qs non timebit? dñs
deus loquutus eſt,qs nó ꝓphetabit?Amos.3.vbi ſanctus propheta
qs leo rugiens ſit,pulchre ſequenti ſermone expoſuit,Dñs deus, in-
quit,loquutus.Ergo leo rugiens dñs deus eſt,q in ſctis predicatori-
bus ſuis loquit,ad quos ſermo dñi factus eſt.di.Nó enim vos eſtis,
q loquimini:ſed ſpũs patris veſtri,q loquit in vobis,Matth.10.Et
iterú,Ego dabo vobis os ꝛ ſapientiam Luc.21.Clamauit hic Leo ꝑ
ſe primú,quú dixit,Pœnitétiá agite,appropinquabit enim regnú cœ
loꝛú,Matth.4.Item.5.Qui ſoluerit vnú de mandatis iſtis minimis
ꝛ docuerit ſic hoies,minim⁹ vocabit in regno cœloꝛú.Rurſum,Niſi
abundauerit iuſticia veſtra pluſqꝫ ſcribarú ꝛ phariſeoꝛú, nó intrabi-
tis in regnú cœloꝝ,q oía faciunt in hypocriſi.Iterú.Oís arbor que
nó facit fructus bonos excidet,ꝛ in igné mittet.Matth.7.Quid plu-
ra?Joánes idé teſtis eſt,qa in nouiſſimo die magno feſtiuitatis ſta-
bat Jeſus,ꝛ clamabat:di.Si qs ſitit,veniat ad me,ꝛ bibat.Et iterú,
Clamabat Jeſus in templo.di.Joan.7.Plena ſunt ſacra euangelio-
rum volumina clamorib⁹ Jeſu.Qui ꝛ in cruce voce magna clamás
expirauit.Idé ſuos clamare iuſſit, quú ſacre predicationis officium

ciũẽ inſinuxit. Proinde Sequitur. ¶ Pun. 5.

## Et quum clamaſſet, loquuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.

Quid tonitrua ſunt, niſi noui teſtamenti prędicatores: q iccirco toni/ Tonitrua
truorũ noĩe deſignant, ꝙ efficaces ſint, & nõnihil terroris ſubinde in/ prędicato
cutiant pctõribus, tonantes in orbe ecclię. Septenariũ iam ſępe diximus, res noui
vniuerſitatẽ deſignare, ꝑpter ſui pfectionẽ, & myſteria quędam teſta.
nõ contemnẽda. Bene autẽ ſeptẽ tonitrua voces ſuas loqui ꝓhiben/
tur: qa ſanctorũ prędicatio nõ poetaꝝ fabulas, nõ philoſophorũ nę/
nias, nõ hęreticoꝝ verſutias reſonat: ſed vt ſpũs ſuggeſſerit, diuinam
mentẽ in cordibus auditorũ inſerit. Poſſunt ſpecialiter in ſeptẽ toni/
truis Aplĩ ſcti intelligi, quorũ ſonus in oẽm terrã, inq; fines orbis ter
rę diffuſus dimanauit. Nã & coꝝ numerus ex partibus ſeptenarij con
ſarcit, id eſt, ex pari quaternario, & impari ternario: ſiue enim tria per
quatuor ſiue quatuor ꝑ tria duxeris, duodenariũ conflabis: quatinus
& id tibi ſuũ afferat myſteriũ: qa videlicet ꝑ ipſos duodecim apoſto/
los fides ſctẽ trinitatis quadripartito orbi innotuit, q miſſi ſunt prę/
dicare tria ſumma ꝑ quatuor infima, id eſt fidẽ trinitatis ꝑ quatuor
mundi clima. a, ſeptiformi ſpũſcti gratia illuſtrati. Nota, habuit & pri
or etas ſuos prędicatores: habet & poſterior. Excellentiores tamẽ his
Aplĩ credunt, qbus dixit chriſtus, Euntes in mundũ vniuerſum prę/ Aplĩ excel
dicate euangeliũ omni creaturę: hoc eſt. omnibus vbiq; gẽtibus gra lentiores
tis oblatã fore ſalutẽ annũciate, dũmodo credere velint in chriſtũ: in oibus ſcti
quo certũ eſt condonari pctã ex ęquo oibus, oẽs ex ęquo filios dei fie prędicato
ri, qbus ex ꝓmiſſione cęlorũ debeat regnũ. Sed auſculta qa poſt cla ribus.
morẽ angeli, loquuta ſunt ſuas voces & tonitrua: qa poſt prędicatio
nẽ chriſti Aploꝝ vox erupit, ad q; oẽs dimanauit. Nãq; niſi chriſtꝰ
loquutus fuiſſet, aplorũ ora tonitrua nõ fuiſſent. Ab vno ergo toni/
truo facta ſunt ſeptẽ tonitrua, qa a chriſti prędicatione, tanquã cœli
principali cataracta, hauſto pleniſſimo ſpiritu & virtute cœperunt to/
nare aplĩ, ſermonẽq; ſuũ largiore imbre ꝓfundere: qbus ſuggerebat
ſpũſctũs, qcquid virtutis viriũq; vnq̃ accepiſſent a chriſto, iuxta il/
lud, Paracletus aũt ſpũſctũs, quẽ mittet pater in nomine meo, ille
vos docebit oia, & ſuggeret vobis oia, quęcũq; dixero vobis. Joã. 14.
Fons itaq; ille ſapientię ęterne ꝑpetuo gurgite manans ad tonitrua
hęc fortiſſima, qbus quaſſata fuere fundamina terrę, diffudit ſe ruen
ti imbre compluens vniuerſa: quatinus nihil ſit arens in vniuerſa
creatura dei, nihil ſterile: ſed vt magis vniuerſa germinent, floreant,
fructificent in omne opus bonũ: quandoquidẽ id ſolum reſtat, vt im/
pleat ſermo dñi in Eſaia dicentis, Quoniõ deſcendit imber, & nix de
celo, & illuc vltra nõ reuertit, ſed inebriat terrã, & infundit eã, & germi/
nare eã faciet, & dat ſemẽ ſerenti, & panẽ comedenti: ſic erit verbũ me/
um, qđ egredietur de ore meo &c. Eſa. 55. Vides nũc qd mereat ſeruus
piger, & inutilis, & malus, q nõ vult fructũ facere ſcti verbi dei, quod

creditū eſt illi, ſed abſcondit in terra terrenis obrutus curis: ſed non excuſat, quin plagis vapulet multis, dño dicente, Seruus ſciens voluntatē dñi ſui, ⁊ nō faciens, plagis vapulabit multis. Nos aliter ſimus chariſſ. vt ſtudioſi magis inueniamur, ⁊ bene grati: qm̄ hos ſolos amabit dñs, ⁊ hos ſolos digna mercede afficiet. ¶ Pun. 7.

Et quum loquuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram: & audiui vocem de cœlo dicentem mihi, obſigna quæ loquuta ſunt ſeptem tonitrua: & noli ea ſcribere.

Obedientia res bona.

Superius audiuit. D. Joannes, Quod vides ſcribe in libro: proinde voluit ⁊ ea quę ab his ſeptē tonitruis accepit conſcribere: ꝓhibitus tamen ꝓtinus ceſſit, vt nō ſcriberet, quāuis ſalutaria eſſent, rē tantūmō conſignans. Jn exemplū promptę ꝑfectęq; obedientię, quo cęteri juſſis parere, dictiſq; ſuꝑiorū diſcant: ꝑſeuerāter interim agentes pręceptū, quoad aliud ſuꝑueniat: ꝑ quā in eis mactat ꝓpria voluntas, dū nihil de ſe pręſumunt, ſed pēdēt aliunde, ſeſe paſſibilē quandam materiā offerentes, cū voluntate ſubſequente, acturi ꝓ virili parte qđ demādatū eis fuerit, juxta legē dñi: cui contrariū nec pręcipere fas, nec facere. Sed quare ea vox facta eſt, ꝓhibens eū ne voces tonitruorū ſcriberet: magna anguſtia intelligentię mihi videt. Nunqd enim fruſtra loquuta ſunt tonitrua voces ſuas: qa ſic beatus hic notarius a ſcribendo deterret: obſigna (inqt) quę loquuta ſunt ſeptē tonitrua: ⁊ noli ea ſcribere. Quid autē obſignare eſt, niſi impreſſo quaſi ſigillo includere occultareue? Sed aduerte, qa varia ſunt dona gratiarū data ⁊ danda continue nouę gratię prędicatoribus, q etſi multiplices ſint, ſeptem tm̄ ſunt ſeptiformi ſpiritu deſuꝑ imbuti ac eruditi: quorū gratię ob multiplicitatē ⁊ copiam ſcribi minime poſſunt. Adde ꝙ lex gratię nō in chartis, ſed in cordib⁹ ſcribenda erat. Sed adhuc vrget me ſcrupulus. Quū dei voluntas obſignari ſiue tegi non debeat, ſed palā vbiq; inuulgari: cur btūs Joannes, excellentiſſimus myſterioꝝ dei notarius, chriſti dilectus, a conſcriptione tali tonitruoꝝ myſticoꝝ ꝓhibet? Verū enimuero, qđ interim nos conſignamus, nō ideo facimus vt oībus oī tpe ſecretū eē velimus, ſed ne oībus obuiū ſit, pręſertim indignis: qđ conjectare licet etiā in cauſa hac. Myſteria nāq; ſacra nec paſſim vulganda, nec in vniuerſum claudenda: vulganda non ſunt indignis: de qbus dñs dicit, Nolite ſanctum dare canibus, neq; margaritas veſtras proijcite ante porcos, ne conculcent eas pedibus Matth. 7. Nec in vniuerſum claudenda dignis, ēt ſi ſm tēpus claudant. Hinc Danieli dicit, Signa librū, ⁊ claude ſermonē vſq; ad tēps ſtatutū, cap. 12. Obſigna ergo. id eſt, ſigilla ⁊ claude: vel vt cōmuniter legit, ſigna. hoc eſt, indica qđ loquuta ſint tonitrua, ſed myſterium ne pandas. Ubi aduertendū qa myſteria non ęque cunctis aperienda ſunt, perfectis ſubtilius: q exagitatiores ſunt ſtudijs, vt plenū myſterium habeant. Simplicibus diſcretius: Siquidē alij ſunt qbus lacte

Myſteria dei aperienda ⁊ claudenda.

Myſteria dei varie aperiēda.

lac opus, vtpote minus pfectis, minuſqȝ exercitatis ſenſibus: alij qui
⁊ ſolidū cibū capiant, hoc eſt abdita myſteriorū intelligant ſine reie-
ctione, ⁊ ſtrenue faciant ope quicquid didicerunt in myſterio. Simpli-
cibus loquebaꝛ dñs quū diceret, Adhuc multa habeo vobis dicere,
ſed nō poteſtis poꝛtare modo. Joan. 16. Per hoc innuens, qꝛ p incre-
menta tēpoꝝ ſolidaꝛ, ⁊ creſcit internus hō ad ſolidioꝛa myſterioꝛum
capiēda, nō ſubito: opoꝛtet enim vt aliqs exercitatū in hoc ſtudio ha
beat ingeniū, ⁊ hoc cū ſpū dei. Propter qđ ⁊ Paulus ſcribens Coꝛin-
thijs dicit, Nō potui vobis loqui quaſi ſpūalibus, ſed quaſi carna-
libus: ⁊ ppterea tanꝗ paruulis in chꝛiſto lac vobis potuȝ dedi, non
eſcā: nondū enim poteratis intelligere, ſed ne nunc quidē poteſtis. 1.
Coꝛ. 3. p ſpūales foꝛtes ac conſtantes in ſpū intelligens, p carnales
imbecilles, fragiles adhuc, quēadmodū idē apl's oſtendit ad Gal. 6.
di. Si pꝛeoccupatus fuerit homo. id eſt, carnalis in aliquo delicto:
vos q ſpūales eſtis (id ē robuſti ſpū) inſtruite huiuſmodi in ſpiritu
lenitatis. Nonne ad imbecilles ptinet ⁊ illud. 2. Coꝛ. 12. quū raptum
ſe dicit in paradiſum, audiſſeqȝ arcana verba, quę non licet homini
loqui? Quid eſt, nō licet? Nunqđ ſemper nō licet? Abſit. Quare ergo
hō ipſe audiuit? aut cur ſibi audire licuit, ſi nullo vnꝗ tpe loqui lice-
at? An ppter ſeipſum raptus fuit, vt audiret: ⁊ non magis ppter ali-
os, vt in fide confoꝛtarenꝛ, qꝛ hō ſupbus, pſequutoꝛ acerbus, dei ma
gnalia quę audierat pꝛędicaret: pdicaret autē nō quocunqȝ tempoꝛe
quęcunqȝ, ſed tempoꝛi ſe accōmodans, put ij qbus loqueret, capa-
ces eſſent ſermonū dei. Unde idē Hebꝛ. 5 quū de dño Jeſu diceret, Et
cōſummatus eſt, factuſqȝ eſt oībus obtēperantibus ſibi cauſa ſalutis
ęternę, appellatus a deo pōtifex iuxta oꝛdinē Melchiſedech. conti-
nuo ſubiunxit, De quo nobis grandis ſermo, ⁊ ininterpꝛętabilis, ad
dicendū: quoniā imbecilles facti eſtis ad audiendū: ⁊ facti eſtis, qui-
bus lacte opus eſt, nō ſolido cibo. Quis fuit ille ſermo grandis, atqȝ
ininterpꝛętabilis? niſi hic de quo dicebat, Quę non licet hoī loqui.
videlicet, p quocūqȝ tpe: alioq p myſterij magnitudine obrueret au
ditoꝝ imbecillitas, vt ſuſtinere nō poſſent. Pꝛoinde dicit, Quoniam
imbecilles facti eſtis ad audiendū, ⁊c. quaſi dicat, Nondum poteſtis
intelligere: ⁊ ideo ſi nō dicaꝛ, magis in ruinā ꝗ in ędificationē ve-
ſtrā caderet: creſcat robur ſpūs in vobis, creſcet ⁊ ſermo pfundioꝛ grā
dioꝛqȝ meus ad vos, quē tum feretis, quē nō ferre nō valetis. Ergo
ſenſus eſt. Obſigna quę loquuta ſunt ſeptē tonitrua, ⁊ noli ea ſcribe-
re, id eſt. ne pꝛodas eoꝝ myſteria: quatinus: ne, aut hi, q nō debent,
ad eoꝝ ptingant cognitionē: aut hi q debent, ante tempus ptingāt,
aut ſine diſcretione eozundē capiant noticiā. Aut certe, (vt ſupꝛa dixi-
mus) indica duntaxat qꝛ tonitrua loquuta ſunt ſicut ſcriptū eſt. Act. 2.
Factus eſt repente de cęlo ſonus. qđ tamē loquuta ſunt, ſcribere noli,
eo qꝛ ſcribi nequeat, gratię varietas vniuerſoꝝ pꝛędicatoꝝ, quā ſepti-
foꝛmis ſpūs illis ſubminiſtrat. Nā gratia alioq nō chartis, ſed in coꝛ
dibus ſcribiꝛ. Nunc repetamus ſingulatim quę dicta ſunt. Angelus

foꝛtis e cęlis deſcendere viſus eſt, q nube amictus erat: cuius caput iride cingebat: ⁊ facies eius erat vt ſol reſplendens; ⁊ pedes tanquã colũna ignis: habebatq; libellũ aptũ in manu ſua, q poſuit pedẽ ſuũ dextrũ ſup mare, ſiniſtrũ autẽ ſuper terrã: ⁊ clamauit voce grandi ac foꝛti ceu leo quũ rugit. Quũq; clamaſſet loquuta ſunt ſeptẽ tonitrua voces ſuas: quarũ myſteria dũ Joannes ſcribere intendit ꝓhibetur. Quę oĩa hiſtoꝛiã dñi nři Jeſu xp̃i in myſterio ſalutis noſtrę indicãt: q eſt ãgel⁹ ille foꝛtis: cuius foꝛtitudini nulla vis reſiſtere valet: ⁊ hic in ſignũ recõciliatiõis nrę velut coronã iridem in capite geſtat, cuius fide ac noticia ſalui facti ſumus: qui etiam ſcripturas in ſeſe imple-uit omnes. ⁊c. ¶ Punc. 7.

Et angelus, quẽ vidi ſtantẽ ſup mare, & ſuper terrã leuauit manũ ſuã in cœlũ: & iurauit per viuentem in ſæcula ſæculorũ, qui creauit cœlũ, & ea quæ in eo ſunt: & terram, & ea quæ in ea ſunt: & mare, & ea quæ in eo ſunt: quia tempus amplius nõ erit: ſed in diebus vocis ſeptimi angeli, quũ cœpit tuba canere conſũmabitur myſteriũ dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas.

Angel⁹ iurãs chꝛs.

Angelus iſte, vt diximus, q dextro pede preſſit mare, terram ſiniſtro: quiq; leuat manũ ſuã in cœlũ, ⁊ iurat p viuentẽ in ſcľa ſcľoꝛum, dñs eſt Jeſus chꝛiſtus: q veniens in noĩe patris ſui incõmutabili veritate dicta confirmauit. di. Cœlũ ⁊ terra tranſibũt, verba aũt mea nõ trãſibunt, Luc. 21. Et in Deuteronomio dicit, Leuabo ad cęlũ manũ meã: ⁊ dicã, viuo ego in eternũ, id eſt. cũ iuramento dicã, ꝙ ſicut ego viuo in ęternũ, ita ſentẽtia mea fixa ĩmutabili tenoꝛe ꝑmanebit. Sed quęro. Quũ dñs iurare ꝓhibeat in euangelio dicens, Nolite iurare, neq; p cęlũ, neq; p terrã: Quid eſt ꝙ ipſe manũ ad cœlũ leuans, iurat per viuentẽ in ſcľa ſcľoꝛũ? Sciendũ ergo ꝙ hoĩes recte iurare ꝓhibentur, qa in iuramento ſępe fallunt. Neq; enim deus a iuramento ꝓhibuiſſet, niſi in eo peccatũ cognouiſſet: deus autẽ qa falli nõ põt, iurare poteſt. Juramentũ aũt eius eſt oĩs ſermo illius, qa quicqd loquit, abſq; vlla ambiguitate cõplet. Hic igit leuauit manũ ad cęlũ, in quo habitare deus dicit, ſcriptura teſtante: Cęlũ mihi ſedes eſt. ideo p viuentẽ in ſecula iurat: id eſt, p ſemetipſum chꝛs. Simul docens quo pertineamus ⁊ nos, quidq; potiſſimũ ſtudioſius quęrere debeamus, quia patriã cęleſtẽ: vbi chꝛiſtus eſt in dextera dei ſedens. Coloſſ. 3. quã iurauit ſe daturũ nobis, id eſt, firmiter ꝓmiſit: ſic di. Nolite timere puſillus grex, quoniã cõplacuit patri veſtro vobis dare regnũ. Luc. 12. Jurans autẽ angelus confitet deũ autoꝛẽ cęli, terręq;, maris, ⁊ omnium rerũ: quo agnoſceres ſane friuolã quoꝛũdã veterũ philoſophoꝝ exiſtimationẽ, tria reꝝ pꝛincipia conſtituentiũ: Deũ, exemplar, ⁊ materiã: ⁊ hoꝛũ ſingula increata, ac ſine initio. quemadmodũ Plato ⁊ eius diſcipuli, q deũ nõ tanq̃ creatoꝛẽ materię, ſed tanq̃ artificẽ ad exẽplar,

Juramẽtũ quare ꝓhibitũ hominibus.

Erroꝛ tria rerũ pꝛincipia conſtituentium.

quod

qđ ideā vocant,id eſt formā,putauere mundū feciſſe de materia, cui
nomē hylen dabant,quę gignendi cauſas rebus oībus pberet.Ipſuꝫ
quoqꝫ Ariſtotelē duoꝝ principiorū fabricatorē inſigniter erraſſe cō/
uincens:q materiā ⁊ formā ita ſtatuebat,vt tertiū quoqꝫ qđ operato/
riū dicit̄ his adderet,tanq̄ cui ſuppeteret cōpetenter efficere,qđ ado/
riundū putaſſet.Quid enim tam incōueniēs,vt ęternitatē operis, cū
dei oīpotentis cōiungeret ęternitate:vel ipſum opus deū eē diceret:vt
cœlū,⁊ terrā,⁊ mare,diuinis hoīes ꝓſequerent̄ honoribus,parteſue
mundi deos eē crederent:q̄uis ⁊ de ipſo mundo non parua quęſtio
inter eos iactata ſit.Pythagoras vnū mundū aſſeruit,alij inumera/
biles:teſtat̄ Democritus,cui in philoſophia plurimū autoritatis ve/
tuſtas detulit.Itē mundū ipſum ſemper fuiſſe,⁊ futurū ſemꝑ eſſe Ari/
ſtotelica ſupputatio ꝓbauit.Contra Plato,nō ſemꝑ fuiſſe, ſed ſemꝑ
futurū eſſe nitit̄ aſtruere.Multi aūt nec fuiſſe ſemꝑ,nec ſemꝑ futurum
eē ſcriptis ſuis teſtificant̄.Tā vario errore eadē in re,dū ſcopū nō tan
gerent,in diuerſa vi ingenij rapti abiere.In quorū ſententijs,qd po/
tiſſimū poſſit magis piū ęſtimari nō ſane video,quū alij mūdū ipſuꝫ
deum eſſe dicant,quaſi ei mens diuina ineſſe poſſit:partes alij: alij
vtrūqꝫ,in qbus nec figura ſit deorū,nec vita,nec vlla ratio.Aut quo
pacto mundū ipſum vtpote,volubilē,rotundū,ardentē, quibuſdam
incitatū motibus,ſine ſenſu deū cōueniat intelligi,q ⁊ motu feratur
alieno,nō ſuo:ſed nihil equidē mirū quū proprijs relicti ſenſibus,nō
vltra aciem figere valuerunt, q̄ naturę obtutus pateret:nobis,qui/
bus aperta eſt veritas,⁊ lumen inſuꝑ cœlitus affuſum,piaculū foret
quippiā taliū arbitrari,nō ꝙ ⁊ hi in vniuerſum excuſabiles ſint, qui
philoſophię dediti poterant certe ſyncerius de deo ⁊ mundo diſpu/
tare,ex viſibilibus inuiſibilē deum coniectare,nec mundum parteſqꝫ
mundi deū arbitrari,⁊ ꝙ nō ſemꝑ fuerit mundus, cuius autor deus
exiſteret,cui poteſtas erat ex nihilo creare oīa : q etiā facere poſſit vt
ſemper duret mundus,vt nō vano cerebro irriderent̄ tanti rerū con/
iectatores,quos āmirabat̄ orbis:nec ab eis diſcedere vel latū digitū,
ea tēpeſtate licebat.Nos multo maiora canamus, principiūqꝫ fidei
noſtrę a Moyſe petamus, q illud magnū volumen ſuū ita exorſus
eſt,In principio creauit deus cœlum ⁊ terrā. vbi ſane ⁊ deū alium a
mundo aſſerit,⁊ mundū ab ipſo deo creatū:Ergo nō a principijs il/
lis,quū creatio nihil pręſupponat materię:ex nihilo enim fit creatio,
vt falſa ſit eorū argumentatio,Ex nihilo fieri poſſe nihil.Iam vero
quū tantum opus factū ſit a deo,ꝓbat ſempiternā eius virtutē, diui/
nitatemqꝫ:alioq̄,quomō facere poterat: q ante mundi exordiū ſta/
tuit,vt tria hęc breuibus verſiculis docearis.Primū ꝙ deus non ſit
idē q'⁊ mundus.Secundū ꝙ mundus ab ipſo deo creatus eſt.Ter/
tiū ꝙ deus ſempiternus ſit,q erat ante mundi cōſtitutionē:alias qūo
cōſtituiſſet mundū:hic gignēdis rebus indidit virtutē nihil idęa du/
ce vſus(vt dicit.D.Ambro.)quatinus ad ſpeciē ꝓpoſitā ſua effinge/
tet opera,⁊ nō magis ſuo arbitratu faceret vniuerſa:cui inenarrabi/

Philoſo/ phoꝝ opi/ nio đ mū/ do.

Chꝛiana fides de mundo.

lis ineſt coęua ſapientia, verbū ęternū, per qđ ab ipſo facta ſunt oīa Joan. 1. Quodq; ſtatuto ad id tēpore, ex imenſa charitate, qua nos cōplectit̄ e ſublimi cœlorū vertice delapſus, ſacrę virginis ſe viſceribus inſinuauit, corpuſq; ſibi coaptatū aſſumpſit: ꝛ tandē exactis nouē menſibus, inuſitato mortalibus natali ꝓdijt in lucē conſpicuus ꝛ illuſtris hō, q alias iuxta formā dei inuiſibilis eſſet obtutibus nr̄is. Hic nos in ſpū renouauit, atq; redemptos in ſalutē deſtinauit ęternā: quatinus ex terrę indigenis cęli accolas efficeret: cuius nunc perſonā gerit hic angelus, de quo ſermo texit̄, q calcatis mari terraq;, manū leuat in cœlū, ꝛ iurat ꝑ viuentē in ſecula ſeculorū, ſcilicet per eternā, ꝛ incōmutabilē diuinitatē, totius vitę opulentiſſimū fontem, q orbes cœleſtes ſtatuit, fixit ſolē, lunam, micantiaq; aſtra, condidit cœleſtes angelos, tellurē quoq; oībus eius opibus mira pulchritudine variegatā, hoīes in ea, ꝛ beſtias. Diffudit idē ꝛ liquidū mare, ꝛ quicquid in eo contine͡t creauit. Quo ſane in loco ꝛ hęreticorū quorundā ꝑfidia dānat̄, q īmodeſtius cogitabant, quędam a bono deo, quędā a principe facta demoniorꝫ. Sed quęſtionē mouet qđ ſequit̄.

Tp̄s non erit vltra. Quia tempus nō erit amplius. quomō tempus non erit, quum dicat Pſalmiſta de reprobis, Et erit tēpus eorꝫ in ſcl'a. Pſal' 80. vbi aperte adſtruit Beda tēporis ęternitatē dicens. Erit tēpus impiorū in ęternū. Et infra cap. 19. fumū tormenti meretricis magne aſcendere in ſecula ſclorū ſcriptura pręſens demonſtrat. Si ergo impiorū tēpus erit in ſecula, quō tēpus iā nō erit? Ad qđ dicendū. Si tēpus ſumat̄ vt eſt menſura motus primi mobilis, ſic nō erit tēpus poſt iudiciū: id quod indicat vox ſeptimi angeli, eo ꝙ ceſſabit tunc motus cœleſtiū corporū, ac tranſmutatio elementorū. Si vero ſumat̄ tēpus ſm ꝙ dicitur menſura motus rerū mutabiliū, manebit quantū ad reprobos in inferno, quorū erit tēpus manens in ęternū, vt autoritas ſcripturę teſtatur. Sed mutabilis ſęculariū temporum varietas in nouiſſima tuba nō erit. Haymo dicit. Juſtis nō erit tēpus, id eſt mutabilitas aliqua, qa imutabiles erunt in mente, ꝛ incorruptibiles in corpore: tempus quippe eſt viciſſitudo dierū ac noctiū. Proinde bene ibi iam tēpus nō erit, vbi nulla varietas ſuccedet, ſed ęterna claritas indeficienti luce permanebit. Impij autē tēpus habebunt, qa cōtinuo ꝛ in ęternū per varia tormēta mutabunt̄, q ad calorem nimiū tranſient ab aquis niuiū. Job 24. Quod ergo angelus hic de iuſtis negat, hoc Pſalmiſta de reprobis affirmat. Dicat̄ ergo, Quia tempus amplius nō erit, ſed in diebus vocis ſeptimi angeli, quū cęperit tuba canere conſummabitur myſteriū dei. Tēpora quippe, (ſi liceat repetere, ꝛ forte clarius) intra cęlū terramq;, ꝛ mare, ꝛ quę in eis ſunt variant̄, ſibiq; decedendo ſuccedunt: ac perinde q illa creauit, ſine dubio eiſdē terminū pręfixit, (quū oīa in numero, pondere ꝛ mēſura ab eo creata ſint) eadem ergo quū voluerit finire poterit, ꝛ ꝓ certo finiet: dicente angelo in ſuo iuramento, Quia tēpus amplius non erit. Quale tēpus nō erit? Aut quō tēpus nō erit? diximus, Quia ceſſante motu cęli, ceſſet neceſſe eſt

& tēpus:motu nāq; cęli fit tp̄s.Sic ergo nō erit tp̄s,nec tale erit am-
plius tp̄s,quale nunc diſtincta varietate eſt:nā & orbes cęleſtes,quo
rū motu cauſat̄ tp̄s nobis,tū requieſcent a laboribus ſuis, ſicut & ele-
menta oīa:in cuius expectatione mō ingemiſcunt vltimā illā ſui per-
fectionē deſyderantes,teſtante Apl̄o Ro.8.Expectatio,inquit,creatu
rę reuelationē filiorū dei expectat.vanitati(.i.mutationi)enim creatu
ra ſubiecta eſt:nō volens,ſed ꝑpter eū q̄ ſubiecit eā in ſpe, qa & ipſa
creatura liberabit̄ a ſeruitute corruptionis in libertatē glorię filiorū
dei : ſcimus enim ꝙ oīs creatura ingemiſcit & parturit vſq; adhuc.
Tēpus ergo vltra nō erit,nō qa oīno nō erit: ſed mutabili varietate
nō erit:erit autē ꝑpetuo ſtabiliq; tenore inuariabilis duratio quedā.
Dicamus & aliter.Pro certo nō erit amplius pęnitentię ſalutaris tē-
pus,poſtq̄ finiet̄ orbis,quo fletu quiſpiā errata diluat:nullum ſatiſ-
faciendi ſpatium,nullus reconciliandi locus.Proinde ſi ſapis, dum
tempus ſupereſt,age pęnitentiam:errata corrige,ne in ęterno loco,&
imutabili tp̄e pęnā luere cogaris interminā,vbi nullā aſſequeris ve-
niā:ꝑpter q̄d ſtridebis & lugebis ſemꝑ.Aduerte,Sex tubę cecinerūt, Nota de
& quū ſeptē dūtaxat date fuerint ſeptē angelis,ſingulę ſingulis : ꝑfe- ſeptima tu
cto ſeptima quę ſupereſt,nouiſſima eſt,quā apl̄us quoq; nō ignorās ba quę nō
Corinthijs memorat,dicens,Oēs qdē reſurgemus,ſed nō oēs imu- dū claguit
tabimur:canet enim tuba , & mortui reſurgent incorrupti.1.Cor.15.& ſeruat̄ in
1.Theſ.4.dn̄m in tuba,& voce archangeli deſcenſurū e cęlis dicit:in diē iudicij
qua videlicet cōſummabit̄ huius reuelationis myſteriū,ꝑut pręnun
ciatum eſt p ꝑphetas,ſeruos dei,ne quippiā de veritate ꝑphetię am-
bigeres,quorū principalis intentio de dn̄i aduentu fuit,& ſcl̄i cōſum-
matione.Neq; vero velim,putes hanc tubā ceteris fore conſimilem:
alius fragor erit huic tubę,alius cantus,alia tempeſtas.In cuius de
ſcriptione laborat Sophonias di.Dies irę dies illa,dies tribulatio-
nis & anguſtię:dies calamitatis,& miſerię:dies tenebrarū , & caligi-
nis:dies nebulę,& turbinis:dies tubę,& clangoris.ad quā excitatiſſi-
mis ſenſibus oportet nos preparare , ne occupet,ne perdat , ne igni-
bus exurendos dedat.

## DE LIBRO DEVORATO.
## SEC. 2. PVN. I.

ET audiui vocem iterum de cœlo loquentem mecū,
& dicentem: Vade,& accipe librū apertū de manu
angeli ſtantis ſuper mare,& ſuper terram.

Uox iſta,vox fuit alteri⁹ āgeli a priore ſtāte ſup mare & terrā:nā iubet
ad illū accedere,& aptū librū de ei⁹manu cape.Quis ergo is angel⁹
fuit?Exiſtimo illū fuiſſe q cōiter Joāni viſiōes hmōi cōmōſtrabat: q
ēi vetuit,ne voces tonitruorū ſcriberet ſupra Sect.ꝑcedēte.Quid ꝟo Beatus a
eſt accipe librū de manu angeli,niſi a dn̄o capere ſpūm intelligētię. dn̄o erudi
Btūs nāq; is ē,quē ille erudierit.dicēte ꝑpheta.Btūs quē tu erudie- tus.

ris dñe, ꝛ de lege tua docueris eũ. Accedat ergo prędicatoꝛ ad dñm, quicũqꝫ volet ſcripturę ſacramentis erudiri: Accedat autẽ in fide nihil hęſitans, Qm̃ credere opoꝛtet accedentẽ ad deũ. Accedite ad deũ (ait Diuinus pſaltes) ꝛ illuminamini: ꝛ facies veſtrę nõ confundentur, Pſal. 33. Auſculta. Pꝛimũ vocẽ audit e celo: vox hęc celeſtis diuinę eſt inſpirationis typus, quę eſt quędã vox menti, ꝑ quã erudimur, mouemur, ꝛ inflãmamur. Deinde iubet officium facere, vade (inquiens) ꝛ accipe libꝛũ apertũ de manu angeli. Jã intelligis angelũ chꝛiſtum eſſe, ꝛ eundẽ libꝛum apꝫtum tenere in manu: ꝛ qua ratiõe aper-

**Chr̃s apertũ tenet librum.** tũ: habet enim ptãtẽ dãdi intelligentiã ſcripturaꝝ, ꝛ dat cui vult. Qui habet clauẽ dauid: aperit, ꝛ nemo claudit. Hic oẽs ꝓphetias in ſe impleuit, ꝛ ſacramenta celeſtia reſerauit: vt iure apꝫtũ teneat libꝛũ. Apertũ tenet ꝛ alia ratione, qa ſcripturã ſano intellectu declarauit: nec tñ niſi ipſe dederit poteris intelligere, ꝛ quantũ dederit. Accipe ꝛ aliud myſteriũ. Poteſt hic angelus, libꝛi aperti dñs, pręcelſoꝛũ in eccl̃ia do-

**Doctiſſimi i eccleſia angeli.** ctoꝝ eẽ typus, qbus excellentius impertiuit ſuũ ſpũm chꝛiſtus, ꝛ in ſingulis eoꝝ viuit, ſumma ſapientia ac virtute: q veluti hęreditario iure intelligentiã ſcripturę apertã tenent: ꝛ ideo libꝛũ apertũ in manu tenent: Joãnẽ aũt typũ eoꝝ gerere. Quis deniqꝫ hic dubitet, q in ar-

**Doctioꝛuꝫ iudicia quęrenda.** canis lr̃is nõ vſqꝫ adeo ſunt exerciti, idcircoqꝫ hi iubent doctoꝝ iudicia quęrere: non ꝙ Joannes fuerit inexercitatus: ſed vtiqꝫ conditionibus conſyderatis poterit hic interim eoꝝ typũ gerere. Sic enim diſpẽſante deo oꝛdinatũ eſt, vt q minoꝛes, ꝛ in chꝛiſto infantes ſunt, a maioꝛibus, ꝛ iam ꝑfectis in chꝛo erudiant, tã in vitę directione, q̃ intellectus illuminatiõe: iuxta illud qꝺ ſcriptũ eſt, Interroga patrem tuũ, ꝛ annunciabit tibi: maioꝛes tuos, ꝛ dicent tibi. Deute. 32. Quali ergo multa digni, q erubeſcunt doctos conſulere, ſuã ignoꝛantiã pꝛo ſumma ſapientia pꝛętendentes, perinde ac qꝺ ſaperẽt ſibiipſis abunde ſufficeret: hi ſunt ignaui, ꝛ aſinina ſimplicitate cõtenti, maximeqꝫ ſibi placentes, ꝙ ignari ſunt. Quo titulo videas pleroſqꝫ gloꝛiari, cũ tamẽ deberent potius confundi, ꝙ naturalis intelligẽtię ſuaues igniculos ſic in ſeſe patiant ſopiri. imitantes foꝛſan Tireſię vatis illud

**Jdiotaruꝫ vita optima.** reſponſum, Jdiotaꝝ optima vita, ꝛ ſapientiſſima. Quod ab illo habuiſſe ſe memoꝛat Lucianus in Phiſiſinate Menipi, volens intelligere qꝺ eẽt optimũ vitę genus. Qui in alio quoqꝫ libꝛo idiotis ſic applaudit, Sapere enim nihil, dulciſſima vita. Sed in contrarium eſt illud Pauli. 1. Coꝛ. 14. Qui ignoꝛat ignoꝛabitur. Quid eſt ignoꝛabitur: niſi certe repꝛobabit, quatinus pars eoꝝ ſit cũ illis, de qbus dñs dicit: neſcio vos. Matth. 25. nempe cũ fatuis virginibus, ꝛ ignauis, quę ſibi minus ꝓſpexerant, vt oꝛnatę, ꝛ cũ ſapientię lumine illi occurrerent. Et iãpꝛidẽ iactatũ erat apud Gręcos pꝛouerbium, Homo illiteratus infructuoſa eſt arboꝛ. Quis enim ſine cognitione fidem habuit: Aut cui ſine ea condonata ſunt peccata: ❡ Punc. 2.

**Et abij ad angelum, dicens ei, vt daret mihi librum. Et**

dixit mihi. Accipe librum,& deuora illū:& faciet ama
ricari ventrē tuū: ſed in ore tuo erit dulcis tanquā mel.

Longe aliter inſtructū ſe oſtendit Joānes ab his ventribus quos mo
do reprehendimus vtpote craſſo ingenio in vniuerſum abhorrentes
a ſacris cognitionibus rerū ꝑnecessariarū: q confeſtim, vt accepit mā-
datū, abijt cupiens magnalia dei cognoſcere, formā dans vtiq; ſacri
verbi miniſtris ꝙ prompte diuinę obediant inſpirationi. Accipe (in-
quit) librum, & deuora illū. Quid eſt accipere librū, niſi capere intelli
gentiā ſenſus dei in ſacra ſcriptura? Hic certe accipit, q intelligit. Hoc
eſt qđ Jacobus apl'us dicit, Si qs indiget ſapientia, poſtulet a deo,
q dat oibus affluenter. Et Eccl'.1. Omnis ſapiētia a dño deo eſt. Qui
nō accipit, nō habet: neq; enim in id ꝓprio naturaliq; ꝑtingitur lu-
mine. id eſt, nō apprehendit ſenſus dei naturali vi intelligentię. Bre
ue eſt enim ingeniū hoīs, anguſtū eſt, tenebroſu; eſt, infirmū eſt, igno
rantia congenita eſt illi, vt ſuꝑno lumine opus oīno fore tibi agno-
ſceres. Hę ſunt tenebrę illę ęgyptiacę denſiſſima obſcuritate inuinci-
biles, quę vbi quocunq; apprehenderint tenent, ne pedē loco dimo-
ueant: verū vbi ſuꝑno ſolis fulgore ruptę diſcuſſęq; fuerint, in claro
lumine intelligentię myſteriorū dei ſiſtent, vt agnoſcat, īmo cū Pau-
lo iam aperta facie cōtemplet gloriā dñi. 2. Cor. 3. Dicat ergo. Accipe
librū, & deuora illū. Haymo. Acceptū librū deuorare eſt, cū auiditate
ſcripturā ſecretis mentis recondere viſceribus. Quo in loco illud ac-
cipe: nō dicit, Accipe & bibe, ſed deuora, id eſt māduca auide. Scriptu
ra enim ſacra in quibuſdā locis potus eſt, in qbuſdā vero cibus. In Scriptura
rebus obſcurioribus, quę intelligi ſine expoſitione nō poſſunt, cibus ſacra potꝰ
eſt, qa veluti mandendo, legendo, & ruminando ſumit: in apertiori- & eſus.
bus vero, quę intelligi ſine expoſitione facile poſſunt, potus. Potum
enim non mandendo ſed hauriendo ſorbemus. Apertiora ergo bibi-
mus, quę ſine difficultate intelligimus: obſcura manducamus, quę
ſpiritaliter ruminamus. Sed mirū valde eſt, qđ ſequit, Et faciet, in- Vēter me
quit, amaricari ventrē tuū. Quid ventris noīe niſi memoria animę, moria.
ſeu mens ipſa, quę aię venter eſt deſignat, iuxta illud Prouer. 22. Fi-
li accipe ſapientiā, quę pulchra tibi erit, quū in ventre tuo acceperis.
Et illud Joan. 7. Flumina de ventre eius fluent aquę viuę. In reuela
tione ſane hac cognouit Joānes quid quantūue paſſura eēt eccleſia.
Jccirco in ventre ſuo amaritudine nōnulla tortus dicit, quū ſuꝑ alio
rū afflictionē ꝑ cōpaſſionē in memoria affligeret. Sic Paulus ꝑ cō-
paſſionē affligebat in corde, quū diceret. Quis infirmat, & ego no in
firmor? Quis ſcandalizat, & ego nō vror? 2. Cor. 11. Et alibi, cōtinuū
dolorē experiri ſe dicit in corde, & triſticiā magnā ineſſe ſibi ꝓ Judę-
is, q de gratia ſunt eiecti, Ro. 9. Quando quidē id chriſtiana chari-
tas agit in nobis, vt torqueamur de malo ꝓximi, cui ſubuenire iube-
mur in charitatis precepto. Si enim cōpatit vnū membrū cetera do-
lent, id enim natura habet. Nos aūt inuicē mēbra eſſe docet Paulus

Ro.12. Sicut inqt, in vno corpore multa mēbra habemus, ita multi vnū corpus ſumus in chriſto, ſinguli autē alter alterius membra. Et quáuis ita ſe res habeat, vt incōmoda eccleſię, fratriſq; periclitantis caſus perurgeat nos: nihilominus tamē ꝓphetia in cognitione ſui, quoties contingat delectat, delectabile ſiquidē eſt animę diuinitus illuſtrari doceriq;: nā dulcia ſunt dei eloqa: dulcis & ſpūs eius, ſuper mel, & fauū, vt ſcriptura habet Pſal. 118. Eccl. 24. qbus admodū ſpiritus delectat. Eſt & aliud quoq; myſteriū, enimuero poſt hauſtū ſpiritū ſenſus diuini, diuineq; gratię colluſtrationē, acredine quadam perſtringimur mordemurq; dū exequutioni mandamus. Nāq; labor eſt ſemꝑ in exequendo: id qd Eſaias part⁹ difficultati ęquat cap. 26. Et dñs Jeſus. Joan. 16. Mulier, inquit, quū parit triſticiá habet. Itē Pſal. 47. legis. Ibi dolores vt parturientis. Quid dolores vt parturientis ſunt, niſi dolores pœnitētię: in cuius primū ore (iuxta Auguſtinū) mel eſt hauſtus ſpiritus ſalutis, quē cū quadā dulcedine capimus, ſi quando capimus: ſed in ore nōnulla amaritudine perſtringimur, eo ꝙ durū ſit ſenſibus a delectabilibus abſtrahi, & contrarijs occupari, vt ſunt ieiunia, vigilię, & oēs crucifixiones ac macerationes carnis, quę alias ſuauiter paſci ſolebāt. Hoc eſt qd Eſaias dicit, A facie tua cōcepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpūm ſalutis. Quid eſt. A facie dei cōcipere, niſi a cognitione voluntatis dei miſericordis boná voluntatē accipere? Quid eſt quaſi parturire, niſi continua pugna aduerſus carnē luctari, & boná voluntatē effectui mancipare? donec ſpe meliore de ſalute conſtituamur. Id quod proculdubio, & prędicatori verbi dei vſu venit, vt ſpūs intelligentię abſtruſiſſimoꝝ dei ꝯſiliorū delectet eū: ſed labor in exequēdo fatiget, excedatq;: imo & plurimę contradictiones donec veritatē annūciat, perurgeát: amaricent opprobria multa, ſępe & verbera, gladij quoq; occiſio, ꝓut apl̃is ſctis alijſq; primi tp̃is prędicatoribus eueniſſe clarū eſt: in quorū certe ore dulcis erat liber dei, ideſt: ſpūs intelligentię ſcripturarū oīm: Attamen fieri nō poterat, quin aliquando bella cōtradictionū gladiorumq; partim a tyrannis, partim vero ab hereticis (quorū mala ſubinde Paulus gemit) in eos exorirentr: atq; ideo ſubinde dulcedo illa in amaritudinē vertebat eis in ventre. Et ſic ꝓphetia hęc nō tm̄ de futuro, ſed etiá de pręterito, ſiue etiam pręſenti facta eſſe cernitur. Non enim tantū poſt prophetiā hanc apoſtoli talia paſſi: quę iāpridē patiebantur diſcurrendo predicando & doctrinam vitę dando: ſed & ipſe Joannes iam coctus oleo erat Rome. ¶ Pune. 3.

Et accepi librum de manu angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquā mel dulce: & quum deuoraſſem eum amaricatus eſt venter meus.

Ecce experientia magiſtra docetur veritas verbi, prout dictū erat illi, qa videlicet acceptus liber, & deuoratus, faceret amareſcere ventrem eius, q in ore eius dulcis eſſet vt mel. Similis locus eſt in Ezechiele

cap.3.cui in viſione dictũ eſt, Fili hoïs q̃dcunq; inueneris comede: comede volumen iſtud, & vadens loquere ad filios Iſrael. Sequit. Et aperui os meũ, & cibauit me volumine illo. Et dixit ad me. Fili hominis venter tuus comedet, & viſcera tua cõplebunt volumine iſto, q̃d ego do tibi: & comedi illud: & factũ eſt in ore meo ſicut mel dulce. Deniq; paucis interiectis ſequit. Et abij amarus in indignatiõe ſpiritus mei. Ubi duo obſerua. Primũ, q̃a deus dat ſpũm intelligentię myſterioꝝ ſuoꝝ. Secundũ, q̃a pręceptũ eius aduerſus carnem extat ſemꝑ: nec ab re, quũ caro ↄcupiſcat aduerſus ſpũm, & ſpũs aduerſus carnẽ: Lex.n.ſpiritalis eſt, pura ab omni fece carnis, q̃a lex dñi immaculata, Pſal.18. Et in pſal.11. Eloquia dñi, eloquia caſta, argentum igne examinatũ, ꝓbatũ terrę, purgatũ ſeptuplũ. Fit enim vt a puriſſimo fonte puriſſima aqua dimanet: & lex & verba dei pura ſunt & pulchra, vtpote a totius pulchritudinis autore ꝓdita. Et q̃d pulchrius deo? q lucis nomine ſubinde appellatur. Quid purius eloquijs ei⁹, quę ſepties a fecibus purgatũ argentũ memorant? Iam ſcimus quid ſit accepiſſe librũ de manu angeli: q̃a ſpiritum intelligentię capere a chriſto, quẽ figurat hic angelus. Huius deuoratio intenſior meditatio eſt, ſtudiũ, locorũ collatio: dulcedo, intelligentia vera: amaror aũt toleratio aduerſitatũ, ſenſus carnis exercitatio, & triſticia. Quis non triſtet, quũ ꝓ iuſticia conuitia, verbera ꝓ veritate, cruces ac mortis tedia ſuſcipit ꝓ prędicatione? Quis itẽ nõ doleat, quũ vltro oblatã ſalutẽ repelli videat? adeptã turbari? Quo in caſu ſępenumero ipſe.s. Ioannes fuit, vt mellea dulcedo in felleã amaritudinẽ ſubinde verſa ſibi ſit. Neq; enim deerãt q eius facta dictaq; criminarent, q in faciẽ ei reſiſterent, turgidi philoſophi, auſteri tyrãni, paſſim euntes heretici: contra quos herculano labore illi opus erat, vt vere calicẽ dñi ſępenumero libarit, etiã ſi minus gladio feriret. Nã & in feruẽtis olei doliũ Romę miſſus fuit, & in exiliũ poſtmodum relegatus. Accipiat ergo q̃ſquis librũ chriſti cũ Ioanne licz, & letus accipiat, maſticet, devoret: ſed quũ viuere iuxta inſtitutionẽ eius cœperit, cœperit & docere, tum deniq; eius amaritudinẽ ſuſtinebit: nã perſequutione nõ carebit. Aplo dicente, Oẽs q pie volũt viuere in chriſto ꝑſequutionẽ patiuntur.2.Timo.3. Hęc eſt mulieris illa triſtis parturitio: hic ploratus & fletus aploꝝum. Ioan.16. Cęſus eſt Paulus, lapidatus, perſequutus ab impijs ſępe hereticis, falſis fratribus vexatus: flagellati apoſtoli, & in finem varie trucidati ſunt: vt nemini nõ dulcedo ſpũs experta in faucibus, in amaritudinẽ deniq; verteretur. ¶ Punc. 4.

Deo nihil pulchri⁹.

Ioannis martyriũ.

Et dixit mihi: oportet te iterum prophetare populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis.

Quę hactenus vidit, & audiuit ſanctus Ioannes in deſcenſu atq; habitu angeli cõmunia ſibi fuere cũ ceteris Aplis, q & ipſi in myſterio librũ apertũ de manu angeli, ideſt, dñi Ieſu, ſummi legati ſemꝑ colendi, ſemper venerandi, a patre e celis ad nos miſſi, accepere, deuora-

uereqꝫ:quorũ venter amaricatus fuit poſt guſtatam eius dulcedinẽ.
Accepere enim intelligentiá ſcripturaꝝ,qbus officiũ pꝛędicandi in la
boꝛę erat,ob contradictiones multas,⁊ bella cooꝛientia.Pꝛoinde li-
bꝛi huius aperti acceptio pꝛęcedentis eſt typus actionis , non noue:
Neqꝫ enim nouiter.s.Joanni aut intelligentia ſcripturarũ data fuit:
aut iniunctũ pꝛędicandi officiũ:licet multa de nouo data fuere in euẽ
tũ eccleſię,quę ſctá hęc Apocalypſis habet.Uoluit eni dñs in conſo-
lationẽ eius,noſtręqꝫ fidei robur,typis iucundiſſimis oſtendere , qd
cũ diſcipulis ſuis effecerit,quoue pꝛouentu eccłiam ſuá cógregauerit :
vt credamus,qa diuina virtute facta fuit cõuerſio vniuerſi oꝛbis, cu-
Pꝛedicit̃ Joáni ab exilio re- ductio.
ius opa ⁊ ope directi ſunt apłi.Jllud autẽ qꝺ ſequit̃.Opoꝛtet te iterũ
ꝓphetare,ꝓpꝛiá ſingulariter reſpicere videt̃ Joánis ꝑſoná:hoc enim
dicto,abſolutio eius ab exilio ſimul pꝛędicit̃,⁊ munus pꝛędicádi ite-
rũ ei iniungit̃.Quod perinde eſt atqꝫ diceret,Scio equidẽ ꝙ cupias
abſolui ab hoc coꝛpoꝛe moꝛtali,vt faciẽ meá videas,⁊ mecũ ſis:nam
odoꝛ meus te allicit,appetitũqꝫ ęternitatis excitat in te , vt nõ ſemel
pꝛo hoc cõpellaueris me:verum enimuero opus eſt vt ſuſtineas ad-
huc modicũ tempus,⁊ miniſterio meo fungere in eis quos elegi: ſcio
enim quos elegi ego,q ꝑ te in me ſunt credituri.Jn hoc opus te nunc
iterũ miſſurus ſum,ná ⁊ alioq dũ abes,ẽt in credentibus,nõ modica
iactura abes:multi enim ſunt q pio noie in ouile irruperunt gregem
vaſtantes fidelẽ.Ecce cherintus,Martion quoqꝫ,Ecce Hebion,cete-
ręqꝫ eiuſmodi lernę antichꝛiſtoꝝ lacerant,mactant,diſpergũt,negan
tes me fuiſſe ante Mariá matrẽ virginẽ ſctiſſimá:ꝙqꝫ tam recẽs ſim
deus,velut in ipſa matre cœperim nouiter.Sed multo oim peſtis no
centioꝛ ſuo tꝑe emerſurus eſt , ⁊ velut ab inferis ſpũ ſatanico triplici
fauce ꝑditurus,Arrius pꝛeſbyter Alexandrinus,ꝑfidi ingenij hõ,ſa-
telles diaboli,ꝑſuaſurus ppl̃is ⁊ gentibus,⁊ linguis,⁊ regibus mul-
tis,ꝙ idẽ filius dei creatura ſit,⁊ in tꝑe eẽ cœperit,ſuꝑuacanee ſic ſe-
cũ reputans,Fuit quando nõ erat tempus.Nec hoc inferioꝛ Sabelli-
us,mutationẽ in deitate ponens,nec ꝑſoná diſtinguens : ſed ꝙ eadẽ
ꝑſona aliquando pater ſit,filius aliquando:cótra quos pꝛęmunias
velim eccłiam meá,tum ſermone,tũ ſcriptis,ne erroꝛe labefactet̃ , qn
Euangelij Joannis pꝛincipiũ.
potius inſtar petrę firma ꝑmaneat ſemꝑ.Unde ẽt liberatus ab exilio
poſt multa tꝑa btũs Joannes exoꝛdium euangelij ſui cœpit a verbi
ęternitate,ita dicens,Jn pꝛincipio erat verbũ,⁊ verbũ erat apud deũ,
⁊ deus erat verbum,hoc erat in pꝛincipio apud deum,⁊c̃.Quo dicto
chꝛiſtum ante Mariá matrẽ benedictá ſtatuit:⁊ perſoná filij patriſqꝫ
Perſonaꝝ diſtinctio in diuini- tate.
diſcreuit.Si enim in pꝛincipio erat verbum , ⁊ idẽ erat apud deum ,
ſequit̃ ęternitas filij cũ patre,cũ quo confitet̃ vnus deus,non recens
ſed ęternus:⁊ ideo alia ꝑſona realiter a patre.Neqꝫ enim apud deũ,
patrẽ ſcilicet diceret̃,niſi alia perſona eẽt a patre.Quod enim apud
alium eſt,certũ eſt qa diſtinguit̃ ab eo,quatinus pꝛęcluderet̃ via im-
pie ſentiendi,ac ſic oíbus ex ęquo daretur ſalus , nuper ſacro quęſita
ſanguine chꝛiſti.Niſi enim fides ſyncera adſit,nõ ꝓderit in ſalutem.

Syncera erit, dum aplica prędicatione atq; ecclaſticis ſanctiõibus firmata tibi erit, vt nõ aliter credatur a te, q̃ prędicauere ſcti Apl'i in oẽm terrã dimiſſi, & q̃ ſacroſctã ſanxit eccl'a, cõmuniuit & ſacris decretis, velut tot propugnaculis muriſq; fortiſſimis: aduerſus quoſuis impetus hęreticorũ, quorũ moleſtia turbata ſepenumero fuit.

# CAPVT. XI.

## DE CALAMO DATO IOANNI ET TEMPLO DEI METIENDO.

### SEC. 1. PVN. 1.

ET datus eſt mihi calamus ſimilis virgę. Per calamũ facultas ſcribendi euangelij: p virgã directio magiſtralis intelligitur. Calamus nãq; ſcriptorũ eſt, virga magiſtrorũ. In calamo inanis vacuitas eſt: in virga ſoliditas plena atq; perfecta: eſt & rectitudo: vt exhinc intelligeres nõ inani nitore ſcribendi euangelij facultatẽ Joanni traditam, ſed ſolida veritate conſtantẽ. Calamus contingit multis, ſed nõ ſimilis virgę. Scribebant calamo olim & Poetę: ſcribebãt & hiſtoriographi, philoſophi quoq; & Rethores. Scribebant & ſcribunt hęretici multi: ſed nõ calamo ſimili virgę: nã dũ nitor fucati terſiq; ſermonis in eorꝫ ſcriptis foris apparet: inanibus intus mendaciorum vacuitatibus tumet. de qbus ſcriptum eſt. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed nõ vt lex tua, Pſal. 118. Quare? Quia dum datus eſt illis calamus, vacuus datus eſt, eloquẽtię tantũ ſplendore externe illitus & conſpicuus: nõ enim ſoliditatẽ aliquã vitalis habet. Ideoq; nõ vt lex tua. Quare nõ vt lex tua? Quia quũ hęc veritate plena ſit: nõ ita iniquorꝫ fabulationes, quę mera mẽdacia ſunt, nitore tantũ externo cõſpicua, qbus plena videas volumina hereticorꝫ oĩs ętatis. Et qs calamo horꝫ fidat? Ideo nõ vt lex tua fabulationes iniquorũ. Iniqui ſunt, qa nõ legẽ dei exqrunt: nõ lege fidei dirigunt, ſed mendaciorꝫ vanitatibus ſeducti vagant. Scriptum eſt. Sedes tua deus in ſcl'm ſclı̃, virga directionis virga regni tui. Dilexiſti iuſticiã, & odiſti iniqtatẽ, Pſal. 44. Quid ſedes hęc, niſi eccleſia, quę eſt domus dei viui: colũna, & firmamentũ veritatis, dixit Apl's. 1. Timo. 3. Quicunq; ergo extra hanc ſedẽ dei ſunt, calamũ etſi habeant, ſed nõ ſimilẽ virgę: hoc eſt, ſolida veritate plenũ, quę eſt virga directionis regni dei, qd eſt eccl'ia, & domus fideliũ, & ſedes dei viui, q dilexit iuſticiã, odiuit aũt iniqtatẽ. Nãq; oĩs q facit pctm̃ iniqu' eſt. Quare iniquus? Quia operat iniqtatẽ: opatio enim arguit for

Calamus virgę ſilis

mũ,⁊ oẽ agens iuxta ꝓprietatẽ naturę ſuę agit. Sol lucẽti globo colluſtrat oĩa: ignis calefacit: homo ridet, hinnit equ⁹, humectat aqua. proinde iniquus q̃a ſpũ dei caret, facile iniquitatẽ facit, quã odit de⁹, ſed ẽt illum q facit iniquitatẽ odit. Dicat ergo ſanctus ⁊ dilectus dei apoſtolus, Datus eſt mihi calamus ſimilis virgę: q̃a nimirũ ⁊ facultas ſcribendi euangelij, ⁊ magiſtralis directio ſimul fideliũ data fuit illi. Sed occurrit ⁊ aliud quoq; his adijciendum. Perſpicuũ nãq; eſt, fuiſſe, eſſeq; pleroſq;, q̃bus poſt ap̃los ſctõs, ac euangeliſtas, datus fuit calamus, ſed nõ ſilis virgę: hoc eſt nõ ea ſoliditate veritatis conſtans vt nihil vacuum eſſet in illis: Ingenij quippe viuacitate vecti loquuti vt hoĩes, errare potuerunt. Inani igit̃ vacuitate leues fuerunt calami aliquoꝝ, vt nõ niſi cum delectu ſcripta eorum cõmentaria legi poſſint a nobis. Sunt q etſi multa bene dicant, ſcribantq;: nõ tamẽ ad Ap̃ſtorum ſoliditatẽ in vniuerſum ꝑueniunt, vt oĩ ex parte ita integri ſint, tanq̃ nihil ex eis reuelli poſſit, reijciq;. Hinc eſt ꝙ quũ ap̃loꝝ ſcripta citra delectũ legant̃, cũ delectu alioꝝ oĩm. In illis ſiquidẽ dñs deus loquutus eſt, ⁊ ſcripſit: in his naturalis etiam ratio q̃nq; vacuo ſuo calamo ſeſe interiecit ⁊ imiſcuit. De Ap̃lis eſt hoc dictũ, Deus deoꝝ dñs loquutus: ⁊ vocauit terrã, id eſt vocauit terrenos hoĩes ꝑ ap̃los, in q̃bus loquutus eſt deus dñs Pſal. 49. Et rurſum, Dñs narrabit in ſcripturis ppl̃oꝝ, ⁊ principũ hoꝝ. Pſal. 86. Scripturę etenim ſacrę quę pp̃lis pręedicant̃ ſunt principũ hoꝝ, q ſunt Ap̃li, q ſcripſere dño inſpirante: q vſq; mõ in eoꝝ ſcriptis loquit̃ populis fidelibus. Sicut ſcriptũ eſt, Lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribentis, Pſal. 44. Quippe calamus ſcribaꝝ, hoc eſt, ſctõꝝ ap̃loꝝ, euangeliſtarũq; lingua dei eſt, vt errare nõ potuerit quiſpiã eoꝝ: nec nos dubitare vel in minimo in vllo eoꝝ verbo permittimur: q̃a dñs narrat in illis, in quem non cadit falſitas vlla, qui eſt veritas, via, ⁊ vita, Joan. 14. ¶ Punc. 2.

Ap̃li ſoli integre loquuti.

**Et dictum eſt mihi, ſurge, & metire templum dei: & altare: & adorantes in eo.**

A quo dictũ? Ab angelo, q hęc illi velut digito cõmonſtrabat: qui ẽt calamũ dedit illi ſimilẽ virgę. Dictũ .id eſt, iuſſum: habes ergo ꝙ dicere nonnunq̃ ꝓ iubere in ſacra ſcriptura ponit̃. Surge (inquit) ⁊ metire, ſubaudi hoc calamo tẽplũ dei, ⁊ altare, ⁊ adorantes in eo. Pręter illa quę de calamo diximus, Calamus interdũ ſignificat mẽſurã ſex cubitoꝝ, vt apud Ezechielẽ, vbi angelus templũ menſurans calamũ in manu pręgeſtaſſe fert̃, cap. 40. Quia certe omnipotentis dei filius, ſua ſapientia cuncta in numero, pondere, ⁊ menſura conſtituit, ne inane q̃d in ſuo opere poſſit deprehendi. Figura ergo erat integritatis opis dei, ſoliditas calami: ſignificans ſane longe diuerſum eſſe opus dei ab opere humano: q̃d hoc ſubinde defectu ſuo laboret: Op⁹ aũt dei certo numero, ⁊ pondere, ⁊ menſura cõſtitutũ nihil inane habet, ſed ſoliditas mera q̃cq̃d eſt. In quẽ modũ et ap̃lorũ quoq; ope

Calamus menſura.

ra, ſolida, vera, ⁊ perfecta, vtpote à ſpū dei in ipſis effecta. dei eni ope ra ꝑfecta ſunt: Id qꝺ noua donatione. s. Joanni hic iteꝝ tribuit, qui accepto ſolido calamo, ⁊ recto, in iuſſu audit, Surge. Quo v̇bo vſus eſt angelus ꝑſonā chriſti gerens, vt oſtenderet negociū euangelicū ſo licitudine impigra debere peragi: ideo in euangelio quoq; cauet eos quēꝗ ſalutare in via: eo ꝙ captatus humanus fauor perſępe officiat veritati: ne tā fortiter, tamq; aperte prędicet, ꝗ̄ ſynceritas eius flagi taret: qꝺ certe remorat ⁊ curſum. Surge ergo: ac ſi diceret, excitare in meliorē ſpem, cito hinc eliberaberis, iniunctū tibi viriliter capeſſe mi niſteriū.

Euāgelicū negocium impigra ſolicitudi ne debere peragi.

Metire templū dei. Templū dei eccl̄ia eſt vniuerſalis ortho doxorū, de quo loquit apl̄us. 1. Cor. 3. Tēplū dei ſanctū eſt, qꝺ eſtis vos.

Templuz dei eccl̄ia.

Altare chriſtū exhiberi principaliter ſupra retulimus, ꝙ per eū accepta ſint deo oīa noſtra dona, ⁊ nos: ſuꝑ quē offerimus nos in ho ſtiā viuā, ⁊ rationalē deo, ſimul opera quoq; noſtra.

Altare chriſtus.

Porro adoran tes in tēplo dei ij ſunt, q̄ in ſpū ⁊ veritate adorāt p̄rem. Spūs enī eſt deꝰ: ⁊ eos q̄ adorāt eum: in ſpū ⁊ veritate oportet adorare. Joan. 4. quos ſolos metiri calamo iubet, ꝙ hi ſoli aſſequantur electionē dei. Eſt autē metaphora, tanꝗ̄ quis materiale quoddā tēplū metiretur, ſiue cubitali, ſiue alia quacunq; menſura, vt ſolet: quaſi diceret, meti re tēplū dei in chr̄ianis quantę debeant eē ꝑ charitatē latitudinis: quantę per ſpem altitudinis: quantę ꝑ fidē ꝓfunditatis: ex quibus ſolidū corpus chriſti myſticū conſlet tandē, qꝺ nihil vacui in ſeſe ha beat: hoc enim eſt ſolidū, qꝺ tribus dimenſionibus abſolutū eſt: vt ſo lidū quandoq; dicamus integrū ꝑfectūq;. Nā ⁊ ipſe Joannes ſe his dimenſionibus metitus erat, ⁊ ideo integer erat, fuci nihil habēs nec ficti: Alioqui calamus ſolidę virge ſimilis datus ei non eēt, quo me tiret dei templū, qꝺ ſolida in ſeſe veritate ſubſiſtit: atq; eos oēs, qui ad illud pertinent in hunc modū eſſe oportere: quatinus citra hypo criſim fiant vniuerſi. Hoc igit eſt calamus virgę ſimilis, qꝺ ſolida ve ritas. Metitus itaq; eſt Joannes eccl̄ię ſublimitatē, quā vſq; in ſubli mia cœlorū ſpe euexit, in hoc qꝺ credentes filios dei demonſtrauit. Latitudinē in quadrū poſuit, dū quadri orbis in partes dilatandam fore chriſtiana charitate cenſuit. Profunditatē quoq; in fidei verita te ſolidauit. Metitus eſt ⁊ altare, qꝺ vere chriſtū exhibet, cuius prin cipiū in patre poſuit, quē iam fuiſſe ab eterno anteꝗ̄ ex Maria virgi ne originē carnis duceret ꝯfeſſus eſt: ad quē ꝑtinet eccl̄ia, q̄ ē corpus eius: in q̄ ⁊ gl̄iat, ⁊ oēs ſuas delicias ꝓfus collocauit. ¶ Punc. 3.

Metiri tē plū q̄d ſit.

Atriū autem, quod foris templum eſt, eijce foras: & ne metiaris illud: quoniam datum eſt gentibus.

Miranda prorſus loquutio, q̄a qꝺ foris templū eſt, eijci iubetur. At quomodo foras eijci pōt qꝺ intus non eſt? Sed tale eſt (ni fallor) qꝺ dicit, quale illud. Deleant de libro viuentiū, ⁊ cū iuſtis non ſcribant: vbi, ⁊ cōiunctio tenet expoſitiue magis ꝗ̄ coniunctiue pro id eſt. tali ſenſu, Atriū autē, qꝺ foris templū eſt, eijce foras: ⁊ id eſt, ne metiare

Atriū ꝓhi bet metir

illud, noli illud computare inter ſctõs ⁊ electos dei: hi ſunt heretici, ſchiſmatici, ⁊ ipſi Judei, q ab vtero ſcte matris eccl'ie aberrauerunt, reprobationi gentiũ adherentes: qbus ita dati ſunt, vt ⁊ gratiã vocationis amitterent, ⁊ pfidiã erroris illoꝝ inſaniſſime ſequerent, etiã ſi quodãmodo fidei ſubſcriberent in facie. De qbus dico hereticis, idẽ Joãnes dicit, Ex nobis pdierunt, ſed non erant ex nobis: nã ſi fuiſſent ex nobis: pmanſiſſent vtiqȝ nobiſcũ: ſed vt manifeſti ſint, qm̃ nõ ſunt oẽs ex nobis. 1. Joan. 2. Ecce eiectio, id eſt, cõmonſtratio, qꝛ heretici non ſunt in templo dei: Atriũ enim ſunt. Scimus aũt atriũ foris eccleſiã eſſe. Recte aũt, in Atrio figurant heretici, qḋ tẽplo annexũ quidem eſt, ſed templũ nõ eſt, vbi ſolent ⁊ canes meiere: patet eni oibus atriũ: ⁊ in hoc eſt atrij infœlicitas, ꝙ extra templũ eſt, ⁊ tẽplum non eſt: ſed aliqḋ tẽpli. Errauerunt enim inquit ſcriptura ab vtero, alienati ſunt a vulua, loquuti ſunt falſa. ⁊ oẽs hi in atrio computant. Nã ⁊ excõmunicatione ſedis aplicę extra eccliam ſunt, vtut fidẽ chriſti profiteant. Jã vero nõ ſolũ heretici: nõ ſolum Judei, ſchiſmatici quoqȝ extra eccliam ſunt: ita ſunt ⁊ obſtinati pctõres, quos eijcit Joãnes verbo chriſti dicens, Eſt pcm̃ ad mortẽ: nõ p illo dico vt roget qs. 1. Joan. vlt. Jtẽ. Qui facit pctm̃ ex diabolo eſt. cap. 3. eiuſdẽ. Jtem cap. 2. Ex nobis pdierunt: ſed no erant ex nobis. quatinus agnoſceres ⁊ ſchiſmaticos ⁊ pctõres reliquos quodãmodo ad eccliam coniunctos fore quidẽ fide, ſed ope aliud eſſe ꝙ eccleſiam. quos in opere euãgelij penitus abijcit in finẽ ſeparans a iuſtis, id eſt dei ecclia. Qui (inqt) bona fecerint ibunt in reſurrectionẽ vitę: q vero mala in reſurrectionem iudicij. Joan. 5. Et Paulus iudicat enormiter contra conſcientiã peccantes, vt ſunt fornicarij, emaſculatores, fures, auari, rapaces, maledici, ebrioſi, ⁊ id genus reliqua hoim ſcandala, fore a regno dei alienos, cũ quibus phibet pios vel cibũ capere. 1. Cor. 5. ⁊ cap. ſequenti. Quandoqdẽ hi quoqȝ ſimiliter dati ſunt gentibus, quos eadẽ damnatio inuoluit. Quid enim refert chriſtianũ ſpecietenus eſſe, ⁊ cęterũ gentiliter viuere, in paſſione deſyderij? Aut quę ſocietas luci ad tenebras? Quę conuentio chri ad belial? quę pars fideli cum infideli? 2. Cor. 6. Nõ enim vocauit nos deus in immundiciã, ſed in ſctificationẽ. 1. Theſſa. 4. Qui ibidẽ ait, hec eſt voluntas dei, ſctificatio veſtra Et Ephe. 1. Elegit nos ãn mundi conſtitutionẽ, vt eſſemus ſcti, ⁊ immaculati in conſpectu eius. Qui ergo pſligant ſeſe turpitudini imundę, cõſpurcãtes conſcientias ſuas, nõ aliter ꝙ gentes deũ ignorãtes habituri ſunt iudiciũ, eo ꝙ in atrio cõputent, ⁊ extra templũ dei ſint. Sed nõ ſunt oculi dñi aperti in atriũ, q ſolũ reſpicit in templũ, ⁊ eos q in templo ſunt vere credentes: ad quos ⁊ aures eius apertę ſunt, vt quantocyus coꝝ preces exaudiat. 3. Reg. 9. ⁊ 2 Paral. 7. Uane ergo fidis (o heretice:) vane tibi (o ſophiſta) blandiris, qm̃ etſi ſis iuxta eccleſiã dei, nõ tamẽ in ea, qꝛ eijci iuberis, vt non numereris inter electos dei, ſed potius cũ gentibus, quę iã iudicatę ſunt cũ patre eorum diabolo, ſicut ⁊ Judei. O miſerã hoꝝ conditionẽ: nõ ſolũ autẽ hoꝝ,

Atriũ templi q ſint.

ſed ⁊ oīm, q vitia ſectant: q hoīes miſeri ſunt, impuri, rebelles, obſti-
nati, qbus melius erat nō naſci, ꝗ ſic miſere perire: deſtinatā pijs fe-
licitatē amittere: nec vnꝗ deſyderatā dn̄i faciē ꝓſpicere. Hic conſy-
dera mihi quali exitio futuri ſint hi, q eijciunt a templo dei computa-
ti in atrio, qđ foris templū eſt: vt ſunt Turcę, Arabes, Ethiopes, Grę-
ci, ⁊ oēs Aſiani, q ꝑ hęreticos ſubuerſi perierunt, ⁊ cōputant modo
cum gentibus: ſic eiecti, vt nec fidē habeant, ſemoti longe a templo:
⁊ hi quoq3 q moribus illos exprimunt ac ſequuntur, etiam ſi fidem
habeant chriſtianam.

¶ Pun. 4.

## Et ciuitatem ſanctam calcabunt menſibus quadraginta duobus.

Perſpicuū ex hiſtorijs eccl̄iaſticis eſt: qa hęretici, ac ſchiſmatici pari
crudelitate cum gentibus, cū qbus ęquā ſortē dānationis acceperūt,
eccl̄iam ſunt perſequuti: nō ſolum mēſibus quadragintaduobus, ſed
menſibus ⁊ annis multo pluribus. Cur ergo nūc ponit menſes qua- Menſes.
dragintaduos, q nō ſunt plures ꝗ anni tres ⁊ dimidiū. Sed vt intel- 42. qd in
ligeres vltimā ꝑſequutionē quę futura eſt atrociſſima ac teterrima, myſterio
ad quā cęterę collatę fere nullę erunt. De ſupbia Antichriſti, ⁊ eius ſint.
tpe, quo regnaturus eſt meminit Daniel ꝓpheta ca. 7. ſui libri dicēs,
Et putabit ꝙ poſſit mutare tpa ⁊ leges, ⁊ tradent in manu ei⁹ ad tem-
pus ⁊ tpa, ⁊ dimidium tēporis. Per tēpus ⁊ tpa, ⁊ dimidiu3 tēporis,
tres ⁊ ſemis annos intelligimus: id qđ manifeſtius idē ꝑ dierꝝ nu-
merum reddidit in ſequentibus, dicens. A tpe quum ablatum fuerit
iuge ſacrificiū: ⁊ poſita fuerit abominatio in deſolationē, dies mille
ducenti nonaginta. Etenim ſi iuxta rationē menſiū lunarium, quos
ſolos cū embolīſmis ſuis nouerūt Judęi, dies iſtos diuidas: vix pau-
cos ſupra inuenies, ꝗ attinet ad tempus ⁊ tpa, ⁊ dimidiū tēporis, id
eſt annū, ⁊ duos annos, ⁊ dimidiū anni. Eſt igit hoc tps, quo in ſuo
extremo ꝑmanebit abominationis deſolatio. Nunc autē illud quęre-
re dignū eſt, cur hic Joannes, quū dicere potuiſſet, Et ciuitatē ſanctā
calcabunt tribus annis ⁊ dimidio, vti maluit numero menſiū: infra
aūt dierum mille ducentorū ſexaginta, quę dies totidē faciunt men-
ſes, ⁊ annos, tricenis diebus ꝑ menſes ſingulos diſtributis: Nū ca-
ſu, vel abſq3 ratione numeros iſtos menſium dierūq3 taxare voluit:
Non vtiq3: ſed, ſicut alias, in ſcriptura ꝑ numeros multa ſignificatur
dignitas ſenſuū vtiliū. Hoc vt notius fiat, de natura quorundā nume-
rorū libet aliqd dicere: qđ oſtium ſit ſecretioris cuiuſdā intelligētię
vlterius nobis pandendę: idq3 ita accipias. Numerorꝝ qppe parium
alij ſunt ſupflui: alij diminuti: perfecti alij. Perfecti ſunt, q ſuis ęqua- Numerorꝝ
libus cōſtruunt partibus, nec redundant ſupfluo, nec inopia egent, varietas.
qđ in ſenario ꝓſpicies: is eni habet partē mediā tria, tertiā duo, ſextā
vnū, quę partes in vnū veluti corpus conflatę ſenariū componunt.
Diminutus numerus hic eſt, cuius eodē mō partes compoſitę pau-
ciores reddunt, ⁊ eiuſdē numeri, cuius partes ſunt multitudine ſupe-

rant: vt eſt octonarius, q habet partẽ mediã quatuor, habet ⁊ quar-
tã duos, habet ẽt octauã vnũ: quę cunctę in vnũ poſitę ſeptẽ colligũt,
minorẽ reddentes ſummã, ꝙ̃ octonarius erat, cuius partes ſunt. Por-
ro ſupflui nominantur, quorũ partes vltra ꝙ̃ ſatis eſt ſeſe extendunt, vt
duodecim: huius enim partes maiorẽ ſummã colligũt, ꝙ̃ per ſe erat:
quę habet partẽ mediã ſex: tertiã quatuor: quartã tria: ſextã duo, duo-
decima vnũ, quę ſi accreuerint in vnũ cumulũ redundant in ſedecim.
Eſt autẽ in his ſimilitudo quędã virtutis viciiqꝫ. Perfectus nãqꝫ nu-
merus virtutũ eſt: diminutus vitiorũ, hoc ⁊ ſuperfluus reddit. De ſup-
fluis ſunt iſti numeri, quos hic ſcriptura taxat, quadragintaduo. De
eiſdẽ ſunt ⁊ mille ducenti ſexaginta: habet nãqꝫ numerus hic prior,
partẽ mediã. 21. tertiã. 14. ſextã. 7. ſeptimã. 6. quartamdecimã. 3. viceſi-
mã primã. 2. quadrageſimã ſecundã. 1. Quę pfecto partes in numerũ
collectę maiorẽ ſummã exhibent ꝙ̃ erãt quadraginta duo ſimul: qua-
tuor enim ⁊ qnquaginta efficiunt: atqꝫ in hunc moduꝫ numerus iſte
menſiũ ſuperfluit, vt vltra menſurã ſuę originis partes effundat, tan-
quã quis pluribus membrorũ organis, ꝙ̃ vt corpus exigat natus ſit:
quẽadmodum de centimano quodã fabulę referunt, aut triplici con
iuncto corpore Gerione. Ad hoc refert ⁊ numerus dierũ mille ducen
torũ ſexaginta, q in ſuis partibus intumeſcit calculi natura luxurian-
te, Cuius media pars. 630. tertia. 420. quarta. 315. quinta. 252. ſexta.
210. ſeptima. 180. nona. 140. decima. 126. duodecima. 105. quartadeci-
ma. 90. qntadecima. 84. decimaoctaua. 70. viceſima. 63. viceſima pri-
ma. 60. viceſimaoctaua. 45. triceſima. 42. triceſimaquinta. 36. triceſima
ſexta. 35. quadrageſimaſecunda. 30. quadrageſimaqnta. 28. ſexageſi-
ma. 21. ſexageſimatertia. 20. ſeptuageſima. 18. octuageſimaquarta. 15.
nonageſima. 14. centeſimaquinta. 12. centeſima vigeſimaſexta. 10. cen
teſima quadrageſima. 9. centeſima octogeſima. 7. ducẽteſimadecima.
6. ducenteſima qnquageſimaſecunda. 5. trecenteſima qntadecima. 4.
quadringenteſima viceſima. 3. ſexcenteſima triceſima. 2. milleſima du
centeſima ſexaginta. 1. Oẽs ergo partes integri ⁊ originalis numeri,
id eſt mille ducentorũ ſexaginta in vnũ collectę, tria millia centũ ⁊
octo conſtituunt: tãto numerorũ diluuio inũdant, fontẽ longe riui exu
perantes. Quũ itaqꝫ ⁊ philoſophorũ decretis cõſtet in huiuſmodi ſu-
perfluis numeris ſimilitudinẽ quandã nõ virtutis, ſed vicii ineſſe: p-
fecto ęquũ erit arbitrari in menſibus iſtis, diebuſqꝫ, q conſtituũt tem-
pus ⁊ tpa ⁊ dimidium tẽporis, ſiue annũ, ⁊ duos annos, ⁊ anni di-
midiũ, quibus regnaturus eſt hõ ille pditus, in imenſum vicia excre
ſcere, redundareqꝫ magis ꝙ̃ vnꝙ̃ antea: quando vix alicubi faciem
virtutis queas inſpicere. Deprõpta ſunt hęc ex Ruperti Abbatis prõ-
ptuario. Primaſio placet oẽ tempus chriſtianitatis p hos numeros
deſignari, ppter ſex mundi ętates, ⁊ ſeptẽ dies, qbus ptermeantibus
⁊ remeantibus oẽ tẽpus euoluit: nã ſexies ſeptẽ quadraginta ⁊ duo
efficiunt. Legimus qa ⁊ filii Iſrael totidẽ id eſt. 42. manſionibus in-
greſſi ſunt terrã promiſſionis: q qa ſupfluus eſt numerus, vt recen-

Numeri ſupflui, vitiorũ abũdantię typus.

ſuimus, dat intelligi, magis abundare in hoībus vicia ꝙ virtutes, in omni ętate ⁊ tpe ob ꝓcliuitaté naturę corruptę in malū. Qđ vero dicit calcari ciuitaté ſanctā ab his, q in atrio computant datis gentibus, duo coniecto. Primū ꝙ ciuitas hierl'm caperetur ab eiſdē, ⁊ multis tpibus obtineret: id qđ factū iam a multis ſclis cernimus. Calcāt enim turcę impię eā, inter quos ſunt Ethiopes, Gręci, Iudęi quoqȝ, ⁊ varię orbis nationes, deū verū, ⁊ chriſtū eius relinquētes: ⁊ poſt ſomnia ſua, ⁊ vanitates quorundā, prout copioſe ſuperius deſcripſimus, abeuntes. Secundū, ꝙ ecclīam, ꝑ ciuitaté ſanctā intellectā premerent in omni ętate impij, maxime vero vltima. Nā mira eſt ſcripturę ſacrę ratio, vt vnū ob oculos ponat, ⁊ aliud inſinuet: offert ſępe hiſtoriā, ⁊ innuit myſteriū: imo ⁊ de myſterio tranſit in myſteriū, vt multo amplius hii ſint q ſcrutant teſtimonia dei, in toto corde exquirentes eum. Ecce enim textus ſcripturę huius indicat ⁊ tpa antichriſti, ⁊ ętates ecclīę ſimul: vt dū vnū capis, capias ⁊ reliquū, ꝓut eſt ſenſus dei. Hic eſt duplex ille ſpūs Elię, qué poſcebat Eliſeus dū igneo curru ſubueheret. 4. Reg. 2. qué nobis licet ſubinde in ſcripturis ꝓpheticis contēplari. Menſibus ergo quadragintaduobus calcabitur ciuitas: quia quandiu in pręſentis vitę itinere pertranſit eccleſia, perſequutioné ab improbis ſuſtineat opus eſt. Nā ⁊ filij Iſrael in diebus peregrinationis ſuę per quadragintaduas ſtationes varias ⁊ multas pertulerunt aduerſitatū erumnas, donec peruenirent in terrā eis promiſſam: quod in figura noſtri factū eſt. Sumus enim in peregrinatione ad terram promiſſionis eternę feſtinantes.

Ciuitates calcari qđ ſit.

## DE DVOBVS TESTIBVS PROPHETIS. SEC. 2. PVN. I.

ET dabo duobus teſtibus meis: & prophetabūt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis.

Quid polliceat ſuis duobus teſtibus dñs nō exprimit, niſi ꝙ ꝓphetabūt diebus mille ducentis ſexaginta: ergo niſi ſubintelligas aliqd vtpote donū ꝓphetię vel ſpūm veritatis, aut aliđ huiuſmodi, hiulca mancaqȝ erit oratio. Id enim pollicet. Sed q ſunt hi duo teſtes? Si cunctum chriſtianitatis ſeculū intelligas ꝑ hunc dierū numerū, erunt, oīm temporū veritatis conſtantiſſimi aſſertores, duobus teſtamētis ſubnixi, Quia in ore duorū teſtium ſtat omne verbū. ſufficereqȝ putamus duos teſtes ad aliqd aſtruendū. Sin auté vltimā illā ętaté reſpexeris, in qua venturus eſt hō pctī, Enoch ⁊ Elias erunt, qui ardentiſſimo ſpū ꝓphetabunt contra Antichriſti nequitiā tribus annis cū dimidio, vel circiter: deerunt enim aliquot dies, vt supputat: de quibus, vt de modico, nō ſolet ſcriptura vim facere. De his meminit dñs ꝑ Malachiā dicens, Ecce ego mittā vobis, Enoch ⁊ Eliam, antequā veniat dies dñi magnus ⁊ horribilis cap 4. Ob quā cauſam vterqȝ raptus eſt in paradiſum. De Enoch habes Gen. 5. ꝙ tulit eū dñs. Itē

Teſtes duo.

Enoch ⁊ Elias in fine venturi.

In Eccleſiaſtico cap.44.ꝙ tranſlatus eſt in paradiſum. De Elia autẽ.
Enoch. 4. Reg.2.ꝙ aſcendit ꝑ turbinẽ in cœlũ. In his duobus intelliguntur
Elias. ⁊ alij oẽs illius nouiſſimi tpis ꝑdicatores: neq; enim ſoli hi duo ve
ritatis aſſertores erunt: erunt ⁊ plures quotquot ſufficere videbuntur
ad docendã veritatẽ, ⁊ ad confirmanda fideliũ corda, vincendũq;
paſſim filium perditũ, cũ ſuis complicibus vniuerſis. Inſanientibus
itaq; filio ꝑdito, ⁊ ſuis in ſanctã dei ciuitatẽ, deſeretur ne illa a dño?
Nequaꝗ̃. Quid igit tũ fiet? Dabo inqt dñs duobus teſtibus meis do
nũ ꝓphetię, ſpũm veritatis, ⁊ id quidẽ in ſumma authoritate ⁊ virtu-
te: de qbus mox ſubdit, Et prophetabunt diebus mille ducentis ſexa-
ginta: quando id tempus (vt diximus) idẽ ferme eſt cũ menſibus qua
dragintaduobus, qbus ciuitas ſctã calcabit in finẽ, ꝑ Antichriſtum,
⁊ eius cõplices. Sed qd eſt ꝙ Daniel numerans nouiſſima tẽpora,
dies ponit mille ducentos nonaginta: hic vero Joannes, mille ducẽ
tos ſexaginta ſolũ? Ad qđ dicendũ, ꝙ licet maior numerus ſit in Da
niele ꝗ̃ hic in Joanne, tamẽ huius de partibus maior multo nume-
rus excreſcet, ꝗ̃ illius: qđ demonſtrare prõptum eſt. habet nãq; Da-
nielis numerus partẽ mediã.645.tertiã.430.quintã.258.ſextã.215.de-
cimã.128.qntãdecimã.86.triceſimã.43.quadrageſimã tertiã.30.octo-
geſimã ſextã.15.centeſimã vigeſimãnonã.10.duceteſimã quintã deci
mã.6.duceteſimã quinquageſimã octauã.5.quadringẽteſimã.3.ſexcẽ
teſimã quadrageſimã qntã.2.milleſimã duceteſimã nonageſimã.1.
Et ſic partes congeſtę reddunt, mille octingentos ſeptuaginta octo,
quũ numeri minoris hic poſiti ſumma vltra tria millia ꝓtendatur.
Unde id ſolũ habe, ꝙ tã Daniel, ꝗ̃ Joannes numeris ſuperfluis ea
ratione ſunt vſi, quo vehementius notarent iniqtatis abundantiam
Tpm quã titas incerta. in fine ſcloꝝ. Eſt ⁊ aliud inęqualitatis myſteriũ. Etenim vult de⁹ in-
certos nos eẽ de tpis quãtitate, breue ſit an longũ: quo minus curioſi
ſimus: vtq; plus de pietate vitę, ꝗ̃ de tpm ratiõe cogitemus. Siqdẽ
ex illa hti futuri ſumus, ex hac nihil melius habemus. Cęterũ ſacci
Sacci amict⁹ qd indicet. amictus vilitatẽ indumenti eoꝝ, ac humiliationẽ plurimã ꝓphetaꝝ
dei indicat, in auſteritate pœnitentię. Sacco nãq; lugentes, ⁊ corde
humiliati operiri ſolent. Sic niniuitarũ rex indutus eſt ſacco, ſedit in
cinere, vbi indignationẽ dei oĩpotentis ab Jona audiuit. Jonę.3. Et
Dauid rex induebat cilicio vbi emuli moleſti eſſent illi. Pſal.34. Cõ
decet ſane ꝓphetas dei, q pctã ppl̃i lugere debent, nõ precioſis ornari
Elie veſtitus vilis. induuijs, ſed vilibus tegi. Hoc iam pridẽ facere ſolebat Elias, qui in
deſertis locis incultus ⁊ hiſpidus ꝑmanebat: de cuius veſtitu dum
Ochozias percontat, reſponſum eſt ei: Uir piloſus, ⁊ zona pellicea
amictus, accinctis renibus: q ait, Elias theſbites eſt, 4. Re.1. Hoc idẽ
⁊ magnus ille apl̃us de chriſti martyribus ꝓteſtat dicens, Circuie-
runt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, Hebre.11.
Proinde teſtes iſti fideles, eo ipſo ꝙ fideles ſunt, in graui tentatione
pctã ppl̃i lugebũt: quẽadmodũ olim Elias, Eliſeus quoq;, ⁊ filij ꝓ-
phetarũ in ſolitudinibus errantes, in montibus, ⁊ in ſpeluncis, pctã
lugebant

lugebant Iſraelis. Nunqd eñi abſq; cauſa pctĩ vnq̃ tribulatio in cõitatẽ imiſſa fuit? Nunqd ⁊ dies illi abſq; cauſa tales erunt? Nõ vtiq;. ſed ſicut Job. 5. ſcriptũ eſt, De humo nõ egredit dolor. ſic nõ ꝑ nihilo, ſed pro pctõ tũ quoq; conſurget illa tribulatio: qa pluſq̃ dici poſſit offendit deus ꝑ maliciã hoim, ⁊ ſcelera. Et in Jeremia dicit deus. ca. 30. Plaga inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli. Propter multitudinẽ iniqtatis tuę: ⁊ ꝓpter dura pctã tua feci hęc tibi. Porro quũ multa ſint genera ſcelerũ: qbus ab improbis, ſtultis, ⁊ vanis hoibus offendit deus: quęrere forſitan nõ erit abſonũ ex ſcripturarũ locis, quale potiſſimũ ob ſcelus illa tam anxia tribulatio in eccleſia dei conſurgere permittet. Vir illuſtris, ⁊ notę ſcientię, D. Hieronymus locum illũ in Michea ꝑtractans. Principes eius in muneribus iudicabant, ⁊ ſacerdotes eius in mercede docebant, ⁊ ꝓphetę eius in pecunia diuinabant, ⁊ ſuꝑ dñm requieſcebant dicentes, Nunquid nõ dñs in medio noſtrũ? Non euenient ſuꝑ nos mala. ꝓpter hoc cauſa veſtri, Siõ quaſi ager arabit, ⁊ Hierl'm quaſi aceruus lapidũ erit: ⁊ mons templi in excelſa ſiluarũ, cap. 3. Hęc inter cętera ponit. Petrus aplus dixit argentũ ⁊ aurũ non habeo: poterat vtiq; Simoni mago vendere qd petebat, imo poterat ſimulare vendentẽ: Spũs enim ſanctus nec venundari, nec emi põt. ſed oblatã pecuniam cũ offerente damnauit. Nunc videas ꝓphetas hierl'm nõ habere in ore ꝓphetiã, ⁊ in dño requieſcere: ⁊ dicere, Nõ venient ſuꝑ nos mala. Quorũ cauſa ſpeculatoriũ dei hoſtili aratro diuidit, ⁊ locus quondã pacis ruinis plenus fit: ⁊ tẽplũ dñi in vepres, ſpinaſq; cõuertit, ⁊ eſt habitaculũ beſtiaꝝ. Et poſt aliqua. Propter qd cauſa noſtri, q tales ſumus, q Sion edificamus in ſanguine, ⁊ hierl'm in iniqtate, q iudicamus in munerib⁹, q in mercedibus reſpondemus, q in pecunia diuinamus: ⁊ ſuper hoc fictã nobis ſanctimoniã vendicantes dicimus: nõ venient ſuper nos mala. Audiamus ſententiã dñi, quę ſequit. Sion ⁊ Hierl'm, ⁊ mons templi, ſpeculatoriũ, ⁊ viſio pacis, ⁊ templum chri in cõſummatione ⁊ fine, quando refrigerit charitas, ⁊ rara fides fuerit, quaſi ager arabit, ⁊ rediget in tumulos ⁊c. Quũ hęc dicit, ꝑfecto ſcire nobis, ⁊ dicere licet, Quia cauſa futurę tribulationis tã magnę, pctm̃ maxime graduũ eccleſiaſticorũ: pctm̃ nulla virtute redimẽdũ: peccatũ nundinationis bñficiorũ (vt vocant) qd mõ nuſquã non regnare videmus: cui iuncta eſt ambitio: nã qa licet nıõ viuere, licet ẽt ambire. Sed veniẽt dies, in qbus qa nõ licebit viuere, nõ licebit ẽt ambire. Quando erunt iſta? Quando venerit hõ pctĩ; quando nec vendere licebit nec emere: qa nec viuere tũ pijs permittet. Sicq; fiet vt pctm̃ pctõ extinguat, deleaturq;. Proinde recte ſacco induti prophetę teſtes dñi dicunt, pręſe ferentes oim tum tẽporis exiſtentiũ eccleſiaſticorũ formã, ⁊ ritũ longe diuerſum q̃ pacis diebus erat. Nã amicti ſacco erunt, ⁊ prophetabũt vilibus induuijs, pœnitentiã agentes ſupplicabũt deo, quatinus plagã illã magnã, quę ſuꝑ vniuerſos irruet ceſſare faciat: deq; eis, ⁊ pplo ſctõ ſuo aliquatẽn⁹ reſpirare: quũ nemo eos ſalua

Tribulationũ imiſſaꝝ cauſa aliq̃ ſemꝑ

Hiero. ſuꝑ Micheã tractat cur veniãt mala ſuper eccleſiam.

re poſſit a tanto diſcrimine. Oībus enim ſua mala erunt, ⁊ abunda-
Iota bſi. bunt chriſtū pfitentibus, cuiuſcunq; dignitatis fiant, ⁊ eminentię: vt
nō ptās liberare vllos poſſit. Dixi, ita in finē ſeculi hęc accipi, vt poſ-
Prędica- ſint ⁊ alijs ſtatib' cōpetere. Proinde fuere ſemp q in pœnitētia alijs
or lugere prędicarint, ⁊ prędicent vſq; adbuc, amicti ſaccis, humiliati corde, lu
debet i pę gentes ac deo immortali ſupplicantes, vt auferat iniquitatē ppl'i ſui, ⁊
nitētia ini auferat irā indignationis ſuę, in ardore vindictę effuſam, quā nemo
tatē ppl'i diu ſuſtinere poſſit. Pōt ⁊ aliter locus exponi: vt videlicet duo in his genera martyrij veritas pteſtet: vnū in habitu, alterū in actu. In habitu ſoli deo cognita corde geſtat, ēt ſi aliquando patiendi tēpus minime ſuffragat. In actu vero ēt publice corā hoībus adimplet, quando opportunitas perſequutionis innaſcit. Aliquando enim videtur martyriū deeſſe aio: aliquando in alijs animum deeſſe martyrio.
Martyrij Hinc btūs Cyprianus dicit, Primus eſt victorię titulus gentiliū ma-
duo gnā. nibus apprehenſum dn̄m confiteri. Secundus ad gl'iam gradus eſt, cauta ſeceſſione ſubſtractum dn̄o reſeruari. Illa publica, hęc priuata cōfeſſio eſt. Ille iudicē ſcl'i vincit: hic contentus deo ſuo iudice, conſcientia pura cordis integritatē cōſeruat. Quod ēt de duobus filijs Zebedei manifeſtiſſime cōprobat. Nā Iacobus ab Herode necatus, publica pfeſſione martyrio dedicat: frater vero eius Ioannes euangeliſta ſecreto apud dn̄m martyrio coronat: claret qppe dn̄m pridem vtriſq; dixiſſe, Calicē quidē meū bibetis, vnus videlicet in actu, alter in habitu. Et hęc vtriq; tpi apta congruunt, hoc eſt, tā vltimo q̄ prędenti: quū hęc genera martyriorum vtrobiq; contingere poſſunt. Iam reliqua quoq; videamus. ¶ Punc. 2.

Hi ſunt, duæ oliuæ, & duo candelabra, in conſpectu domini terræ ſtantes.

Candela- Specialiter Enoch ⁊ Elias duę oliuę pp̄ter vnctionē ſpūſſcti, qua illi
bra duo. delibuti erunt, dicunt: iidē ⁊ duo candelabra lumē veritatis ſuper ſe geſtantia: qui conſiſtunt ſub cōſpectu dn̄i. Unde Elias dicit, viuit dn̄s in cuius conſpectu ſto. Generaliter vniuerſi duoꝝ teſtamentorū prędicatores, q pinguedine gratię vncti lumen veritatis prętgeſtant, ⁊ in tpe tentationis nō recedunt, ſed ſtant coram deo, voluntatē eius in oībus contemplantes, vt faciant quęcunq; placita ſunt illi, intelli-
Oliua pin gunt. Oliua enim typus eſt pinguedinis diuini ſpūs, q Pſal. 44. oleū
guedinis vocat. Candelabꝝ typus eſt rei lumen ferentis: vbi enim magis lu-
ſpiritus ty men ponit, q̄ in candelabro? propter qđ ſupra cap. 1. eccleſię ſanctę
pus. quę lumen chriſti habent, candelabra vocant. Teſtes igitur dn̄i pari ſenſu vocant candelabra: quia verū lumen, id eſt, chriſtū, ⁊ veritatem eius corā vniuerſis p ſyncerā prędicationē conſtantiſſime circunferūt: q ⁊ oliuę ſunt, ⁊ candelabra: qa ⁊ oleū ſpūs dei, ⁊ lumē ęternę veritatis ſumminiſtrant. Recte aūt hęc duo copulant, oliua ⁊ candelabrū:
Oliua. qa nimiꝝ vbi eſt oleū ſpūs dei, ibi ⁊ veritatis lux. Oliua, arbor eſt, cuiꝰ liquor oleū vocat: nitet a pinguedine ſucci, quā in baccis reddit, ac

fundit in liquorẽ: oſtendẽs, q̃a veritatis aſſertor, ⁊ in ſe nitere debet
ſpũs dei pinguedine, ⁊ eãdẽ in verbis reddere, imo fundere in vſum.
Proinde nõ ſolũ oliuę, ſed etiãnũ candelabra cenſent verbi ſcti mini-
ſtri, vt luceãt veritate, q̃ ſingulari ſpũs ⁊ gratię pinguedine ſudant.
Apertius dico, oliuę ob gratiã ſermonis ſunt, ꝑ quẽ ſpũs dei diffundi-
tur in cordibus auditorũ. Candelabra ob oſtenſionẽ fidei, cuius ful-
gentiſſimo lumine cunctę errorũ tenebrę diſpellunt, ⁊ vaneſcunt. Et
ij ſtare debent in conſpectu dñi. Tunc enim accepti dño ſunt, quum
ſtant, ⁊ in conſpectu eius ſtant: niſi enim ſingulari ãmirandaq; con-
ſtantia ſeſe ad oẽm fortunę euentũ ſtatuant, ⁊ id quidẽ in conſpectu
dñi, fruſtra nitorẽ pinguedinis ſui circũferunt, fruſtra ⁊ fidei lumen
pretendunt. Conſtantia ergo ſola ornamentũ affert ⁊ meritũ his q̃
iuſticię viã graſſant. Ad id producamus exemplum. Miniſter verbi
erat Paulus, q̃ ait, Non enim miſit me chriſtus baptizare, ſed euan-
gelizare. 1. Cor. 1. Et hic dicit, Quis nos ſeparabit a charitate chriſti?
tribulatio? an anguſtia? an fames? an ꝑſequutio? an nuditas? an peri
culũ? an gladius? Subdit. Certus ſu;, q̃a neq; mors, neq; vita, neq;
angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; fortitudo, neq; p̃ſentia,
neq; futura, neq; altitudo, neq; ꝓfundũ, neq; creatura alia poterit
nos ſeparare a charitate dei, quę eſt in chriſto Jeſu dño nr̃o. Rom. 8.
Quod perinde eſt ac ſi dicat, Eo certe magnitudinis ſumus ex nr̃o
hoc flagrantiſſimo in deũ amore prouecti: vt nõ mõ quę in hac vita
ſortiri mala ſolemus, queant nos ab eiuſmodi charitate diſtrahere:
quinetiã ſi q̃s mortẽ futurã illam in ęternis ſupplicijs cõminet, vel
vitã polliceat imortalẽ, ideo dũtaxat, vt a chriſto diuellat: is fruſtra
nobis ꝑſuaſerit, vel minis vel blandimentis, Fruſtra deniq; vel im-
peratores, vel tyrãnos in hac cauſa ꝓtuleris, q̃ intentant mortẽ, vel
donant vitã: quãdo nec angeli ipſi, nec ptãtes ſupnę oẽs poterũt nos
a deo abſtrahere: neq; pręſentia hęc, quęcunq; ſint ea allicientia ter-
ritantiaue: nec futura: nec altitudo, id eſt, cœleſtia: neq; profundũ id
eſt, quę in terris ſunt: nõ glĩa: nõ ignominia cõmouebũt: nõ creatura
vlla, viſibilis ſit an inuiſibilis, auertet nos a chriſti charitate. Uides
Pauli conſtantiam q̃ firma ſit, ⁊ galeata, ſupraq; herculano robore
fortis: Jd qð poſtremo rerum oim a ſe geſtaꝝ, exporrecta inclinataq;
gladio ceruice ꝓbauit: q̃ vere oliua pinguedinis gratię ſpũſſcti erat,
⁊ candelabꝝ, lumẽ fidei nuſq̃ nõ circũferens. Huius comes Petrus,
q̃ crucẽ ſub idẽ (vt dicit) tẽpus eſt expertus in glĩã cõſummata gratia
euolauit: q̃ chriſto paſſo in carne eadẽ cogitatione armari pręcipit, in
pri. epiſt. cap. 4. Jdẽ, exultationẽ credentiũ ꝓducit in tempus nouiſſi-
mũ, ſi qui nunc modicũ q̃d patiant in varijs tentationibus, per fidei
cõſtantiã: q̃ñ pati oportet, vt ꝓbatio fidei multo pręcioſior ſit auro,
qð ꝑ ignẽ ꝓbat. 1. Pet. 1. Et hic oliua erat, ⁊ candelabrũ, in cõſpectu
dñi conſiſtens, ſudans vndiq; pinguedine ſpũs, lucens fidei radijs.
Jn hunc modũ debent oẽs prędicatores inſtrui oim tẽporũ, vt ſint
oliuę, ⁊ candelabra conſiſtentia ſub cõſpectu dñi terrę, maxime vero

Predicatores ſcti oliuę.

Paulus pinguedo oliuę.

Petr⁹ oliua ⁊ candelabruz.

Predicator quiſq; oliua ⁊ cãdelabruz

nouiſſimi illius ſcli, quādo ꝑditurus filius perditus, nō in myſterio, ſed palā, q negaturus eſt chriſtū dn̄m, ⁊ ſeipſum in oēm altitudinem erecturus, qui et legē dabit ⁊ pręcepta, nō vitę ſed mortis: damnabit hic impius benedictos ſermones dn̄i nr̄i Jeſu chri, ⁊ ſe chrm exhibebit, nihil nō diuinū ꝓfanaturus. Quę oia (heu) qa ꝓpter pctā noſtra venient in nos, oēs leges ſanctioneſq;, tū ſanctas, tū ꝓfanas: ⁊ non ſolū vnā chriaā religionē turbabit, ſed ⁊ ſectas quaſcunq; euacuabit: caſſabit ⁊ leges mundi varias, oi ope ⁊ induſtria adnitens vt ſolū ſua lex quā ipſe conſtituet ſtet, ⁊ ab oibus obſeruet. Ad quę oia miris valebit ꝓdigijs, mira potentia: vt nemo, niſi quē ſingularis dei Opt. ⁊ Maxi. ſeruauerit clementia, ſit, q nō ſeducat: dn̄o fortiſſimū teſtimoniū pbente Matth. 24. Erit, inquit, tunc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mūdi, neq; fiet. Clamabis hic inibi pmaximū id mali futurū. Aio, Sed nunq; magnū malū, ſine magno alio malo euincitur. Jā vides quāta mala ſuborta ſunt in mundo, quot ſectę ꝓdiere, quot leges nefandiſſimę, quot hęreſes. Ecce Judęi contra dn̄m erecta ceruice depugnant: ecce Turcarū impuritas conſpurcat oia: Georgiani, ⁊ hi q ſub Joanne presbytero ſunt in India inſanabili errore vagant: Jacobitę ſimiliter: Neſtoritęq; in Aegypto ⁊ in Syria, ⁊ in Meſopotamia, in Armenia, ⁊ Perſia, ⁊ Media, q circūcidunt ſimul ⁊ baptizant. Jn ecclia aūt iam pridē factiones hęreſum cœpę, ⁊ multa alia ſpūiſctō ingrata: quę ſi incorrecta relinquant, maiorꝫ robore firmabunt ſemp. Sed hęc oia tollent p filiū perditū, q quū errores tantos ſuſtulerit: deniq; ⁊ leges eius, quas ſtatuet annihilabit dn̄s: ipſeq; tantus nihil erit. Quē ſpū oris ſui dn̄s interficiet. Eſa. 11. vt impleat illud qd dictū eſt p prophetā dicentē, Vidi impiū ſuperexaltatū, ⁊ eleuatū ſicut cedros libani: ⁊ tranſiui, ⁊ ecce nō erat: quęſiui eum, ⁊ nō eſt inuentus locus eius. Pſal. 36. vt in finē pmaneat ſola hęc ſacroſancta ⁊ inuiolabilis lex dn̄i imaculata cōuertens aias: quę conſtantiſſima prędicatiōe ſeruoꝝ dei quaſi denuo reuiuiſcet tum, ⁊ erūt oēs docibiles deo, q ſubiugabūt ſe vltro amabili eius legi, vere agnoſcentes eā ſolā eē, quę ſolida veritate ſubnixa ſit, ⁊ quę ſaluare poſſit aias coꝝ. Lrę ſenſus eſt. Paſſus iſte cōiter exponit de Elia ⁊ Enoch, q dicunt futuri teſtes chriſti, ad prędicandū contra pfidiā Antichri tribus annis ⁊ dimidio amicti ſaccis. i. in habitu vili ⁊ abiecto, qui dicunt duę oliuę, p exuperantiā pietatis: ⁊ duo candelabra per ardorem charitatis: ⁊ ſtantes in conſpectu dei p conſtantiā, contra Antichriſti maliciam. Dicitur etiam ꝙ ignis exiet de ore eorum. de quo ſequens punctus innoteſcit. ¶ Punc. 3.

*Antichrs leges oēs caſſabit.*

Et ſi quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore ipſorū: & deuorabit inimicos eorum. Et ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi.

*Elias potens ſuper ignem.*

Ad ſuperiora geſta Elię reſpicit, de quo ſcriptura ait. 4. Reg. 1. quia quū miſiſſet ad eū Ochozias quinquagenariū principē, ⁊ quinqua-

ginta, q ſub eo erant: ⁊ hic aſcendens inueniſſet Eliā ſedentē in verti-
ce montis, ait illi, Homo dei, Rex pręcepit vt deſcendas. Reſpōdēſq;
Elias dixit quinquagenario. Si hō dei ſum, deſcendat ignis de cœ-
lo, ⁊ deuoret te, ⁊ qnquaginta tuos: ſtatimq; deſcēdit ignis de cœlo,
⁊ deuorauit eū, ⁊ quinquaginta q cū eo erant: hoc audiens rex miſit
principē qnquagenariū alterū, ⁊ qnquaginta cū eo, ⁊ ſimiliter ignis
plapſus e cœlo abſumpſit oēs. Neq; enim pia intentione ſemel ⁊ ite-
rū dicebant ei. hō dei, rex pręcepit, vt deſcendas. Rurſumq;, homo
dei, hęc dicit rex, feſtina, deſcende: Atq; ob eā rem imprecatus eſt eis
ignē. Ecce ignis exijt de ore eius: qa ad imperiū oris eius ignis inua- Ignis exijt
ſit eos, ⁊ abſumpſit. Fiet ergo, vt tū quoq; ignis abſumat aduerſarios ď ore elię.
Elię ⁊ Enoch ſimiliter imprecantiū: quatinus hoc argumento ſciant
vniuerſi illū eſſe Eliā de quo ſcriptura cōmemorauit, quia ptās eius
ſup ignē. Locus indicat quanto ardore futura ſit prędicatio eorum,
iuxta illud Eccl. 48. Surrexit Elias quaſi ignis, ⁊ verbū illius, quaſi
facula ardebat. Solent nāq; ſcti prędicatores in magno zelo aduer-
ſus vicia conſurgere, imo ⁊ aduerſus vitiorū autores: quorū ex ore ve-
lut facule ardentes verba minarū ac reprehenſionū plena iaculant:
id qđ teſtib⁹ bis ſcriptura tribuit, ſiue Enoch Eliaſue ſint: ſiue alij cō-
ſtantiſſimi illius nouiſſimi tpis prędicatores, aliorūue tēporū: etenim
de ore omnium ignis exit quoties in zelo prędicant. Illis enim dixit
Chriſtus, Ego dabo vobis os ⁊ ſapientiā, cui non poterunt reſiſtere,
aut contradicere cuncti aduerſarij veſtri, Luc. 21. Potens eſt enim ſer-
mo dei, viuus eſt, ⁊ efficax, ⁊ penetrabilior oī gladio ancipiti, pertin-
gens vſq; ad diuiſionē aię, ac ſpūs, compagum quoq; ac medulla-
rū, ⁊ diſcretor cogitationū, ⁊ intentionū cordis. Hebr. 4. Qui quū bo-
nis dulcis ſit ⁊ ſapidus, amarus tamen malis, ⁊ ideo cruciatus in-
gens: vt veluti igne exurant abſumanturq; ſermone bono ⁊ recto ac
ſcientiā dei habente. Quo ſenſu dictū eſt, Et deuorabit inimicos eo-
rum. Poteſt ⁊ ad tyrannos referri, quales erant oēs pietatis aduer-
ſarij, quos ſermo dei ab ore ſctōrū egrediens exurebat, ⁊ abſumebat.
Deuorabit ergo aduerſarios ignis verbi dei egrediens de ore ſancto-
rū, quū ſe victos videant, ⁊ ꝙ nihil aduerſus veritatē valere poſſint:
ita deuorabit, vt ebulliente ira eorū concidant in ſemetipſis, intabe-
ſcantq; qa vlciſci nequeant. Sequit, Et ſi qs voluerit eos lędere, ſic
oportet eū occidi. ꝯtinenter reſpicit ad factū Elię, q quinquagenarios
duos, cū ſuis, bis igne fecit abſumi. Ergo qcunq; ſctis nocent pereūt
ab igne, nō ſolū hoc ſpiritali, de quo mox tractauim⁹, ſed alio quoq;
igne perituri hi nempe gehennali: non enim patit deus impune ſuos
opprimi, q pręcioſi ſunt apud illū: ſed oportet vt eiuſdē lęſionis igne
abſumat cōdēnatus, quo innocens quiſq; impugnat inique: verita-
te atteſtante, quę ait, Oīs q acceperit gladiū, gladio peribit. Joan. 18.
Unde ⁊ chaldęa flāma (in Daniele) quę pueris dei ingerebatur, in
impietatis miniſtros reflexa eos abſumpſit. Pręcant etenim vltionē
ſanguinis ſancti. di. vſquequo dn̄e, ſanctus q es, ⁊ verax, nō iudicas,

ꝛ nõ vindicas ſanguinẽ noſtrũ de his, qui habitant in terris: ſupra
Scti quõ p̃cant vltionem. cap.6. Ubi diximus, poſcere ſctõs vindictã ſanguinis, non q̃a funde-
rent aduerſarij, ſed q̃a cõtẽnebant ſanctũ dei nomẽ, et ipſum deũ in
ipſis calcabant. Nõ ergo ſcti ideo precant deum ad vindictã exurgere
in aduerſarios, quia moleſtant, ꝛ lędunt ab eis: alioq̃ quomõ ſancti
eſſent ꝑ impatientiã? ſed q̃a contẽnit deus in ipſis, cuius honorẽ ze-
lant ſup oĩa. Inhonorationẽ igit diuini nois, qđ ſanctum ꝛ terribile
eſt (vt ꝓpheta ait) flagitant vlciſci: qđ merito faciũt. Niſi enim ſic fla-
gitarent, q̃uo dei zelũ haberẽt? q̃uo ſcti eſſent? Exaudit autẽ ſuos de9,
ſcriptura ꝓphetica dicente. deſyderiũ paupeꝝ exaudiuit, id eſt exaudi
et dñs. Pſal.9. Itẽ. Q̃m requirens ſanguinẽ eoꝝ recordatus eſt, non
eſt oblitus clamorẽ pauperũ. Pro tanto ergo crediderim dici ignem
egredi de ore ſanctoꝝ, q̃m ignis abſumet aduerſarios ſctõꝝ dei vin-
dictã poſcentiũ: ideoq̃ʒ mox ſubdit, Et ſi quis voluerit eos lędere, ſic
oportet eũ occidi. Deniq̃ʒ fruſtra arbitrarim hunc ignẽ referri, (ſicut
quidam referunt) ad id quod Apl'us de patientibus dicit, Carbones
ignis congeres ſup caput eius, Ro.12. Quod fiet, quoties maledicen
ti tibi benedixeris benefeceriſue: exuris naq̃ʒ tum illũ redamationis
igne, vt cõmeritus, tuis ꝓuocet benedictionibus beneficijſue ad tibi
afficiendũ, velut is loco huic ſenſus ſit, Si q̃s voluerit teſtes dei lęde
re, oportet eũ aggeſtis cumulatim benedictionibus beneficijſue occi-
di, vt non ſit qualis erat impius ꝛ aduerſarius, ſed detrito ex eo ho-
ſtili animo, cęterũ pius ſit, ꝛ amicus, ſicut ſcriptũ eſt, Uerte impios, ꝛ
nõ erũt. Quomõ nõ erũt? nullo mõ nõ erunt? Abſit. Sed impij, qua-
les erãt nõ erũt. Qui ſenſus etſi alias cõmodus ſit, ꝛ haud quaq̃ con
tẽnendus: huic tñ loco minime cõmodus, q̃ ad facta Elię minime
faciat: q̃ adeo nõ tulit iniurias ſibi inferri, q̃ ſubito zelo inflãmatus
incenſuſq̃ʒ ignẽ de cœlo ꝓlicuerit illoſq̃ʒ ꝑdiderit, q̃ venerãt ad no-
cendũ ei: ẽt ſi minus obliquis vocibus cõpellare eundẽ viderentur.
Reſpexit enim ad crudeles animos eorum, magis q̃ȝ ad mollia ver-
ba. Id qđ nõ mediocris prudentię eſt. ¶ Pun. 4.

Hi habent poteſtatem claudendi cœlum, ne pluat die-
bus prophetiæ ipſorum.

Innouari veteꝝ hiſtoriarũ ſigna prędicit, q̃bus potiſſimũ improboꝝ
corda appetente ſclĩ fine cõcutienda ſunt. De Elia ꝓditũ eſt. 3. Re. 18.
q̃a oĩone orauit, vt nõ plueret ſup terrã: ꝛ nõ pluit annos tres, ꝛ men
ſes ſex. Orauit iteꝝ, ꝛ cœlũ dedit pluuiã, ꝛ terra dedit fructum ſuum.
Quod quũ facere intenderet, magna cũ ptãte dixerat regi Achab. Ui
uit domin9 deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros ꝛ
pluuia, niſi iuxta oris mei verba. Quod ꝛ preſignamentũ futuri erat,
ꝛ vltio impijſſimi regis Achab, cũ ſacrilega Iudęoꝝ gente. Dignum
enim erat vt cœlũ impijs clauderet, q̃ terrã ſcelere idololatrię, ꝛ ven
tris intemperantia polluerant. Sic dignũ, vt nouiſſimis temporibus
his, q̃ adhęrebũt impijſſimę blaſphemię hois pcti contra cœli dñz,

celũ ipſum claudat, ne terrã imbꝛe cõpluat, vt nõ det cibũ impijs, q reiecto deo vana ſequuturi ſunt cõmenta demoniorum: ſimulq; quo agnoſcant ꝓpe eſſe diẽ vltionis dñi magnũ atq; terribilem, quẽ pręcurſurus eſt Elias, ſiſibus vt olim vſurus miraculis. Spiritualiter, cœlum eſt eccl'ia, vt ſępe probatũ eſt, quę claudi põt, & aperiri: cuius ptãtẽ habituri ſunt hi teſtes dei, vt claudant impijs, aperiant vere credentibus: myſteria enim regni dei his aperiunt, claudunt illis, ne notitia cõſilioꝝ dei imbuant, neue imbꝛę gratię ꝓfundant, vt nõ fructificent in ſalutem. Quid vero eſt aperire myſteria regni dei: & qd claudi, niſi gratiã ſapientię dei traditã eccleſię nõ cõicari immerentibus, merentibus autẽ cõicari: iuxta qđ ſaluatoꝛ ait. Nolite ſanctũ dare canibus, & margaritas ne ſparſeritis ante porcos. Gratia ſapientię aperitur, dum miſericoꝛdia excelſi dei docet: & hoc nõ in ſublimitate ſermonis, aut perſuaſibilibus humanę ſapientię verbis, ſed ſimpliciſſima loquendi ratione: miſericoꝛdia in humanitatis aſſumptione, redemptione, pctõꝝ remiſſione, in filios adoptione, conſecratione, vt digni conſpectibus dei habeamur: atq; vt ex terrę indigenis cœli ciues efficiamur. Hęc ſunt altiſſima ſapientię diuinę myſteria, cœli diuitię. Eccleſiã ergo poterunt claudere, ne documenta gratię influant terrę habitatoꝛibus: hi ſunt impij imerentesq;, qbus deus vult abſcõdi cœli myſteria, claudi virtutes graꝫ. Sed quomodo claudere poterunt? An ipſi vices pontificis gerent, cuius eſt eccl'iam in gratijs eius claudere impijs aperireue? Ita cenſeo: Quum enim apparuerit filius ille perditus in oibus ſignis & ꝓdigijs magnis, reſciſſurus leges, & diuinas & humanas, vt ſuas ſtatuat, & ptãtes ſubacturus: q dicente Paulo aduerſabit, & extollet ſupra oia, ita vt in tẽplo ſedeat oſtendens ſe tanq̃ ſit deus. 2. Theſſ. 2. tunc qa aduerſus eũ nemo erit quĩ exurgat, eiq; reſiſtat: educet Deus Enoch & Eliam, ſuos teſtes foꝛtiſſimos, q ſemp eius honoꝛẽ zelauere: & ſtatuet cõtra eũ hos foꝛtiſſimos athletas q retegent eius vafricias, & dolos cõmonſtrabunt aperte. Habebunt ergo autoꝛitatẽ hi tanq̃ ab ipſo deo imediate conſtituti, q eccl'iam dei tum moderabunt, iuxta vaticinium ſcripturę huius. Sic olim Petrus & cũ eo Paulus: Petrus in autoꝛitate ſedis, Paulus in authoꝛitate ſermonis, aduerſus Neronẽ reſtiterunt, eccl'iã dei moderantes. Arbitroꝛ enim, ſaluo melioꝛi ſemp patrũ iudicio, eandẽ illos tũ nacturos a deo ptãtem ſup eccleſiã oẽm, qualẽ modo habet Pontifex Romanus, in cuius manu eſt claudere cœlũ eccleſię contumacibus, ne pluat virtus gratię ſuper eos. ¶ Punc. 7.

Mysteria regni dei aperiri, & claudi.

Gratia ſapientie dei aperiti.

Et poteſtatẽ habent ſuper aquas conuertendi eas in ſanguinem: & percutiendi terram omni plaga quotienſcunq; voluerint.

De Moyſe legimus q aquas Nili fluminis ex percuſſione virgę cõuertit in ſanguinẽ: eo q induratũ eſſet coꝛ Pharaonis regis Egypti, q tenebat Iſraelẽ ſub dura ſeruitute, & pcuſſit terrã omni plaga, donec

eliberaret filios Iſraelis de Aegypto. Eandē ptātem habituros hos teſtes dicit ſcriptura, vt nihil inferiores Moyſe fiant. Nāqȝ idē deus erit cū eis q̄ cū Moyſe olim fuit: q̄ ipſam terrā ꝑcuſſuri ſunt oī plaga in effectū vltionis, quā ipſis terrę habitatoribus inferent: nō ſecus ac Moyſes, cui dixit dn̄s, Conſtitui te deum Pharaonis. Exo. 7. Spūaliter, Ex pręſcriptis patet qua ratione ipſi teſtes cœlum ecclię impijs claudant. Iā quū pluuia ſit ſermonū dei ⁊ gratiaꝝ eius typus, ipſa autē pluuia aqua ſit: quid eſt, ꝙ dicit eos ptātē habere vertendi aq̄s in ſanguinē: niſi ꝙ occaſio fient multis fundendi ſanguinē: q̄bus eo pacto baptiſmatis aqua vertet in ſanguinē. Habebunt aūt ptātē exhortando, ꝯfortando in ꝓfeſſione fidei, ac ſimul veritatē conſtantiſſime atteſtando. Non igit̄ quaſi ipſi fiant authores fundendi eiuſmodi ſanguinē: dum tamē veritatē annunciant, ⁊ credentes ꝯfirmāt, impij pios trucidabunt fundentes eoꝝ ſanguinē occaſione accepta a fidei annunciatoribus: quatinus hi q̄ nuꝑ ſacri baptiſmatis fonte renati erant, ceſi ſanguinē fundant. Non enim tum ſe teſtes hi abſcondent: ſed ꝓferent, ſed prędicabunt in magno zelo aduerſus impietatē oēs: vnde impij ſtimulati inſurgunt, ⁊ impugnant extinguentes oēs quotquot eiuſdē ꝓfeſſionis viros ac mulieres inuenient, q̄ ſublatā impietatē fore cupient. Eo mō ab initio impij ad auditā veritatē irritatiores, inſenſioreſqȝ euadebant: tantū aberat vt cōuerterent̄. Sed iam ⁊ reliqua videamus. Et percutiendi, inq̄t, terrā oī plaga: ſupple habēt ptātē. Quid terra ſit, niſi hō terreuus, terrenis inhians, vel terrā inhabitans, vt ſit contentū ꝓ continente: ⁊ ſic terrā dicunt̄ plagis percutere, quū ꝓ diuerſitatibus meritoꝝ atqȝ peccantiū, ligandi ac ſoluēdi ptāte ꝑcepta, recta ſingulos cenſura diiudicant: vt ſentit Primaſi⁹. Tū itaqȝ terrā omni plaga ferient, dum terrenorum reproba ſtudia nūc ſic, nunc aliter dānant. Locus oſtendit principes ecclię libere poſſe vti plagis ēt atrocioribus in ſontes pro varietate ⁊ mō culparum. Peruerſi enim difficile corrigunt̄. Eccl. 1. Hiero. docet reſecandas eſſe putridas carnes. Pręceptū eſt Deutero. 13. Si ſurrexerit in medio tui ꝓphetes, ⁊c. Propheta aūt ille, aut fictor ſomniorum interficietur. Et cap. ſeq. Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, q̄ eo tpe miniſtrat dn̄o deo tuo, ex decreto iudicis moriat̄: ⁊ auferes malū de Iſrael. Legimus q̄ Phinees videns Zambri ingredientē ad meretricē, ſequutus eſt eū: ⁊ ambos ꝑfodit gladio in genitalib⁹: ⁊ ſic auertit irā dei a pplo ſuo. Saphyra ⁊ Ananias, a Petro morte mulctati ſunt, ꝑpter denegatā pecuniā. Act. 5. Et chriſtus flagello funiculorum eiecit de tēplo ementes, ⁊ vendentes. Ioan. 2. Certe lupi arcendi ſunt a grege: ſi appręhendi queant, etiā interimendi: ſimiliter ⁊ heretici, ex pręcepto Deute. 13. Dn̄s dicit in euangelio. Attendite a falſis ꝓphetis, q̄ veniunt ad vos in veſtimentis ouiū: intus aūt ſunt lupi rapaces Matth. 7. Itē Paulus, Utinā abſcindantur, qui vos conturbant, Gal. 4. Aug. ſup Ioan. Nullus (inquit) noſtrū vult aliquē hereticum perire: ſed aliter nō meruit habere pacē domus David, niſi Abſalon

Teſtes duo quō habituri ſunt ptātē vertendi aq̄s in ſanguinem.

Pręlati poſſūt durius eos aduertere in ſontes.

filius eius in bello eſſet extinctus: ſic eccl'ia, ſi aliquorum perditione ceteros corrigit, dolorē materni cordis ſanat, tantorum liberatione populorū. Conſtantinus Imperator, (vt tradit Euſebius) Arriū cū adherentibus dānauit exilio, eo q̄ nolebat adherere concilio Niceno. Theodoſius imperator puniuit hereticos Manicheos, oīm bonorum poſſeſſione, & oī ſucceſſione priuans eos: admiſit inſuper inquiſitionē fieri poſt mortē. Co. de here. L. Manicheos. Idē decreuit cū Ualentiniano, ne Manichei in ſolo Romano cōueniendi morandiq́ue habeant facultatē. Decreuit quoq́ue eos vltimo ſupplicio tradendos. Idē ſtatuit libros hereticorum diligenti ſtudio inquiri, ac publice cōburi. L. Quicūq́ue, para. vlti. Ualentinianus, & Martinianus oēs dānauerunt hereticos, vltimoq́ue ſupplicio coerceri mandarunt illicita docētes: & denuo libros mandant cōburi. Itē co. de falſa moneta. l. Si qs vnū. Falſarij pecuniē aut alij malefactores per ſeculares principes morti tradi decernunt. In quē modū ptātē dicunt habere teſtes percutiendi terram oī plaga, quoties voluerint: velle autē debent, quoties ius faſq́ue depoſtularint: propter qd̄ & principes facti ſunt, in plebe dei: vt nō ſolum furta, homicidia, adulteria, periuria, rapinas puniant: ſed etiā hereſes ſacrilegas, ſicubi emerſerint, iuxta legū preſcripta ſacrarum. Nā hoc opus eſt eorum ante deū: vt improba hoīm ſtudia coerceant, maliciam expungant, innocentiā cuſtodiant, in quē principaliter humanē leges conditē ſunt: traditē autē cum ptāte magna in manus principum, vt faciant ea quē in eis ſcripta ſunt. Nunc ad alia.

Theodoſij imperatoris contra Manicheos ſtatuta.

Heretici cū eorū libris extinguendi.

Legū humanarum intentio.

## DE BESTIA ASCENDENTE DE ABYSSO, ET PRAELIANTE ADVERSVS TESTES DEI.

## SEC. 3. PVN. 1.

ET quum finierint teſtimonium ſuum: beſtia quæ aſcendet de abyſſo, faciet aduerſus eos bellum: & vincet illos: & occidet eos.

Dat intelligi, qa nō prius poſſit quippiā in eos beſtia hec antichriſtus, q̄ finierint illi teſtimoniū ſuū, qd̄ tradet illis, etiā ſi vellet: neq́ue enim ante tēpus quicq̄ efficiet in eos, cohibēte manū eius dn̄o: eo q̄ cuiq́ue teſtiū fideliū tēpus ſuū prefinitū eſt, ſuuſq́ue dierū numerus ab eo qui oia diſpoſuit certo numero, pondere, & mēſura, videlicet quouſq́ue teſtificatiōis ſuē munere quiſq́ue perfungat. Sic Joānes baptiſta nō potuit extingui ab Herode, dumad ſuo teſtimonio perfungeret. Sic nec ſctūs ſctōrū dn̄s Jeſus. Ideo dicebat, Tēpus meū nondū venit. Joan. 7. Et in horto dū caperet dixit, Quū quotidie fuerim vobiſcū in tēplo, nō extendiſtis manus in me: Sed hec eſt hora veſtra, & ptās tenebrarum, Luc. 22. Et ſic manus iniecerunt in eū: & tenuerunt eū. Itē, Quū diceret ei e quibuſdā: Exi, & vade hic, qa Herodes vult te occidere, ait illis,

Periodo ſua quēq́ue claudi.

Ite dicite vulpi illi, Ecce eijcio demonia, ⁊ ſanitates perficio hodie ⁊ cras, ⁊ tertia die conſumor: verũtamẽ oportet me hodie ⁊ cras, ⁊ ſequenti die ambulare, qa nõ capit ꝓphetã perire extra hierlm. Lu. 13.
Oia pręfi- Quibus verbis aperte oſtendit ⁊ tempus pręfinitũ ſuę paſſioni eſſe,
nita a do. ⁊ locũ: vbi ꝑ diẽ annus accipit, iuxta ſcriptoꝝ teſtimoniũ, vt factum hoc primo ⁊ trigeſimo anno illius intelligas. Proinde oportet teſtes dei, q hic, aut ꝑ hiſtoriã, aut in myſterio notant, prius ꝑficere munus
Quidã ci- debitũ, ⁊ ſic occidi, ac ſic ad menſurã ꝑtingere meritorũ. Quod ple-
tius egre- riqȝ nõ aduertentes dum adhuc in corpore a dño peregrinantur, pręꝑ-
di ex hoc propere cupiunt diſſolui, ⁊ eſſe cũ chriſto, impingentes pre deſyderio
mũdo per vehementi perueniendi ad chrm, ꝙ neſciãt vtrũ ꝑfecerint teſtimoniũ
cupiunt. ſuũ, an nõ. Ille autẽ ſciens, ⁊ prouidens qd vel quantũ ſupſit adhuc ad ipſoꝝ ꝓfectũ, differt complere deſyderiũ. Id qð ⁊ de Joanne hoc euangeliſta annales tradunt: de quo memorat illud, ꝙ ſępe rogarit chriſtũ ꝓ ſui diſſolutione, atqȝ vt hinc ſibi egreſſus concederet. Sed hoc illi ſemꝑ rñſum eſt, Expecta parumꝑ, vt pplm mihi ſalues crediturꝝ. Sanctus etenim vir certus de ſalute, quã ꝑ chriſtũ credebat ſibi oĩno obuenturã, egredi feſtinabat, niſi dñs ꝓ alioꝝ cõmodo vlterius exitũ ꝓtelaſſet: Ideoqȝ dilationẽ ſuſqȝ deqȝ ferebat. Idem faciebat ⁊ Paulus, ⁊ multi alij, quos guſtus ſpũs imbuerat. Sed ⁊ impij perſequutores, verbi dei ꝓfectum inuidentes, ⁊ gliam teſtimonij ſcti odientes, teſtes ſctõs quãprimũ de terra auferri feſtinant: Deus autẽ ſeruat illos, ⁊ inſidiantiũ conatus reprimit, ⁊ caſſat: donec illi teſtimonium creditũ finiant: ita vt ẽt ſi occidendi ſint, prius occidi nequeãt, quã tempus occidendi hiſdẽ a deo cõſtitutũ adueniat. Oia ſiquidem tũ fient, quũ plenitudinis tempus aduenerit, qð ipſe ſolus ꝑ momenta agno-
Tpe pre- ſcit. Ideo ⁊ ipſum dñm Judęi ſępe interficere volentes, nõ prius occi-
ordinato derunt quã tẽpus occidendi aduenijſſet. Unde. S. euangeliſta ait, Ne-
fieri oia. mo miſit in eũ manus, qa nondũ venerat hora eius. Joan. 7. Nã ſicut tpe pręfinito miſit deus verbũ ſuũ in mundũ: ſic ante tẽpus pręfinitũ occidi nõ potuit. Apli vox eſt, Ubi venit plenitudo tpis, miſit deꝰ
Plenitu- filiũ ſuũ. Gal. 4. Plenitudo ergo tpis eſt finis cuiuſlibet rei, quo deus
do tempo- in ęternitate finẽ rei cõſtituit. Sic hoc loco de ſctõrum teſtimonio eſt
ris qd ſit. ſentiendũ. Impoſſibile enim eſt, vt nõ impleant teſtimonij ſui tẽpus, priuſquã occidant. Igit adimpleto ſui teſtimonij tpe, ideſt nõ aliquam finiant ſuũ teſtimoniũ, beſtia quę aſcenſura eſt de abyſſo, faciet aduerſus eos bellũ, ⁊ occidet eos. Quia enim ſcti ij teſtes ꝓpalã faciẽt dolos Antichriſti, ⁊ docebunt ipſum nõ eẽ chriſtũ, prout ipſe ſe ſimulabit ꝑſuadens in ſignis ⁊ prodigijs mendacibus, ſed Antichriſtum, q diaboli virtute faceret oia, ꝓnunciantes ſimul Judęis atqȝ gentibus olim iam veniſſe chrm, ⁊ ſua paſſione redemiſſe genus humanũ in quo etiã oporteat oẽs hoĩes ſaluos fieri, nõ in hoc deceptore, nebulone, q pictã chri faciẽ in ſeſe exhiberet, quũ nõ ſit niſi deceptor, ⁊ antichriſtus: quẽ ſcripturę prędicarũt, vt vnuſqſqȝ ſibi ꝓſpiciat, ⁊ ſaluet aiam ſuã ab illo: vnde ab eo tenti interficient, quos ſi viuere ſineret,

minus forſitan rē ſuā ſucceſſurā crederet. Beſtię autē vocabulo nō ſolus pditus ille hō, verūetiā inhabitator eius diabolus, q p. illū exaltabit, ⁊ extollet ſupra oē qd dicit deus, aut qd colit: ſed ⁊ oē corpus illius figurat: hō itaqȝ ille perditus aſcendet, de abyſſo. id eſt. (Gloſſa Primaſij) ex latebris nequitię cordis Judeorū. De tribu enim Dan Antichrīs tradit naſciturus, iuxta illud Geñ. 49. Fiat dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, q vt primū caput pruterit, ⁊ mendacijs ſuis vti cœperit, recipiet ab impijs ⁊ excęcatis Judeis, de quorū pfundis cordibus, ceu tenebroſo ſuo latibulo pditurus eſt ſparſa eius fama in oēs: ⁊ quū pdierit, faciet contra dei teſtes bellū, verbis, factis, ſignis: toto qppe tpe ſui teſtimonij pugnabit mendacio acriter veritati contradicendo, ⁊ armorū ſtrepitu, expediens cuncta cruciatuū inſtrumenta, quę in pręcedentibus martyribus ſunt tentata, videlicet, virgas plūbatas, fuſtes, candentes ferri laminas, faces, vngulas, beſtias, ignes, carceres, gladios, et ſiqua ſunt alia. Sed ⁊ donis pleroſqȝ pellicere conabit, verbis ēt pſuaſorijs. Ad hęc valebit miris pdigijs, ementitis tamē, ad ſeducendos ēt ſi fieri pōt electos, vt Saluator ait Matth. 24. Euincet illos, nō ratione, ſed ptāte: vincet, qa occidet: vel vincet, id eſt, pene ad victoriā deprimet: qd pinde eſt atqȝ illd Luc. 5. Et impleuerunt (inqt) ambas nauiculas, ita vt mergerent, id eſt, pene vſqȝ ad ſummerſionē prēmerent. Tunc enim pius martyr in vltimis illis diebus, inter tormenta, ſigna nō faciet, beſtia aūt faciet, ⁊ in hoc videbit ſupior iuxta hoim iudiciū: nō quia ablata erit ſctis tum quoqȝ dei teſtibus ptās faciendi ea, ſed erit quādo nō pugnabunt pdigijs, magis autē cōſiliū tū illis erit, pia patientia, aduerſus immania dimicare tormenta: alioq nihil magis illis facerent: ⁊ vbi eſſet dñi pſiliū, Matth. 5. Bti q pſequutionē patiunt ppter iuſticiam, qm ipſorū eſt regnū cœloꝝ. Et cap. 10. Nolite timere eos q occidunt corpus, aiam autē nō poſſunt occidere. Et rurſum, In patientia veſtra poſſidebitis aias veſtras: vt volentes ſubeant mortē p. dño, ⁊ iuſticia eius. Conſulte ergo in tpe illo patientię clypeū arripient p ſui defenſione ſcti, magis qȝ aduerſus eos dimicare armis miraculorum, aut verborum concertationibus. ℭ Punc. 2.

Antichrīs vnde pditurus.

Antichrī inſtrumenta contra pios chri martyres.

Signa pdigiorum ceſſa[bunt] tpore antichri.

Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ quæ vocatur ſpiritualiter, Sodoma, & Aegyptus, vbi & dominus eorum crucifixus eſt.

Ciuitatē magnā, quantū ad lrām attinet, appellat hierlm, quę dei ciuitas magna dicebat, donec fides in ea fuit: ſed poſteaqȝ dominum ſuū interfecit, iā nō dicit ciuitas magna, aut hierlm: ſed infami noie Sodoma, ⁊ Aegyptus: quippe quū in ea plus turpitudinis, qȝ honeſtatis: plus vitij qȝ vtutis: plus rixę, qȝ pacis; plus ipietatis qȝ pietatis: ⁊ ob inexplebilē illā libidinē auariciāqȝ, qbus vſqȝ ad os pdigioſe laborabat, famoſoqȝ tumore ſupra ſe eleuabat: cuius paricidalis crudelitas pharaonē plane ſuperabat, cū ille pplm dūtaxat dei pſequut⁹

Hierlm ciuitas magna.

ſit: hęc vero dñs deũ ſuũ tot noibus de ſe bñ meritũ interfecerit. Ergo ne hierl'm ciuitas olim ſctã iure Sodoma eſt ⁊ Aegyptus? Reuolue Eſaiã, ⁊ ita de ea dicẽtẽ inuenies. Audite verbũ dñi principes Sodomoꝝ, auribus percipite legẽ dei, ppl's Gomorrhę, Eſa. 1. Perſpicuum eſt aũt ꝙ nõ de illis ciuitatibus igni ⁊ ſulphure cõbuſtis ſubuerſiſqꝫ ꝓpheta hęc loquit̃, ſed de hierl'm: ita enim in titulo operis pręmiſerat, Viſio Eſaię, filij Amos, quã vidit ſup Judã, ⁊ hierl'm. Proinde q carnaliter erant Juda ⁊ hierl'm, ſpiritaliter illic dicti Sodoma ⁊ Gomorrha ſunt. Sed ⁊ Ezechiel ca. 16. eidẽ ppl'o dicit Pater tuus Amorreus, ⁊ mater tua chetęa, ob incredulitatis ⁊ malicię inſignia. Amorrei ⁊ chetęi, ſic ⁊ Aegyptij, de execranda poſteritate cham pudendoꝝ patris infami reuelatore ſunt ꝓgeniti. Ferat igit̃, ⁊ ꝑferat iure opprobriũ ſuũ ciuitas illa meretrix, vbi dñs crucifixus eſt, vt vocet̃ ſpiritaliter Sodoma ⁊ Aegyptus, id eſt, in parte computet̃ ciuitatis diaboli, quę iſtis iiſdẽ noibus ſuburit̃. Et ſicut ſup Sodomã pluit dñs olim ignẽ ⁊ ſulphur. Deniqꝫ ſicut in Aegypto aquę Nili, percuſſiõe virgę Moyſi verſę ſunt in ſanguinẽ: ſic ciuitas, quę dñm crucifixit, igne magnę iracundię dei, ⁊ ſulphure punitionis eſt a Romanis deſtructa, ⁊ aquę eius (q ſunt ppl'i) verſę ſunt in ſanguinẽ ꝑ occiſionẽ. Quę etſi collapſa dudũ ſit ⁊ demolita, tamẽ iterũ reędificata: qa ꝗuis atrociſſime puniant̃ vitia, ſubinde tamẽ occultis veluti pediculis ac draconibus ſibi herentibus, ⁊ necdũ ſucciſis renaſcunt̃: vt opa herculana cũ eiſdẽ pugnare videat̃ deus, donec vna exuſtione tandẽ abſumant̃ oĩa. Ecce enim ſcriptura dicit, qa corpora teſtiũ ſctõꝝ iactata in medio ciuitatis magnę, quę vocat̃ ſpiritualiter Sodoma, ⁊ Aegyptus, vbi ⁊ dñs eoꝝ crucifixus eſt inhumata iacebunt. Magna indignitas, immo magna ciuitatis impietas, ꝙ ⁊ dñm ſctõꝝ crucifixit, ⁊ ſctõs eius occidit: atqꝫ vt crudelitati ſummę nihil deeſſe videretur, occiſorum corpora in medio ſui in plateis iactata oſtendet omnibus, nec ſepeliri vult. Quę oĩa futuroꝝ ſunt typi: quia licet ꝑſequutio illa extrema nuſꝗ nõ graſſet̃, nuſꝗ nõ atrociſſime ſeuiat: magis tñ circa ⁊ intra hieruſalẽ, vbi dñs crucifixus eſt: vbi ⁊ caput maloꝝ hoꝝ reuelabit̃, peſtifer anguis antichrs, oĩ mõſtro ⁊ terribilioꝛ ⁊ fœdioꝛ: ⁊ ideo in plateis eius inhumata ſinet corpora ſctõꝝ, vbi erit principale certamen eoꝝ. per qd' ẽt intelligit̃, qa Judaica plebs ſpecialiter adherebit Antichriſto, quouſqꝫ Enoch ⁊ Elia prędicantibus, q ex ea ſaluãdi ſunt, reuertant̃ ad chriſtũ, iuxta illud, Ego veni in noĩe patris mei, ⁊ non accepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo illum accipietis, Antichrĩ intelligens Joan. 5. Porro qd' dicit̃, vbi ⁊ dñs eoꝝ occiſus eſt, conſtat dñm extra portã ciuitatis hierl'm crucifixũ: nã eduxerũt eum extra ciuitatẽ, de quorũ cordibus iampridem eiectus erat Jeſus, vt non ſaluarentur impij. Significat aũt, qa chriſtus in ſuis membris in toto mũdo erat paſſurus. Ita eſt ciuitas magna, quę Babylon vocat̃, in qua diabolus regnat: ſicut ⁊ hierl'm, in qua chriſtus triũphat. Illa cœpit a Cain, Iſta ab Abel. Deniqꝫ Sodoma interpręt̃ mu-

ta, Aegyptus tenebre: Quibus noibus illi cõprehendunt, q metu ai mio cõpreſſi nõ audebunt tpe hoc confiteri fidê chri, ſed in tenebris infidelitatis cecati, inq; tenebris pctõrũ retenti, negabunt illũ, inſup etiã calcabunt ciuitatê ſctãm: nã cõi cũ infidelibus manu, & ipſi infideles facti, comprimẽt ecclĩã ſctõrum, ſctãm & dilectã ſponſam chriſti. Negat. D. Hieronymus ſcribens ad Marcellã de ſctis locis, hec carnaliter intelligi poſſe. Spũaliter igit inquit, intelligenda ſunt ſingula: & ciuitas magna, quã videlicet prius edificauit Cain, & nominauit eã ex vocabulo ſui, hic mũdus accipiendus eſt: quê accuſator fratrũ ſuorũ diabolus, & fratricida perituris extruxit vitijs, ſceleribus cõdidit, iniquitate cõpleuit, q ſpũaliter vocat Sodoma, & Aegyptus. De qua Sodoma ſcribit, Reſtituet Sodoma in antiquũ, ꝙ ſcilicet ita reſtituendus ſit mũdus, vt ante fuit: neq; enim poſſumus credere rurſus edificandã Sodomã & Gomorrhã videlicet, Adamam & Seboim in ꝑpetuos cineres relinquendas. Aegyptũ aũt nunq̃ ꝑ Hieru ſalê legimus, ſed ſemꝑ hunc mundũ. Hec ille. ¶ Punc. 3.

Et videbunt de populis, & tribubus, & linguis, & gentibus corpora eorum per tres dies, & dimidium.

Manifeſta perſecutio ſctõrũ oſtendit in oibus gentibus futura, quũ dicit, ꝙ oẽs ppli, & tribus, & lingue, videbunt corpora eorum tribus diebus, & dimidio. Tres dies & dimidiũ poſſumus intelligere, (vt iã notatũ eſt) tres annos, & ſex menſes: quos in vltima hebdomade Da- Dies pro
nielis quoq; ꝓphetia prenunciat, affuturos: more ſcripture diẽ pro anno.
anno cõputans: ſicut legimus de quadraginta diebus, qbus exploratores terrã chanaã circuierunt, annus ꝓ die reputabit. Num. 13. vt in Enoch & Elia generaliter oẽs pij intelligant martyres, verbiq; dei miniſtri, q ob fidê chri tunc occidet. Et ne ex incerto noſtre expoſitionis ſurgat intentio, oportet ipſius loci verba ponere, ſi quomodo valeamus abdita loci hui⁹ penetrare. Sic eni de ſeptuaginta hebdo- Hebdões
madis ſctũs ꝓpheta ſcriptũ reliquit, vt iterũ edificet hierlm vſq; ad Danielis.
chriſtũ ducê, hebdomades ſexagintadue erunt: & poſt hebdomades ſexagintaduas occidet chriſtus, & iam nõ erit eius populus, qui eum negabunt (Judeos intelligens) & ciuitatê, & ſanctuariũ diſſipabit populus (Romanus ſcilicet) cum duce venturo (Tito & veſpaſiano). Et poſt paululũ. Confirmabit, inquit, pactũ multis hebdomade vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificiũ: & in templo erit abominatio deſolationis, Dan 9. Huius loci meminit dñs Matt. 24. Quum videritis (inquit) abominationê deſolationis, que dicta eſt a Daniele ꝓpheta ſtantê in loco ſctõ (q legit intelligat) tunc q in Judea ſunt fugiant ad montes, &c. Cuius equidem loci prima pars ad primũ chri refert aduentũ: Illud tamen qđ poſt diuiſionem hebdomadũ, quã ſecretiore ſuperne inſpirationis typo diſtribuit: primũ memorans ſeptuaginta, poſtea ſexagintaduas, poſtremo vnam, quã & ipſam in duas diuidit partes, ad finê puto referendum. Nam ꝙ poſt

ſeptuaginta,⁊ ſexagintaduas hebdomades chriſtus veniens occidatur,ſeqꝫ occidentes reprobans,eadē gens iam non eius, ⁊ ꝙ confirmarit pactū multis hebdomade vna,quū omnia teſtamenti veteris dicta vel geſta,quę chrī aduentui typice ſeruiebant , ipſius pręſentię veritate impleta ſunt,q finis xp̄ſt legis,recte quidē accipit:pręcipuę tñ etiā ad finalē mundi decurſum huius hebdomadis intelligentiā pertinere cōuenieter exiſtimo:quū ibidē mox audiā,Et in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia ⁊ ſacrificiū.Nā ⁊ in ſequentibus dicit,qa in tēpus tpīn ⁊ dimidiū tpis:⁊ quū cōpleta fuerit diſperſio manus populi ſcti,cōplebunt vniuerſa hęc.Et poſt paululū,Quū ablatū(inqt)fuerit iuge ſacrificiū,⁊ poſita fuerit abominatio in deſolatione,dies mille ducenti nonaginta:q numerus circa trium annoꝝ, ⁊ ſex menſium curricula diuerſat,(ſupple)erunt,Qui legit intelligat.Abſtruſa ſunt hęc:niſi enim abſtruſa cēnt,nō diceret dñs,q legit intelligat.vnde ⁊ Danieli dictū eſt,Uade Daniel,qa clauſi ſunt,ſignatiqꝫ ſmōes vſqꝫ ad p̄finitū tēpus. Eligent,⁊ dealbabuntur, ⁊ quaſi igni ꝓbabuntur multi,⁊ impie agent impij,neqꝫ intelligent omnes impij:porro docti intelligent.Tu autem Daniel vade ad pręfinitum,⁊ requieſces,⁊ ſtabis in ſorte tua in finem dierum.Dan.12. ¶Punc. 4.

## Et corpora eorum non ſinet poni in monumentis.

Perditus ille,quū occiderit corpus , poſt hoc amplius non habebit qd faciat,niſi vt occiſorum corpora inhumata iacere iubeat in plateis:hoc ꝗꝫ ſępe factitatū ſit,nemo,q ſctōꝝ geſta vel paſſiones martyrū legit,ignorat:multo tñ magis fiet tpibus Antichriſti , cuius tyrannis prędictoꝝ dierū calculo cōplebit,vnde id ſolū colligendū,ꝙ

Antichrī atrocitas.

tanta in pios atrocitate tū impij deſeuient,ꝙ nec mortuoꝝ quidē miſerebunt,quorū corpora minime ſinent ſepeliri : vt vel poſt mortem ſuperare videant eos,quos viuos ſuperare nō poterant: atqꝫ vt alij terreant ſęuicia, ⁊ a veritatis confeſſione abſtineant.At parū efficiēt, qbus ꝓ chrō gladio percuti voti tum erit.Porro quod hic de ſanctis teſtibus dicit,hoc in ipſo dño nr̄o Jeſu chro Judęi primū effeciſſent, niſi lege ꝓhibiti fuiſſent.Lex ita erat,Quando peccauerit hō , quod morte plectendū ſit,⁊ adiudicatus morti appēſus fuerit in patibulo: nō ꝑmanebit cadauer eius in ligno,ſed in eadē die ſepeliet,quia ma

Maledictū culpa facit non pena.

ledictus a deo eſt,qui pendet in ligno.Deute.21.Ubi diligenter aduertendum,quia maledictū non pœna facit ſed culpa,proinde recte pręmiſſum eſt,Quando peccauerit hō,qđ morte plectendum eſt:deinďqꝫ ſubiungitur,⁊ adiudicatus morti,appenſus fuerit in patibulo. At illi,eū,q nō habebat culpā,arbitratu quidē ſuo,maledictū eē voluerunt ob pœnam , quibus non licuit autoritate legis ſuffragante prohibere ſepulturam chriſto:quod proculdubio in eius ignominiaꝫ effeciſſent,ſi licuiſſet.Nunc vero vbi Antichriſtus omnes leges rēxerit,contra ius faſqꝫ,eius licentia permittentur extinctorum corpora inſepulta eſſe,ac ſine omni honore conculcari ab omnibus.Jdeo

náq; in monumentis corpora reponunt, vt ibi quieſcant, ⁊ diẽ expectent nouiſſimũ. Hinc Sap. 44. dicit. Corpora eorum in pace ſepulta ſunt. Tunc autẽ nõ ſinerent eos poni in monumentis, vt non viuant eoꝝ nomina. Monumentũ quippe dicit eo ꝙ moneat mentem, quia dũ monumenta ſctõꝛum cernimus, qui ſua corpora tradiderunt pro chriſto in mortem, venerationẽ illis impendere monemur: eo ꝙ per eos glorificatus eſt chriſtus: quod tum negabit ſctis, nec alia ꝙ̃ chri cauſa, vt non ſit in memoria chriſtus, nec veneretur ab vllo. Jccirco náq; Antichriſtus filius ille perditus dicitur, ꝙ in vniuerſuz contrarius exiſtat chriſto. Et licet, multi hanc nuncupationẽ promereantur, excellentius tamen ille in fine reuelandus: in quo vno veluti in capite cenſent omnes, quotquot ſunt aduerſarij chriſti: q eũ perſequunt in mẽbris, ⁊ agunt cõtraria chõ. De qbus eſt ſermo Joãnis in ꝑma canonica cap. 2. Nũc aũt Antichriſti multi facti ſunt. vt intelligeres pietatẽ ſolã ſuffragari chõ, in qua ſi quis inuẽtus fuerit, btũs: ceteris oĩbus in ꝑditione exiſtentibus, vt partẽ habeant cũ illo quẽ ducem ſequunt: qbus cordi eſt malũ facere, bene aũt opari neſciunt: q oẽs ad vnũ corpus myſticum ꝑtinent: cuius ipſe Antichrs eſt caput, oim malorũ conciliabulum, ſentinaq;, ⁊ lues execranda. ℭ Punc. 5.

Cur corpa in monumẽtis reponuntur. Monumẽtũ a monẽdo.

Antichri appellatio vnde.

Multi antichri vnꝰ princeps.

Et inhabitantes terram gaudebunt ſuper illos: & iocũdabuntur: & munera mittent inuicem: quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitant terram.

Peccatum peccatorum omniũ peſſimũ ac teterrimũ eſt impios letari quũ male fecerint, ⁊ exultare in rebus peſſimis. Prouerb. 2. quibus, qui talia agunt, multus ⁊ inexhauſtus theſaurus eſt repoſitus iracundię dei viuentis. Hoc eiuſmodi peccatum, letari videlicet in opere malo, cõpetere in illos occiſores teſtiũ dei, graui cenſura denotat enunciatio hec, qua dicitur, Et inhabitantes terram, gaudebunt ſuꝑ illos, ⁊ iocundabuntur, ⁊ munera mittent inuicem, ⁊c. Vides ꝙ̃ nihil a ꝓprietate ſermonis diſcedat. Jdeo enim gaudebunt, qa inhabitantes terrã terreni erunt nõ cœleſtes, alioq nequit ſuorũ factoꝝ eos pœniteret. Primaſius Eps Vticenſis vir apprime eruditus, q ſub Theodoſio impatore ſecundo floruit, circa annos a nato chõ. cccc xl. q qnq; in Apocalypſin cõmentarioꝝ libros ſcripſit, ſuꝑ hoc paſſu ait. Mirũ nõ eſt ſi terrena ſapiẽtes iuſtoꝝ mortibus gaudeãt: nã pręter plagas, qbus ꝓpter teſtamentũ dei, humanũ genus arguet: etiã viſus ipſe iuſtorũ grauat iniuſtos, ſicut ſcriptũ eſt. Sap. 2. Grauis eſt nobis etiam ad videndũ. Non ſolum grauat, ſed ẽt tabeſcere facit. Hinc Pſal. 111. Peccator videbit, ⁊ iraſcetur: dentibus ſuis fremet, ⁊ tabeſcet. Etenim oculis egris odioſa lux, quę puris eſt amabilis. Et palato non ſano pœna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis. Et bonorũ vita detrimẽtũ eſt peſſimoꝝ, q grauiter auribus audiunt, ⁊ oculos tegunt, ne videãt bonũ: q quũ dixerint, Pax, ⁊ ſecuritas, tũc ſuꝑueniet eis interitus repẽte, vt vitare nõ poſſint. Jn promptu eſſet hic de geſtis ac ꝓlijs ſcõꝝ veriſſima

Letari in male geſtis peſſimum.

Primaſꝰ Vticenſis eps cõmẽtator Apoca. vetuſtiſſimus.

Malis boni graues ad videndum.

pꝛoferre teſtimonia: qbus demonſtrare facile eſſet truces homicidas pſtratis martyrũ legionibus lętatos, q in medio iacentiũ coꝛpoꝛum diſcumbentes epulabant, tanq̃ magnis potiti triũphis, ꝙ inermem pplm dei, nihilq̃ manibus reluctantem pꝛofligarunt iniuſte: niſi feſtinanti pcurſu ad alia atq̃ alia raperemur: ⁊ ne opus immenſum pꝛęter inſtitutum exurgeret. Unum tñ de dño nr̃o Jeſu chꝛo minime pꝛęterea: quẽ teſte oĩm euangeliſtaꝝ, quũ crucifixiſſent Judęi, lętabant: ⁊ in ſumma eoꝝ lętitia huc atq̃ illuc gradientes, mouebant capita ſua, ⁊ dicebant, Vah, q deſtruis templũ dei ⁊c. Potuit fieri ⁊ vt munera poſt perpetratã cędem inuicem miſerint pꝛę letitia coꝛdis eoꝝ, tanq̃ perpetuo cruciatu iam foꝛent occiſo chꝛiſto liberati, ꝙ is pctã legis eis impꝛoperaret, cõminaretur ⁊ gehennę mala. Jdeo hęc agebant, quia terreni erant: quos ſolos cruciat veritatis lux, carni omnino impatibilis.

Mali lętant ſuper occiſione bonoꝛum.

## DE RESVSCITATIONE TESTIVM. SEC. 4. PVN. I.

ET poſt tres dies & dimidium, ſpiritus vitæ a deo intrauit in eos: & ſteterunt ſuper pedes ſuos: & timor magnus cecidit ſuper eos, qui viderunt eos.

Quantũ tpis ſupꝛa ſignificauerat in menſibus quadraginta duob⁹, ⁊ diebus mille ducentis ſexaginta: tantundẽ ſignificat in tribus hic diebus ⁊ dimidio. Tempus ergo ⁊ tpa, ⁊ dimidiũ tpis. id eſt, annos tres ⁊ ſemiſſem, tres dies ⁊ dimidiũ appellat, quę ſunt tpa Antichꝛi, vt ſupꝛa pbatũ eſt: poſt quę futuꝝ eſt, vt iuſſu dei oĩpotentis ſpiritus reuertant in coꝛpoꝛa eoꝝ: ⁊ q moꝛtui erant, ⁊ iacuerãt in puluere integri reſurgant, ⁊ ſtent erecti in pedes, ⁊ viuant. Et hoc quãtũ ad illos teſtes futuros. in quoꝝ reſuſcitatiõe poteris intelligere ⁊ cõem oium reſurrectionẽ in vltimo illo die, q erit poſt antichꝛiſti tempoꝛa. Unũ ergo tangit, ⁊ aliud intelligit. Tãgit illos teſtes duos Enoch ⁊ Eliã: Jntelligit aũt cõem oĩm reſurrectionẽ, quãdo malos ⁊ q dãnati ſunt coꝛripiet inſanus timoꝛ oẽs, vt dictũ illud Sap. 5. impleat in illis, Videntes turbabunt timoꝛe hoꝛribili: ⁊ mirabunt in ſubitatione inſperatę ſalutis, gementes pꝛę anguſtia ſpũs, ⁊ penitentiã agentes di. Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, ⁊ in ſimilitudinẽ impꝛoperii: nos inſenſati vitã illoꝝ eſtimabamus inſaniã, ⁊ finẽ illoꝛum ſine honoꝛe. Ecce quomõ cõputati ſunt inter filios dei, ⁊ inter ſctõs ſoꝛs illoꝝ eſt. Duo obſerua. Pꝛimũ tempoꝛis in verbo mutationem. Secundo ꝙ dicit ſpũm vitę a deo in eos intraſſe. Hactenus enim de futuro facta fuit enunciatio p verba, ſic. Et ciuitatẽ calcabunt. Jtem. Jacebũt in plateis coꝛpoꝛa eoꝝ. Deniq̃, Videbunt de pplis ⁊ gaudebunt. Nunc veluti a pſpectu retro cõuertẽs oculos pꝛęteriti tempoꝛis verba aſſumit dicens, Spũs vitę a deo intrauit in eos, Et, ſteterunt. Nimirũ hoc indicio mutatã loquentis perſonã a ſuperioꝛe denũciãs.

Reſurrectio futura moꝛtuoꝝ.

Nam

Nam ab eo,quo dicebat,Atriũ autẽ qđ foris templum eſt, hucuſq; eius perſonę verba ſunt,q calamũ dedit: hic vero rurſum perſona Joannis loq incipit,eodẽ tpe & mõ verboꝝ,quo ſupius,pręterito indicatiui. Quod nõ inuſitatũ eſt ꝓphetis:plerũq; enim futura canunt ꝑ pręteritũ,ob ꝓphetię certitudinẽ,quatinus doceãt tam indubie ob uenturũ eſſe qđ futuru eſt,ac ſi eſſet pręteritũ. Quod autẽ dicit ſpũm vitę a deo intraſſe in eos,dat intelligi qa potentia dei fiet reſurrectio mortuorũ,q extinctoꝝ corporibus reddere põt aias:ergo vltra potẽtiã naturalẽ fieri habet mortuorũ reſurrectio. Alij exponi volunt locũ hunc magis ſpũaliter,de ſpũali videlicet reſurrectione potius ꝙ corporali:ꝙ extinctis alijs tpe tribulationis alij excitent teſtes dñi:q prioꝝ ſpũm in ſe habeant,ferantq; conſtantiſſime de chriſto teſtimoniũ,& veritate eius. Quod dũ fiet,quaſi priores ſuſcitati videbuntur, ac terrebunt illi,q chriſti virtutẽ extinctã eſſe putabãt in prioribus dicentes. Quid ꝓfecimus? Ecce priores occidimus,& alij ſuſcitati ſunt: vęh nobis,quia nihil proficimus. ¶ Punc. 2. | Alia expoſitio.

Et audierunt vocem magnam de cœlo dicentem ipſis. Aſcendite huc. Et aſcenderunt in cœlum in nube, & viderunt illos inimici eorum.

Si de Elia & Enoch pręſentẽ ſcripturã intelligas,nõ ſine magno dei oipotentis miraculo id fiet,qđ hic futurũ prędicitur: nãq; hi poſtꝙ reſuſcitati fuerint:mirantibus aduerſarijs iubent cõſcendere in cœlũ anteꝙ finiat orbis: & anteꝙ illa vniuerſalis reſurrectio fiat. Quod quũ fiet,dei oipotentia,& dei beneficio vertet in ſalutẽ multoꝝ:vt pudeſiant & conuertant ab antichriſtiana perfidia,cui crediderant,falſis eius miraculis pſuaſi,& deceptionibus ſeducti. Quod ſi olim ob fidei ędificationẽ in infirmis,crebra legimus facta miracula:adeo vt nõnulloꝝ etiã animę poſt fata celos inter turmas angelicas conſcendere viderent: Quid mirꝝ ſi tum,quãdo magis expediet,ob conſolationẽ fideliũ,& reędificationẽ illoꝝ:quorũ fides labefactata ꝑ antichriſtũ & ſuos in periculo verſaret,tanto chris miraculo, eandem in multis cõfirmare velit,vt teſtes ſuos veraciſſimos de corruptione ſuſcitaret,illoſq; rediuiuos propalã aſſumeret in cœlũ:vt ſic ſine myſterio annoꝝ tres dies & dimidiũ ſimpliciter tibi currant. Id qđ tã ſtupendũ miraculum ꝓtinus ſequet & terremotus magnus,in quo decima pars ciuitatis cadet, occiſis in terremotu ſeptẽ millibus hominũ quorũ noĩa erant in terris:reliquis ex terrore cõuerſis. Hi erunt drachma decima perdita,& ouis centeſima,q tum irreparabiliter pereũt, in pfidia ęternũ ſopiti, vt nec ad tantorũ miraculoꝝ coruſcationem euigilent:pereunt autẽ qa nõ ſunt ad vitã preordinati. Et quia tropo duoꝝ teſtiũ vniuerſalẽ reſurrectionẽ mortuorũ in hunc modũ adumbrat:proinde in fine viſionis iſtius tertię, quum debuiſſet dicere de cõi reſurrectione oim,nõ aliud dixit,pręterꝙ ꝙ aduenict ira eius, & tempus mortuoꝝ,iudicare,& reddere mercedem ſeruis eius prophe

Elie & Enoch reſuſcitatio.

Decima pars ciuitatis drachma decima & ouis centeſima.

tis,& ſctis timentibus nomen eius:puſillis & magnis: & extermináđi eos q corruperunt terrá. Quod nõ faceret niſi in myſterio, quod per hiſtoriá in particulari de duobus teſtibus hic dicit,referre velit etiam ad vniuerſale. Dicať ergo. Et audierunt vocé magná de cœlo dicenté ipſis. Aſcendite huc:& quę ſequunť. Vox iſta,quę eos vocat, & cœlos conſcendere iubet,ad generalé reſurrectioné referendo, ipſa eſt, de qua Apl'us.1.Theſſa.4.dicit.Ipſe dñs in iuſſu,& in voce archangeli,& in tuba dei deſcendet de cœlo. Aſcendite ergo huc, ad mediá videlicet cęli regioné,ad caput veſtrũ,q eſtis membra eius:nõ enim vltra manebitis in terra,ſed ſicut facti eſtis ciues ſcõrum, & domeſtici dei habitabitis in cœlo,quo ſemp aſpiraſtis dum in carne viueretis mortales. Legimus in Act.apo.q dñs in nube ſit venturus ad iudiciũ:ſic enim dixerunt angeli teſtes aſcenſionis dñi,Hic Jeſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlũ, ſic veniet quemadmodũ vidiſtis eum aſcendenté in cœlũ,videlicet,in magna gloria. Sicut ergo chriſtus venturus eſt in nube,ita & oés ſcti:vnde p ſemetipſum dñs dicit,Tũc videbũt filiũ hois venienté in nubibus,cũ ptáte magna & maieſtate Lu.21. Hoc eſt qđ Apl'us quoq3 prędicat.di. Nos aut q viuimus, q relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiá chriſto in aera:& ſic ſemp cũ dño erimus.1.Theſſa.4. Quod ſi qs hanc Pauli ſententiá intuens,inquirat, qualiter generalis illa ſententia inflicta primo hoi,cũ tota pgenie,qua dixit illi deus, Terra es & in terram ibis,cõpleať in nobis illis,q viuimus,q relinquimur p illo tépore, ſimulq3 rapiemur cũ illis reſuſcitatis de puluere: ſcire debet, veram dei eſſe,& Pauli ſententiá: Quia & viui reperientur hoies,ex quorum perſona,hoc apl'us loquiť:q,vt btũs dicit Augu.in ipſo raptu nubiũ etſi momentaneá guſtabunt tamé morté. In terrá aũt reuerteñ iuxta vocé dñi:qa corpora eoꝝ exeunte aía,remanebunt ét ſi in momento tpis p ſe,quę vtiq3 nõ aliud đ3 terra ſunt. Itaq3 ſecure dicimus,quia in momento,in ictu oculi,in ipſis nubibus,ſpiritũ vitę accipient, hi q in aduentu dñi viui reperienť,morté momentaneá guſtátes. Impij auté remanebũt in terra,quá dilexerunt,p qua & digladiati ſunt, q electos ſupraq3 eleuatos in aera iudices ſup ſe tum verebunť: quos in terris dũ agerent,contépſerunt,iudicauerunt & dánauerunt,opprimentes iniuſte. Quid miraris o hõ:diuina ſient hęc potentia,cui nihil eſt impoſſibile,agit qđ vult,& qũo vult,& quando vult. Aut qũo aliter oſtenderet ſuá potentiá,ſi non opa mirabilia faceret: Cuius eſt potentia ſolius,p libito oia agere,noſtrũ eſt glorificare eũ in oibus, quę de illo aut audimus,aut legimus:qa magna,& ſctá,& admiráda ſunt opa eius,facta in veritate & ęquitate. ¶ Punc. 3.

*De raptu viuentiũ in generali reſurrectione.*

*Mors momentanea in extremo die.*

Et in illa hora factus eſt terræmotus magnus: & decima pars ciuitatis cecidit: & occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem millia:& reliqui territi ſunt: & dederunt gloriam deo cœli.

Quũ dñs Jeſus potenti virtute operatus fuerit circa duos teſtes vt
palã eos reſuſcitet,iubeatq; in ſublime cõſcendere,alij terrebuntur,q
hęc videbunt:nõ tamẽ ex hoc terrore oẽs conuertentur: ſed ſicut hęc
ſcriptura dicit.facto terremotu decima pars ciuitatis collapſura ſit:⁊
noĩa hoĩm ſeptẽ millia ex terremotu interitura.Denarius numerus
perfectus eſt,ita ⁊ ſeptenarius.Quod ſi nõ eſſet a parte totũ intelligen-
dum erat.Dicit enim ciuitatẽ in reprobis collapſam,de quibus legi-
mus.Ex nobis prodierunt,ſed non erant ex nobis:nam ſi fuiſſent ex
nobis,permanſiſſent vtiq; nobiſcum.1.Joan.2.Obſerua noĩa hoĩm Noĩa ho-
dicit occiſa,non hoĩes:neq; enim inter hoĩes computandi ſunt, qui minũ qđ
deũ nõ aduertunt,nec ſe intelligunt,comparati iumentis inſipienti- importẽt.
bus,⁊ ſimiles facti illis.Uel noĩa dicit,ꝓpter eos,q magnificant no
mina ſua in terris:quales ſunt oẽs ſuperbi ⁊ hęretici, de quibus.D.
pſaltes loquit.Pſal.48.Uocauerunt noĩa ſua,in terris ſuis.Reliqui
aũt,qui territi fuere dederunt gl'iam deo cœli.Hi ſunt ſupra petram
ędificati,q alijs terręmotu cadentibus.id eſt.ex perſecutione fidẽ abne
gantibus:de ſtabilitate ſua firma moti nõ ſunt,imo glorificauerunt
deũ ore ⁊ opere.Meminiſſe aũt debemus,qa qđ ſupra ciuitatẽ ma-
gnã dixit,quã ⁊ ſpũaliter Sodomã ⁊ Aegyptũ vocari perhibuit: id
nũc nõ ciuitatẽ,ſed decimã partẽ ciuitatis , quę eſt hier'lm appellat:
quã corruiſſe teſtat,⁊ merito:nã collectio malorũ,non ciuitas,ſed rui-
nę quędã ſunt magnę illius ⁊ ſctẽ ciuitatis hier'lm cœleſtis:cuius no
uem ſunt ordines angelorũ:⁊ iccirco,qui inde ceciderunt,de illorum
ſorte ſunt,ſup arenã ſtantes.Quo circa inſtanter nobis vigilandum
fuerit,ne ruina ſimus ciuitatis,mancipiũ diaboli: nec ſup arenã ve-
ſtigia figamus,magis aũt ſupra petram firmati,ciues ſctõrũ ciuitatis
ſctẽ hier'lm,in timore illi ſoli ſeruientes,q eripuit nos de poteſtate te
nebrarũ,⁊ tranſtulit in regnum filij ſui:q ſolus eſt immortalis , lucẽ
habitans inperſcrutabilem:benedictus in ſecula. ¶ Punc.4.

## Væh ſecundum abijt:& ecce Væh tertium veniet cito.

Prędixerat aquila tria vęh futura,habitãtibus in terra,cap.8.quorũ
duo in pręhabita narratione pręceſſerunt,tertiũ adhuc reſtat.Primũ
indicauit mala locuſtarũ.Secundũ,ſolutionẽ quatuor angelorum:
quibus ſolutis occiſa fuit tertia pars hominũ,a tribus plagis , igne,
fumo,⁊ ſulphure.Tertiũ reſpicit tempus illud , quũ in extremis die-
bus inſanire ceperint,Gog,⁊ Magog.De his cap.20.infra habes ,
vbi ſic legis.Quũ cõſummati fuerint mille anni , ſoluet ſatanas de
carcere ſuo:⁊ exibit,⁊ ſeducet gentes , quę ſunt ſup quatuor angulos
terrę,Gog,⁊ Magog:⁊ congregabit eos in pręliũ : quorũ numerus
eſt ſicut arena maris.Hoc futurũ eſt poſt Antichriſti tempora longe;
(Nam poſt duo prima vęh,confeſtim ſeq debebit communis pacis
optatũ tẽpus,quo vniuerſus orbis ad chriſtũ cõuerſurus exultabit,
⁊ lętabit vehemẽter,)ſub tuba ſeptimi angeli:de quo mox ſequit.

## DE CANTU, SEPT. ANGELI. SEC. 5. PUN. 1.

ET ſeptimus angelus tuba cecinit: Et factæ ſunt voces magnæ in celo, dicentes. Factū eſt regnum huius mundi dei noſtri: & chriſti eius: & regnabit in ſæcula ſæculorum. Amen.

Sex priores tube varios belloꝝ exortus, varios eccleſię caſus cecinere, q̄bus eccleſia erat exercenda: hęc aūt cantu ſuo prodit aureū illud ⁊ amabile ſeculū: qđ oēs exoptare debemus, ⁊ dicere. Adueniat regnū tuū. quod ſequet̃ ad precedentes tribulationes quando pacata erunt vniuerſa, ⁊ coꝛ querentiū dn̄m exultabit vehementer: quod ⁊ ſupra, ſub apertione ſigilli ſeptimi in ſilentio dimidię hoꝛe monſtratū eſt: id enim noſtre huic ſententię apprime ſuffragat̃, ⁊ probat oīno verā eſſe: vt nō ſubito rapiamur ad ſabbatū illud ęternū, qđ alij hoc loci non ſatis ꝓbabiliter cōiectant. Nam ſi id verū eſſet, quid igitur admodū referre videbat̃ dicere regnū hui⁹ mūdi: ⁊ nō potius ęternū, qđ in ctis eſt. nec eſt ꝙ hoc loci dixeris: factū, id eſt, finitū: ſed innouatū, ⁊ quaſi ab interitu reſtauratum, vt dicemus. Pręterea eleuat ſententiā hoꝛū, illud quoq;, ꝙ vigintiquatuoꝛ ſenioꝛes in ſuis gratiarum actionibus addunt, Et qui venturus es. Si enim venturus eſt, nōdū adhuc venit. Si nondū venit: quomodo ſabbatū eternū erit regnum hoc qđ hic ſpūs indicat? Igit̃ oꝛdo viſionū, ⁊ collatio locoꝝ, magnū q̄d efficiūt ad verā intelligentiā ſcripturę huius: q̄bus duobus hactenus, dei gratia, ſtylum deximus, ne opam fruſtra nauaſſe videremur, ſemꝑ cū iudicio ſententias cōponentes alioꝛū: ne q̄d ſententiaꝝ varietate opus diſſonaret. Sed vt ad rē reuertamur, dicit ſcriptura. Et ſeptimus angelus tuba cecinit. Audiuimus ſuperius cap. 10. ꝙ angelus ſtans ſuper mare, ⁊ ſuꝑ terrā, iurauit ꝑ viuentē in ſcl'a ſcl'oꝛū, q̄a tempus nō erit amplius, ſed in diebus vocis ſeptimi angeli cōſummabit̃ myſteriū dei, videlicet, qđ in fine mundi pręſignauit implendū, de quo loquuti ſunt ꝓphetę dei. Quo autē tēpus non erit? Aut quale tempus non erit, ibidem notauimus: vbi tēpus hoc interpretati ſumus de fine mundi, ⁊ extremo die, quando vltra nō erit tale tempus quale pręceſſit, vie ſcilicet peregrinationiſq; ⁊ tribulationis boноꝛū. Nā tū cōſummabit̃ myſteriū dei, qđ cōſummandū eſt in dieb⁹. vocis ſeptimi angeli. Nec ſunt plures, niſi ſeptē angeli myſtici tubicines, ergo in diebus ſeptimi myſteriū erit conſummandū, quod euangelizatū eſt ꝑ ꝓphetas de tribulatione eccl'ię, quę tū cōſummabitur. Quo ergo tertiū vę, hoc eſt, tertia tribulatio, ꝑ Gog ⁊ Magog poſt hanc cōem pacē eccl'ię totius excitabit̃, ſi hic cōſummabit̃? Auſculta, totū tempus ab hoc vſq; in finē, ſeptimę tubę eſt, in quo multa euenient: id qđ angelus perpendens cōuenienter dixit. In diebus vocis ſeptimi angeli, id eſt, quū cœperit eccl'ia ſctā vltimā ſuā pręedicationē

diffundere, cōſummabit myſteriū dei, hoc eſt, arcanū decretū, quod
mō latet, tunc reuelatū implebit. In diebus dixit, pluratiue, ſignificās
diuturnitatē temporis huius, ⁊ ꝙ multa in eo accidant. Fiet ergo, ⁊
pax pręcidanea, ⁊ tribulatio ſuccidanea, ⁊ finis mundi ſub hoc tem- Tpm arti
pus, alijs atq; alijs diebus. Hęc ſunt tpa, ⁊ articuli tēporū, quę pater culi nobis
poſuit in ſua ptāte, de qbus curioſius inueſtigare ſuperuacaneū fuerit: incogniti.
ſatis ſit ita diſtinctim digeſſiſſe: qa hoc prius, illud poſterius futurū
eſt: quibus aūt tpm articulis hoc atq; illud fiant, nemini reuelauit
deus, etiam ſi myſteria, ⁊ ordine quo fiant reuelauerit. Porro voces
magnę nihil aliud ſunt, niſi magna laus, magna gratiarū actio futu
ra in eccl'ia dei, quā cœli typus exhibet. Btūs q ad illud tempus per-
uenerit, quando vbiq; gentiū erit pax ⁊ gaudiū, ⁊ gratiarum actio,
quādo ſolus chriſtus vbiq; triūphabit, cū ingenti oim gratulatione:
cui laus ab oibus tribuet ⁊ glia: qa p ſuā magnā miſericordiā poten
tiſſime liberare dignatus eſt tandē eccliam ſuā a tyrannide antichri,
interficiens eū in ſpū oris ſui, ſicut dixit Eſaias. Tunc enimuero vni-
uerſi cōclamabunt verbū hoc. Factū eſt regnū huius mundi dei no-
ſtri, ⁊ chri eius. Quid eſt, factū eſt? An conſummatū eſt? Non vtiq;.
Neq; enim tum adhuc cōſummabit militans eccl'ia in hoc mundo,
quę perdurabit vſquequo veniat dñs. Ergo factum eſt, id eſt innoua
tū, vel denuo inſtauratū: non enim apparebat facies eccl'ie tempore
Antichriſti, quando nō erat pax pijs, nec dabat viuere illis: quo tan
dē pereūte reddet vita oibus: ⁊ ipſa vniuerſalis eccl'ia quaſi a morte
reſuſcitata reſtaurabit. Sequit. Et regnabit in ſcl'a ſcl'orū. Nā licet per Gog ⁊
Gog ⁊ Magog turbanda ſit hęc pax, nō fiet tamen tanta tribulatio, Magog
quanta pręceſſit ſub magno Antichriſto, dicente dño. Erit tunc (no- tribulatio.
tans tempus antichriſti) tribulatio magna, qualis non fuit ab initio
mūdi vſq; mō, neq; fiet, Matth. 24. Quod dicit, Neq; fiet, ꝓculdu-
bio, poſt hanc indicat aliā futurā, ⁊ hęc erit poſt cōem pacē, vel in die
bus pacis huius, minime tamē vniuerſalē pacē eleuans, in qua ven-
turus eſt dñs ad iudiciū, prout colligit ex Euangelijs, quia in pace
mundi venturus eſt dñs ad iudiciū nō ſperatus a multis. Ita enim
dicit. Sicut fuit in diebus Noe, ita erit ⁊ aduentus filij hois: ſicut enī
erant in diebus ante diluuiū comedentes, ⁊ bibentes: nubentes, ⁊ nu
ptui tradentes vſq; ad eū diem, quo intrauit in arcam Noe, ⁊ nō co-
gnouerunt donec venit diluuium, ⁊ tulit oēs: ita erit ⁊ aduentus filij
hois, Matth. 24. Idē habet ⁊ Lucas. cap. 17. Quid ergo eſt quod ait
dñs, Verūtamē filius hominis veniens putas inueniet fidē in terra?
Luc. 18. Sed nihil repugnat, oſtendit aūt qa in illa pace rurſum ho-
mines in vicia carnis diſſoluent. Lōga etenim pace incautius qñq;
diſſolui in vitia ſolemus: quū nō cauere ſed nutrire magis diuturna Perfec-
pax ſoleat vitia. proinde dū vexamur minus, minus afflictionibus tionis vti
pręmimur, ſiue ēt pœnitentię carceribus nos coercemus, minus ꝓbi litas.
inuenimur. Nāq; aduerſitas remediū quoddā eſt, ad expugnanda ac
depellenda vitia, ⁊ ſanandū internū totū hoiem, quo minus ardeat,

Aduerſitas remedium. minus aduerſus ſacroſctám dei legẽ concupiſcat: ſed vt fide viuat, fide deũ colat, fide bñ operet, atq3 in vniuerſum ſpiritalis fiat. Cogit enim intra ſe hoiem tribulatio, ꝛ ad ſui limpidiorẽ cognitionem compellit: vt dũ ſe introactus recognoſcit, ꝛ ꝙ nihil in ſeſe eiuſmodi pręſidij, quo ſaluet, inuenit, ad deũ fugere cogat, cui in pace oĩa virtus concidebat vt ꝛ dei in primis creatoris obliuiſceret, ꝛ ſui. Producamus exẽpla. In pſecutione Dauid ſctũs fuit, ꝛ fortis: in pace delicuit. Salomon diuturna pace a fide defecit: q in templi ędificatione occupatus alienus a vicijs fuit. Sic varie pacatis externis malis internũ malũ ſuboriť. Proinde conſultiſſime qdã pacis tpe bellũ ſibimetipſis indicunt aſſumpta penitentia: quatinus eius vredine, oborta vitiorũ ſeges tota exareſcat, quę niſi cõtrario neſcit domari. Laudanda ergo in oibus, maxime vero in viris religioſis eſt carnis afflictio, ꝛ illa ſpontanea voluntatis obligatio: quę ſi libera ſit plus criminis ꝙ virtutis, plus dãnationis ꝙ ſalutis nouit operari: eo ꝙ ſenſus, ꝛ cogitatio humani cordis in malũ prona ſunt ab adoleſcentia ſua, Geñ. 8. Diſciplina militaris armis ſuis vtiť: nec ſpirituale certamen aſſurgit ad palmã, niſi ſuis pręmunitũ ſit pręſidijs. ¶ Punc. 2.

Et xxiiii. ſeniores, qui in conſpectu dei ſedent, in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt deum dicentes, Gratias agimus tibi domine deus omnipotẽs, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepiſti virtutem tuam magnam: & regnaſti.

Seniores q habẽdi. De ſenioribus q ſint, ſatis iam dictũ eſt: primarij enim in eccľia dei ſunt, q vices dei in hoc mũdo exercẽt, in iudiciaria potiſſimũ ptẽte: q ſedere in cõſpectu dei dicunť, eo ꝙ faciant que placita ſunt illi: vnde habemus illos ſolos inter ſeniores recenſendos, qui eiuſmodi ſunt, hoc eſt, q inculpate viuunt, ꝛ miniſteriũ dei fideliter implent: q etiã recte in facies ſuas cecidiſſe dicunť, ꝙ oĩa opa ſua ad eum referunt, ꝛ quicquid boni habent tribuunt illi, q dicit, Sicut palmes non poteſt ferre fructũ a ſemetipſo, niſi mãſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis. Infert deinde. Sine me nihil poteſtis facere: Ioã. 15. Proinde ab illo vno ſe habere oĩa recognoſcunt, q facit oĩa. Oĩa eni quecũq3 voluit dñs fecit in cęlo ꝛ in terra, pſ. 113. cuius voluntas eſt prima rerũ oĩum cauſa: ꝛ prima legũ oĩum regula: nã leges oẽs ſm ſuũ beneplacitũ inſtituit, quarũ vtiq3 xxiiii. iſti ſeniores ſunt miniſtri: vt recte legũ adminiſtratores deo gratias agere debeant cadentes in facies ſuas corã eo, ꝛ adorantes. Quo ſane docemur nos quoq3, vt omne bonũ qð in nobis eſt, vel eſſe credimus, aut ſuſpicamur: fideliſſima recogitatione, ſynceriſſima affectione, gratiſſima deuotione, totũ deo tribuamus, nihil penitus nobis reſeruantes, aut nřis tribuentes viribus: ne gľiam dei de donis, ꝛ bonis collatis, nobis vſurpare videamur inique. Quid enim habes qð nõ accepiſti: Si autem accepiſti,

quid gloriaris,quaſi non acceperis?1.Cor.4.Malū,qđ nobis heret,
nobis ipſis aſcribere poſſumus,prout eſt veritas,iuxta diuinū illud
oraculū,Perditio tua ex te(o Iſrael)tantúmodo in me auxiliū tuū. Bonū ſēp
Oſee.13.Et dñs in Euangelio,Vos inquit,quū ſitis mali.Ecce malū a deo ha-
ſolū habemus a nobis:qđ vero bonū eſt in nobis,a deo eſt.Hoc tibi bemus.
certū ſit,& ita credas:nullū actū elicere poſſe hoīem,qđ meritoriū ſit,
ac ſalutare,& deo placens,ſine grā eius.Paulus dicit,Fiduciā talem
habemus p chriſtū ad deū,nō q̄ ſufficientes ſimus aliqđ cogitare a
nobis,tanquā ex nobis:ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt.2.Cor.3.Ali
bi quoq;,Deus inquit,eſt q operat̄ in nobis,& velle,& pficere,p bona
voluntate.Phil.2.Ex qbus habemus,(vt aliqđ eruamus ex prom-
ptuarijs etiā theologorū vulgariū)q̄ hos tres actus,cogitare,velle,
& perficere,deus p ſuā in nobis operat̄ grām:vt pſpicuū ſit,qa p tri- Gratię in-
bus his actibus triplex requirit̄ gratię influxus.Primus ad ipſum co fluxus va-
gitatū,quē grā in corde ſeminat:nō ita intelligendo,q̄ ſine ſpeciali rij.
dei influxu non poſſimus de bono cogitare obiecto,vt de iuſticia,de
pietate,de deo,de hoīe chriſto,eius paſſione &c.de quibus & Iudęus Grē pma
cogitat & turca.Hoc nēpe cōe eſt omnibus,& bonis & malis,electis re operatio.
probiſue,quū & ipſi demones cogitant de illis.dū enim generalis de
his habet̄ ſermo,qs nō auditorū cogitat?aut dū qs priuata lectione
meditationeq; talia reuoluit:ad quę nullus tū ſpecialis reqrit̄ grę
influxus:ſufficit enim generalis hęc influentia,videlicet,facultas vi-
riū ingenitarū:quę cuiq; inſerta eſt naturaliter. Quod vero Apl'us Sufficien
dicit nos nō eſſe ſufficientes aliqđ cogitare a nobis tanq̄ ex nobis, tia noſtra.
intelligendū eſt,de ſalutari cogitatione,qđ in nobis ſpeciali gratia
operat̄ chrs.Neq; enim Apl'us inibi de generali loquit̄ ſufficientia,
ſm q̄ oīs creatura ēt īanimata recipit a deo ad agēdū ſuā ſufficiētiā:
ſed de ſufficientia ſalutari:alioqui nihil opus erat de hoc meminiſſe
theologo magno,qđ natura rex nos doceret.Proinde hoc modo in-
tellige:qa nullus cogitatus,quātūcunq; exiguus de ſalute,hoc eſt, Grē diui-
ſalutaris ac ſibi pficuus,cōmouebit cor,excitatq;,aut ſtimulat,ſine ne influx⁹
ſpeciali diuinę gratię influxu.Quod ſic pſuadet̄.Auſcultant duo eun neceſſitas.
dē ſermonē:alter cōpungit̄,ſalutis ſpiritū cōcipiens:alter duro corde
pſiſtit.Cunq; hi ambo eundē ſermonē audiant,ſed nō eodē modo
gratiā recipiūt:hic audit tanq̄ Promethęi fabulā,aut aliqđ tale:ille
tanq̄ ſalutarē doctrinā.Itē:Cogitant duo offerre miſſę ſacrificiū,al-
ter p ſalute:alter ex conſuetudine,nihil paſſionē chriſti corde reme-
morando:nec ſinē in quē inſtitutū eſt miſſę ſacrificiū,videlicet in re-
miſſionē pctōꝝ,& dei grām obtinendā:quatinus p charis ceterū ha-
beat nos deus.Ille ſpāli influxu grę:cōi hic,tanq̄ agens officiū debi
tū.Id qđ & in audientibus miſſam,& orantibus vſu venit:vnus pro
impetratione venię delictoꝝ orare cogitat,alter ex vſu.Quę eſt cauſa
differentię huius?Reſpondeo,collatio grę ſpecialis,& negatio:dño
in ſcriptura ſacra dicente,Plui ſup vnā ciuitatē,& ſup alterā nō plui:
pars vna cōpluta eſt,& pars ſup quā nō plui aruit.Seminat ergo de⁹

ſalubꝛē in coꝛde cogitationē dupliciter: vel ꝑ externū adminiculum: puta, exhoꝛtationis, inſtitutionis, pꝛędicationis, lectionis ⁊c̄. vel per internā inſpirationē, irradiationē, illuſtrationemq́ȝ. Seminat autem dupliciter, generaliter ⁊ ſpecialiter. Generaliter imittens homini fructuoſum de ſua ſalute cogitatū. id qđ ⁊ in malis facit, q facit ſolē ſuū oꝛiri ſuꝑ bonos ⁊ malos: pluit ſuꝑ iuſtos ⁊ iniuſtos, nihil interim coꝛ interna inſpiratione mouens infoꝛmanſue. Specialiter dum ad eiuſmodi cogitationē concutit coꝛ, ⁊ mouet, ⁊ inducit ꝑ gratiā pꝛeuenientem: de qua Pſalmographus ait, Miſericoꝛdia eius pꝛęueniet me. cuius operatio eſt circa pꝛimū actū, videlicet, cogitatū, pꝛimū inibi iaciens ſalutis exoꝛdiū: qđ tamē minus ſufficit, niſi ⁊ alij actus gratię ſubſequanť: ſcilicet, velle, ⁊ ꝑficere, de qbus iam eſt dicendū. Secunda ergo opatio gr̄ę in nobis eſt, inflectere voluntatē in bonū: habita nāq́ȝ ſalubꝛi cogitatione, quoquomō, ſiue ꝑ internā inſpirationē, ſiue ꝑ externū adminiculū, opoꝛtet ſpāliter ad id moueri voluntatē ꝑ aliū gr̄ę influxū, ſtimulantē videlicet ⁊ excitantē ⁊ impellentē quodāmō ſiue inclinantē ad ſurgendū, ſiue a pctō, ſiue ab ignauia, ad virtutē ⁊ diligentiā: hic ſi non aderit, nihil fructuū de bono cogitatu capietur. Fruſtrať enim pꝛima gr̄a pꝛęueniens ſuo fructu ſępe in floꝛe: hęc aūt voluntatis inclinatio dicit̄ patris attractio, de qua Saluatoꝛ ait, Nemo venit ad me, niſi pater, q miſit me, traxerit eū. tractio vero hic nō eſt per violentiā coactio liberi arbitrij: ſed inclinatio voluntatis ad aſſenſum, vt aliqd habeat voluntas ipſa noſtra de ſuo, quo magis opus ſit meritoꝛiū. Quanq̄ enim deus īmenſa ſua liberalitate bonitateq́ȝ poſſet ſine omni actu noſtro, ⁊ cooperatione ꝑducere fructus bonoꝝ operū in nobis, ⁊ ꝑ charis habere nos, in futuro quoq́ȝ ſine meritis noſtris beatos nos efficere, id qđ pleriſq́ȝ videreť magis ad ſuę maieſtatis ſpectare pꝛeconiū: hoc tn̄ facere minime decreuit, ſcriptura teſtante, quę multipliciter ⁊ merita cōmendat, ⁊ pꝛęmia: quin potius, vt gl'iam aſſequamur, cū qualicunq́ȝ laude ꝑpꝛia vult. Pꝛout dicit Apl'us. 1. Coꝛ. 4. Nolite ante tēpus iudicare quoadu'ſq́ȝ veniat dn̄s, q ⁊ illuminabit abſcondita tenebꝛarū, ⁊ manifeſtabit conſilia coꝛdiū, tunc laus vnicuiq́ȝ erit a deo. Nihil autē haberet hō laudis in remuneratione, ſi nō pꝛęcederent merita: nec merita eſſent, ſi liberꝝ arbitriū pure paſſiue ſe teneat, velut truncus infoꝛmis ad opificem ſe habens, vt nihil penitus gr̄ę cooperareť. Gr̄a itaq́ȝ liberꝝ arbitrium nō cogit, non neceſſitat: ſed ita efficaciter afficit, inclinat, ⁊ trahit voluntatē, ꝙ in idipſum ad qđ trahit conſentiat. Atq actus ille aſcribiť gr̄ę, tametſi nō ſit a ſola gratia, ſed cū voluntatis conſenſu. Nullus enim habitus infuſus aię ita potens eſt, ꝙ liberꝝ arbitriū oꝛiginali cōcupiſcentia ſemel oppꝛeſſum, ⁊ multiplici mali vſu, atq́ȝ aſſuefactiōe ſubuerſum, varijs extrinſecis obiectis, tum incentiuis, tum voluptuoſis irritatū, ⁊ illectū, poſſet ab his retinaculis, quę ſuauius implicāt, liberare, ⁊ ad bonū efficaciter ſtatuere: niſi gr̄a deſuꝑ adſit: vt neceſſarie fateamur opus gr̄ę eſſe conuerſionē pctōꝛis ad deū. Spūs ergo

Cogitatio ſalutaris ſemen dei.

Gr̄ę pueniētis op⁹.

Gr̄ę ſcḋa opatio.

Attractio gratię.

Cū voluntatis ꝯſenſu operať gratia.

Pctōꝛis conuerſio opus gr̄ę.

patris ⁊ filij,ſanctus,⁊ benedictus,hoc operatᷣ in nobis, q̄ p̄ gr̃am
inhabitat corda noſtra,nec ocioſus diuerſatᷣ ibi,ſed agit indefeſſe ſti-
mulatq; ad bonũ:ſi quo pacto hõ motibus eius obtemperare velit.
Porro liberũ arbitriũ,aliã actionẽ nõ habet imanentẽ cũ gr̃a in ope bono, p̄ter conſenſum(vt Bernardo placet)quo ſalutari ſcti ſpũs habet acquieſcere motui,⁊ quo cooperari dicitᷣ gr̃ę.

*Liberi arbi. actio in cõuerſiõe.*

Cęterũ conſenſus ille actus eſt voluntatis ab ipſa ortus,ſicq; proles naturalis voluntatis dicitᷣ,adoptiua aũt gr̃ę.Nunq̃ enim voluntas illũ actũ produceret,niſi gr̃a inclinaret.Quia vero acceptatio illa ipſius conſenſus a deo in ratione meriti,in ordine ad p̄miũ ęternum,potior eſt in ipſo actu:dicitᷣ actus ipſe,vel conſenſus,verius,nobilius ⁊ perfectius eſſe proles gratię q̃ voluntatis ꝓpter diuinã acceptationẽ:eo ꝙ eſſe gr̃ę nobilius ⁊ perfectius eſt,q̃ eẽ naturę.

*Cõſenſus nãlis ꝓles volũtatis.*

Nunc ſupereſt tertius actus gratię q̄ eſt ꝑficere,cõſenſum firmans in bono volito, vt executioni demandet,manciperurq;,ne fiat abortiuũ : ad quẽ tertio loco exigitur gr̃a,vt qḋ primo loco ſalubriter ſuggeſſit p̄ cogitatũ:ſecundo fructuoſe promouit p̄ inclinationẽ ad cõſenſum ipſam voluntatẽ : nunc deniq; efficaciter ꝑficiat oẽs vires roborans ad huiuſmodi actus operationẽ.Et hic requiritᷣ vis rationalis illuſtratio p̄ ſapientiã diuinalẽ,iraſcibilis vegetatio p̄ diſcretũ zelũ,cõcupiſcibilis excitatio p̄ ardẽtẽ charitatẽ,⁊ oim viriũ inferiorũ coaptatio p̄ confortationẽ: quę oia opatᷣ vnus atq; idẽ ſpũs.Et hęc dicitᷣ gr̃a ſubſequens,de qua adducitᷣ illa vox prophetę,Miſericordia tua ſubſequatᷣ me.Pſal.22.

*Gr̃a ſubſequens.*

Et ſic oia opa noſtra tribuenda ſunt deo,quũ ipſe principaliter p̄ triplicem actũ gr̃ę ſuę,p̄ueniẽtẽ,cooperantẽ,⁊ ſubſequentẽ oia efficiat in nobis:⁊ nos eius ſumus,q̄ gr̃ę eius cõſentimus:vt iure ſcti ſeniores, q̄ in conſpectu dei ſedere viſi ſunt in ſedibus ſuis,ceciderint in facies ſuas,⁊ adorauerint deũ.di.Gratias tibi agimus dñe deus omp̃s.Eadẽ ſupra ca.4.in fine legis de his ſenioribus,vbi coronas ſuas mittunt ante thronũ:hic vero gratias agunt.Idẽ nãq; eſt ibi coronas mittere,qḋ hic gr̃as agere.Quinq; autẽ ex ordine cõmemorant.Primo,q̄ es.Secundo,q̄ eras.Tertio,q̄ venturus es.Quarto accepiſti virtutẽ tuã magnã.Quinto,⁊ regnaſti.Quę oia chriſto conueniunt.Qḋ gratias agunt,ex debito hoc faciunt:debemus enim illi agere gr̃as, a quo tanta bona p̄cepimus,p̄ſertim quũ id ſolũ p̄ſtare poſſimus, qui bonorum noſtrorum alias minime indiget.Unde propheta ait, Quid retribuã dño p̄ oibus quę retribuit mihi? continuo ſubdit.di. Calicẽ ſalutaris accipiã,⁊ nomẽ dñi inuocabo.Pſal.115.Calix iſte benedictionis eſt ⁊ gr̃arũ actionis.De quo dicitᷣ Matth.26.Accipiens calicẽ gr̃as egit.quẽ apl̄s bñdictionis appellat.1.Cor.10.Obſerua.hoc verbũ p̄ſentis tp̄is es,imutabilitatẽ deitatis ſignat in chr̄o. Eras,ęternitatẽ q̄ erat ante ſcl̄a cũ patre.Quod vero venturũ illum adſtruit,iudicij tẽpus demonſtrat.Breuiter in his verbis malã aduerſariorũ oim p̄cutit voluntatẽ,q̄ hoc agere nitebantᷣ,vt nõ eẽt chr̄s Jeſus:⁊ nõ memoraretᷣ ſuper terrã,ſicut ipſe idẽ in Pſal.40.ait.Int-

mici mei dixerunt mala mihi,quando morief,ꝛ peribit nomē eius.
Jtē aduerſarioꝝ eius vna vox erat,Mittamus lignum in panē eius:
eradamus eū de terra viuentiū,ꝛ nō memoref nomē eius vltra.Je/
re.11.Sed pfecto ipſe eſt dn̄s deus omp̄s rex oim ſcl'oꝝ,q per omnia
ſcl'a viuit:id qđ pijs magnę conſolatiōis eſt.Sequit.Et accepiſti vir
tutē tuā magnā.Querif,Quando accepit chr̄s hanc virtutē magnā?
Reſpondeo,ſm diuinitatē ab ęterno:ſicut ab ęterno natus a patre,
cuius virtutē ipſum eundē appellat Paul.1.Cor.1.Nos autē prędi/
camus chr̄m dei virtutē,ꝛ dei ſapientiā.Secundū vero humanitatē
in tpe,quādo morte ſua deuicit mortē,ꝛ refractis carceribus inferni
eduxit vinctos:Jndeq; reſurgens ex mortuis accepit ptātem in cœlo,
ꝛ in terra:quando ēt regnauit,hoc eſt,ſup mortē ꝛ infernū triumpha
uit:iuxta illud.Dn̄s regnauit,decorē indutus eſt:indutus eſt dn̄s for
titudinē,ꝛ precinxit ſe.Pſal'.92.Tunc ergo ſm decorē gl'ię,ꝛ ſm for/
titudinē virtutis magnę indutus dn̄s qn̄ ſurrexit a mortuis.Quia
eni regnauit hoc ē,triūphauit,ex hoc debuit ſibi gl'ię decor:ꝛ q: gl'ię
decorē induit,ſimul ēt fortitudine roborat⁹ eſt,ꝛ accepit vtutē ſuā ma
gnā ſm humanitatē,quā habuit ab ęt'no ſm diuinitatē. ℭ Pun. 3.

Et iratæ ſunt gentes,Et aduenit ira tua,Et tempus mor
tuorū,vt iudicentur:Et reddas mercedē ſeruis tuis,pphe
tis,& ſctis:& timentibus nomē tuū,puſillis & magnis:
& exterminandi eos qui corruperunt terram.

Punctus iſte pars cantici ſeniorū eſt,q in conſpectu dei ceciderunt in
facies ſuas:poſtq̄ enim quędā ,ppria diuinitatis in cantico eoꝝ per/
ſtrinxiſſent de chriſto Jeſu domino nr̄o:cōtinuando dicunt.Et iratę
ſunt gētes ꝛc̄.Que gentes?Nempe:de qbus loquif Pſal'.ſecūdus di.
Quare fremuerunt gentes?ij enim poſtq̄ abiecerūt veritatē,ꝛ chr̄m
dominum crucifixerūt:e tēplo facti ſunt atriū,qđ datū eſt gentibus:
qa parem ſortē nacti ſunt cū illis,vt in prin.capitis huius diximus.
Quare autē iratę ſunt gentes?Quia chr̄s improperabat eis pctā le/
gis,prout exponit Sapiens dicens,Venite circūueniamus iuſtū,quo
niā inutilis eſt nobis:ꝛ contrarius eſt operibus noſtris,ꝛ impeoperat
nobis peccata legis,ꝛ diffamat in nos pctā diſciplinę noſtrę:,pmit/
tit ſe ſcientiā dei habere:ꝛ filiū dei ſe noiat.Factus eſt nobis in con/
tradictionē cogitationū aiarū noſtraꝝ,grauis eſt nobis ēt ad viden/
dū,qm̄ diſſimilis eſt alijs vita illius,ꝛ iminutę ſunt vię eius.Tanq̄
nugaces facti ſumus ab illo,ꝛ abſtinet ſe a vijs noſtris tanq̄ ab im/
mundicijs,ꝛ pręfert nouiſſima iuſtorū:ꝛ gl'iaf patrē ſe habere deum.
Sap.2.Hę ſunt cauſę quare iratę ſunt gētes Judęi in chriſtū.Primo
qa arguebat mala opera eoꝝ.Secundo,qa filiū dei ſe(vt erat)no/
minabat.Tertio qa diſſimilis erat vita,vtpote iuſtiſſima ꝛ ſanctiſſi/
ma,eius ab illoꝝ nequiſſima ꝛ impuriſſima.Quarto obſeruabat ſe a
vijs illoꝝ tanq̄ ab imundicijs ꝛ inqnamentis.Quinto qa nouiſſi/
ma iuſtoꝝ pręferebat glorię illoꝝ,quę cito tranſitura erat:iuſtorum

Judęi qui bus ex cau ſis irati cō tra dn̄m.

auté permanſura. Sexto ꝙ patré ſe habere deũ gloriaretur. Pro his omnibus gentes iratę dicunt, ⁊ ꝗ indigne, vides: dũ enim pro his potius amari debuerat ab eis, ipſi eũ acerrimo odio perſequebant, ⁊ ſpernebant: ⁊ dabant odiũ illi ꝓ dilectione. Et quũ oĩno eũ ꝑditũ iri primo quoqꝫ tpe cuperent, in crucé egerunt: ſed ipſe adeo nõ periſt, vt tũ maxime regnare cepetit, deuicto herebo cũ oĩ ptãte eius, ⁊ ſpoliato, ꝓpheta dicẽte, Dñs regnauit, iraſcant ppłi: q ſedet ſuꝑ cherubin: mo ueat terra. Pſal. 98. Quod ſic intelligit. Dñs chřs ſm ꝙ deus regna uit ab initio ſuꝑ oẽs, ⁊ regnat, q intra ſcõs ſctõꝝ ſedere ſolet ſuꝑ che rubin, vnde ⁊ reſponſa dat. ſm ꝙ hõ eidé ptãté exercet ſuꝑ oĩa vnde ppłi iudeoꝝ iraſcant, neſcientes ſacramenta dei, nec intelligere volẽ tes: terrena pluſꝗ cęleſtia diligentes: vt nõ meliores ſint gentilibus, q terra ſunt cęleſtiũ inanes, cũ qbus iraſcentur ⁊ mouebunt contra eũ, vna quaſi conſpiratiõe: multo aũt vehemẽtius quando ſurrexerit a mortuis: ⁊ regnare ceperit accepta a patre ptãte ſuꝑ oĩa: quãdo iu dei ⁊ gẽtiles aduerſus eũ maiora bella cõcitaturi ſunt. Ergo iraſcant licet ppłi tã iudei ꝗ gẽtiles: ⁊ vt volũt moueant: ſed dñs idé q ſedere ſolet ſuꝑ cherubin mõ, ⁊ rñſa dare: regnauit ⁊ regnabit ſemꝑ. Hoc eſt qđ ſancti ſeniores in ſuo cantico ad pręſens dicũt. Et iratę ſunt gẽtes. Sed qd ſequit? Et aduenit ira tua. Quia enim ſic iratę fuerunt Iu dei cũ gentibus vt interficerent Meſſiã ſuũ: ſuꝑuenit grauiſſima ira tua vt diſꝑderes eos: ⁊ ciuitaté ſctãm eorũ deſtrueres. Quod factum eſt deniqꝫ a Romanis ipſis. q ⁊ ipſi ſimiliter ꝑierũt in ira dei: nam poſtꝗ occidere ceperunt ſctõs, amiſerunt impiũ orbis. Quo ſenſu ce cinerunt ſcti ſeniores canticũ hoc deo oĩpotenti. Erunt q contrito An tichriſto hoc idé canant. Et ẽt poſtea ꝗ eccłia liberata fuerit a perſe quutione Gog ⁊ Magog. id qđ principaliter locus ſcripturę huius videt reſpicere. Ideo ſequit. Et tempus mortuoꝝ, ſupple, aduenit. vt iudicent. Nãqꝫ qđ inſtat iam aduenisse dicit. Tam ampla eſt huius breuis cantici intelligentia, vt tria tẽpora cõplectat: Iudeorũ primũ ⁊ gentiũ Romanorũ: deinde qđ erit poſt Antichriſtũ: hinc vero qđ Gog ſequet ⁊ Magog. Dicat ergo. Et iratę ſunt gẽtes: ⁊ aduenit ⁊c.

Ordo iuſticię eſt, vt nemini iraſcat deus, niſi ille prior fuerit iratus in deũ, cõtemnens legé eius quę omnino ſpiritualis eſt, vnde etiã ꝓdit ira dei ꝑ zelũ iuſticię eius, ſicut dixit David, Extunc ira tua. Pſal. 75. Cuius irę nemo reſiſtere valet, Iob. 9. Eſt ergo ſenſus. Quia te prędi cante iuſtitiã, gentes pęnitentiã recipere noluerunt, magis auté iratę ſunt ⁊ infremuerunt aduerſus dñm deũ oĩpotenté, ⁊ aduerſus chřm eius: iuſte nũc vltrix ira tua ſeuit, vt diſperdat illos, tanꝗ diuinę ma ieſtatis cõtemptores, ⁊ vltro oblatę grãę repulſores. Vel aduenit ira tua, id eſt cito adueniet, cuiꝰ iã qdã initia cœpta ſunt. Ira dei maniſe ſtatio iuſticię eiꝰ eſt aduerſus ipios quos punit: nec in ipſo punit mu tationé, ſꝫ in effectu. Iuſticia. n. dei ipune mala elabi nõ ſinit, q multo in finé plus ſeſe exeret in vltimo die, q tps mortuoꝝ eſt, vt iudicent re ſuſcitati a mortuis. Sequit, Et reddas mercedé ſeruis tuis ꝓphetis, ⁊

Deus iraſcit᷒ priꝰ iraſcenti.

ſctis, ꝛ timētib⁹ nomē tuū. Hoc addit, ne putaret oēs iudicio hoc ꝯdē naturus: ſed ꝙ bonis merces rependeret puſillis ꝛ magnis, oibus ꝑ merito. ꝓphetis primū, hoc eſt, ſacri verbi dei annūciatoribus: deinde alijs ſctis timentibus nomē ſanctū dei. ergo coniunctionē hanc, ꝛ, expoſitiue pro id eſt: vt exponat ꝛ declaret, q ſint hi ſcti, q timētes nomen dei, cape. Deniq; vbi in fine dicit, Et exterminandi eos, q corruperunt terrā: ſubintelligendū eſt, aduenit tēpus, id eſt, adueniet cito, qđ iudicij eſt: quādo ꝛ pij remunerabunt, ꝛ impij mercedē iniqtatis recipient. Hic cōſummabit myſteriū dei, prout declaratum eſt. Ex hoc loco palam eſt, ꝙ̄ multū velint ſcti ꝛ dilecti dei vbiq; regnare deū, ꝛ ꝙ̄ cupiāt iudicij tempus, vt eoꝝ glīa reuelet, vtq; exterminent ij, qui corruperunt terrā, vel ꝑ peſtilētē doctrinā, vel ꝑ malā vitam. Deniq; nihilominus palā ꝛ hoc eſt, inſignes quoſdā ſctōs, ꝛ ſummates eccleſię ꝛ doctores per ſeniores debere intelligi. Poſtremo ꝙ in voce ſeptimi angeli cōſummabit myſteriū dei, iuxta vaticinia ꝓphetarū. Tandem, corruptores terrę ſunt, hęretici, hypocritę, raptores, ꝛ q ſe vicijs ꝓfligant, crapula, ebrietate, ac luxuria, ꝛc̄. Hi oēs in fine ſeparabunt de medio iuſtoꝝ, ꝛ mittent in caminū ignis, vbi erit fletus ꝛ ſtridor dentiū. Matth. 13. ꝛ. 22. Sic ergo exterminandi hos adueniet tēpus irę ac iudicij dei, quando dicet eis, Ite maledicti in ignē ęternū ꝛc̄. Cuſtodiat nos dn̄s ab hac maledictione, ꝛ igne, receptos ſemel in conſortiū fidei eoꝝ, q ſelecti ſunt in regnū eternū. Amen.

# CAPVT. XII.

## DE TEMPLO DEI ET ARCA TESTAMENTI. SEC. 1. PVN. 1.

ET Apertū eſt templū dei in cœlo. & viſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius.

Hęc eſt viſio quarta principalis, vna ex ſeptem, in qua innouat iterū reuelationem myſterij Eccleſię ſuę ebis, reſumens ab exordio, ſub alijs verbis, ꝛ ſignis. Ubi aduertendū ꝙ cœlū ſignificat Eccl̄iā, ſeu collectionē vniuerſalē fideliū: Templū, ſacer locus in ea eſt, vbi dn̄s deus omp̄s colit, ꝛ inuocat, qđ apertū in nouo teſtamento ideo dicit, ꝙ pateat oībus quicunq; ob cultū dei ingredi voluerint: vbi ſunt dei aures apte ad exaudiendā precē orantis, oculi quoq; ſimiliter aperti ad reſpiciendū q quali corde ꝛ affectu intrēt in illud. Sed altiori ſenſu magiſq; ſpūali tēplū hoc apertum memorat: quo ſcilicet intelligeres myſteria dei omnia ſic retecta eſſe ꝑ ebīm ꝙ appareat palā cuiuis arca teſtamēti deiq; ꝓpitiatio: vt ſit iā apertus ad deū acceſſus. Unde bn̄ qdā ſcripturā ſacrā ꝑ tēplum intel

Cęlum eccleſia.

ligunt,in qua colit,⁊ adorat deus: quę figurarum inuolucris olim
clauſa erat,nūc reuelata p chrm.Ipſe enim apuit eā,quando in ſe im
pleuit myſteria redemptionis noſtrę:qđ nemo alius potuit: q ſolus
iuſtus ⁊ ſctūs fuit,deus ⁊ hō:q poſt ſuā reſurrectionē aperuit ſuis ſen
ſum vt intelligerent ſcripturas:qbus ⁊ dixit,Qm ſic ſcriptū eſt: ⁊ ſic
oportebat chriſtū pati,⁊ reſurgere a mortuis tertia die:⁊ pdicare in
nomine eius pœnitentiā ⁊ remiſſionē pctōꝝ in oēs gentes.Luce vl
timo.Arca teſtamenti myſteriū incarnationis filij dei eſt ⁊ dei propi Arca teſta
tiatio in illo:q ad modū illius arcę teſt.⁊ tabulas intra ſe moyſi te menti.
nebat,q legem nō ſoluere venerat,ſed adimplere: (Quia nimirum
quotquot dei pmiſſiones ſunt,impletę in illo ſunt,)⁊ vrnā auream
Manna continētē: qa ſpiritualē pabulū corpus ſuū p manna illud
vetus figuratū nobis conſecrauit deditq; edēdū.Panis enim dei eſt,
q de cœlo deſcendit,⁊ dat vitā mundo.Joan.6.Et virgā Aaron, quę
autoritas directionis ⁊ magiſterij eius eſt.Ipſum nanq; dedit pater
pceptorē mundo,metatorē tēpli ſui.Sic ergo apto tēplo apta ſcri
ptura ſacra adituq; ad deū patefacto,arca teſtamenti viſa eſt in celo:
qa reuelato ecclię myſterio patuit oibus credentibus notitia incarna
ti dei:reuelataq; veritas eucharistię eius eſt.Sed qđ eſt q nō ſimpli
citer arca dicit,ſed cū additamento teſtamenti eius?aut qđ teſtamen
tū eius eſt?Quia altius hic myſteriū veritatis inſinuat, altius rem
ipſam exordiar,⁊ plenius pſequar,mō adſit mihi fauor diuinus.Si
quidē olim deus quandocunq; inſigniter fœdus inijt cū plebe ſua, Federis ſi
ſignū aliquod velut obſides pacis apud illā relinquere ſolebat, qđ gna deus
obſeruari venerariq; ab omnibus in primis volebat,⁊ in eo ſibi ſer apud po
uitiū exhiberi:p qđ innoteſceret,qa ex infenſo iā deinceps propitius pulū ſuū
redditus eſſet illis.Unū erat,circunciſio data Abrahę, Gen.17.Ubi relinqbat.
dnm deū legis dixiſſe ad illū.Ambula corā me,⁊ eſto perfectus,po
namq; fœdus meū inter me ⁊ te.Et iteꝝ.Ponā pactū meū tecū, eriſq;
pater multaꝝ gentiū:nec vltra vocabit nomē tuū Abrā,ſed appella
beris Abrahā:qa patrē multaꝝ gentiū cōſtitui te:faciamq; te creſce
re vehementiſſime:reges ex te egredient.Et poſt pauca.Tu ergo cu
ſtodies pactū meum,⁊ ſemen tuū poſt te,in generationibus ſuis:hoc
eſt pactū meū,qđ obſeruabitis inter me ⁊ vos:circuncidetur in vobis
oē maſculinū,⁊ circuncidetis carnē preputij veſtri, vt ſit in ſignū fœ
deris inter me ⁊ vos:Eritq; pactū meū in carne vr̄a in fœdus eter
nū.Deniq; iterū quū fœdus cū Moyſe,⁊ Iſraelitis iniret, vt eēt ipſe
dñs eoꝝ,ille vero ppl's ⁊ oues paſcue eius:dedit duas tabulas lapi
deas,in qbus erant decē verba fœderis, hoc eſt precepta decē.Exo
di.31.Preterea placuit eidē dño deo oipotenti ſicut legis Exod.37.vt
fieret arca de lignis ſethim,quę cariē non ſentirent, nec putreſcerent
vnq̄:cuius longitudo haberet duos ⁊ ſemis cubitos:latitudo cubitū Arce dei
⁊ dimidiū:altitudo ſimiliter cubitū ⁊ ſemiſſem.Et hanc quidē auro forma.
mundiſſimo intus ⁊ foris obductā eſſe voluit:quę coronā aureā habe
ret ſup ſe p circuitū:⁊ quatuor circulos aureos:in qua poſita fuit vrna

aurea, de qua Exod.16.legit, ꝙ pręceperit Moyſes, vt ſumeret vas vnũ, ⁊ mitteret in illud Mãna quantũ pōt capere Gomor, reponeretq; corã dño, ad ſeruandũ in generationes ſequentes. Teſtatur et Paul⁹ ipſe in arca fuiſſe vrnã aureã, in qua Mãna erat: virgã quoq; Aaron, quę fronduerat, ⁊ tabulas teſtamẽti, hoc eſt, pręceptorũ dei, ſcriptas vtraſq; digito dei, Hebr.9. Cui ad latus ꝑſitu erat Sephor thorath, id eſt liber legis. Sic enim Exod.24.legit. Scripſit aũt Moyſes vniuerſos ſermones dñi: ⁊ mane ꝯſurgẽs ędificauit altare dño ad radices montis, ⁊ duodecim titulos, per duodecim tribus Iſrael: miſitq; iuuenes de filijs Iſrł, ⁊ obtulerũt holocauſta, imolaueruñtq; victimas pacificas dño, vitulos duodecim. Tulit itaq; Moyſes dimidiã partẽ ſanguinis, ⁊ miſit in crateras: partẽ autẽ reſiduã fudit ſuper altare: aſſumenſq; volumen fœderis legit audiente pplo: q dixerũt: oĩa quę loquutus eſt dñs faciemus, ⁊ erimus obedientes: Ille vero ſumptũ ſanguinẽ reſperſit in pplm, ⁊ ait, hic eſt ſanguis fœderis, qđ pepigit dñs vobiſcũ ſuꝑ cunctis ſmonibus his. Dicebat itaq; arca teſtamenti, ſiue fœderis, hac ratione, ꝙ in ea tabulę teſtamenti, ⁊ circa eã verba fœderis erant, de qua hic mentio fit: quã chri incarnationẽ, id eſt, incarnatũ deũ referre diximus, vt nō ab re ſemꝑ ſuꝑ arcã ſediſſe dñm deũ exercituũ creditũ ſit ab eis: ſiue hęc fuerit in caſtris, ſiue iuxta Iordanẽ, ſiue iuxta Hiericho, ſiue in domo Obededom, ſiue i Silo, ſiue apud Philiſtęos, ſiue in domo Aminadab, ſiue in tẽplo Salomonis. Sic enim ſacra Regũ hiſtoria ꝓdit, ꝙ dũ ppls miſerat in Silo, ⁊ inde tulerant arcã fœderis dñi exercituũ, ꝙ ſederit ipſe dominus ſuꝑ cherubin: hi fuere ambo aurei, ⁊ ꝓductiles ex parte oraculi expandentes alas, ⁊ operientes vtrunq; latus ꝓpitiatorij, reſpicientes ſe mutuo verſis vultibus in ꝓpitiatoriũ, quo operiebatur arca, in qua poſitũ erat teſtimoniũ dei. Sed qa ꝑ Ezechielẽ vatẽ ſuũ ꝓmiſerat dñs nouã legẽ, nouos ritus, nouũ ſpũm, nouũq; teſtamẽtũ: ideo nouiſſime pacto ſempiterno fœdus inire, nō cũ vno Iudęorũ pplo, ſed cũ toto genere humano decreuit ꝑ chřm: q cōplens omnib⁹, quę cōplenda erant: pro figurarũ inuolucris, ꝓ hoſtiarũ diſſerentijs, ꝓ legalibus ceremonijs, tandẽ nouũ ꝓpoſitionis panẽ inſtituit, ⁊ ſuum ſanguinẽ ꝓpriũ calicẽ noui teſtamenti dedit: in qbus teſtatur ꝓ charis habere ęternũ nos: ideoq; noui teſtamẽti panẽ, ⁊ calicẽ dici maluit. Sic eni Matth.26.legit. Bibite ex hoc oẽs: hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, q ꝓ multis effundet in remiſſionẽ pctõrum. Marcus autẽ euangeliſta hanc inſtitutionem his verbis deſcripſit, cap.14. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: q ꝓ multis effundet. Lucas vero cap.22. ſic expreſſit, Hic eſt calix nouũ teſtamentũ in meo ſanguine, q ꝓ vobis fundet. Deſcripſit ⁊ Paulus, Hic, inquiẽs, calix nouũ teſtamentũ in meo ſanguine. Viſa eſt ergo arca teſtamenti id eſt fœderis nouiter initi cũ deo ⁊ ſempiterni, qđ corporis ⁊ ſanguinis dñi eſt ſacramentũ in tẽplo eius. Ita enim videbat Ioanni, vt arca teſtamenti tali myſterio eſſet ꝓpoſita in tẽplo dei. Sacramentũ dico,

**Arca teſtamenti cur vocaretur.**

**Eucbariſtię inſtitutio.**

vel ſignū ſacrę rei, vel res realiter ipſa in ſigno contenta. Res, quia realiter inibi chřs cōtinet: ſignū quoq; nouit̃ pacti fœderis, quo pro charis habet nos deus. Diximus in arca illa teſtamenti māna conditū fuiſſe, de quo p̄ quadraginta annos ppl's Iſrael in deſerto nutriebat, qđ de cęlo inſtar ſeminis coriandri albi cadebat, vt habet Exodi. 16. Et in hoc ſacramēto, qđ p̄ Māna figurabat, hoc eſt, verū corpus chři, & verus ſanguis nobis in cibū & potū tradita continentur: cuius veritatē p̄ ſemetipſum dñs Ieſus pnuncians ait, Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Ioan. 6. Rurſumq;, Panis, quē ego dabo, caro mea eſt, p mundi vita. Quod autē proferret, iuramento veritatis aſtruxit, dicens, Amē dico vobis. de hac re verba faciens dñs, Ioan. 6. octies cōfirmat p̄ Amē. Et quū adhuc litigarent Iudęi dicentes ad inuicē, Quomō pōt hic nobis carnē ſuā dare ad manducandū? Iterū verbo veritatis quaſi iuramento firmauit dicens, Amen amen dico vobis, niſi māducaueritis carnē filij hois, & biberitis eius ſanguinē: non habebitis vitā in vobis. Quo maxime doceret magiſter veritatis, imo ipſiſſima veritas, qđ de hoc ſacramēto ſentiendū ſit, ſub arcę noie deſignato: qđ aperto tēplo, id eſt patefacta veritate, venit in noticiā hoim, vt crederet ab oibus ſicuti eſt, eē ſcilicet chřm realiter in ſacramento altaris, in quo fœdus ppetuū firmatū eſt. Legalibus quippe finē impoſiturus dñs Ieſus ſacramētis, poſtea q̄ legalē eā cœnā finierat cū diſcipulis ſuis, in ſctās ſuas ac venerabiles manus panem accepit ac fregit dicens, Hoc eſt corpus meū, qđ p vobis tradet: Similiter & calicē, poſtq̄ cęnauit, dicēs, Hic eſt calix noui teſtamenti, q̄ p multis effundet in remiſſionē pctōrum: hoc facite in meā cōmemorationē. Hac iuſſione & inſtitutione audenter freti Apři, cūctiq; ſacerdotes, p̄ totū terrarū orbē: ſacroſanctum, & nunq̄ ſatis laudandū Eucharistię ſacramentū, qđ viſum eſt in templo dei, conſecrare cōſueuerunt: ex pane corpus, ex vino ſanguinē conficientes: & nos conficiamus oportet, qm̄ vita eſt nobis, & dei propitiatio. nec Sirenis hęreticis contradicentibus aſſentiamus. Dñs dicit, Amē dico vobis, niſi māducaueritis carnē filij hois, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitā in vobis. Et, hic eſt panis qui de cęlo deſcendit. Et, ego ſum panis viuus. Noli mirari q: panis eſt, & caro chriſti eſt. Potentiſſimo dei verbo fit ex pane caro: q̄ dixit, & facta ſunt. Deus dixit fiat lux: & facta eſt lux. Gen. 1. Operatorius eſt ſermo dei, efficax eſt, vt faciat qđ dicit: alias in quo excederet cōem ſermonē hoim? q̄ dūtaxat ſolet ſignificare, nec efficere illud qđ ſignificat. Dei ſolius ſermonis eſt efficere qđ dicit. dicit ergo & facit. Dicit ſic, hoc eſt corpus meū, qđ p vobis tradet: &, Hic eſt ſanguis meus, &c. vt nō in tanta re heſitemus: ſed firma fide ſimus. Cōtemplemur arcā dei in templo eius: qđ ſuis myſterijs patefactū eſt nobis. Supra hominem hic fieri oportet hominē, vt ſincere veritatē contēplet. ¶ Punc. 2.

Euchariſtia res et ſignum.

Euchariſtię inſtitutionis modus.

Et facta ſunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmo-

rus, & grando magna.

Poſt vbi apertũ eſt myſteriũ regni dei, palamq́ꝫ conſpecta arca diuina: ſtatim (mirũ dictu) ſubſequuta ſunt fulgura, ⁊ voces, ⁊ tonitrua, ⁊ terręmotus, ⁊ grando magna. quę ſunt p allegoriã dicta. quatinus cęleſtia reb⁹ celeſtib⁹ ꝓpinqui⁹ explicent, pluſq́ꝫ a nobis capiant. Fieri eni nõ põt qn tonitribus magnis, iaculatiſq́ꝫ fulguribus, tremore fraq̃tiat: ad quę ſępenũero grãdo ꝯſequit, iuxta illð Vergilij Aeneid. 4.

Interea magno miſceri murmure cœlum,
Incipit, inſequitur commiſta grandine nimbus.

Nanq́ꝫ vbi aploꝝ prędicatione cœlum, qð eſt ecclĩa, intonuit: fulgura iaculata ſunt, crebris micauit ignibus ether, terra ab imo fundamine quaſſata contremuit, ſequuta eſt ⁊ grando magna.

Predicatiões aploꝝ fulgura ⁊ tonitrua

Fulgura ardentes aploꝝ prędicationes ſunt: tonitrua, diuinarũ ſcripturarũ autoritates quę voces prophetarũ ſunt: qbus nõ raro vtebant Apoſtoli: terręmotus autẽ hoim corda ad ſuſcipiendã fidẽ cõmota. Neq́ꝫ.n. tanta res abſq́ꝫ cõmotione fieri potuit, vel in principio ſuſceptionis fidei, vel poſt in demutatione terręnę vitę in cœleſtẽ, vt dicerent. Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt, vt adhęc recto ordine ſecuta ſit grando acrioris ꝑſequutionis tyrãnoꝝ gentiliũ. Quę quidẽ ꝑſequutio ꝓprie p grandinẽ ſignat: grando quippe dũ cadit nocet: ſed vñ nocet inde ſe cõminuit. Sic multi infideliũ cadentes ſeſe cõminuebant, dum a ſęuicia conuerſi ſub chriſti iugo ſę humiliabant. Accipe aliud quoq́ꝫ myſteriũ: grando terrę naſcentia vaſtat, ſed vaſtando terrę proficit, quando in aquã deliquata eã humectat, ⁊ fœcundat. Flebat nãq́ꝫ vt fuſo martyrũ ſanguine, ecclĩa ipſa fœcundior fœtu fieret: dũ ꝑſpecta coꝝ cõſtãtia plures cõuerterent. Dicebant enim, nunq̃ iſti boni viri tã libenter ꝓ chřo Ieſu morerent, niſi eis conſtaret aliã multo hac vita meliorẽ: ⁊ illũ ipſum viuũ potentẽ ac iuſtũ regnare felicitate meliori, q poſſit eis reddere pręmia meritorum.

Eccleſia martyruꝫ ſanguine fęcũdabat

Ecce nos idola ſurda ⁊ muta colimus, quę nihil nos iuuare poſſunt: ſed nec bñfacere: opa enim manuũ nraꝝ ſunt: nobis authoribus dij conſtituti, nullũ numen vltra habentes. Quid igit tanta cęcitate diu opprimimur? cur veritati credere nolumus? cur reſpuimus vitã hac longe meliorẽ, ad quã illi tã proniter currunt? Sicq́ꝫ ſeſe mutuo cohortantes ad fidem certatim cõuolabant. Mouebat igit terra a fundamento, dũ fulgurarẽt, dũq́ꝫ tonarent apli, dũ voces ſacroꝝ fidei myſterioꝝ ederent, nihil ſęuiſſima perſecutionis grandine vltra in eis ꝓficiente, q̃ ꝙ ſe in primis cõminueret, in ſeq́ꝫ dirus furor cõuerteret: nõ mediocriter interim eccleſię in feraciſſimã fœcũditatẽ ꝓficiens. Mouebatur itaq́ꝫ ⁊ ipſo motu ꝓficiebat. Quid eſt qð dico fratres? Intelligite. Nõ enim fruſtra, nec temere ſacroſancta fides ab eis ſuſcipiebat, quãdo magna contẽtione exprimebat vita Ieſu in ipſis, cadebat ſupbia, altitudo humiliabat: calcabant faſtigia queq́ꝫ mundi, honores reſpuebant: aurum ⁊ argentũ vitę erant adminicula tantũ non auaricię pabula. Si quis

Fides antiquoꝝ credentiũ nõ vana.

vicio

vicio vel levi laborare depḣendebat̃,ꝓ portento habebat̃,flagrabāt oim pectora diuino igne,nemo male cōcupiſcebat:inuidebat nemo: ſic dolebant ſinguli quiq; de alieno malo tanꝗ̃ de ꝓprio.Sic ergo mouebat̃ terra,⁊ motu ſuo ꝓficiebat.Sed vide rex ordinē:prius fulgura vibratis coruſcant ignibus:hinc voces ꝓdunt̃.Quia nimirū ſancti prędicatores primi tp̄is,lucis primū exempla de ſe mittebant: ac ſic deinde fidei verbū diſſeminabant,indicantes ſane nihil cōmercij eſſe fidei cū vicijs,plurimū aūt cū virtutibus, quas ſolas agnoſcit fides:⁊ ita agnoſcit,vt eas ſolas oſculet̃, habeatq; amicas.Fulgura ſunt ⁊ miraculoꝝ vibrata lumina, qbus ap̄ſi magno vſu eccleſię crebreſcebant,incunctanterq; mortales excitabant.Petrus prius ad ſpecioſam portam ſolidatis plantis claudū ex matris vtero in pedes mirantibus pp̄lis ſubito erexit:ac deinde Judęoꝝ mentes ad fidem verbo ſctē exhortationis inſtruxit.Unde ēt ꝓuenit,vt tanto fructu prędicatio eorū ſuccederet,quando noſtra vix exiguo ſuccedat vſu apud iam credentes licȝ. forte qa lucis exēpla obtenebrata ſunt in nobis : nec eo feruore prędicatio,vt olim,fulguret e nobis:nō eſt vltra guſtus ſpūs in ſermone nr̄o,quādo philoſophia pręualuit : vt argutię plus ꝗ̃ pietatis habeat.Scindimus,diuidimus,euripis niliſq; nr̄is excurrimus:⁊ ſuſpēſam plebeculā ſine vllo paſtu relinquimus.Uideas iā pleroſq; paſſim ꝓ mercede docere Euangeliū,quandoq; etiā vita reclamante.Placent ne hęc chriſto,q ſuos ab omni auaricia excuſſos eſſe voluit,pauperes ſpū,quos lucē mundi,ſal terrę fore iuſſit?Sunt deniq; ⁊ grauiū cōminationū,ac excōicationū contra rebelles,in eccleſia tonitrua.Jtidē iudicij diuini intentatiōes.Poſt voces tonitrua ſiunt:qa videlicet hi,q forte miracula nō aduertunt,nec ſctōrū exemplis adeo intendunt,verba ſaluiferę exhortationis minus capiunt: terroribus cōminationū,excōicationū vi,ſi ꝓdigioſi ſint,ac iudicij diuini intentationibus magis cōmoueant̃.Senſus igit̃ verbi eſt.Mox vbi chriſtus declaratus eſt orbi, cœpitq; in eccl̄ia ab oībus conclamari,adorari in Eucbariſtia, erupere ſimul ⁊ voces prędicantiū in ſignis ⁊ virtutibus:vnde terrena hoim corda ad celeſtia appetenda nō ſine vi cōmouerent̃:pſequutorūq; rabies cōtra eccl̄iam efferueſceret.qđ grando magna vtiq; erat.qua varie cęderent̃ credentes : nec tamē deficerent,imo multiplicarent̃ in immenſum:vt maiori etiam liuore draco contra eos inſurgeret.Jn quod ſequitur. ¶Punc. 1.

Apl̄orum prędicationis ſucceſſus.

Prędicatorū nr̄i tp̄is ſterilitas.

Et ſignum magnum apparuit in cœlo : mulier amicta ſole,& luna ſub pedibus eius.

Apl̄is per vniuerſum mundū prędicantibus,ſignum hoc apparuit,⁊ non niſi in cœlo,ꝙ mulier amicta eēt ſole,quę lunā calcaret pedibꝰ: qđ ꝓfecto magnū ſignū erat:magnę videlicet rei conſignatiuum.Signū nāq; res eſt aliqd aliud ā ſe ſignificans.Significat aūt ꝙ eccl̄ia ꝑ mulierē ob fœcunditatē intellecta,⁊ qa viro iuncta ſit, gignatq; plē ex accepto a viro ſemine,cincta ſit ſole iuſticię,q chriſtus eſt:quę

Eccl̄ia per mulierem pſignata.

mutabilia calcat,arbitrans oīa vt ſtercora.Duplici ergo de cauſa,eccleſia p mulierē deſignata eſt:tum qa viro iuncta ſit:tum qa fœcunditate fundit in fetus,⁊ hoc nō niſi ſuſcepto a viro ſemine: ⁊ eccleſia celeſti ſponſo,nō dubiū,quin chřo iuncta,fecunditate diuini ſeminis accepti a viro ſuo diffundit in multiplices foetus:dicente Eſaia,Letare ſterilis,que nō paris:erūpe,⁊ clama,que nō parturis: qa multi filij deſerte,magis ꝙ eiꝰ,que habet virū.Eſa.54.Gal.4.Eccleſia hec illa eſt,que eſt ex gētibus:que prius erat deſerta ⁊ ſterilis donec ſine viro fuit:poſtea chriſto iuncta p fidē multiplices ꝓgenuit foetus,nec gignere deſijt,ſemine verbi ſcti dei.Pauli ea vox eſt Ephe.5.Eccleſia ſubiecta eſt chřo.Deniq̃z,viri diligite vxores veſtras,ſicut ⁊ chriſtus dilexit eccliam:⁊ tradidit ſeipſum ꝓ ea,vt ſanctificaret eā,mundans lauacro aque,in verbo vite,vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam,non habentē maculā aut rugā,aut aliquid huiuſmodi:ſed vt ſit ſctā,⁊ immaculata.Porro ſi curā matrū reſpicias, qua nutriunt ⁊ fouent filios, iure ⁊ hac ratione p mulierē intelligit ecclia:que primo abluit aqua

Eccle cura erga filios.

baptiſmatis infantem,quē ſuſcipit:fonte nāq̃z baptiſmatis purificat ab originali tabo,fouet in ſinu,miris modis curā agit,nutrit vite verbo,veſtit virtutibus,educat ſctis inſtitutionibus: flenti tergit ꝓprijs ipſa manibus lachrymas,repromittit veniā,blandit,baſiat,conſolat ⁊ ꝯfirmat.Quod ſi inſolentior aliquando puer euadat,obiurgat, increpat,caſtigat:vtq̃z vitā in melius vertat hortat.Agit ſepe cauſam apud virū ꝓ delinquente:excuſat,defendit,abiectū reuocat, reconciliat,exheredatū ob culpam reſtituit.Que oīa circa nos agit accuratiſſima iſta dilectiſſima mater nřa,tā dulcis,tā benigna,tā ſuauis,dico ecclia:que ſinu ſuo cōplectit nos,⁊ fouet,⁊ ſubinde offert viro ſuo chřo.Iā cur ſole amicta ſit mulier hec ſctā vel exhinc vides qa chřs eā cōplectit. Mulier inquit amicta ſole:a quo accipit virtutē,tū procreandi,tū bñ opandi.Neq̃z enim ſine eo quicꝙ efficere valet,a quo habet oīa.Paulus dicit.Oēs quotquot baptizati eſtis , chřm induiſtis.hoc eſt mulier,qđ collectio oim credentiū que eſt in chriſto Jeſu: vt bene tropus dicat mulierē fore amictā ſole.De quo ſcriptura ait, Vobis aūt timentibus nomē meū,oriet ſol iuſticie,Malach.4.Jam ſcimus arbitror cur mulier ſole amicta dicat: ideo nāq̃z vt virtus ſit illi ex ſole a baptiſmo,in quo ſtat oē myſteriū allegorie.id eſt,qcqd

Mulier ſole amicta btā virgo Maria.

hactenus tractauimus de ipſa p allegoriā , hoc ſolo exprimitur.Sic amicta, ſicut qſq̃z credit,⁊ baptizat in chřo.Sunt q preſentē locum ſcripture,ſctē dei genitrici tribuant:velut ipſa ſit illa hec mulier amicta ſole,que chřm geſtauit in vtero ⁊ carne indutū peperit,vt nō raro ēt ſermones ſuos in eiuſdē cōmendationē ab hoc themate incipiant: ſed quomō que ſequunt ipſi intemerate virgini , que ſine dolore peperit chřm orbis ſaluatorē,cōgruant,nō video.Donemus tamen vt apte punctus ſibi cōueniat:ſit enim ſepe,vt que de eterna dei ſapientia ſcripta ſunt,nōnullis ſacre ſcripture in locis ſacre genitrici ſine iniuria tribuant:qñqdē ipa virgo mater de ſuo corpore amictu pulcher

rimę ac illibatiſſimę carnis eā veſtierit, lactauerit vberibus, vlnis ge-
ſtauerit, atq; multā eius curā habuerit, vt nō illiberali conſilio hono
rē ſibi ꝓprie debitū in ſcripturis eidē cōem fecerit. ſicut illud. Ab ini-
tio, ⁊ ante ſc̄la creata ſum, ⁊c̄. Et, Dñs poſſedit me initio viaꝝ ſuarū,
anteq̄ qcq̄ faceret, ⁊ cętera huiuſmodi. Eodē mō et is locus ſcriptu-
rę quota ſui portione eidē tribuit, que eſt nobiliſſima portio eccleſie.
Quę equidē tunc in primis amicta ſole fuit, quando virtus altiſſi-
mi eā obumbrauit: illūq; intra vterū concepit, q intra oīa, extra oīa,
ſupra oīa: ⁊ infra oīa, exiſtit incōprehenſibilis. Salomone atteſtante
q ait. Cęli ⁊ cęloꝝ celi illū capere nequeunt. 3. Reg. 8. cui luna ſic ſub
pedibus fuit, vt a nemine hęc rerū mutabiliū cupido ita calcari po-
tuerit ac cōtēni: tametſi Paulus arbitratus ſit oīa ceu ſtercora. Duo-
decim aūt ſtellę, quę in capite eius micant, inſignia ſunt virtutū, qui-
bus pręſtat in cœleſtibus, ob ꝑfectionē numeri duodenarij. Sed vt
ad inſtitutū ex hoc quaſi diuerticulo reuertamur. Diximus qd luna
ſit ſub pedibus huius btē mulieris ecclię, qa rerū mutabiliū cupido,
quę illi nihil oīno dñata eſt. Quocirca nō ſuꝑ caput ſed ſub pedibꝰ
eſſe ꝓhibet. Luna enim ſępe mutat, ⁊ nunq̄ in eodē ſtatu permanet,
creſcit enim aut decreſcit cōtinue: ꝑ quā ⁊ ſtulticia, nō quā Paulus cō
mendat, ſed quę mundi amatores ligatos tenet, intelligit: ſicut ſcri-
ptū eſt. Eccl. 27. Stultus vt luna mutat. Nec te moueat qa ꝑ mulierē
(ſicut res eſt) eccleſiā figurari aſtruimus, quę antea ꝑ cęlū figurabat.
Hic namq; ex circunſtātijs cęlū tropus eē ecclię nō pōt. Bene autem
mulier in cęlo viſa memorat, ꝙ cęleſtem vitā habeat, mutabiliaq;
ſpernat, qua ratione lunam calcat pedibus. ¶ Punc. 4.

Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.

Quia ꝑ mulierem eccleſiam figurari diximus, neceſſario caput eius
chriſtum intelligere debemus, de quo Apl̄us Paulus teſtat dicens, Ecclię ca-
Ipſum dedit caput ſupra oēm eccliam, quę eſt corpus ipſius, ⁊ pleni- put chr̄s.
tudo eius, q oīa in oībus adimplet. Ephe. 1. ⁊ cap. 5. Chriſtus caput
eſt ecclię. Sicut eni a capite vires dimanant in ſubiecta membra, ita
⁊ a chr̄o oīs virtus ecclie eſt, q eſt virtus ⁊ oē ornamentū totius cor-
poris. In hoc capite duodecim ſtellaꝝ corona, duodecim ſunt Apl̄i, Corona
q ſua prędicatione cęlū ecclie colluſtrarunt inſignius, diſpulerunt er- ſtellaꝝ xij
roꝝ tenebras luce veritatis illata. Quod ſi hi q docti ſunt ſtellarum apoſtoli.
noīe deſignant, Dan. 12. multomagis Apl̄i id ſunt, qui doctrina oēs
anteiere. Per hos enim duodecim apl̄os cuncti q ſunt in omni terra
crediderunt in chr̄m, ⁊ primū ꝑ eos caput victoriā de toto mundo aſ-
ſequutū fuit: q duodecim, ⁊ nō amplius vocati ſunt, multis in rebus
ab olim figurati. Hi ſunt duodecim fontes aquaꝝ in helim. Exo. 15. ⁊ Duodena-
Num. 33. Fontes quidē ſaluatoris, de qbus Eſa. 12. haurietis aquas riꝰ apl̄orū
de fontibus Saluatoris. Hi ſunt illi ſeniores ſuꝑ duodecim ſedes ſe- numerus
dentes, q iudicabunt duodecim tribus Iſrael. Matth. 19. Hi ſunt duo ab olim fi-
decim leonculi ſuper ſex gradus hinc atq; inde thronū Salomonis guratus.

ambientes.3.Reg.10.Hi ſunt illi duodecim boues,ſuper quos mare eneum impoſitū fuerat.2.Para.4.Hi ſunt lapides duodecim poſiti in medio Jordanis,Joſue.4.q noīe ſuo recēſent.Matth.10.Duodecim

Apl'orum nomina. Apl'oꝝ noīa ſunt hec.Primus,Simon,q dicit Petrus: ⁊ Andreas frater eius,Philippus ⁊ Bartholomeus,Jacobus Zebedei,⁊ Joannes frater eius,Thomas ⁊ Mattheus publicanus, ⁊ Jacobus Alphei,⁊ Thadeus,Simon cananeus,⁊ Judas ſcariothes,q ⁊ tradidit eum.Hi ſunt illi aplī ad duodecim ſigna Zodiaca, ad duodecim menſes anni,ad duodecim horas diei equati numero,miſſi in omnē terrā:qbus dedit dn̄s nr̄ Jeſus chr̄s,ptātē ſup oīa demonia,⁊ vt languores curarēt,demonia eijcerent,ſanarēt infirmos.Luc.9.Miſit au

Apl's miſſus latine. tē illos,Mar.6.vnde ēt apl'os a miſſione ſic dici voluit. Apl's enim miſſus interp̄tat:quos ſpirituali ſenſu inuenies vſq3 adeo abundantes,vt ēt duodecim cophinos e reliquijs fragmentoꝝ a cōuiuio dn̄i ijdē impleuerint.Hi in eccl'ia dei p̄matū citra controuerſiā tenent, iuxta ꝓphetiā Dauid:conſtitues eos principes ſup oēm terrā.ps.44. Sic enim ad Ephe.4.Paulus ait,Ipſe dedit quoſdā qdē apoſtolos, quoſdā autē ꝓphetas,alios vero Euangeliſtas,alios autē paſtores ⁊ doctores.Et.1.Cor.12.Quoſdā poſuit deus in eccl'ia:primo apl'os, ſcd̄o ꝓphetas,tertio doctores.Uocant autē ij ſpecialiter diſcipuli xp̄i, ꝙ ſpāliter eos erudierit,⁊ eiſdē familiarius ſeſe cōiunxerit,⁊ illi huic adheſerint familiarius,nuſꝙ ab eo recedentes,cuius ſemp lateri herentes,

Diſcipuli lxxij. preſſim veſtigia eius ſequuti ſunt.Tamē poſt hos deſignauit ⁊ alios ſeptuaginta duos,quos etiā diſcipuloꝝ noīe honorauit: quos miſit an̄ faciē ſuā in oēm ciuitatē ⁊ locū,quo ipſe erat vēturus.Lu.10. In his duodecim Apl'is vniuerſitas intelligit p̄latoꝝ,q tales eſſe debent vita,vt lux ⁊ exemplū,⁊ norma ſint ſubditoꝝ: vnde ēt bene p ſtellas figurant.Stellaꝝ nāq3 ſubſtantia pura eſt, ⁊ pfecta,aliene tamē lucis indigua:mutuāt enim a ſole lumen ſtelle qua ſplendeāt quaq3 cœlū exornent.Sic p̄lati puri eſſe debent,⁊ gratie veri ſolis xp̄i capaces:quā retinentes alijs lucere debent, atq3 exornare celū, hoc eſt,eccl'iā.Obſerua,qz he ſtelle in capite mulieris eē dicuntur ⁊ caput chr̄s eſt:pfecto dat intelligi,qz p̄lati nō debent querere que ſua ſunt,ſed que Jeſu chri:quatinus ornamento ſint capiti, ⁊ omne meritū capiti tribuant,vt ipſe chriſtus ſit omnia in omnibus, qui eſt ſuper omnes benedictus in ſecula ſeculorum.Amen. ¶Pun. 9.

Et in vtero habens clamat parturiens: & cruciatur vt pariat.

Uterus mens. Quā nihil iā iſta deipare virgini in ꝓpria pſona conueniant vides, niſi in myſterio,vt eſt pars eccl'ie:aut ēt ſpūaliter.Per vterū mēs ſiue memoria in ſcriptura capitur, vt ibi,Ex vtero ante luciferū genui te.

Eccl'ia parturiēs clamat. Pſal.109.Eccleſia ergo habet in vtero,id eſt.in mente recentiq3 ſemp memoria cōuerſionē filioꝝ,anxia cura ptractans,quo pacto omnipotenti deo couniat eos.Et ideo clamat parturiens orando, exhortan-

do, pꝛecandoqȝ, dicēs illud apl̄i, Filioli mei, quos iterū parturio, donec formet in vobis chꝛs. Gal.4. Et alibi, Per euangeliū ego vos genui in chꝛo Jeſu. 1. Coꝛ.4. Et cruciat, id eſt. aliquoꝛū ex erroꝛe anxia cura amareſcit, affligiturqȝ de impioꝝ ꝑuerſitate. De qua loquit dn̄s di. Mulier quū parit triſticiā habet, qa venit hoꝛa eius. Joan.16. Sicut enim mulier dum parit affligit, toꝛquet doloꝛibus, vexatur motu viui partus, ⁊ clamat ad deū poſtulans liberari ex illa hoꝛa, ne ſuperata ſuccūbat, ꝑicliteturue: Sic eccl̄ia donec ad ſalutē edat ꝓlem iam ſeſe mouentē viſceraqȝ toꝛquētē, triſtat ⁊ moeret. Jd qđ in Apoſtolo pꝛęceſſiſſe dudū aduertimus, ꝗ de Judęis pereuntibus triſticiā magnā, ⁊ cōtinuū doloꝛē in coꝛde geſtat, cū ait. Ueritatē dico in chꝛiſto Jeſu, nō mentioꝛ, teſtimoniū mihi ꝑhibente cōſcientia mea in ſpiritu ſctō: qm̄ triſticia mihi eſt magna, ⁊ continuus doloꝛ coꝛdi meo. Roma.9. Jdē ꝓ Coꝛinthijs quoqȝ, libēter impēdi deſyderat. 2. Coꝛ.12. Jn actis quoqȝ Apl̄icis, loquens Ephęſijs ait, Per trienniū nō ceſſaui quotidie cū lachꝛymis monere vnūquēqȝ veſtrū, Act.20. Cępit ergo is clamoꝛ in Apl̄is pꝛimū, ꝗ nō ceſſabant oꝛare ad dn̄m ꝓ filijs ſuis, quos parturiebāt ꝑ euangeliū in chꝛiſto: non ceſſabant deniqȝ monere, exhoꝛtariqȝ, quo conſtantes eſſent, ⁊ perceptā fidei gratiā ne vlla occaſione abijcerent. Clamoꝛ iſte eſt ⁊ foꝛtiſſimę, ac potētiſſimę annūciationis fidei, doctrinęqȝ chꝛiſti: ardoꝛis quoqȝ, zeli, ⁊ ſummi deſyderij, honoꝛis glîęqȝ bn̄i dei, ac ſalutis oim̄ ꝑ chꝛm̄ typus. Parturitio cōnixus meditationis ſummę, ⁊ cōtentio opationis ſanctę ⁊ ꝓficuę. Cruciatus aūt laboꝛ eſt ⁊ doloꝛ, ſeu inquietudinis angoꝛ. Cōſydera rei oꝛdinē. Pꝛius conceptus memoꝛat, deinde clamoꝛ: poſtea parturitio, hinc cruciatus, poſtremo oim̄ partus: vt nō aliter, ꝙ̃ mulieris carnale puerperiū, eccleſię quoqȝ ſpūalis fœtus ꝑficiat. Mulierē parturientē doloꝛ partus diſcruciat, ſed cruciatū tam diu in ſpe pꝛolis ſuſtinet, donec pariat: ⁊ eccleſia ſctā in ſuis ꝑfectis ſuſtinet doloꝛes tribulationū, donec aias ſaluti deſtinatas in lucē perfectionis edat, aut cęlo reddat btās, ſicut teſtat Apl̄us. 2. Coꝛ.4. Jn omnibus tribulationē patimur, ſed nō anguſtiamur: apoꝛiamur, hoc eſt, in rē ancipitē ⁊ dubiā incidimus, ſed nō deſtituimur (auxilio Dei:) humiliamur, ſed nō cōfundimur: ꝑſecutionē patimur, ſed nō derelinquimur: deijcimur, ſed nō perimus. Et poſt pauca, Oia autē ꝓpter vos, vt gratia abundans ꝑ multos in gratiaꝝ actione abundet in gloꝛiā dei. Pꝛopter qđ nō deficimus: ſed licet is ꝗ foꝛis eſt noſter hō coꝛrumpat, tm̄ is ꝗ intus eſt renouat de die in diē. Jd enim qđ in pꝛęſenti eſt momentaneū ⁊ leue tribulationis nr̄ę, ſupꝛa modum in ſublimitate ęternū gloꝛię pondus operat in nobis: nō contemplantibus nobis quę vident, ſed quę nō vident. Quę enim vident tꝑalia ſunt, quę autē nō vident ęterna. Uides eccleſię ſctē in ſuis ꝑfectis, ꝓ filijs ſolicitudinē: vides anxietatē, laboꝛē vides in parturiendo. Paulū pꝛotulimus, eccleſiā intellige loquentē: idē enim ſpūs loquit in Paulo, ꝗ ⁊ in eccleſia: hoc eſt verus, integer, ⁊ ꝗ confutari nequeat. Perfecti

nāq; ſepe pferunt aduerſa,ſpe confirmandę plis,quá verbo verita-
tis deo pcreant,mó in baptiſmo,mó in exhortando ad pęnitentiam.
Habent ergo in vtero,dū fideles ſunt,⁊ viſcera charitatis gerunt in
primū,in deū primū,clamantq; in zelo glorię dei,⁊ pcurandę ſalu
tis primi. Uel ſic,habent in vtero,dū meditant in alijs formare chri
ſtum:⁊ hoc dupliciter,vel noua fide imbuendo, vel ad penitentiam
reſtaurando:⁊ quádiu in tali expectatione occupant, tam diu labo-
Parturire quid ſit. ris cruciatū ſuſtinent. Parturire igit ante partū cruciari eſt,iuxta illō,
Ibi dolores vt parturientis. Pſal.47. verbū enim meditatiuū eſt par-
turio. Habes hinc ꝙ ſolicita ſit in pfectis eccl̃ia de filijs,q prędeſtina
ti ſunt ad vitá et ſunt in gratia:⁊ de his q nondū ſunt:aut q ſunt,mi-
nus tñ pfecti ſunt,p qbus graui admodū angore plerunq; turbatur,
metuens nequid abortiat:⁊ ideo in clamoré erumpit interno videli-
cet cordis dolore cópulſa. Primaſius ſic habet,Et erat pręgnás,men-
te,nó ventre: ⁊ clamabat in valle plorationis gemebunda,⁊ quos
parturit parit,⁊ iam genitos parturire nó deſinit. hęc ille, vt totú rei
myſteriū breuibus verbis explicare videat. Nunc repetamus viſioné
ab initio,Aptū eſt templū dei in cœlo: viſa eſt arca teſtamenti eius
in téplo:facta ſunt fulgura,⁊ voces,⁊ tonitrua,⁊ terręmotus,⁊ gran
do magna. Et ſignū magnum apparuit in cęlo,Mulier amicta ſole,
⁊ luna ſub pedibus eius:⁊ in capite eius corona ſtellaꝝ duodecim,⁊
in vtero habens,clamat parturiens, ⁊ cruciat vt pariat. Quare iſta
recenſuimus? nempe vt dicta recenti memoria teneres. Quę auté me-
morata ſunt,hęc oia in chřo quoq; impleta eſſe poſſumus aīaduer-
tere. Adueniente náq; eo in carne,⁊ veritaté docente, fulgura mira-
culoꝝ facta ſunt,voces inaudite antea pſonuere, nempe euangelij:
tonitrua quoq; cóminationum terrifica,ppl̃i cómotio circa eū. Nam
⁊ Iudęi aduerſarij in hoc vno ipſum coram Pilato pertinacius accu
ſabant dicentes,Cómouit ppl'm docens p vniuerſam Iudęam,inci-
piens a Galilęa vſq; huc. Luc.23. Ad quę grando magna pſecutio-
nū in eū ſubſequuta eſt,donec in crucem adigeret,poſt qué ⁊ ipſa mu
lier eccleſia cępit perſequi a dracone,De qua in ſequétibus plura.

## DE DRACONE RVFO SEPTEM CAPITA HABENTE, ET CORNVA DECEM, SEPTEMQVAE DIADEMATA. SEC. 2. PVN. 1.

ET viſum eſt aliud ſignū in cœlo. Et ecce draco rufus magnus,habens capita ſeptem:& cornua decé:& in capitibus eius ſeptem diademată.

Diabolus q multiplici calliditate venena ſuffundit draco rufus ap-
pellat,cruentus videlicet ⁊ ſeuus:vel rufus qa telis vtit ignitis con-
cupiſcentiá incendentibus. Eph.6. Ité q: furorū,⁊ indignationū ad-
uerſus ſctós dei plenus:quorum ſanguiné ſitit ſemp:⁊ is magnus ob

magnitudinē viriū, ꝙ nō ſit ſuꝑ terrā, qui illius robori valeat com/
parari: ꝓut ſcriptū eſt Job. 41. typū gerens oim pietati aduerſantiū, vt
recte alio longe diuerſo a priore viſus ſit ſigno, mira phātaſia. Quaſi
enim parū fuerit draconē eū eē, niſi tot capitibus ēt terribilis occurre
ret, inſuper ⁊ cornua decē contra obnitentes obuerteret, capita quoqꝫ
ipſa diadematis ſingulis redimita eſſent. Sed de noīe prima ſit inq/
ſitio, varie nāqꝫ in ſcripturis ſacris noīa huius ſerpentis antiq poſita
inuenimus. Prima eius appellatione draco ſiue ſerpens vocatur. ſic
Geñ. 3. Pſal. 57. 73. 90. ⁊ 103. Item Sap. 11. Eſa. 27. ⁊. 51. Ezech. 29. Se Demonis
cundo vitulus, Exod. 32. Item. 3. Regū. 12. Tertio leo. Pſal. 21. ⁊. 90. nomīa in
Ezech. 19. ⁊. 32. ⁊. 2. Timo. 4. ⁊. 1. Pet. 5. Quarto vrſus. Prouerb. 28. ⁊ ſcripturis
Dan. 7. Quinto pardꝰ, Dan. 7. Sexto beſtia oībus diſſimilis, Dan. 7. varia.
Septimo hō, Matt. 13. Prouer. 6. Hę ſunt appellationes eius, hęc ⁊
capita, ſingula ꝓ ſuis ꝓprietatibus, qbus vſus eſt ille ab initio, tum
ꝑ ſe, tū ꝑ ſuos. In ſerpente apparuit primis parentibus quos decepit.
Nocentiſſimū eſt hoc caput eius: nā peſtifero veneno infecit oēs: vt ſit
typus mortiferę malicię, venenatarūqꝫ ſit artiū eiꝰ. Tantū nocuit hoc
caput mūdo, vt dñs deus ꝑ id abominatus ſit hoiem: ⁊ pęnitētia ta/
ctus ꝙ illū creauerit furore vſqꝫ ad cathaclyſmū ſęuiente: neqꝫ enim
ceſſauit donec vniuerſam carnē diluuio deleret. Poſt diluuiū natum
eſt vitulinū caput illi, vt in vitulo diuinus honor illi impenderetur,
qđ initiū quoddā, typuſqꝫ erat totius ſequentis idololatrie: omniſqꝫ
impij cultus. Leo fuit in Aſſyrioꝝ regno, ⁊ chaldeorū duce Senna/
cheribo: q imenſa ſuꝑbia elatus oēm ferocitatē dentibus vnguibuſqꝫ
atrociſſime ceu leo ſęuus in hereditatē dñi irruēs conatus eſt exercere.
Eſt igit caput hoc typus inſignis ſuꝑbię, ac direptiōis. Porro vrſus in
Medis ac Perſis fuit, ꝑ quos extrema internitione delere molitus eſt
pplm dei. Quū enim Aman, (qui erat de ſtirpe Agag, quē in fruſta
concidit Samuel corā dño vt habet. 1. Reg. 15.) iniquū conſiliū de/
diſſet Aſſuero, actum fuiſſet de Judęis, niſi intentū malū in caput au
toris dñs deus retorſiſſet, ligno quadraginta cubitoꝝ Amano ſuſpen
ſo. Heſter. 7. Caput pardi fuit in regno Gręcorū. Quis neſciat pardū,
variū diſtinctūqꝫ colore eſſe: ita varius erat diabolus in Gręcis con/
tendēs oīno mutare legē dei, inqꝫ profanū redigere ritū: miniſtro An
tiocho, q appellatꝰ ē Epiphanes, id eſt, nobilis ſiue illuſtris: q duxit Antiochꝰ
exercitū ꝯtra ciuitatē hierlm, ⁊ eā expugnauit, ꝯtaminauit ⁊ tēplū dei, epiphāes.
auferēs oīa vaſa aurea ⁊ argētea ex eo: ⁊ inſuꝑ in ſacroſci nois di ꝯtu
meliā Jouis olympij noie vocauit. In Garizim autē qđ erat iuſſit co
gnominari Jouis hoſpitalis, vt Machabęorū ꝑlia teſtantur. Eſt aūt
pardus varietatis, itēqꝫ mutabilitatis, perinde ac vrſus voracitatis
ſummęqꝫ crudelitatis typus. Apud Romanos deniqꝫ Beſtia cun/
ctis diſſimilis fuit. Nuſqꝫ enim ita perſequuti ſunt ſctōs dei vt apud
hos, q vſqꝫ ad os ciuitatē coꝝ ſanguine martyrū repleuerunt, donec
Chriſtus ex ſua magna miſericordia ſeſe eis reuelare dignatus eſt: ⁊
ideo typus eſt magni cuiuſdam exceſſus beſtia hęc. Futurus deniqꝫ

homo in Antichriſto, q leges condet aduerſus ſacroſanctaꝫ legẽ dei
execrabiles: qui (vt Daniel habet) loquet ſermones cõtra excelſum,
⁊ ſctõs altiſſimi cõteret. Dan. 7. Hoc caput draconis execrabilis ſapi-
entię carnis eſt typus. Sed anteꝗ hõ fieret in magno Antichriſto, iã
pridẽ tentare cępit oẽm ſuã maliciã in vno Mahumete, ⁊ Mahume-
tanis oĩbus, q ſunt Sarraceni, Arabes, ⁊ Turcę, in qbus eſt primũ
ſerpens, ob longã reptationẽ ſuꝑ terrã, ⁊ volubilitatẽ longi corporis,
⁊ ſibilũ, ⁊ nocentiã: ⁊ deceptionẽ, ⁊ venena legis ſuę mortifera. Dein-
de vitulus, ob pecorinã vitã, ⁊ cõtinuas cędes, ⁊ idololatriã etiã: qui
cõtempto chr̃o vnico orbis ſeruatore, neſcio quẽ ſibi deũ magnũ con
finxere. Leo ſunt ob crudelitatẽ ⁊ ſanguinis chriſtiani plurimã ſitim
ac effuſionẽ, quorũ ora ſemꝑ in ſanguinẽ noſtrũ aperta ſunt. Urſus
ob iracundiã vehementẽ, manuũqꝫ fortitudinẽ, qbus conterunt pro-
ſternuntqꝫ bella, ⁊ finitima queqꝫ vaſtant. Pardus ob varietatem le
gis Alcoranę, quę ex quatuor hęreſibus inſaniſſime (vt ſupra memo
ratũ eſt) ꝑ Sergiũ monachũ Neſtoritã fuit cõpoſita: quã tenentes ⁊
ipſi varij ſunt noxijs cupiditatibus impliciti, crudelitate nimia effe-
rati. De iſtis ſeptẽ capitibus, quũ in alio loco dixiſſet angelus Joan-
ni, myſteria eorũ exponens, Septẽ inqt capita beſtię, ſeptẽ montes, ⁊
reges ſeptẽ ſunt: continuo ſubiunxit. Quinqꝫ ceciderunt: vnum eſt, ⁊
aliud nondum venit, ⁊ quũ venerit oportet illud breue tempus mane
re. Unũ tũ tp̃is erat, videlicet regnum Romanoꝝ, diſſimile cunctis,
ꝓpter nocendi maliciã, quãdo Domitianus ceſar vaſtabat eccleſiam
dei, nuſꝗ nõ atrociſſime in chr̃ianos ſęuiens. Aliud in Antichr̃o re-
uelandũ. Quinqꝫ ceciderant, qa regnũ Aegyptioꝝ opprimentiũ po-
pulũ dei iam deletum erat. Itẽ regnũ carnalis Iſrl', in Jezabele ⁊ po-
ſteris, ꝓphetas dñi occidentibus, dudũ exterminatum erat. Regnum
quoqꝫ Babylonioꝝ, quãdoqdẽ nullus chaldęus pp̃lm dei tũ capti-
uabat, nec vllus Nabuchodonoſor aureã ſtatuã adorare cogebat. De-
niqꝫ Perſę, ⁊ Medi nõ timebant, nec Aman minas intentabat. Nec
Grecię Antiochus incubabat. Sed qd eſt qđ de dracone dicitur, qa
habebat capita ſeptẽ, ⁊ cornua decẽ, ⁊ ſuꝑ capita totidẽ diademata?
An aliud ſunt capita ꝗ cornua? Si idẽ: quare nõ in cornibus diade-
mata ſunt? Sed ita intellige. ꝑ capita qdẽ regna pręfata deſignant.
Quia vero regnũ Grecoꝝ in quatuor reges fuit diuiſum, ex quibus
ſolus Antiochus nomẽ dñi impugnauit: fiet vt cornua decẽ ſint, pro-
pter decẽ reges. Attamẽ diademata in ſolis ſeptẽ capitibus remanſe
re, ob victoriã perſecutionis, ꝙ tres alij Grecię reges nihil fecerint.
Põt ⁊ aliter locus enarrari, vt ſęuus ille draco ſepticeps habeat de-
cem cornua: eo ꝙ diabolus cũ toto ſuo corpore, ideſt impijs omnibꝰ
poſſideat multa regna, multoſqꝫ reges, id eſt potentes ſeculi huius.
Denarius quippe numerus multitudinis eſt typus, ſeptenarius de-
niqꝫ ad idem refertur. In diademate victoria deſignat. Et hic in cę-
lo viſus eſſe ꝓhibet: ꝑ qđ dat intelligi, quia victoria eius in eccleſia
futura eſt, dicente dño, Si me ꝑſecuti ſunt, ⁊ vos ꝑſequent. Joan. 15.

Mahumetani crudeliores omnibus.

Nā hoc autē tā terribilis apparuit, vt oſtendat multos terrore exanimare, ſemperq; paratū eſſe ad nocendum, q mille nocendi artes habeat: cuius crudelitas vt notior fiat vide qđ ſubditur. ¶ Punc. 2.

Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram.

Cauda, Prophetę iniq ſunt, ꝑ quos ſuam inimicus nequitiā exercet, Eſaia dicente. Propheta docens mendaciū, ipſe eſt cauda, cap. 9. Qui vero coꝝ doctrinis adherēt, in terrā ꝓcipitari dicunt: ⁊ ij in tertia parte computant, quę eſt oē corpus maloꝝ, ſiue in angelis, quos ſecum de celo pari ruina detraxit, ſiue in hoibus, quos ſeduxit, ⁊ ſeducit adhuc. Porro ſtelle ſunt, ij, quos de bonis diabolus reprobos facit. Aliter, Cauda typus eſt aſtutię ac inſani dogmatis draconis. vt eni draco in cauda ꝑtātē deijciendi habet, ſic diabolus oēm nocendi, deijciendiq; vim in aſtutia ponit. Hac tractus primus ille parens noſter eſt, hac multi a percepta iuſticię gr̄a deiecti: ⁊ (qđ lugendū multo vehementius eſt) ii, q ꝑ ſtellis, ingenij vi doctrineq; ſplendore in eccl̄ia habebant, tracti ab eo ſunt. Miſſi itaq; in terrā ſunt, vt terrena ſaperent, ſiue doctrinā carnalē, vtq; imitarent eā, carnis voluptatē vita ſectantes, in qua haberi ſummū putant bonū. O lugendā tragediā. trahebat draco cauda tertiā partē ſtellaꝝ cœli, ⁊ deijciebat eas in terrā, Neq; enim alia intentione trahebat, niſi vt deijceret. e cœlo trahebat, ⁊ mittebat in terrā. Quanta locoꝝ diſſimilitudo, quanta intercapedo: celum ſurſum, terra deorſum. Dicit deus, Cœlū mihi ſedes eſt, terra ſcabellū pedū meoꝝ. In cęlo deus: in terra hoies ⁊ bellue habitant. Hinc agnoſce quantū a celeſti vita ſint alienati, q aſtutia diaboli decipiunt, vt habitationē ſortiantur cū his, qui e terra ſunt, ſpectantq; continuo terrā: ſint bellue, ſint hoies, quaſi ex humo nati: vt ex eo hoies ſint potius q̄ ab humanitate. Quid eſt qđ dico fratres? Nunqd nō oēs cū hoibus cōuiuimus, q in mortali carne ſumus? nūqd nō oēs iumenta habitationis ſocios habemus, q in hoc mundo degimus? Ita enimuero. Quō ergo defectione cœli, terrę incolatum ſortimur: qa aſtutia diaboli decipimur? Intelligite queſo. Nō iccirco reprehendimur qa terrā inhabitamus, ⁊ cū hoibus ac iumentis ſocietatē vitę habemus: ſed quia mores carnaliū potius q̄ ſpiritualiū ſectamur, qbus nihil abſimiles iumentis inſipientibus ſumus, eorum mores imitando. Habitatio ergo, moꝝ ſimilitudo hic eſt imitatioq;. Hoc eſt qđ ꝑpetuo luctu dolent ſcti, hoc eſt qđ auferri a credentibus ſumme deſyderāt belluinos eiuſmodi mores, ⁊ carnis ineptias. Iā tu hic mihi conſydera velim vtrum celeſtis ſis an terreſtris: ⁊ quod magis ſecteris. Si terrā ſequeris: draconis cauda tractus es: virus eius te infecit. Porro cauda infamis pars eſt ⁊ peſtilens, cęca ⁊ immunda, in quocunq; aialiū genere: tegit enim turpitudinē corporis poſtici. Ita prophetę hereticorū turpitudinē fœdi erroris fuci fallacia cōtegunt, vt nō appareat, non videat: nihilq; doli ſubeſſe in eis

Cauda ꝓpheta mendax.

Stellarum noie omnes deſignari.

ſuſpicet: ad quos dum ſine metu alij iungunt, curuo caudę draconis complexu abſtracti deijciunt in terrã, vt terrę fędis cupiditatibus hę-reant: nihilq; vltra cœleſte appetant, imitent nihil. Hinc habes om-nes hęreticos inſanies eſſe, cecos, immundos, ac peſtilentes. hos tu fidelis chriſtiane caueto. ¶ Punc. 3.

Et draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura: vt quũ peperiſſet filium eius deuoraret.

Mulier eccleſia.

Draco ſtetit ante mulierem, quaſi aperto cũ ea marte depugnaturus: qa diabolus in conſpectu eccleſię prodit, vt ei aduerſet impediatq; ſucceſſum, ne vllo pacto virilẽ fœtũ nutriat, ſed vt orba ſit ſemper, miſera, infęlix, & mœrens: Ob idq; tendit illi inſidias, vt mox natũ filiũ eius abripiat ac deuoret. Magnũ myſteriũ, obſcurũ & incertum: quis ſcire poterit illud? verũ vt noticia eius nobis palam fiat ſcrutanda eſt ſcriptura in capite eius, quę pdere poterit intelligentiã. Scriptum eſt Gen. 3. qa quũ malediceret deus ſerpenti, inter alia dixit, Inimicitias ponã inter te & mulierẽ, & ſemen tuũ, & ſemen illius: Ipſa conteret caput tuũ, & tu inſidiaberis calcaneo illius. Inimicitię quippe patentes ſunt differentię contrarietateſue. Inſidię occultę decipulę. Significat ergo qa in principio apertas ſuſtinere maligni huius draconis ma-chinationes debuerit Eccleſia, in fine occultas, id eſt. ab apertis ho-ſtibus primũ impetita, vt pote, principibus tyrannis ſeculi: in fine, occultis q ſe mentient pios, quũ tñ nõ ſint niſi hoſtes acerrimi: id qđ poſtremis exhibent operibus, quando in enſes conſurgent, pietatem extinguere molietes. Qualis Antichriſtus erit, quales & Antichriſti oẽs, q primũ clandeſtine aggredient pios, & non niſi p dulces ſermones, vt decipiant: poſtremo vero vbi minus conatus illoꝝ ſucceſſerit venit ad enſes, & tormenta varia: & hoc nõ niſi opa diaboli, cui eſt ir-recõciliabile ęternũq; odium cum ecclia dei: iuxta illud qđ dictũ eſt, Inimicitias ponã. &c. Stat ergo draco ante mulierẽ, ſtat ante eccle-ſiã diabolus, & infatigabiliter ſtat, vt viriles eius foetus perdat, id eſt, vt vnũquẽq; a forti pꝓpoſito deijciat, priuet & ſalute: & opus virile, id eſt, bonũ, ſtrenuũ, & conſtans debilitet & cõuellat. Porro filius, cui partu hęt mulier ecclia laborare dicit, nõ aliud, q̃ ſemen illud, cui ſcriptura dicit aduerſari ſemen ſerpẽtis intelligit, nempe chriſtus Ie-ſus, q per verbũ dei concipit a credentibus: parit autẽ, quando conceptus ſalutaris in effectũ deducit. Molitur itaq; diabolus, vt ſi fieri poſſit mox natũ p bona opa filiũ hunc, rapiat, mactet, & deuoret. Sũ-pta tralatio a beſtijs terre guloſis, quę qđ rapuerint deuorant. Duo hic obſerua, Primũ, Semp enim eccleſia parit chriſtuz. Sed vbi? In cordibus fideliũ. Quõ? Docendo, exhortando, monendo, cui nõ ali-orſum ſermo tendit, niſi vt formet chrĩs in cordibus coꝝ: pariaturq; operando qđ cõcipit verbo, iuxta illud: Quiſquis enim verbum dei libenter audit chriſtũ concipit: Si autẽ opere adimpleuerit chriſtum parit, quẽ Maria portauit corporaliter. Secũdũ. Sicut eccleſia ſemp

parit,ita ⁊ ſatan ſemꝑ adnitiť vt partum tollat ac deuoret:ne viuaciſſimo eius ſpũ fidelis aĩa viuat.Cuius rei pulchrã in ſeſe chřs ipſe idẽ pręgeſſiſſe demõſtrať ſimilitudinẽ,quũ natus ex inuba virgine, mox ab herode in mortẽ pſecutus eſt,ꝑ quẽ primũ filiũ hunc maſculũ abripere ac deuorare cõnixus eſt:nec poſtea deſijt ſtudio omni agere,vt nõ ꝓficuus fieret chřs ſuis fidelibus.Aggreſſus itaqꝫ apłos dũ ipſe chriſtus pateref,dũ ſalutẽ pararet orbi, tentauitqꝫ corda eorũ mille artibus.Quid multis opus?tentauit filiũ hunc maſculũ vegetũ ⁊ fortẽ extinguere in ipſo lucis fidei exortu in apłis, alijſqꝫ credentibus, ne ſalui fierent : neue crederef ab eis reſurrexiſſe a mortuis.Contra vero chřs artem arte refellens,ſubinde ſeſe manifeſtabat eiſdẽ,ſeqꝫ palpabilem exhibebat:loquebať,comedebat cũ eis,exhortabať,confortabat:atqꝫ ſic aſtus oẽs maligni demonis retundebat,ne qđ tentatione proficeret.Hoc vbi ille aĩaduertit,caſtra doli mouit in alios: atqꝫ a fortiſſimis ad imbecilliores ſe conuertit, perſecutionẽ principiũ mouens in nouellos credentes,vulgũ ſcilicet ſimplicẽ.Sꝫ adeo nihil hoc quoqꝫ conatu ꝓfecit,vt magis ac magis tentatione roborarit fidẽ in credentibus.Sic quercus magnis ſępe mota ventis,altius radices figit,ſeqꝫ confirmat:ſic illi ſemꝑ ſeſe fortiores exurgebãt tentatione ꝓficientes.In ſumma.Chriſtus ab initio perſecutionẽ paſſus eſt a ſuis hoſtibus,⁊ patiť vſqꝫ mõ:In ſe primũ,deinde in membris.In ſe duplici ab hoſte.Ab herode triſtiſſimo ac iuxta clanculario hoſte:deinde a Iudęis ipſis.Herodes mox natũ deuorare molitus eſt,ſimulate tamẽ, ⁊ nõ niſi ꝑ occultas inſidias:vnde ⁊ Magis illis reſpondit,Ite ⁊ interrogate diligenter de puero hoc:⁊ quum inueneritis renunciate mihi,vt ⁊ ego veniens adorẽ eũ.Matth.2.Iudęi modo clandeſtino aduerſus eũ bello, modo aperto,vſqꝫquo eũ occiderent,aduerſus eum decertarunt.In membris,vſqꝫ modo varie perſequitur,a tyrannis,⁊ hęreticis. ¶Punc. 4.

Hoſtes xp̃i duplices occulti, et aperti.

Et peperit filium maſculũ, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.

Nihil hoc magis poterit cõuenire chřo,q eſt filius matris maſcul⁹: quẽ quotidie parit eccłia,ꝑ verbũ dei in cordibus credentiũ.Cuius officiũ inſigniter pſcribiť,quũ diciť,Qui recturus erat gentes vniuerſas in virga ferrea.Nã ipſi chriſto dñõ diciť a patre,Reges eos in virga ferrea.pſal.2.q bene filius eſt.Nã ⁊ Eſaias vates eximius filiũ eũdẽ appellat cap.9.dicens,Filius datus eſt nobis.Hic maſculus appellatur.id eſt,fortis,q ſingulari fortitudine vicit diabolũ,ſicut ſcriptũ eſt, Tu humiliaſti ſicut vulneratũ ſuperbũ in brachio virtutis tue.pſ.88. Rurſum,Tu cõfregiſti capita draconis.pſal.73.Hęc ſunt illa capita quę ſupra recẽſuimus,videlicet ſerpentinũ,vitulinũ,leoninũ,vrſinũ, pardinũ,⁊ diſſimile oibus beſtijs terrę: cõfracturus in fine ⁊ humanũ.Serpentinũ tum primũ confregit,quũ maledixit illi.di.Quia feciſti hoc,maledictus es inter oĩa aĩantia.Gẽñ.3.Deinde vero ligno

Chřs maſcul⁹ fili⁹.

crucis,in quo pependit in die Paraſceues,vt qui in ligno vincebat in ligno quoq; vinceret. Uitulinū,delendo a facie terrę idololatriam. Leoninū,regna Aſſyriorū,chaldęorūq; debilitando,miſſo in caſtra Sennacheribi angelo,q percuſſit de Aſſyrijs centū octoginta qnq; millia.Eſa.37.Urſinū quoq; quando Judith ſctā amputauit caput Holofernis,principis militię Aſſyriorū.Judith.13.Demū Pardinū, Antiochū miſerabili morte perimendo,2.Mach.9.& patrē non diu ſuſtinendo.1.Mach.6.ꝙ hic idolū ſup altare dei erexerit.1.Mach.6. cędes multas fecerit ille,& legē dei mutare annixus ſit,non modica cęde populi dei.2.Mach.6.Sed adhuc viuit in Turca pardinū draconis caput infeſti,qđ certe confracturus,quū primū explebunt deſtinata illi tēpora:& ipſum igit, confregiſti id eſt,confringes.Jn parte nāq; fractū eſt velut in anteriore:reſtat vt in poſteriore quoq; frangat.Jllud vero qđ diſſimile oībus dicit qđ Romanū erat:adeo non eſt nō confractū,vt & verſum ſit in pietatē:vt vere vel diſſimile hac ratione ſit cęteris,& ſibi,ſi ſtatū eius priorē conſyderas.Et hęc omnia p chriſtū,quē maſculū mulier peperit filiū,id eſt fortē & inuincibilē,qui recturus erat oēs gentes in virga ferrea.

Maſculꝰ fortem indicat.

Maſculi ergo vocabulū fortē indicat,& eſt fortitudinis typus,quēadmodū emaſculus, viriū infirmarū.Quū maſculū adijcit,perinde eſt ac ſi dicat,hic non erit , vt cęteri,filius debilis,& q poſſit vinci:ſed fortis ac potens ſemperq; inuictus,put Eſaias prędixit,Uocabit nomē eius,ā mirabilis,conſiliarius,deus fortis,cap.9.id qđ & ferrea virga exprimit. Jn virga regimen eſt & directio , in ferro vero rigor inflexibilis:ſignificans ſane ꝙ iuſticia inflexibili rectiſſime moderaret ſibi ſubditas gentes vbiq; terrarū chrs filius maſculus:quarū vniuerſaliter accepit ptātē a deo,vt oīa eius ſint.Hoc p ſe dñs teſtat dicens,Omnia mihi tradita ſunt a patre meo.Et iterū,Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, Matth.vlti.Ubi velint nolint,tñ ſub ditione eius cuncta ſunt poſita, ſit Judęus,ſit Grecus,ſit Scytha,ſit Turca:oīa ſub chriſti ptāte manent,q ęquiſſimo iudicio ſuperintendit,& tribuit vnicuiq; ſm opera eius:Chriſtiano fideli primū,dein & Ethnico:illi fœlicitatē,huic pœnā ęternā,ſm iudicij ſui ęquilibriū oīm ſctā diſpēſans:vt ſiue bonū, ſiue malū tribuat,p merito factorum tribuit oīa.Hinc habes,ꝙ licet modo multorū flagicia impune pertranſeat , attñ in fine iudicabit et puniet.Quod ſi punitionē accelerat facit ſuo iudicio,quēadmodū in pleris id cōpertū habemus,quos in exemplū terroris,reprimendeq; temeritatis propoſuit deus.Horū pcipue fuere vterq; Antiochus reges Syrię pater & filius.

Antiochi ſpoliū qđ fecit in tēplo dñi.

Poſtq̄ enim pater,q illuſtris vocitabat percuſſiſſet Ptolemeū regē Aegypti,ex victoria eleuatus nimis,reuerſus aſcendit hieroſolymā in multitudine graui:& ingreſſus templū tulit altare aureū,candelabrū luminis,& vniuerſa vaſa eius , & menſam ppoſitionis,& libatoria,& phialas,& mortariola aurea , & cōminuit oīa:argentū quoq; & aurū,vaſa oīa,& occultos theſauros,quos inuenit:& ſublatis oībus,abijt in terrā ſuā.Poſt annos duos miſit exer-

citũ,⁊ occidit multos ex Iſrael:⁊ abſtraxit ſpolia ciuitatis multa nimis,⁊ ſuccẽdit eã igni,⁊ deſtruxit domos ⁊ muros in circuitu, ⁊ captiuas duxit mulieres,⁊ natos ⁊c̃.multos etiã idolis fecit ſacrificare ex eis.Ad hęc miſit nuncios in hierl'm cũ lr̃is,⁊ in oẽs ciuitates Iudę,vt ſequerent leges gentiũ terrę:vtq; prohiberent holocauſta,⁊ ſacrificia,⁊ placationes fieri in templo dei:⁊ ꝓhiberent celebrari ſabbatũ,⁊ dies ſolẽnes.Iuſſit quoq; ędificari aras,⁊ templa idolis, ⁊ imolari carnes ſuillas,⁊ pecora oĩa,relinqui filios incircunciſos, et multa alia,quę lõgũ eſſet cõmemorare,ſicut pleniſſime ſcriptũ eſt.1. Mach.6.Regnauit aũt annis.xj.relinquens poſt ſe hęredem regni Antiochum,q Eupator dicebat,filiũ ſub tutela Lyſię,vt nutriret eũ. Hic obtinuit Aſiam,nihilq; paternis moribus diminuit:ſed in omni impietate ſectans,qđ deerat addidit:q quũ afflixiſſet populũ dei nimis,⁊ ſpolia multa exercuiſſet,templũ quoq; cõtaminaſſet , qđ erat hieroſolymis,⁊ cognominaret Iouis olympij,in Garizim aũt quod erat Iouis hoſpitalis : ita vt iã templũ dei ꝓſtibulũ ſcortoꝝ eẽt, ⁊c̃. 2.Mach.6.Poſt aliqua tp̃a quũ reuerteret de Perſide, ira graui incenſus voluit oẽm furorẽ effundere in Iudęos, ideoq; iuſſit agitari currũ ſuũ ſine intermiſſione, agens iter cęleſti eũ iudicio perurgente:dirũq; virus pectore efflans,⁊ ſe ventuꝝ ea cauſa Hieroſolymam ſubinde repetens,vt congeriẽ eã ſepulchri faceret Iudęorũ. Sed qui vniuerſa conſpicit dñs deus Iſrael,ꝑcuſſit eũ graui, ⁊ inſanabili, ⁊ inuiſibili plaga:vt enim finiuit ſuos ſermones,apprehendit eũ dirus dolor viſcerũ,⁊ amara torſio internoꝝ oĩm,ita vt de corpore homi- Antiochi
nis impij a poſtico vermes ſcaturirent viuentes: inſuper ex internis miſerabi-
cruciatibus viſcerũ carnes eius effluerent fœtore intolerabili,vt exer- lis exitus.
citus ferre nõ poſſet.Factumq; eſt,q paulo ante ſydera pulſare verti ce ſe arbitrabatur,peregre in montibus miſerabili obitu vita priuaretur.2.Mach.9.Ad id eſt ⁊ exẽplũ Balthaſar regis babylonis, q in cõuiuio quũ iuſſiſſet ꝓferri vaſa aurea ⁊ argentea, quę aſportauerat pater eius Nabuchodonoſor de tẽplo Salomonis capta Hieroſolyma,⁊ biberent temulenti ex eis:territus eſt viſione manus ſcribẽtis, ⁊ eadẽ noctę interfectus eſt.Dan.5.Eodẽ modo põt ſuos aduerſarios ⁊ nunc ꝑdere deus regens cunctos in virga ferrea,hoc eſt, inflexibili iuſticia, qui nemini parcit in die vltionis ſuę.Hic eſt mulieris maſculus filius, in omnibus nobis per verbum dei natus: quem decet vniuerſos tremere,⁊ ſeruire illi ſoli: qui habet poteſtatem ſuper omnia:⁊ poteſtas eius ęterna eſt.

¶ Punc. 5.

Et raptus eſt filius eius ad deum:& ad thronum eius.

Quam veriſſimũ hoc ſit,nemo eſt q ignoret.Chriſtus eniʒ filius ille maſculus.ideſt,fortis ⁊ inuictus,quũ iã ꝓpemodũ deuoratus a morte putaret:ſolutis inferni doloribus, iuxta qđ impoſſibile erat teneri illũ ab eo,rediuiuus tertia die,p̃ter ſpem oĩm,apparuit:⁊ quadraginta dies cũ ſuis ſępenumero diuerſatus,cũ multo lumine conſpicabi-

lis tandem in cœlū aſcendit,patriq; a dextris aſſedit: triumphante veritate ſacrę ſcripturę,quę ait,Dixit dñs dño meo,ſede a dextris meis,Pſal.109. Raptus ergo filius mulieris(quā ſanctam eccleſiā ſore aſtruximus)ad p̄rem deū,& ad thronū eius,mō regnat:vnde deſpiciens vniuerſa draconis capita deridet,& oēs machinationes eius ſubſannat,dicente ſcriptura,Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dñs ſubſānabit eos.ps.2. Nitat̄ ergo draco,reparet q̄ntūuis ꝯtrita capita, ſtrideat,ſibilet ore,inſaniat,moliat̄,ſed nihil efficiet,ēt ſi hydrea fortitudine colla attollat. Dñs eſt,contra quē molit̄,q habitat in cœlis cui oia ſeruiunt:& ad cuius nutū flectunt̄ oia,ac parent illi. Hinc habes ꝙ ſtulti ſint,q contra dñm cœli erigunt̄. Habes ēt ꝙ vani ſint, q huic contrito draconi adhęrent,q nihil poſſit iuuare,quū oia in dñi ꝑtāte ſint poſita,q in throno dei cōſidet,& deridet & ſubſannat aduerſarij machinationes. Econtra ꝙ prudentes q dño ſe humiliant,& vocē eius audiunt,& parent ei ad nutū,legemq; eius cuſtodiunt: quēadmodū Dauid regū ſapientiſſimus ac iuxta ſctiſſimus meditat̄ dicēs, Mihi adhęrere deo bonū eſt:ponere in dño deo ſpem meā. Pſal.72. Adhęret q diligit,diligit q mandata eius obſeruat. Si diligitis me inqt,mandata mea ſeruate. Joan.14. Qui nō ſeruat mādata dei,nec diligit eum,qui ne adhuc quidē nouit deū.1.Joan.2. Qui dicit ſe noſſe deū,& mandata eius nō cuſtodit,mendax eſt, & in eo veritas non eſt: Qui aūt ſeruat verbū eius, vere in hoc charitas dei perfecta eſt. Sequit̄. Jn hoc ſcimus,qm̄ in ipſo ſumus, ſi in eo ꝑfecti ſumus. Deniq;,Qui dicit ſe in chriſto manere,debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Et.2.Joan.1. hęc eſt charitas vt ambulemus ſm̄ mandata eius. Quę ſi fecerimus,rapiemur & nos,in tp̄e deſtinato ad deum, & ad thronum eius. ¶ Punc. 6.

Chri aſcē ſio i celū.

**Et mulier fugit in ſolitudinē: vbi habebat locū paratū a deo,vt ibi paſcat eā diebus mille ducentis ſexaginta.**

Solitudinem ponit huius vitę peregrinationē, in qua ſingulari ſpe beatę remunerationis,vt paſſer ſingularis,viuit eccleſia: quę a rege ſponſo ſuo ꝑtātē accepit calcandi ſupra ſerpētes & ſcorpiones,& ſupra oēm virtutē inimici. Luc.10. Nā & ppl's Jſrl' ꝑ eremū ductus ignotos ſerpentes pertulit.1.Cor.10. quos in virtute ęnei ſuperauit. Qđ forma futuri erat. Pauit deus illos māna viſibili,& eccleſiā paſcet donec peregrinat̄ a dño pane cœleſti. Pręparatū autē locū habet, de quo ꝑ ꝓphetā dicit̄,Ducā eā in ſolitudinē, & loquar ad cor eius, Oſee.2. Loci difficultas ois in verbo ſolitudinis ſedet. Proinde cōſentaneū fuerit indagare qd ipſa ſolitudo ſit,pręter id qđ diximus. Duas ſententias ſup hoc verbo expoſitores certi habent: vna refert̄ ad gentilitatē,ꝙ ſctā eccleſia,a ꝑfidis Judeis cōmigrauerit ad gentes, Paulo loquente ad Judęos,Uobis inqt oportebat primū loqui verbū dei: ſed qm̄ repellitis illud,& indignos vos iudicaſtis ęternę vitę, ecce cōuertimur ad gentes:ſic enim nobis p̄cepit dñs,Poſui te in lucem

Solitudo gētilitas.

aquilę ſimilitudo hic inducit. Aquila namqꝫ (vt Primaſius eſt author) altius cęteris auibus volat: viſo tñ cibo, indigētia naturali ſubacta, mox ad ima deſcendit: ſic eccl̃ia in ſpiritalibus membris, quum ea quę surſum ſunt mēte cōprehendat, infirmitate tñ corporis grauata, neceſſitatibus ſubiacet indigentię corporalis, ꝓ qbus ingemiſcit, ⁊ parturit vſqꝫ adhuc. Ro. 8. Item. 2. Cor. 5. Et in hoc ingemiſcimus habitationē nr̃am. Rurſum, Qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati. Quare hęc cōmemorauimus: vt ſcilicet nemo ex hoc deſperet, quaſi nō de chriſti mēbris foret, qa nō ſemꝑ in cœleſti contemplatione ꝑduret. Abijce prius ſarcinā tui corporis, ⁊ implebis illud, Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo, ex tota aīa tua, ⁊ ex tota mente tua: q̃tinus ꝑfus in dei dilectione abſorptꝰ viuas. Matth. 22. Deniqꝫ ꝑ tēpus, ⁊ tpa, ⁊ dimidiū tpis, hoc eſt, triū annoꝝ ⁊ ſex menſiū, oē tps ſignificat, quo idoloꝝ abiecto cultu eccl̃ia ſerpentis errores cauet, vt paſcat diuinitus in ſolitudine quieta. Per oē enim tempus vitę pręſentis, dñi prędicatione, vſqꝫ ad finē ſcl̃i illo vero pane paſcit q̄ e cœlis deſcendit, q̄ panis eſt ⁊ via fugientibus ꝑſequutionē draconis, ⁊ modus: eſt etiā locus ſolitudinis, ⁊ cibus. De hoc tpe ſatis dictū eſt. Quo tpe ⁊ p̄dicatio chriſti cōcludit, tribus. n. annis ⁊ dimidio viā ſalutis annunciauit, vt credit, in terris. Tribus autē annis ⁊ dimidio paſtus ecclię in deſerto ſuppeditat, ꝑ qđ omne tēpus pręſentis vitę intelligit. Huius mulieris figurā expreſſit olim ppl̃s Iſraeliticus: quē fugientē a facie Pharaonis duę colūnę velut duę alę adiuuabant, videlicet nubis ⁊ ignis: colūna nubis pręcedebat ꝑ diem, ꝓtegens ppl̃m ab ęſtu ⁊ feruore ſolis: colūna ignis lucē prębens per noctē. In nube amoris blandimentū, in igne terror timoris exprimit: ꝑ quę duo teſtamenta figurant: ꝑ nubē in die nouū, in quo lenitas, ⁊ dei multa miſericordia cōtinet, nō vindicta peccantiū. Unde eſt illđ, Nemo te cōdēnauit mulier? Quę dixit, Nemo dñe: dixit autē Ieſus, Nec ego te cōdēnabo, vade ⁊ amplius noli peccare. Ioā. 8. Per ignē in nocte vetus teſtamentū intelligit, qđ ſuppliciū peccantibus minatur. Dicebat enim, Si qs hoc vel illud fecerit morte moriat. Fugiebat olim ppl̃s ille Pharaonē, hęc fugit draconē: euaſit ille periculū maris, hęc vndam ab ore profuſam euaſit draconis: peruenit ille in deſertū, hęc quietudinē vitę inuenit: paſtus eſt māna ppl̃s in carnali deſerto, hęc paſcit verbo vitę ⁊ intellectus in ſpirituali deſerto: reperit in deſerto ppl̃s deū ꝓtectorē, hęc reperit multo fœlicius glorificatorē. Aeneo ſerpente ſuſpenſo in palo mortē ille ignitoꝝ ſerpentiū vitauit: hęc chr̃o in cruce exaltato morteqꝫ pcti deleta, vitā imortalem accepit. Vide ergo q̄ pulchra cōuenientia, deſerti nomine ſpiritalis vitę regio deſignet, quā hō ꝑ pctm̄ amiſit: ſed chriſtus eandē ꝑ grãm eidē reſtituit, vbi alitur ꝑ tempus ⁊ tpa. i. vſqꝫ in finē ſcl̃i pane verbi cœleſtis Euchariſtięqꝫ ſacramentis: necnō internis ſpũs conſolationibus. Quod vero addit, A facie ſerpentis, hoc refertur ad ſuperiora, videlicet, vt volaret in deſertū: vitaret ꝑſequutiones, aculeos ſatanę

Quare eccleſia aqla.

Precepta dilectiōis dei in patria ipleri.

Eccleſię figura ppl̃s Iſraeliticus.

Teſtm̄ nouū i. nube figuratū.

fugeret, virus peccati exhorrens, quod in modum diluuij ab ore eius
profunditur. Sequitur enim. ℭ Pun. 3.

**Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam tan/
quam flumen, vt eam faceret rapi a flumine.**

Aqua impetus pſecutionis.

Impetū grauiſſimę perſequutionis fiendę ab hęreticis hic aqua deſi/
gnat, de quo in Pſal. 123. legis, Quū exurgerent hoīes in nos, forte
viuos deglutiſſent nos: Quū iraſceret furor eoꝝ in nos, forſitā aqua
abſorbuiſſet nos. Quid deniqȝ? Torentē inq̄t ptranſiuit aīa noſtra.
Quia vero liberatus fuiſſet iuſtus ab hoc vehementi pſecutionis im
petu, benedicit deū dicens, Benedictus dn̄s, q nō dedit nos in captio
nē dētibus eoꝝ. Rurſumqȝ. Aīa nr̄a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo
venantiū: Laqueus cōtritus eſt, ⁊ nos liberati ſum⁹. Obſerua. Prius
draco erat, nūc ſerpens, quaſi ſpecie mutata: vertit enim in mille for/
mas hic lubricus hoſtis, quo magis noceat. Draco eſt ob ſęuitiā, no/
cendiqȝ maliciam, Serpens ob vafriciā: nā ⁊ primis parentibus in
ſerpente impoſuit, quando dei mandatū tranſgredi perſuaſit: cui hic
os hiulcū appingit aqua plenū, quā in flumen rapidiſſimum poſſit

Os ſerpentis qd ſit.

profundere. Quid os? niſi mendax pſuaſio eius intelligit ſimile illi,
quo principio coaleſcentis ſęculi Euā primā matrē ſeduxerat? vt ſci/
licet ſcires oē mendaciū ab illo primū eruptū eſſe, ac deinde in mun/
dū dimanaſſe. de quo Chrs in euāgelio teſtat⁹ eſt di. Mēdax eſt, ⁊ pa
ter eius. Joan. 8. Cuius eius? Mendacij. Jlle enim ab initio non ſte/
tit in veritate, qa nō eſt veritas in eo: quū loquit mendaciū ex ꝓprio

Heretici draconis ſocij mendacis.

loquit, Jbidē. Unde dat intelligi oēs hęreticos conſuetudinē cū dra
cone hoc habere, ⁊ ab eo virus capere, ⁊ flumen teterrimū mendacij
hereſeos ipſorū ab hoc fonte profluere. Jd qd preſens ſcripture locus
aperte demonſtrat. Hinc illud etiā accipe, q̄ ſedo q̄ȝqȝ abominabili
ſtatu vniuerſitas ſit hęreticoꝝ, q potu fluminis ꝓfuſi ex ore draconis
alunt: cuius gurges hic impetuoſo voluit ęſtu poſt mulierē, quo ma
iori pernicie abſtrahat eccl̄ia, inqȝ putentē doctrinę corruptionē ab/
eat, qd eſt rapi eā a flumine. Maior atqȝ validior contentio ſerpētis
huius eſt contra ſpūales viros, qbus abreptis minus ſibi negocium
putat cū cęteris futurū: eo ꝙ ꝑ hos alios quoqȝ dicto citius ſpat poſ/
ſe euerti. Eſt ergo principale negociū illi cū fortibus, ⁊ claris viris, q
inſtar ſolis, lunęqȝ ⁊ ſtellarū lucent: minus cū parte debiliore. Sed
tamē vno volumine oēs nitit abripere, id eſt, vult vt non ſit eccleſia
dei ⁊ chriſti. Nota. Habet ſuū flumē eccl̄ia, habet ⁊ draco. De flumine
eccl̄ię, dicit. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. Pſal. 45. Hoc flu/
men ſpūs eſt, ⁊ gratię eius, cuius potus eſt vita Joan. 4. Qui biberit
ex aqua, quā ego dabo ei, nō ſitiet in ęternū: ſed fiet in eo fons aquę

Eccl̄ia ſuo flumine paſcitur.

ſalientis in vitā ęternā. Et iterū. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura,
flumina de ventre eius fluēt aquę viuę. ſubdit Euangeliſta, Hoc autē
dixit de ſpū, quē accepturi erant credentes in eū Joan. 7. Ecce qa ſpi/
ritus eſt flumen letificans ciuitatē dei. ſpūs aūt eſt q viuificat, Joā. 6.

Ergo

Ergo vita eſt, qa vitalis ſpũs. Illud vero qđ ſerpens ex ore ſuo mittit, pcti hereſeos ⁊ mortis eſt, in quo non eſt potus vitę. Hęreſis enim nõ habet niſi pctm̃ ⁊ mortē: quę habeat licet ſimilitudinē aliqualem fluminis: ſed nõ eſt in veritate flumē illud, qđ hauſtu poſſit letificare ciuitatē dei. Eſt flumen hoc letificans ⁊ ſacra ſcriptura, qua paſcit eccłia, in qua eſt fons aquę ſalientis in vitā ęternā: quē ſerpens non habet, ⁊ ideo nõ poteſt niſi aquas mortuas ac peſtilentes ex ore ſuo mittere, quę occidunt nõ viuificant, tantũ abeſt vt poſſint letificare ciuitatē dei. Nā ⁊ mulier ab his territa aquis fugit in ſolitudinē, vt ſe iſtic ſeruet ab illis ne bibat. p qđ dat intelligi, neminē poſſe ſe ſeruare ab his aquis ſerpentis, niſi q mere ſpũalis ſit, doctus in lege dei, ⁊ pfectus in vita ſpũali. Mulier enim fugit in deſertũ vt ſeruet ſe a ſerpentinis hiſce aqs: ⁊ qcunqȝ volet ſeruari ab eis, maneat opus eſt, cũ hac muliere in deſerto: qm̃ hi ſoli ſeruant. non q in mundo ſunt, mundi delicijs immerſi, qbus nõ conſtat ſpũs vitę: q facile potant eā aquā, quā ſibi vident gratā, q nihil a ſpũ dei agunt. caro enim ſunt, ⁊ carnalē aquā requirunt. Ubi aduerte qa ⁊ xp̃s habet ſuā aquā, de qua ſatis diximus: ⁊ draco habet ſuā. Illā bibunt ſpũales, hanc carnales. Dat ergo ⁊ chr̃s ſuā aquā: dat ⁊ draco ſuā: qa videlicet de eadē ſcriptura diſputat hęreticus, de qua ⁊ catholicus: probat de ſcriptura hęreticus, probat ⁊ catholicus: videri vult hęreticus doctrinam ſuā ſanā, ſicut ⁊ catholicus. Spondet aquā vitę quā nõ habet, vt magis fallaci pſuaſione decipiat, trahat ⁊ pdat. Diſputet ergo hęreticus de ſcripturis ſacris: proferat de eiſdē ſua teſtimonia, vel qualia profert orthodoxus ſpũalis: ſed in veritate nõ eſt doctrina eius aqua illa quā dat chr̃s ecclię ſuę, de qua dicit, Aqua, quā ego dabo, ſi qs biberit ex ea, ſiet in eo fons aquę ſalientis in vitā ęternā. Et, Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Proinde quũ nõ ſit aqua hęc heretici, nec ſiet in bibente fons, in vitā ſaliens ęternā, ſed mortē: nec de ventre eius fluent aquę viuę, ſed languidę, ſed putidę. Multum ergo intereſt inter aquam chriſti ⁊ draconis, inter aquā orthodoxi ⁊ hęretici: ⁊ tantũ intereſt, quantũ inter vitam ⁊ mortē: tametſi de eadē ſcriptura ſacra pducat hęc atqȝ illa: ſpiritu tñ diuerſo: quũ illa chr̃i ſpũ ſit, hęc Satanico, q nõ dat vitā (vt diximus) ſed mortē, mortem acerbiſſimā, mortē perpetuo luctu compenſandā: ideoqȝ ſcriptura hac teſtificante, nõ de ventre aquā mittit draco, ſed ex ore, vbi oīs hęreticorũ potentia reſidet; qui juxta Pſalmographũ, Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, quorũ ſub labijs venenũ aſpidũ inſanabile manet, Pſal. 139. Acuitas linguę argutia eſt ⁊ prõptitudo in eloquendo, vt ſolent ſerpentes triſulcā celeriter vibrare linguā. Quocirca hęretici oēs ob impotentiā loquacitatis per ranas alibi deſignant, quę aquas incolũt, ſed magis mortuis putentibuſqȝ ⁊ ſtagnātibus delectant, ꝙ fluentibus, ꝙ viuis aquis, qbus non eſt modus ſtrepere loquacitatis in coaxando. Hęretici nāqȝ dũ verba cõponunt, mirũ quantũ veneni interim ſub ornato ſermonis

Hereſis pctm̃ hʒ ⁊ mortem.

Hęretici rane ob loquacitatē.

fuco abſcōdunt: vt vbi cultu oꝛonis caperis, capiaris ⁊ veneno eius neceſſe eſt: ac ſic ꝑ illectamenta quędā velut ridendo freneticoꝝ moꝛe pereas deceptus: q niſi his eoꝝ verſutijs captus fuiſſes, ſeruari poteras illeſus. Dicat ergo, Et miſit ſerpens ex oꝛe ſuo ⁊c̄. Os ſerpentis poſſunt eſſe oēs heretici, q hereſum flumen mittunt de ſe poſt mulierē, vt eā abſoꝛpiant. Os fuit Arrius q contra trinitatē mirabile flumē emiſit, perſonas creaturas eſſe vano cerebꝛo cōfingens, ⁊ has diſtinctas eſſe eēntia, ⁊ ꝙ neuter pſonaꝝ poſſet dici deꝰ, niſi pticipatiue. Cu-

Gotthi ab Arrianis fidem rece pere.

ius hoc eiuſmodi flumen latiſſime Italiā totā, ⁊ Aphꝛicā, ⁊ Gotthiā mundauit. Pꝛoditū nāqꝫ eſt memoꝛię, quū Gotthi fidē chꝛi recipere vellent, Valens imperatoꝛ miſit eis ſacerdotes Arrianoꝛū, ꝑ quos gens illa tota infecta fuit. Hi ſunt īmanes pplī in Europa, cōtermini Dacis, q olim Italiā totā bello ⁊ armis vexauere. Os fuit ⁊ Macedonius, q dicebat patrē ⁊ filiū quidē eiuſdē naturę eſſe, ſed ſpiritum ſanctū creatū ⁊ ſeruū filij. Pelagius itē ⁊ cęteri, q maioꝛi pernicie fuerunt eccłię catholicę, ꝙ̄ tyranni: quū hi extra eccleſiā eſſent, ⁊ ab extra eā oppugnarent: illi vero intra muros eius, ⁊ inter catholicos: q fallacia ſermonis deſpiebant Impatoꝛes, Reges, ⁊ Pꝛincipes, ꝑ quos alij inferioꝛes facilius ſeducebant. Nā vnus pꝛeſbyter Arrianus pmū ſeduxit ſoꝛoꝛē Cōſtantij ſub ſpecie ſctitatis, hinc ipſummet Conſtantium, ⁊ per hunc innumeros alios: qui omnes mercedem receperunt erroꝛis ſui. Sequitur. ¶ Punc. 4.

Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os ſuum: & abſorbuit flumen, quod miſit draco de ore ſuo.

Succeſſus eccleſię deſcribit in hoc ꝙ terra adiuuiſſe mulierē memoꝛat. Quō autē terra mulierē adiuuit, mox oſtendit: quū dicit, Et aperuit terra os ſuū, ⁊ abſoꝛbuit flumen, quod miſit dꝛaco de oꝛe ſuo: vbi pꝛincipio oīm quęrendū eſt quid terra ſit, deinde quō os ſuū aperuit: poſtremo quō flumē hoc abſoꝛbuit. Si ratio tpis iuxta viſionū oꝛdinē aduertit, Conſtantini metas non excedit, quando in pꝛimis adiuuit terra mulierē. Terra ergo terrena potentia Eccleſię intelligit, qua

Siluestri pape tpe terra adiuuit mulierem.

adiuta eſt eccła, qñ Conſtantinus magnus occidentale imperiū totūqꝫ Italiā in manus btī Silueſtri papę tradidit, ipſe contentus oꝛientali, Bizantiū cōmigrans Thꝛacię videlicet vꝛbē, quā a ſe auctam de ſuo nomine poſtea Conſtantinopolim appellauit. Hec fuit grandiſſima mutatio dextere excelſi, nemini nō admiranda. Quis eni nō miret oꝛbis totius potētiſſimū Imperatoꝛē ſede ſua ſponte demigraſſe, tantumqꝫ imperiū de manibus ſuis emittere: tradere aūt in ma-

Eccłia terrena potētia communita.

nus vnius ſacerdotis: ideoqꝫ hęc mutatio dextere excelſi ꝑmaxima erat, cuius imperio parent oīa: iuxta qđ ſcriptura ait, Dñs pauperem facit ⁊ ditat: humiliat ⁊ ſublimat. 1. Reg. 2. Quod tantū ꝓfecit eccłię, vt ꝑ totū oꝛbem dilatata creſceret, roboꝛareturqꝫ imperio. Neqꝫ cum hoc illud qđ dixi ſupius pugnat. qa maioꝛi diſpendio dꝛaco poſt Cōſtantinū belligeraſſet contra eccłiā in aſſequuta pace, ꝙ̄ antea, eo ꝙ

occultis machinationib⁹ p hereticos plurimos decepiſſet: ⁊ inteſtina etiā bella mouiſſet. Profuit tamen ecclię terrena poteſtas nimiū, ſiue hereticos conſyderes, ſiue principes perſequutores: niſi enim ea data fuiſſet eccleſię, fuiſſet peſſundata ab illis, vt nec reſpiraret. Inualuerat enim vtriuſq; belli vis intantū, q̄ multi deſperarent de dei adiutorio credentiū. Sed quū ſubito ita prouiſum ſuit a deo, ⁊ nō niſi potentiſſima virtute ⁊ miraculo dei, oībus ꝯſolatio vna fuit: chriſtū Ieſum dn̄m cęli ⁊ terrę curā habere de ſuis credentibus ⁊ eccleſia ipſa. Nec aliter vinci poterant obſtinatiſſimi heretici niſi iniecto timore a potentia terrena vſq; in hodiernum diem. Sed vide chriſti ſapientiam. Roma primū caput orbis erat, deinde facta eſt caput chriſtianitatis: ab armentorū paſtoribus primuz condita, poſtea a principibus ſummis inſtaurata. Roma quę proſtibulū cunctorꝫ demonu erat, facta eſt patria cęleſtiū ciuiū: e limo primum lapidibuſq; fundata, ſed multa melius fidei veritate munita: cuius poſtremi fundatores Petrus ⁊ Paulus ſupremi gregis Dn̄ici paſtores multo eam felicius reſtaurarunt q̄ Remus Romuluſq; condiderunt, quorꝫ ſtudio prima męniū fundamenta locata ſunt, e q̄bus is q illi nomē dedit fraterna eā cęde fędauit: cuius imperiū lapſu iꝑm ille accepit, qui conſtitutus eſt a deo ſummus princeps vniuerſę terrę: q pōt ⁊ terrę principes ſubiugare, pōt etiā hereticos profligare. Habet enim et gladiū materiale, habet ⁊ ſpirituale: quos illi ſufficere dixit, qui eſt princeps regum terre, ⁊ cui data eſt a patre deo oīs ptās in cęlo ⁊ in terra. Matt. vlti. Sic ergo adiuuit terra mulierē, vt terrena potentia ſuperet oēm offenſionē. Cenſet abbas Rupertus, terrā adiuuiſſe mulierē hanc ſanctaz in Niceno concilio, in qd̄ ex omni orbe eccleſię ſeruor magnanimi principis Conſtantini cōuocauit vniuerſos, Ep̄os, Archiep̄os, Doctores orthodoxos, vt publico conſilio decerneret, quid ſaluti vtile foret: quo tūc ex omni terra cōuenientes viri religioſi, ⁊ illuſtres, q nouerant e ſcripturis diſputare in omni eloquutionis ſplēdore. Inter quos eminebant magnus Euſtachius, Antiochenę ecclię pręſul, ⁊ Euſebi⁹ cognomine Pāphilus, alijq; cōplures: quorꝫ virtute viui curati ſunt, mortui vitę reſtituti. Erant inter eos nōnulli ſuꝑioribus ꝑſecutionibus ob inuictā fidē ignito ferro ſignati, alij dxtros oculos effoſſi, erāt ⁊ quorꝫ dexterę abſciſę erant: vnus horꝫ erat Paphonius Aegyptius. Illic cernebat ppl's athletarū viriliter ꝓ chr̄o q antea decertauerāt, q ingenti glorię erant eccleſię. Memorabant ij paſſiones, ⁊ fidei agones ac fortitudinē in alterutris, nō ſecus ac in magna ſummi Imperatoris aula ſolent digito cōmōſtrari, q egregia bello peregiſſent facinora dicentes, hic principem exercitus ſtrauit, ille diſſipauit robur belli: hic dextrū cornu ꝑfregit, ille penetrauit aciē exercitus, hic illius ſpolia defert, ⁊ alia huiuſmodi. Aderant ſimul ⁊ Syri, Cylices, Phęnices, Arabes, Paleſtini, Thebęi, Lybies, Meſopotamij, Perſę, Scythę, Pontici, Aſiani, Phryges, Macedones, Achiui, ⁊ Epyrotę, cunctarū omnino eccleſiarū, quę totā Europā Lybiamq;, ⁊ Aſiam reple

Eccleſiam adiuuit fra in Niceno concilio.

bant: ſimul aderant & miniſtrorū dei congregata cacumina, vnaq; orationis domus, tanq̄ a deo dilatata intrinſecus ferebat oēs in idē, vt nō ſententia in diuerſum diſcederent. Tunc Arriana hereſis abſorpta, planeq; in nihilū redacta eſt. Sed & ſecundo terra adiuuit mulierē in Conſtantinopolitano concilio, in quo Eunomius, Macedoniuſq; cōdēnati ſunt. Tertio in Epheſino concilio, quo Neſtorij impietas eſt ſublata. In Chalcedonēſi quoq;, in quo Eutychis, Dioſcoriq; vana cōmenta deleta ſunt. Sic alijs atq; alijs etiā in ſpūſctō coactis cōcilijs terra os ſuū aperuit, impietatis oē ſimul flumen abſorbens, dānatis ſeditionū authoribus. Aliter terrā dehiſcentē carnem chriſti Haymo intelligit: flumen, torrentē paſſionis eius. Ponā verba eius. Terra in ſacro eloquio humanā, inqt, naturā ſignificat: vnde primo

Terra caro chriſti. homi, dictum eſt, Terra es, & in terrā ibis. Terra itaq; in hoc loco, caro noſtri redemptoris intelligit, q cū in forma dei eſſet, formā ſerui accepit. De hac terra Pſalmiſta ait, Benedixiſti dn̄e terrā tuā: auertiſti captiuitatē Jacob. Hec terra mulierē adiuuit, qa ipſe primū oēs fluctus humane perſecutionis ptulit & deuicit. Aperiens aūt os ſuū flumen abſorbuit: qa tpe paſſionis abundantia vite ſue mortis principē deglutiuit: & reſurgens a mortuis inundantes fluctus abſorbuit potētia diuinitatis: qa ad hoc mortuus eſt, vt & viuoꝝ, & mortuorū dn̄ēt. Unde Apl's, Dedit illi deus nomē, qd eſt ſup oē nomē: vt in nomine Jeſu oē genu flectat. & vnde ipſe fluctus pſecutionū ſuperauit, inde eccleſiā ne vinci poſſit adiuuit. Ac ſi diceret ſuis fidelibus, Nolite timere mortē: nolite timere fluctus humanarū ſubire pſequutionū, ſed confidite, qa ego vici mundū: principē quoq; mundi debellaui: fluctus vite mortalis reſurgendo calcaui: qa prior ego perſequutiōes bibi, bibenſq; ſuperaui: vobiſq; ſpem reſurgendi dedi. Ideoq; ſicut ego me humiliaui, & per humilitatē ad victoriā veni: ita & vos humilitatem ſequamini, vt mecū poſtmodum regnare poſſitis: qm̄ diabolus nihil āpli' pualebit in corpe, q̄ qd pualuit in capite. Hec ille. ¶ Pun. 5.

Et iratus eſt draco in mulierem, & abijt vt faceret praelīū cū reliquis de ſemine eius, q cuſtodiūt mādata dei: & habent teſtimoniū Ieſu xpi: & ſtetit ſuper arenā maris.

Uidens draco nō poſſe cōtinuari pſequutionē, neq; ad effectū noxia vota pduci, qbus eccleſiā chri de mundo auferri poſſe putabat: inſtituit bellū cū pia generatione cuſtodientiū mandata dei. Bellum hoc de quo hic fit mentio, ſub quartū ſigillū & tubā quartā credit geſtum fuiſſe. Ubi enim parū fœliciter conatus primus in Aplos illi, & ſecundus in martyres ſucceſſiſſet, ſed nec pfeciſſet hereſibus, reliquit eam, quā ſeipſa ſemp, fortiorē deprehenderat, vt nō deinceps fidē infeſtaret: venit ad particularia ab vniuerſalibus, & a particularibus ad ſingula indiuidua, & ideo ſup arenā maris conſtitiſſe memoratur. Non pōt hic mare ſctō ſenſu capi, p eccleſia. ſicut ſupra cap 8. ſub ſecunda tuba. Quid ergo mare hic eſt niſi mūdus iſte? huius arena increduli

ſunt oẽs recte ꝑ arenã deſignati intellectiq̃z, ꝙ multi ſint, ⁊ ſteriles, vt pote gratię humore carentes, ſiue omni fructu iuſticię dei. Siquidem fides fœcundat ⁊ fructificat in oẽ opus bonũ, quę ꝑ charitatẽ opat. Uident quidẽ increduli ſubinde bona operari, facere ẽt fructus pioꝝ, ſed reuera nõ faciunt. Nã fides ſola habet fructus, ꝗ digni ſunt vita ęterna, quã ipſi nõ habent. vnde etiã opera eorũ nõ ſunt, niſi putridi fungi: imo mera pctã. Oẽ enim qđ nõ eſt ex fide pctm̃ eſt Ro. 14. Arbor enim mala nõ facit niſi malos fructus Matth. 5. Sed ꝗ ſunt hi increduli? Turcę ſunt increduli: qui modo oĩm crudelitates contra eccleſiã dei in ſeſe recapitularunt, chĩani nois perpetui hoſtes: quoꝝ ꝑſequutio cepit in quarto tpe ecclię, Anno videlicet chriſtianę ſalutis ſeptingenteſimo qnquageſimo octauo. Gens iſta truculentiſſima eſt: ⁊ in cunctis ſtupris ⁊ maſculorũ concubitu ignominioſiſſima, ⁊ infamis: quę ex Scythis (vt quibuſdã placet) ꝗ iuxta Meotim paludem habitant, ſiue a Teucris (vt ſupra dictũ eſt cap. 6. Sec. 4. pũc. 2.) trahit originẽ. Hęc de finibus ſuis egreſſa multas chĩanorũ prouincias occupauit. Primũ qdẽ cũ finitimis bello cõflixit: deinde vlterius tranſiens, Ponthũ, Capadociã, Galatiã, Bythiniã, Lycaoniã, Piſidiã, vtrãq̃z Phrygiã, Pamphiliã, Ciliciã, ac oẽm Aſiã, quę minor vocat, aliaſq̃z multoꝝ chĩanorũ ꝓuincias, ac regna, in ſuã ditionẽ adiecit. Et quũ Hieroſolymã in deditionẽ accepiſſet, Aegyptũ quoq̃z imperio ſuo iunxit. A Saracenis inde Mahumeticam ſectã accepit, quę tpe, Conſtantino Heraclij filio cepta eſt anno imperij eius duodeuigeſimo, Dñici vero natalis Sexcenteſimo vigeſimoſecundo. Deinde ſub Othomanis principibus imperia latiſſime dilatauit. Habuit reges. primũ imperatorẽ Othomanũ, quẽ exigui primũ cenſus fuiſſe ferunt ⁊ obſcure natũ. Poſtremo quũ inter principes orta eſſet diſcordia, Anno dñi milleſimo trecenteſimo, accitis vndiq̃z latronibus, alijſq̃z ꝑdonibus, ac raptoribus, oppida nõ pauca diſcordantiũ principũ in ſuã redegit ptãtẽ. Unde factũ eſt vt breui magnũ ſibi nomen, magnãq̃z authoritatẽ acquireret, ⁊ primus totius gentis ſuę imperator exiſteret, a quo Othomanoꝝ familia orta. Huic ſucceſſit Orchanes ſecundus videlicet impator. Tertius Amurates fuit, ꝗ primus in Europã claſſe traiecit, Anno chĩi 1363. Quartus Paiazites ꝗ Gręciã totã ac Theſſaliã cepit, Anno a nato chõ 1386. Celapinus quintus, ꝗ imperiũ Trapezontinũ ſibi ſubiugauit, Anno ſalutis. 1394. Sextus Moyſes, ꝗ Parthos deuicit. Mahumetes ſeptimus, qui Seruiam ⁊ Ualachiã ſuo impio ſubdidit, circa ãnũ dñi. 1410. Amurates octau⁹, circa annũ dñi. 1433. eligit: ꝗ ſubiugata Theſſalonia, ac deuicto ad Uarnã rege Ladiſlao, vſq̃z in Septem caſtra Ungarię fines penetrauit. Mahumetes magnus deinde nonus impator, Conſtantinopolim triſtiſſima tragędia cede multa chriſtianoꝝ accepit, circa annũ dñi. 1450. ⁊ Hidruntũ in Italia Calabrię prouincię ciuitatẽ primã expugnauit. Paiazites interfecto Zeliabo Turcarũ decimus imperator anno chĩano. 1481. ſubiugata omni Myſia per Styriam in

Impij di‑gnos vite fructus nõ faciunt.

Turcarũ origo quãdo cępit.

Turcarũ prim⁹ imperator deinde ⁊ alij numerant

ſorum vſq; Julij excurſiones fecit. Selimus vndecimus imperator, Anno. 1512. Aegyptū ſubiugauit. Solimannus duodecimus imperator, circa annos dñi. 1516. imperiū ſumēs: Anno. 1521. Belgradum primū oſtiū Ungarię ſupra Danubiū ſiue Iſtrū grauiſſima obſidiōe expugnauit, & in deditionē accepit: hinc Rhodū quoq;. Anno vero chriſti. 1526. die. 29. Auguſti maximo exercitu veniens, in cāpo Mobacino regē Ludouicū Ungarię interfecit, & oēm exercitū Ungaroꝝ in fugā cōuertit & cecidit. In quo prælio deſyderati ſunt fere oēs Ungarię principes eccleſiaſtici & laici. Interfectus eſt Archiep̄s Strigonienſis Ladiſlaus humili domo & ſordida natus. Paul⁹ quoq; Thomorinus Colocenſis Archiep̄s, ex Frāciſcanoꝝ familia, religione & diſciplina militari inſignis. Franciſcus Perennius Varadienſis ep̄s, illuſtri progenie magis q̄ morū donbus ſpectabilis. Philippus cognomēto More, ep̄s Quinq;eccleſienſis: quo oratore vſus eſt rex Ungarię nō ſemel ad Romanū Ponti. Maxi. & alij, quos longū eſſet cōmemorare, quando etiā oē robur Ungarię concidit. vt his occiſis facile eſſet poſtea deſeuire in oēs: vaſtare Ungariā, diripere nō repugnantes. Vaſtato ergo regno nō diu moratus redijt in Turciā magna totius Ungarię præda, rerū, chr̄ianorūq;. Nec draco quieſcit donec & Germaniā ſubijciat ſibi: ſic Ungaria miſere ſubacta. cuius exercitus multitudo ita innumerabilis eſt, vt arenę maris ęquiſſime cōparet, & certiſſimū ſit eos fore arenā maris, ſuꝑ quos ſtat draco pugnaturus aduerſus filios eccleſię. Horum in catalogo numerantur & hi q ſolo nomine chr̄iani ſunt, cęterū autē impij, Ethnicis deteriores: per quos inumeras infert pijs moleſtias, vt ſole preclarius patet. Obſerua. Draco ſuꝑ petrā nō ſtetit ſed ſuper maris arenā. Liquet enim, quia ſerpens in petra veſtigiū nō figit ſed nec figere poteſt: arenā vero ſignat longo membroꝝ tractu, mollē quoq; humū. Quippe quia diabolus locū in ſanctorū cordibus non habet, qui petra ſunt: habet autē in his, quoꝝ mentes carnalis cōcupiſcentię humor perfundit: hinc a domino in Job dicitur, Sub vmbra dormit, in ſecreto calami, in locis humentibus ideſt, carnis voluptatibus deditis: qui vt calami, foris nitidi ad apparentiam ſunt, intus autē virtute carentes. vt enim ſub vmbra q dormit, nō ſine voluptate ęſtiuo ſole dormit: ſic in conſuetudine mali qui iacet, inuenit refrigerium vbi voluptatem conſuetudinis explet: in quibus nimirū ſolis locum vbi conſiſtat draco reperit. Magna infœlicitas voluptuoſe viuentium, quia crudelem ſemp hoſpitem in ſecreto conſcientię cubiculo deliteſcentem habent. In locis quippe humentibus, id eſt, ſpurcitia libidinis cęnoſis, maleq; ſtagnantibus cordibus voluatur malignus. Cuſtodiat nos dominus a dracone iſto ſemper. Amē.

# CAPVT. XIII.

## DE BESTIA, SEPTEM CAPITA: CORNVA DECEM: AC DIADEMATA TOTIDEM HABENTE: PARDO, VRSO, LEONIQVAE SIMILI.

### SEC. 1. PVN. 1.

ET vidi de mari beſtiam aſcendentem: habentem capita ſeptem, & cornua decem: & ſuper cornua eius decem diademata: & ſuper capita eius nomina blaſphémiæ.

Quę hucuſq; viſa vel ſcripta tractauim⁹ de dracone magno ⁊ ruſo, tot capitũ, tam multorũ cornuũ, qui deuorare intendebat illius btę mulieris filiũ maſculũ: ⁊ illo rapto ad deũ, ⁊ ad thronũ eius: tam grande cõmiſit pręliũ cũ his, q̄ habent teſtimoniũ eius, iam pridem impleri cepta ee̅ ante nos luce clarius eſt. Adhuc vna tribulatio futura eſt, in qua cętere oe̅s, quę pręceſſerunt, recapitulabunt: oĩm tribulationũ ſęuiſſima, quę fiet ſub magno Antichriſto, quando reuelatus fuerit hõ pcti, filius perditionis: q̄ aduerſabit, ⁊ extollet ſupra oe̅ qđ dicit deus, aut qđ colitur: ita vt in templo dei ſedeat, oſtendens ſe tanq̃ ſit deus: cuius aduentus erit ſ̄m operationẽ ſatane, in oĩ virtute, ⁊ ſignis ⁊ prodigijs mendacibus, ⁊ in omni ſeductione iniq̄tatis, his q̄ pereunt, eo ꝙ charitatẽ veritatis nõ receperunt, vt ſalui fierent, teſtante Aplo. 2. Theſſa. 2. Immittet, inq̄t, illis deus op̄ationẽ erroris, vt credant mendacio: vt iudicent oe̅s, q̄ nõ crediderũt veritati, ſed conſenſerũt iniquitati. Illa inq̃ vna ⁊ ſuprema tribulatio, modo ſupereſt, quę ꝙ vere magna futura ſit dñs ipſe grauiſſime teſtatus eſt, ita vt diceret, nõ fuiſſe neq; futurã eſſe vllã, quę illi iure exęquari poſſit. De illo ergo filio perdito, deq; extollentia eius prodigijſq; mendacibus, tribulationũ inſuper árietibus, pręſens hęc viſio demonſtrat: vbi principio oĩm offert beſtia immanis e mari ꝓſerpens ámirabili habitudine, quę ipſum perditũ hoiem deſignat, ꝙ de pplis mũdi huius, ideſt impijs naſceret, qui illũ citra cõtrouerſiã ſunt recepturi: id eſt, de quoꝝ corde illũ diabolus educet in apertũ, ⁊ noticiã mundi, quẽ ante de ſuo ſpũ progenerauit, ſic autẽ educet vt ponat in ęſtimatione tanq̃ deũ. Aſcendens aũt beſtia dicit, ꝙ ad honoris ſumma faſtigia proueheret, indeq; magis ac magis eleuet: totus náq; eius aſcenſus ſui erit extollentia, grandiſq; apud hoies exiſtimatio: vt rectius aſcendentẽ q̃ exeuntẽ dixe-

Antichriſ. deſcribit.

rit. Beſtiā appellat quo crudelitatis eius ferocitatē clarius demonſtret.

*Beſtia erit Antichriſtus, agno xp̄o cōtrarius.*

Beſtia enim generale nomē eſt, agno cōtrariū: quo ſignificatur ꝙ pplm chri peculiarem inexorabili odio ꝓſequutura ſit beſtia hęc inſana ⁊ truculenta, totidē rictibus quot capitibus hians. Jam ſcim⁹ capita beſtię regna deſignare, regnorū enim typi ſunt, eorū, quę vnq̄ ab initio eccleſiā dei ſunt ꝓſequuti: quorū ſęuitiā in ſe oēm malignus

*Capitū beſtie myſterium.*

ille colliget, velut oīm potentia, ſeuitiaq; ꝓfungat. Porro regni Aegyptiorū tyrannidē primū caput deſignat, qđ Jſraelitis erat infeſtū. Scđm, carnalis Jſraelis in Jezabele ⁊ poſteris ꝓphetas dñi perſequentibus. Tertiū Babyloniorꝫ tyrannidē, Nabuchodonoſore rege pplm dei abducente, ⁊ aureā ſtatuam, quā fecerat adorare cogente. Quartū Perſarū eſt atq; Medorū tyrannis, volente Aman ſub Aſſuero perdere vniuerſam gentē Judęorū. Quintū Gręcis dat Antiocho Epiphani crudelia nimis ⁊ impia exercente, vt in libro Machabeorū legimus. Sextū Romani rerū dñi ſibi vendicant, Nerone, Domicianoq; ⁊ alijs ecclīā dei ꝓſequentibus. Septimū tyrannidē Antichriſti p̄figurat ⁊ regnū: qđ vt poſtremū oīm, ita ⁊ ſęuiſſimū, pernicioſiſſimūq; eſt futurꝫ. Quorū oīm ſic tyrannides in ſe recapitulaturum eſt monſtrū hoc horrendū, ꝙ oīm ſeuicia vtat: vt etiā captiuitate opprimat pplm dei ꝑinde atq; Pharao olim. Abducet aūt a veritate multos, ſeq; cū eis adorare faciet: vt Nabuchodonoſor ſtatuā erectam. Jnternitionem minabitur, vt Aman. Faciet impias direptiones vt vterq; Antiochus. Occidet vt Nero, Domitianuſq;: ⁊ ſupra q̄ ij oēs. Miraberis forſitan hic, eo ꝙ ſuperius draconi magno ⁊ ruſo tribuerit decē cornua, capita ſeptem, ⁊ iuxta hęc ſeptē capita diademata numerauerit: hic aūt ad numerū cornuū numeret ⁊ diademata decē. Quę huius diſcrepantię cauſa? Quippe quū vtrobiq; in cornibus infeſtatio deſignet: dat intelligi, vt quot imperia obtinebit, ⁊ tot etiā infeſtationes ꝓducat de oībus ſuis regnis contra pplm dei, crudelius oībus. Quandoquidē Gręcorū regnum in quatuor partes

*Blaſphemiarꝫ ſuꝑ capita beſtie exiſtentiū myſterium.*

erat imperiaq; diuiſum, e quibus ſolū diadema, qđ habuit Antiochus, infeſtū fuit. Diadema imperiū eſt: nā ob id regū capitibus diademata imponunt, vt imperia eorꝫ deſignent, q̄bus par ſit ſubiugari cęteros, quorꝫ habenas tenent. Porro quot erunt reges ſibi ſubiugati tot erunt huiuſce impietatis ⁊ miniſtri: vt bene decē cornibus decem diademata imponerent, ideſt, tot infeſtationis miniſtros obtinebit, quot reges ſibi ſubditos habebit, ⁊ nullus ab infeſtatione abſtinebit.

*Quę regna ab initio diuinū ſibi vſurparūt honorē recēſent, ī ſuis ꝓncipib⁹.*

Sed q̄d hoc eſt ꝙ ſuꝑ capita monſtri huius noīa blaſphemię depingant? niſi hoc ꝙ in omnibus regnis ſuis vſurpare diuinitatē ſibi velit, atq; affectatę cuiuſdā claritudinis ſimilitudinē cōcupiſcat: vtq; eū oēs deū acclament ac ſaluatorē. Hoc enim eſt blaſphemia, qđ diuinitatis vſurpatio. Bene aūt in capitibus nomen habere blaſphemię beſtia dicit, q̄a in ſingulis regnis pręfatis blaſphemia viguit. De regno Aegyptiorꝫ certū eſt, q̄a blaſphemauit: nō tantū in eo, ꝙ contra deū ſtetit, filios Jſrael p̄mendo, ne vllā haberent noīs dñi dei recor-

dationẽ reuerentiãq;: verũ etiã in eo, ꝙ ipſam ſimilitudinẽ dei affe-
ctauit. Unde ⁊ typũ tenet diaboli: dño in exprobrationẽ eius, ꝓphe-
tę Ezechieli dicẽte, Fili hoĩs dic Pharaoni regi Aegypti, ⁊ pplo
eius: cui ſimilis factus es in magnitudine tua? Et poſt pauca, Cui aſ-
ſimilatus es, o inclyte, atq; ſublimis inter ligna voluptatis? Eze. 31.
De regno quoq; Iſraelitarũ certo habemus, q̃ Iezabel blaſphema-
uit, nõ modo cogens idolon Baal ꝓ deo coli: verũ etiã peruertẽs iu-
rationẽ noĩs dñi tunc tp̃is vſitatã: vt q̃ ſolitũ erat ſic iurari, Hęc mi-
hi faciat deus, ⁊ hęc addat. ipſa iurabat, contra Eliam di. Hęc mi-
hi faciant dij, ⁊ hęc addant: niſi cras hac hora poſuero aĩam tuam,
ſicut aĩam vnius ex illis, ſubaudi prophetis Baal, quos occidiſti. 3.
Reg. 18. ⁊ 19. cap. De regno babyloniorũ notũ eſt, q̃ erexit ſtatuam
aureã cõpellens cunctos vt adorarẽt eã. Itẽ q̃ dixit, Et q̃s eſt deus,
q̃ eripiat vos de manu mea? Dan. 3. Scriptum eſt in libro Iudith, ꝙ
ꝑcepit Holoferni Nabuchodonoſor rex, vt oẽs deos terrę extermina-
ret, ſeq; ſolũ ab oĩbus deũ appellari cogeret, quoſcunq; ſubiugaret
imperio. cap. 3. De regno Perſarũ atq; Medorũ id conſtat, q̃ Aman
iratus fuit valde, ꝙ Mardochęus nollet eũ adorare: cuius hęc re-
ſponſio ſatis admodũ in deũ pia fuit, Libẽter pro ſalute Iſrael etiam
veſtigia pedũ eius deoſculari paratus eſſem: ſed timui ne honorem
dei mei transferrem ad hoĩem: ⁊ ne quẽ adorarem excepto deo meo.
Heſter. 3. ⁊ 13. Quo ſane dicto vir fidelis exprimit, quia inſolens ille
nebulo, nõ qualẽcunq; adorationẽ, ſed illã ſibi exigebat, quę ſoli deo
cõpeteret. Nã eſt adoratio, qua, ſaluo honore dei liceat adorari ho-
minẽ, adorareq;: quã Mardochęus nõ tantopere refugiſſet, quum ⁊
propheta Nathan regẽ hoĩem adorauerit. 3. Reg. 1. De regno Græ-
corũ nemo eſt ferme q̃ neſciat, q̃ ſacras lr̃as legit, quia in Antiochũ
blaſphemauit: q̃ aſcendens hieroſolymã in multitudine nimia egreſ-
ſus ad ſctã ſctõrũ, ⁊ loquutus eſt ſupbiã magnã. 1. Mach. 1. De quo
ſic Dan. 8. legis, Et magnificatus eſt vſq; ad fortitudinẽ celi: ⁊ deie-
cit de fortitudine, ⁊ de ſtellis, ⁊ conculcauit eas, ⁊ vſq; ad principem
fortitudinis magnificatus eſt, ⁊ ab eo tulit iuge ſacrificiũ ⁊c̃. De regno
Romanorũ aperte conſtat, q̃ blaſphemię nomẽ altius ſibi inſcripſe-
rit, cõicando ſuis regibus deitatis nomẽ. Nã, vt cęteros taceã, Octa.
Auguſtus adhuc viuẽs, ⁊ in corpore præſens deus inuocatus eſt: tem-
plũ quoq; erigi, atq; aras, necnõ ſimulachra ⁊ ritus ſacrificiorũ ſibi-
met inſtitui ſtultus pręſumptor admiſit. De regno Antichriſti ſuper-
fluũ videt̃ quippiã dicere, de quo Paulus teſtat̃, q̃ extollet̃ ſuꝑ om-
ne qđ dicit̃ deus, aut qđ colit̃: ita vt in templo dei ſedeat, oſtendens
ſe tanq̃ ſit deus. 2. Theſſa. 2. de quo ⁊ in hac ſcriptura dicitur paulo
poſt, Datũ eſt ei os loquens magna, ⁊ blaſphemiã: ⁊ aperuit os ſuũ
in blaſphemias ad deũ, blaſphemare nomẽ eius, ⁊ tabernaculũ eius.
Igit̃ ſuꝑ capita beſtię nomina blaſphemię ſunt: quia ſingula regna,
quorũ in ſemetipſo tyrãnidẽ aduerſus eccleſiã dei vſurpaturus eſt ho-
mo ille pcti, ſuis regibus diuinũ nomen adſcripſerunt: vel ipſi reges

deo celi aduerſantes,ſibi pꝛipuerunt. Breuiter, quęcunq; regna ditiōi ſuę ſubiecta erunt,diuinū ei nomē adulātes tribuent. ¶ Punc. 2.

Et beſtia, quam vidi, ſimilis erat pardo: & pedes eius ſicut pedes vrſi: & os eius ſicut os leonis.

*Pardo beſtia cur ſimilis.* Pardo ꝓpter varietatē gentiū,quas ſubacturus eſt,beſtia comparatur:ꝛ etiā ꝓpter legis varietatē,vt ex oībus capiat aliquid, vnde ſuā conſarciat:ad hęc ꝓpter multiplicē blaſphemiā, ꝛ ambitionē. Urſo comparaꝭ ꝓpter maliciā beſtialē. Leoni ꝓpter robur,ꝛ virtutē potentię,necnō linguę ſuperbiā. *Pardi natura.* Pardus in Daniele cap. 7. regnū ſignificat Macedonū. Eſt enim beſtia velociſſima,quę pceps ferꝭ in ſanguinē, ꝛ ſaltu ruit in moꝛtē:ſic ꝛ regnū illud in Alexandro rege velociſſimū in dilatando imperio fuit:vt nihil victoꝛijs eius velocius ſit: Ab Illyrico quippe ꝛ Adriatico mari vſq; ad Indicū Oceanū, ꝛ Gangem fluuiū,non tam pꝛęlijs ꝙ victoꝛijs pcucurrit:ꝛ ſex annis Europę partē,ꝛ oēm Aſiā ſibi ſubiugauit. *Alexādri magni velocitas in ſubigēdo regna.* Bene ergo beſtia ſimilis pardo deſcribit:qa in ea malignitas beſtię,ꝛ velocitas,quę erat in Alexandro in ſubiugandis regnis demonſtraꝭ:vt ꝑ miraculo fiat quanta celeritate vniuerſum oꝛbē ſibi ſubijciet. Ut enim apparuerit,receptuſq; ab hominibus fuerit: mox dimittet pdicatoꝛes ſui mendacij ſagaciſſimos ꝑ vniuerſum oꝛbē,q annunciabunt mira contentione mendacia,docentes e ſcripturis:cuius pꝛędicatio ꝛ ptās pringet a mari vſq; ad mare,ab oꝛiente vſq; in occidentem, a meridie vſq; in ſeptētrionē, regeſq; ac pꝛincipes ꝛ ptātes adhęrebunt illi,per quos pſequutionem in eccleſiā chꝛiſti in toto oꝛbe excitabit:hoc eſt ꝙ ſuꝑ coꝛnua ſingula, ſingula ſint etiā diademata. *Antichꝛiſti malignitas exprimitur.* Poꝛro in pedibus voluntas deſcribitur, quo intelligeres voluntatē in Antichꝛiſto ad perdendū crudelē futurū. Urſus in viſione Danielis regnū Perſarū eſt,atq; Medoꝛū ob crudelē malignitatē. Sed qui erunt huius pedes? niſi nequitię eius ſatellites ꝑ totū mundū diſcurrentes, parati ad effundendū ſanguinē:quēadmodū regni olim Perſarum pedes erant. Pꝛimus Aman Agagites,dein poſterioꝛes,qui a rege Aſſuero crudeles epiſtolas de occidendis Iudęis deferre feſtinabant, vt pꝛimo quoq; tpe ſanguis eoꝝ funderetꝭ. Pedes ergo eius ſicut pedes vrſi,id eſt, affectus crudeles nimis:ꝛ miniſtri dño crudelioꝛes atq; etiā ad perdendū veloces. Os deniq; vt leonis erit, fetidū, ſemperq; deuoꝛare paratū. Leęna in Daniele eſt,nō leo,quę ſęuioꝛ eſt multo:ſignificat aūt Babyloniacū regnū,ſiue ꝓpter luxuriā,ſiue ꝓpter ſęuitiā, quę inter cętera vicia excellenter erunt in Antichꝛiſto,ꝛ miniſtris eius, ꝙ legibus vtantur carnalibus,ꝑ libito inſtitutis. Obſerua. Pꝛimū beſtia dicitꝭ generali appellatione:deinde pardo aſſimilaꝭ: hinc vrſo in pedibus:poſtremo in oꝛe leo. Per qḋ myſtice deſignaꝭ,qa omnis crudelitas, quęcunq; vſq; fuit aliquando ſiue etiā excogitari poſſit,futura eſt in illo, ſine vlla exceptione,vt ipſe ſit ſolus vnicū totius malignitatis exemplū. *Pꝛecatio ad deum.* O dñe deus omps,quare iraſceris in plebē tuā, vt tam horren-

dũ tamq; crudele monſtrũ imiſſurus ſis in eã? Sed pctã noſtra hoc demeruere, qbus irritatus iram indignationis tuę ſuſtinere vltra nequeas quin effundas in finé: licet ꝛ id, vt cętera oĩa in bonũ noſtrũ ſis facturus, q vteris ſubinde malo noſtro in bonũ noſtrum. Credo equidé nõ in finé obliuiſceris noſtri. Pater eni noſter es, nec potes obliuiſci noſtri, etiá ſi mater obliuiſcat filij vteri ſui. Jd enim nos intentis pręcordijs noſtris abs te efflagitamus, vt ſcrificet nomé tuũ, qđ paternitatis eſt in nobis dulce natura, benignũ ac piũ: quatinus dulcediné potius p tua miſcđia ꝛ paterna lenitate ſentiamus, q̃ ſeueritaté: eo q illa alliciat nos, exterreat iſta. Amen. ℭ Punc. 3.

## Et dedit illi draco virtutem ſuam, & ſedē ſuam, & poteſtatem magnam.

Quę in pręcedentibus dicta ſunt, de perdito illo, hoc puncto nõ parũ roborant: draco dedit illi virtuté ſuá, ꝛ ſedem ſuá, ꝛ ptáté magná. Sedes regni typus eſt: dare ergo ſedé eſt dare regnũ: dare virtutem, eſt dare potentiá ſeducendi, ꝛ qcqd ad hęc pertinet imittere in cor, vt eſt, docere oém calliditaté, maliciá, dolos, figmenta, ꝛ artes, quibus incautos decipere ſeducereq; cõſueuit. Hoc eſt qđ Apoſtolus docet. 2. Theſſa. 2. Cuius inquit, aduentus ſm operationé ſatanę in omni virtute ꝛ ſignis, ꝛ prodigijs mendacij, his q pereunt. A quo eodé ſatana erit illi ꝛ ſapientia, ꝛ dolus, ꝛ virtus ędendi miracula, ꝛ regnũ, ꝛ potentia magna: quę oĩa ſuis ipſe cõicabit, quorũ miniſterio in id operis vtet. Tria dicit draconé beſtię daturũ. Primo virtuté: deinde ſedem ſuá: poſtremo ptáté magná: virtuté inq̃ ſeducendi, qua pręualebit. Ipſe eſt enim ille callidus ſeductor orbis: Sedé quoq; dñandi ſup oĩa regna mundi, qa eſt rex ſup oés filios ſupbię. Job. 41. Et poteſtaté magná, cui nulla ſup terrá ptás ꝯferri valet. Job. 41. Erit ergo is Antichriſtus ſup impiſs oĩbus rex cũ ſatana: vt quéadmodũ chřs ingenti gloria ſedet in throno dei, ita ille ſedeat in throno diaboli, regnans cũ diabolo: perinde atq; chřs (ſi conferri fas) cũ patre deo. Habet chřs oĩa a deo: habebit ꝛ ille oĩa a diabolo. Jté, chriſtus plenus gratia ꝛ veritate, ita ille plenus futurus eſt pctõ ꝛ iniqtate. De plenitudine chři nos accepimus oés Joã. 1. De plenitudine médacij illius accepturi ſunt filij perditionis vniuerſi. Ad hęc cõſummabit in illo iniquitas oĩs ꝛ pctm̃, ſicut veritas in chriſto ꝛ gr̃a conſummata ſunt. Deniq; quéadmodũ ſpũs chři operat in oĩbus ſctis myſteriũ veritatis, ꝛ bonitatis imenſę: ita ſpũs perditi illius operabitur in oĩbus iniquitatis miniſtris, ꝛ magiſtris, plus minuſue. Ná ad vnũ corpus capitis Antichriſti oés mali ptinent ab initio: ſicut ad vnum corpus myſticũ Chři, oés pij q ſunt, ꝛ q erunt, ꝛ q futuri ſunt. Poſtremo, quemadmodũ chřs vt hõ accepit a deo ptáté ędendi miracula, quę nemo alius potuit: ita ille a diabolo, quo autore vſurus eſt, accipiet ptáté in prodigia magna ac mirabilia mendacia, tum ex eo q finget ſe ea diuina virtute edere, q̃uis ſatanę edat potius aſtutia: qbꝰ

Antichřs ſm operationé ſatanę erit.

Antichřs tria accipiet a dracone.

Antichři cũ chriſto pugnans collatio.

etiã efficaciſſime ſeducet plurimos,qui nõ veritati cõſenſere antea,vt facerent eã. Hoc ne cui incredibile videat,eiuſdẽ ſatane opera multa ſępe mirabilia ſunt edita:⁊ vt ea quę in libris gentiliũ legunt miſſa faciamus,reuocemus in memoriã,qd malignus ille ſatan in ſancto viro Job egerit:mouit ſubito Sabęos,Chaldęoſq́ȝ:ꝑ quos egit,vt boues,aſinę,chameli quoqȝ,⁊ quęqȝ in agris ſctõ viro erãt diriperent,pueri quoqȝ occiderent preter illũ nunciũ ꝑ quẽ voluit ad maledicendũ ſacroſanctũ nomẽ dñi dei ſanctũ inducere Jobum. Proluit idẽ e cœlo ignẽ,qui conſumeret oues:pueros quoqȝ vice altera. Excitauit ⁊ ventũ quo domus primogeniti cõcuſſa rueret,oẽſqȝ opprimeret. Percuſſit deniqȝ ipſummet in carne bulcere peſſimo,vt nõ inueniret ei locus preterq̃ in ſterquilinio. Fecit hęc diabolus,ſed nõ ſine deo fecit:cuius ꝑmiſſu agebant oĩa. Nihil enim poteſt,niſi qđ,⁊ quantũ illi permittit a deo:q eſt benedictus in ſęcula. Ex preſcriptis colligimus ꝙ perditus ille,homo qdẽ verus erit:ſed quẽadmodum habitauit in chřo oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter(vt Paulus teſtat)ita in illo vere habitabit oĩs plenitudo maliciç ⁊ pcti,doli,⁊ ſapientię diabolicę,⁊ potentię: quẽ inhabitabit corporaliter ipſe ſatan,qui operabitur in eo laxatus in omnia.

## DE QVASI OCCISO CAPITE REDIVIVOQVAE. SEC. 2. PVN. 1.

ET vidi vnũ de capitibus eius quaſi occiſum in mortem:& plaga mortis eius curata eſt.

Unũ ex capitibus eius dicit Antichriſtũ:qa ſeptẽ nõ numero ſunt ſed

Unum caput. ſignificatione vniuerſitatis regni terreni,agno contrarij. Unus enim atqȝ idem homo pcti Antichriſtus,⁊ beſtia ſepticeps eſt,⁊ vnũ de capitibus:nã qa maliciã oĩm regnorũ,ab initio pietati aduerſantiũ in ſe recolliget:ſeptem,⁊ vnũ eſt,tanq̃ occiſum in morte,ſed rediuiuũ,

Antichr̃s finget ſe rediuiuũ a morte. quũ plaga mortis fuerit curata in eo. Juxta literã fertur hoc de Antichriſto,vt fingat ſe quaſi occiſum ⁊ rediuiuũ: vt ſcripturã de xp̃o loquentẽ,⁊ iam impletã:in ſe eximie mentiat recenter impletã. Quo loco dicit Haymo. Tanta quippe temeritas erit in illo dãnato homine,vt ad deludendos aĩos paruuloꝝ,imitatione veri capitis chriſti,occiſum ſe dicat:propterea ne forte veritas putet,magis aũt illuſio: nequaq̃ affirmando dicit,ſed premittit,quaſi,aduerbiũ videlicet ſimilitudinis,vt ꝑ hoc(ſicut diximus)nõ veritatis eſſe,ſed mendacij deſignet res. Alio myſterio, Satan qui in perdito hoĩe principale caput eſt,diuina ſententia,modo quaſi occiſus apparet: ſed tum viuus manifeſtabit in eodẽ hoĩe,quẽ obſeſſurus eſt totũqȝ poſſeſſurus. Uel ſic,Satan occiſus fuit,quũ diuinę ſentẽtię acutiſſimũ gladiũ ſuper ſe recepit:viuit aũt qa ſemetipſum nimis pertinaciter defendit: neqȝ ſe ꝓ mortuo,pro deo potius haberi contendit,quũ ſupra oẽs ſe cupiat exaltari,neqȝ ſibi quicq̃ plagam mortis nocuiſſe putari: vt ſit velut in templo deus,cui libamina holocauſtomataqȝ offerri fas eſſet:nõ

ſecus ac quis rebellis gladio feriat anathematis, nec tñ iniectũ ſentiat ictũ, tanq̃ plaga mortis curetur in eo exiſtimatione: Quũq; ſe in cõſcientia videat cõdẽnatũ, tamẽ per contumaciã ſeſe defendit, tanq̃ nihil eiuſmodi pateret, probeq; integer ſit, ⁊ viuat. Multi ad hunc modũ grauiter leſa conſcientia non putant ſe leſos, quemadmodũ ⁊ volunt ab alijs putari, nondũ iuſticiã dei agnoſcentes. Hi vel nunq̃ redeunt ad pœnitentiã: vel ſi redeũt, egre redeunt, quę perfectã ſui in primis noticiam poſtulat, ⁊ deiectionem. Sequitur. ¶ Punc. 2.

Et ammirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam: & adorauerunt draconem, qui dedit poteſtatem beſtiæ: Adorauerunt & beſtiam dicentes: Quis ſimilis beſtiæ? & quis poterit pugnare cum ea?

Imbecillus fide pplˀs facile tot prodigijs deluſus ſeducet: vt in exiſtimatione apud illũ habeat autor tot prodigiorũ, noĩe beſtię deſignatus: poſt quã vniuerſa terra ſic ãmirabit, vt etiã diuino cultu eam cenſeat pſequendã: dicatq; verba in laudẽ eius magnifica. Terrã poſuit p terrenis, q eũ ſequent, iuxta cõſuetudinẽ ſcripturę huius, tanq̃ terrena ſapientes, nihilq; celeſte habentes, vacui ſpũs lumine. Et adorauerunt dracone. A beſtia tranſitũ facit ad draconem autorẽ videlicet ſceleris principalẽ, q operabit in beſtia Antichriſto vniuerſa: vt quũ terreni corde ac ſpũ poſt beſtiã, in ſapientia ſermonis, ⁊ in miraculorũ magnitudine ſeducti ãmirabunt, cogitatione ferant in autorẽ draconẽ, interne illũ obſidentẽ, tribuentes illi diuinũ honorẽ: eo q talẽ dederit vicario ſuo beſtię Antichriſto ptãtẽ. a quo erit illi ⁊ virtus, ⁊ potentia, ⁊ diuitię multę nimis. Cauſam tanti erroris poſuit Apl'us. 2. Theſſa. 2. repulſionẽ charitatis fidei, dicens, Eo q charitatẽ veritatis nõ receperunt, vt ſalui fierent: ideo mittet illis operationẽ erroris, vt credant mendacio. Eſt ergo in homine libertas arbitrij recipiendi vel nõ recipiendi gratiã dei, quę in oẽs deſup ęq; collucet: licet non oẽs ęq; recipiant eã. Nam quia illi veritatẽ recipere noluerunt, iuſto dei iudicio in errorẽ mittent, qbus deus gratiã ſuã negabit; qa recipere noluerunt quũ poterant. Sicut enim miſericors eſt deus, ita ⁊ iuſtus: ad miſericordiã pertinet largiri deſyderantibus grãm: ad iuſticiã negare nõ deſyderantibus, vt Chryſoſtomo placet. Negabit ergo, ⁊ negat de pręſenti, quicũq; eam recipere nolunt. Nolunt q nõ deſyderant, nõ flagitant, vim nõ faciunt p ea aſſequẽda. Qua forma recte dixeris, Quia adorauerunt draconẽ, icirco errare permittent vt adorent ⁊ beſtiã. At dicis. Quo pacto impij adorant draconẽ diabolũ, quẽ ſępe execrant? Sed enimuero adorant, quũ pctã amant ⁊ faciunt, etiã ſi ipſum interim execrent. Ois, inqt dñs, q facit pctm ſeruˀ eſt pctĩ. Joan. 8. Facit, q amat ⁊ delectat, in quo adorat libenter peccati authorẽ, cui addictus ſeruus ſit. Dicat ergo. Et ãmirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiã, ⁊ adorauerunt draconẽ, id eſt, adorabunt: qa ãmirabunt poſt beſtiã. ideo aũt ãmirabunt, qa vident Antichriſtum

nõ ſolũ diuitijs ⁊ potẽtatib⁹, verũetiã electoꝝ ſignis ãmirabilẽ. Si ſolũ potẽtia ſecłari diuitijſqꝫ ⁊ nõ vtutib⁹ ſignoꝝ cõmuniret, forſitã ↄtẽni poſſet. Rurſumqꝫ, ſi ſolũ virtutib⁹ ſignoꝝ, ⁊ nõ ſeculari potentia pręſtaret, parũ forſitan aduerteret: mõ q̃a vtriſqꝫ ideſt, ⁊ potẽtia, ⁊ virtutibus oẽs antecellat, merito oĩs terra ammirabit: vt dicant, Quis ſimilis beſtię? Et quis poterit pugnare, cũ ea? Tã pe q̃ ãmirabilis, quã potens, quanta virtute eminens, vt nulla vis ei cõferi poſſit: nec q̃ſq̃ cũ ea decertare audeat: nõ conſyderantes hoies miſelli falſa ãmiratione ſeducti: q̃ eo potentior ſit Deus, qui quondã Pharaonẽ ſupbũ cũ omni exercitu demerſit in mare, vt vnus ex eis nõ euaderet. Ergo vnũ caput huius ille cõtriuit: tradidit in occiſionẽ ⁊ Jezabel ꝓpheta-

Draconis capita per deum con fracta.

rũ ſctõꝝ impiã pſequutricẽ, quę deiecta p feneſtrã colliſo capite ſanguinẽ cũ ſpũ fundit: in qua ſecundũ quoqꝫ caput confractũ eſt. Sed ⁊ Nabuchodonoſor eiecit ex hoibus, vt fenũ comederet, quẽadmodũ bos. Balthaſarem huius filiũ nocte peremit, in quo tertiũ caput amputatũ eſt. Aman in patibulo ſuſpendit, in quo quartũ caput amiſſum eſt. Antiochus putredine inteſtinorũ perijt: ⁊ ſicut Daniel dicit, ſine manu contritus eſt. Nero notiſſimę crudelitatis ⁊ luxurię inſanię

Petri Pauliqꝫ mortis cauſa.

ꝓdigiũ, interfectis Petro ⁊ Paulo, eo q̃ vterqꝫ chriſtũ prędicaret: et q̃a pellex ſua, cuius amore deflagrabat, Pauli p̃dicatiõe pſuaſa fidẽ ſuſcepiſſet: nec thorũ eius vltra repetere vellet, ⁊ multis ſctõꝝ millibus peremptis, quũ a ſenatu quęreret ad pœnã, e palatio fugiẽs, ad quartũ vrbis milliariũ, in ſuburbio liberti ſui inter Salariã ⁊ Numẽtanã viã ſemetipſum interfecit, anno ętatis ſuę trigeſimoſecundo: in quo oĩs Cęſarũ familia cõſummata eſt: vt nullũ iam illi caput ſupereſſet in prę̃cedentibus. Et hic q̃ ſex capita confregit, poterit ⁊ ſeptimũ

Deus confriget Antichriſtum.

confringere, in Antichriſto: vt nõ ſtulta ãmiratione dicant, Quis ſimilis beſtię? ⁊ q̃s poterit pugnare cũ ea? Doceamur ex geſtis prę̃cedẽtibus, ⁊ deũ potentiorẽ eo agnoſcemus, q̃ ſtatim pditurus eſt, ⁊ hunc tã ãmirabilẽ, tã potentẽ, tanta virtute coruſcũ. Huius ſtultę ãmirationis typus olim p̃ceſſit in adulatoribus Herodis, de quibus Act. 12. ſcriptũ legimus, Quia ſtato die regia veſte indutus, cõcionabat ad plebẽ. Plebs autẽ ſplendore veſtiũ in ſummã ãmirationẽ adducta, ſupra hoiem eũ cœpit exiſtimare, vt diceret, Dei voces, ⁊ non hominis. Porro beſtiã noiat ſcriptura Antichriſtũ: nec tamẽ beſtia a ſuis ſequacibus appellabit, aut credetur: ſed chriſtus: q̃ eũ ãmirabunt ⁊ poſt eũ current, ⁊ dei voces acclamantes tribuunt illi deitatis honorẽ, quũ nõ ſit niſi beſtia pręter rationẽ ferox, pfuſor ſanguinis ſctõꝝ, ⁊ aię viuentis interemptor, contẽptor dei maieſtatis, ⁊ totius pietatis euerſor, proculcator autẽ ſctitatis totius. Mira inſania, ſed p errorẽ fienda, vt ſtultus ppłs ex hac quaſi excuſabilis fiat, ⁊ ab errore facile ſuo tpe corrigat. Quid enim ſtultius, mox periturã beſtiã deũ acclamare? ⁊ quę ſe ſaluare nequeat deũ credi? Quis inquit, ſimilis beſtię? Sed vnde hęc fiet de ea tanta reputatio? Quia videlicet neqꝫ in ſeculari potentia, neqꝫ in miraculorum mendacio ſimilis quiſq̃ ei inuenietur.

Qua in re nec adeo peccant: ſed ꝙ diuinū illi tribuunt honorē, peccant in infinitū. Juſti dicunt deo. Quis ſimilis tui in fortibus dñe? Et rurſum, Tu terribilis es, ⁊ qs reſiſtet tibi? Pſal. 75. Hi vero de beſtia pdicāt, Quis ſimilis beſtie, ⁊ qs poterit pugnare cū ea? ¶ Pun. 8.

Et datum eſt ei os loquens magna, & blaſphemias.

Nunc ad reliquias cladis Antichriſtianę ſiue eccleſię renaſcentis ex oppreſſione ſuperiore Antichriſti, quos in primis ſcriptura hęc indicat, tam largiſſimo ſenſu, vt interim ét de alijs loqui videat, ſiue que in cęlis ſunt, ſiue que in terris, vt oía p merito palá faciat. Quũ eni pręmiſiſſet, Agnũ viſum ſup mõté Siõ, & cũ eo centũ q̃dragintaquatuor millia: deinde expreſſit canticũ eoꝝ nouũ fuiſſe canticũ, qd nemo poterat cantare, niſi illa centũ quadragintaquatuor millia, qui empti ſunt de terra. id eſt, de terrenis hoibus ſegregati, q cum mulieribus nõ ſunt coinquinati, & q virgines ij ſunt. Nunc videndum eſt qd p mulieres ſm illud tẽpus ſignificet. Ubi ſciendũ q non raro in ſcriptura ſacra doctrinę ſpũum impoſtoꝝ mulieres ſunt, doctrinę demonioꝝ, doctrinę nec̃, doctrinę mendaces: in qué modũ Salomon accipit in Prouerbijs: quarum primas tenet Jezabel ſpiritibus immũdis acquieſcens. Hę ſunt mulieres alienigenę, mulieres pellices, &

Mulieres doctrine dęmonioꝝ

Syrenę deceptrices, capientes & illaqueantes miſeras holm mētes: ante quas cera obturandę ſunt virgęq3 aures electoꝝ, vt nō capiant carminibus. Sup quibus pręceptū dei eſt. 3. Reg. 11. Nō ingredimini ad eas, neq3 de illis ingredient ad vias: certiſſime enim auertēt coꝛda veſtra, vt ſequamini deos eaꝝ. Nōne cauſa pmagna eſt, vt merito tollat agni canticū de oꝛe eoꝝ, q eiuſmodi mulieribus ꝯſentiunt. Scriptū eſt enim, qa foꝛnicatus eſt ppl's dei cū filiabus Moab, quę vocauerunt eos ad ſacrificia ſua, & pmanet vſq3 in pręſentē diē macula huius ſceleris in illis. Num. 25. & Joſue. 22. Contra quos ſtricto velut ferro ꝓpugnat Apl's ſiue ſcribēs Coꝛinthijs, ſiue Galatis, alijſue eccleſijs. Et certe quēadmodū virginitas carnis amittit p cōmixtionē: ita fidei virginitas amittit p cōſenſum falſarū doctrinarū. Ex his palā eſt, qua ratione capiendus ſit pdictus textus, vt dicas, Hi ſunt, q cū mulieribus non ſunt coinquinati &c. Quod perinde eſt ac ſi dixeris, Hi ſunt qui doctrinis hęreticoꝝ antichꝛiſtianoꝝ nō ſeſe agglutinauerunt: ſynceri enim ſunt, & chari agno, quē ſequunt ſiue ad vitā ſiue ad moꝛtē, quocūq3 ierit, vt cū eo glient. Quod nō ſolū illis competit, q antichꝛiſtianę cladi ſuperunt & nō conſenſerūt ingnationi eoꝝ: cōpetit & alijs ſynceris, q ſimiliter quocunq3 tpe reperiunt: cū quibus ſtat chꝛiſtus & regnat. ¶ Punc. 6.

Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ deo, & agno: & in ore ipſorum non eſt inuentum mendacium: ſine macula enim ſunt ante thronum dei.

Sicut ex multo grege optimus quiſq3 eligit agnus: & ex fructib⁹ pręcoces pꝛimitię ex frugibus gratioꝛes ſunt, ita & iſti eligunt ex multitudine ſctōꝛū, q tanq3 pꝛimitias ſemetipſos deo offerunt. ſed quoꝛum erunt pꝛimitię? Reſpondeo. Sctōꝛū illius ſeptimi millenarij q commendant hic pꝛimo a confeſſionis veritate, qꝛ ſeuiente licet antichꝛiſto, nō tamē terroꝛe abnegarunt fidei veritatē: ppter qđ dicitur, Et in oꝛe ipſoꝝ non eſt inuentū mendaciū. Scđo a vitę puritate. Jn quod ſequit, Sine macula enim ſunt ante thronū dei. quatinus intelligeres iſta duo tibi ſumme neceſſaria. pꝛimo confeſſionis veritatē, quę fidei eſt. deinde vitę puritatē. Obſerua. Jn gręcis voluminibus coꝛrectiſſimis: nō oībus, vt qđ ī codices coꝛrupte habēt, ſed hoībus legitur: pꝛout & nos ponere curauimus veritatē ſcripturę imitantes. Poꝛro hęc vox, hoīb⁹, hoc loco emphaſim habet: quēadmodū & Eſa. 31. Aegyptus hō, & nō deus dicitur. Eſt ergo ſenſus. Hi, quos tam ſublimes agnus fecit, & tā mirifice obſignauit: qq3 ſoli ſūmo deo cantica dicere poſſunt, cū agno ambulantes, intacti, impollutiq3, pꝛimum a carnis imundicia, ne conſpurcarent, neue pudicicia pfligarent: deinde vero a falſis dogmatibus hereticoꝝ antichꝛiſti, empti ſunt ex hominibus. Ac ſi dicat ſpūſſctūs, Uides in eis magnū dei opus: qui ex obſcuris illuſtres, & ex oppꝛeſſis, glorioſi facti ſunt: in te idem fiet, ſi purū mundūq3 te ſeruaueris, pꝛimitiaſq3 intentionis tuę deo obtuleris. Hi

ris. Hi ergo empti ſunt ꝑ agnũ, ex hoībus alijs, quos ꝓſidie noxa, ſi‑
ue ẽt carnis ingnatio cõmaculauit. Empti autẽ vt primitię quędam
ſint ſctõꝝ. Quia vero ecclię cõiter vtunť his ſcripturę verſiculis in lau
dẽ ſctõꝝ innocentũ quos herodiana eodẽ die ſuſtulit ſęuitia, et iam
publicis etiãnum concionibus adſtruunt virgines magnis atteſtatio
nibus primitias eſſe ſctõꝝ, q tanq̃ primitias ſemetipſos ꝑ carnis in‑
tegritatẽ deo offerentes centeſimũ fructũ referunt, q ẽt dño ꝓximius
accedere credunť, eo φ icorruptio (vt ſcriptura ait) ꝓximũ faciat deo:
cũ qbus inambulare agnus gaudet, delectat etiã proprijs eorũ can‑
tibus, q vitę delicias oẽs ob amorẽ eius contempſerunt. Magnum
ergo virginitatis meritũ, ſed maius pręmiũ. Eſſe nãq; primitias ſan
ctoꝝ virgines nũ paruũ eſt ꝓmium? Num parua merces? & qd cũ hac
iure cõtuleris? Quid illi exęques? Empti ſunt ex hominib⁹ primitię
deo, & agno, virgines: & adhuc audes detrahere virginitati? quę pri‑
mũ glorificata eſt in virgine matre dei: cõfirmata in filio dei. Augu‑
ſtini verba ſunt. Habent cõiugia bonũ ſuũ: nõ qa filios ꝓcreant, ſed
qa honeſte, qa licite, qa pudice, qa ſocialiter procreant: & procreatos
pariter, ſalubriter, inſtanterq; educant: qa tori fidẽ inuicem ſeruant:
qa ſacramentũ coniugij nõ violant: hęc tñ oia humani officij ſunt Auguſti‑
munera: virginalis aũt integritas, & ꝑ piã continentiã ab omni con‑ nus de lau
cubitu imunitas, angelica portio ẽſt: & in carne corruptibili incorru‑ de virgini
ptionis ꝑpetuę meditatio: cędat huic omnis fęcunditas carnis, cę‑ tatis.
dat pudicicia coniugalis. Et poſt pauca, Profecto habebunt magnũ
aliquid prę cęteris in illa cõi imortalitate, q habent aliqd iã nõ car
nis in carne. Empti ergo ſunt, id eſt electi, ex hoībus, quos aliquãdo
ſpurcicia carnis cõmaculauit: primitię, id eſt gratiores deo & agno.
Uel empti in ſanguine chři: in quo & precipui habiti ſunt virgines,
tanq̃ ſpecialiter in virgine ſanguine cõſecrati ſublimatiq;. Ad hoc
ergo empti, vt primitię ſint, & grati. Iam ſcimus qd ꝓmitię ſunt, idq;
in primis ex Leui. 23. Num. 15. Deut. 18. alijs quoq; ſcripturę locis Primitię
& φ ſegregarenť primitiua deo: eſſentq; in vſum ſacerdotis, q ſum‑ quid ſint.
mus eſſet. Sunt enim ex multis pauca, pręcocia & grata: quę primũ
erant in frumento, vino & oleo: deinde alijs etiã, priuſq̃ illorũ eſſet
plenus ac liber vſus. Grãde myſteriũ, ex multis pauca: eo φ nõ om‑
nibus contingat virginitas, neq; donũ eius deť oibus. Rara auis in
terris eſt, nigroq; ſimillima cigno, vt pœta Saty. ait. vnica phęnix
eſt virginitas, pauciſſimi enim ſunt virgines. Uex nõ te moueat non
eẽ ex illis primitiuis. Satis tibi ſit ad eandẽ btitudinẽ te quoq; per‑
tinere. Bonus eſt dñs, fidelis & iuſtus eſt, q reddet tibi quoq; ꝓ tuis
virtutibus coronã, qua felix futurus ſias in ęuũ: dũmodo ne te pigeat
recte agere: atq; honorẽ dei ꝓ virili, in te, & in tuis ꝓximis, quoad
liceat ꝓmouere. Sumus oẽs empti precio ſacroſancti ſanguinis xp̃i,
q baptiſmũ fidemq; accepimus, etiã ſi nõ oẽs paria dona ſumus cõ‑
ſequuti: vt hic in vna, ille in alia dote iuxta menſurã donatiõis chři
felicius gloriet. Sequiť, Et in ore ipſorũ non eſt inuentũ mẽdacium.

Quale mendaciū: Aut quomō nō eſt inuentū mendaciū? Sed mendacij noīe pctm̄ qn̄qʒ deſignat ſicut alibi, Oīs hō mēdax. Pſal. 115. Quos ſanguis chri purificauit, ſiue in innocentibus paruulis p dn̄o occiſis, ſiue q holoſericā baptiſmi innocenter cuſtodierunt: ſiue etiam (qđ magis pręſenti loco cōpetit) q nō conſenſerunt mendacijs hęreticoꝝ Antichriſtianoꝝ, vt pariter ꝛ ipſi mēdacia loquerenť in pfidia corrupti: ꝛ ēt qui primariā intentionē dn̄o conſecrarunt, aut q carnis virginitatē in ſemetipſis cuſtodierunt: q oēs ſine macula conſiſtunt ante thronū dei, id eſt, placent deo: hoc enim eſt ante thronū dei conſiſtere placere deo, vt nō ſemel pbauimus. Poteſt ꝛ aliter. Thronus iudiciū dei eſt, ante quē ſancti donec in carne viuunt ſe intelligūt cōſiſtere. Jn quē modū ſi ꝛ nos intelligeremus, rarius peccaremus, rarius mendacium loqueremur: ꝛ modo quia procul abeſſe nos ab hoc throno dei intelligimus id eſt, nō aduertimus deū vltorē fore noſtrarū iniqtatū, frequētius peccamus, frequētius ꝛ mendaciū loqmur.

## DE ANGELO VOLANTE PER MEDIVM COELI HABENTE EVANGELIVM AETERNVM, ALIISQVAE DVOBVS ANGELIS VOCIFERANTIBVS. SEC. 2. PVN. 1.

ET vidi alterū angelū volantem per mediū cœli habentē euangeliū æternū, vt euangelizaret habitantibus ſuper terram: & omni genti: & tribui: & linguæ: & populo dicens voce magna.

Jam quę ſequunť ita pręclariſſime tempus illud vltimū, qđ futurum eſt poſt interitū Antichri exhibent, vt neqʒ poſſunt in aliud detorqueri. Angelus autē iſte tam ſolenniter p mediū cęli volans vniuerſitatē pdicatoꝝ, q tum fient, oſtendit: q p mediū eccleſię diſcurrent in oī fortitudine annunciantes euangeliū eternū. Hi enim angeli nomine deſignanť ꝛ in Malachia cap. 2. vbi ſic legis, Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiā: ꝛ legē requirunt ex ore eius, qa angelus dn̄i exercituū eſt. vt minus dubitares ſctōs prędicatores, angeloꝝ nomine deſignari. Qđ vero angelū hunc volantē deſcribit, indicat ſane prędicatoꝝ ardens ſtudium in officio: vt nō fatigenť, nō ceſſent. Volat enim quiſqʒ quū docet, aut ſcribit, dogmata fidei. Eſaias dicit, Qui ſunt ij, q vt nubes volant: ꝛ quaſi columbę ad feneſtras ſuas? cap. 60. Qui quū celeſtia plus q̄ terrena doceant, celi appellatione alibi leguntur: vt, Celi enarrant glīam dei. Pſal. 18. Vbi primum cōſyderandū quales debeant eſſe prędicatores, qa dei habitaculum: ſedes enim dei eſt celū. Sicut ſcriptū eſt, Celū mihi ſedes eſt. Et in euangelio legis, Celum thronus dei eſt. Deinde vt dotibus ingenij, ꝛ cunctis virtutibus, veluti gēmantibus aſtris ſint q̄ pulcherrime ornati: vt ꝛ ſapien-

*Angelus pdicator.*

*Predicatores quales eē debeāt.*

tia in primis luceant in ipſis ⁊ morū decora exēpla. Hinc. D. Ambro/
ſius in libro, cui Hexameron indidit nomē, Cęlū dici putauit, ꝙ im/ **Cœlū vń dictum.**
preſſa ſtellarū lumina velut ſigna habeat, tanꝗ̄ cęlatū argentū: qđ
ſignis extantibus rigeat. Eſt enim cuius circūflexu cuncta reguntꝛ: ⁊
ſtellis ſplendet quaſi quadā cęlatura. a cęlo ſculpo, eo ꝙ cęlatū ſit,
hoc eſt, ſyderibus ſculptū ſiue ſignatū. ad hęc vt glīam dei nō ſuam
quęrant: alioq fures diuini honoris conuincentꝛ: poſtremo vt cuncta
dei opa ⁊ eius iudicia, ⁊ gloriā multa cū laude extollāt, qbus rebus
quiuis cęlum eē pōt, vt pulchrum ſit ei monſtrari, ⁊ dicier, hic eſt. Nō
ſolum autē celū ſunt prędicatores, ſed ēt angeli: preſens ſcriptura in/
dicat, Uidi, inquiens, angelū volantē p mediū celi. Angelus miſſus **Prędica/**
latinis ſonat: ergo niſi mittantꝛ prędicatoris officiū aſſumere nō au/ **tor mitti**
deant. Quomō inquit apl's, prędicabunt niſi mittantꝛ? Ro. 10. Quo **debet.**
contra de qbuſdā cōquęritꝛ dn̄s Iere. 23. Non mittebā eos, ⁊ ipſi cur/
rebant: nō loquebar ad eos, ⁊ ipſi ꝓphetabant. Quos alibi ſpūſſctūs
obiurgat dicens, Quare tu enarras iuſticias meas: ⁊ aſſumis teſta/
mentū meū per os tuū. Pſal. 49. Verorꝫ ergo prędicatoruꝫ figurā hic
angelus pręgeſtat, ⁊ ideo volans p medium cęli deſcribitꝛ: ⁊ qui ha/
beat euangelium ęternum, vt euangelizet illud in oī gente, ⁊ tribu, ⁊
lingua ⁊ pplo: oportebit enim iterꝫ nouiter exoriente eccl'ia in omneꝫ
terrā nouos exire p̄dicatores, vt in ſignis ⁊ miraculis ſup oēm orbis
latitudinē dilatetꝛ ſonus prędicationis eorꝫ: vt ſicut antea prędicatio
Antichriſtorꝫ vbiqꝫ corrupat gentes, tribus, linguas, ⁊ pplos ſuper
oēm terrā: ita prędicatio verorū chriſti diſcipulorum appoſitis veluti
emplaſtris ſanet vbiqꝫ plagas eoruꝫ. Sed ſcrupulū mihi mouet: cur
euāgeliū ęternum hoc huius angeli, dicatꝛ? An qa ab ęterno fuit, ideo **Euāgeliuꝫ**
ęternum putetꝛ? Ita arbitror. Neqꝫ enim vllū fuit ęuum, quo nō euan **ęternum.**
gelij vis opata ſit in condonatione pctōꝝ p ſidē Ieſu chr̄i gratis iu/
ſtificantis pctōrē: cuius effectus cepit primū in protoplaſtis operari,
deinde lapſu tēporꝫ vbiqꝫ in oībus illis, in qbus locus illi erat, prę/
ordinatis ad vitā. Nā ⁊ vetus teſtamētum nō niſi euangeliū in eius
virtute erat: adumbrabat enim chriſtum in oībus pręceptis eius, per
quē ſolū gratia reuelanda erat. Reuelatio ergo grę dei eſt euangeli/
um, gratis pctōrē iuſtificantis, per ſidē Ieſu chriſti: cuius originem in
carne, vitā, ⁊ miracula quatuor euangeliſtę veraciſſime deſcripſere.
Primus (vt ait Hiero.) Matthęus euangelium ſuum hebręa lingua
hebręis ſcripſit anno chr̄i. 42. volens ex Iudęa diſcedere, vt ſic rema/ **Matthe'**
neret apud eos, q credentes erant memoria eorꝫ, quę docuerat. Nāqꝫ **qn̄ euāge/**
vſus lrarꝫ ob id repert⁹ eſt, vt dicit Iſidorus, in eo libro, quē de ethy **liū ſcripſit**
mologiis ſcripſit: vt memoria rerꝫ, quę p infirmitatē memorię facile
ſolent obliuione elabi, tenacius literis illigentur. Sed nec in tanta **Literaruꝫ**
rerꝫ varietate, aut dici oīa poterant, aut memoria retineri: vt bene rerꝫ **vſus cur**
indices lrę, ſignaqꝫ verborū ab eodē dicantꝛ: qbus tanta vis eſt, vt di **repertus.**
cta nobis abſentiū ſine voce loquantꝛ. vnde nō mediocriter debemus
grām his q primū lrarꝫ characteres reperetrūt. Hebręorꝫ qdē chara/

Lrarū inuentores. cterū Moſes tradit inuentor. Syroꝝ ꝛ Chaldeoꝝ Abrahā: proinde
numero quoqꝫ ꝛ ſono pares ſunt, characteribus differentes. Aegy-
ptioꝝ literas ſuis characteribus Iſis regina Inachi filia, e Grecia ve-
niens in egyptū docuit. Grecanicaꝝ literaꝝ vſum primi phenices in-
uenerunt, teſtat Lucanus, cuius hec carmina ſunt.
Phenices primi, famę ſi credit, auſi
Menſuram rudibus, vocē ſignare figuris.
Cadmus Agenoris filius Grecas lr̄as ex phenice. 17. attulit in Grę-
ciā: Iſponiades Troiano bello tres adiecit. Poſt quē Simonides mi-
les tres alias addidit. Latinas porro lr̄as Carmentis nympha pri-
ma Italis tradidit: dicta a carminibus, ꝙ carminibus futura cane-
ret. Hęc ꝓprie vocata Nicoſtrata. Chartarū vero vſus in Memphi
egypti ciuitate vatibus decantatiſſima primū inuentus eſt. autor eſt
Iſidor. 6. Ethymologiarū libro. Ante enim ſcribebat vel in tabulis
marmoreis vel latericijs: papyris quoqꝫ corticum, arboꝝ: vel folijs,
cereis alij tabulis. Apud barbaros Phrygi⁹ Dares de Grecis ꝛ Tro-
ianis primus hiſtoriā edidit, quā in folijs palmaꝝ ab eo conſcriptā
ferunt. Ut vero vſuꝫ lr̄arū ab vtilitate earundē metiamur, Ioannes
Soloberienſis in Prologo Polycratonis ait, Exempla maiorū, quę
ſunt incitamenta quedā ac fomenta virtutū, neminē oīno erigerent,
aut ſeruarent, niſi pia ſolicitudo ſcripturarū, ꝛ triūphatrix inertię di-
Qd ſcriptorib⁹ antiquatuꝫ a nobis debeat grā. ligentia eadē ad poſteros tranſmiſiſſet. Idē. Quis Alexandros ſci-
ret, aut Ceſares? Quis ſtoicos, aut peripateticos miraret, niſi eos in-
ſignirent monumenta ſcriptoruꝫ? Quis porro Apl'orū amplexanda
imitaret veſtigia, niſi eos poſteritati diuę lrę conſecrarent? Sed nec
euangeliū eternū volans ꝑ medium celi angelus habere diceretur,
niſi lr̄aꝝ officio conſcriptū eſſet, ita enim videbat, vt hic angelus li-
brū euangelij conſcriptū teneret in manu: q typus eſt (vt dixi) oīm ſa-
cri verbi dei miniſtroꝝ. Qd ſi ſcriptū nō eēt: aciū iam forſitan de no-
bis, deqꝫ fide noſtra eſſet. Sed vt ad id vnde digreſſi ſumus ex hoc
veluti diuerticulo redeamus. Primus ipſe Mattheus euangelij ſcri-
Euangeliſte qñ euāgelia ſua ꝯſcripſere. ptor extitit. Secundus Marcus, anno ſequenti Greca phraſi (vt teſtis
eſt Iſidorus) in Italia Petri diſcipulus contexuit: cuius euangelium
primus Apl's idē Petrus approbauit: quo ēt viri excellentia in hoc
facto demonſtrat, ꝙ quęqꝫ audiſſet, aut a preceptore primario didi-
ciſſet, nō inuidia occultauit: ſed flagranti charitate fecit coīa oīa. Ter-
tius Lucas Greci ſermonis erudītiſſimus in Grecia, in Achaię parti-
bus, ſub Theophilo epō, cuius phraſis elegantior eſt qꝫ ceteroꝝ: vt-
pote qui ex Demoſthene, alijſqꝫ Grecię luminibus rhetoricā didice-
rat. Quartus ꝛ vltimus Ioannes in Aſia rogatus ab Epīs credenti-
bus, maxime vero ꝙ nōnihil alioq vrgeret ꝛ ab hereticis: tam ſubli-
miter, ꝛ tanta cōpoſitione ſententiaꝝ, vt nō niſi celitus lapſum eius
euangeliū videat: coronaqꝫ aliorum. Uoluit enim chriſt⁹ vt quatuor
eſſent teſtes veritatis, per quatuor orbis partes dilatandę, et non
vnus: eo ꝙ in ore duoꝝ aut trium teſtium ſtet oē verbū, Matthe. 18.

Deut. 19. Et tam mira cōcordia, vt quatuor vnum oīno ſit euāgeliū: nec tñ vnum, ſed quatuor: vnumqđq3 ꝓpꝛium gđ habens, nihil tñ diſcrepās: ſed ne ſic qđē ita vnum, vt nō ſua peculiaria habeāt alia. Si enim idē oīno eēnt, ergo alia ſuperfluerent: ⁊ vnum ſufficeret. Si oīno diuerſa nec cōcordarent, ſidē abijcerent. Ut ergo certū eēt teſtimoniū, ⁊ nihil cōtineret ſuperfluū: diſpoſuit ſpūſſctūs, vt aliqua ſingulariter tractarent, aliqua cōiter: nulla vero diſcrepanter. Ideo Augu. de conſenſu euangeliſtarū dicit, ꝙ nō oēs Euangeliſtę idem dixerunt: ſed vbi concurrerunt in idē narrandū non diſcordant. Pręterea circunferebanť ⁊ Apocripha euangelia alia quibus nō eſt adhibita plena fides, vt Nicodemi, ⁊ Jacobi, ⁊ alioꝝ. Di. xv. c. Sctā Romana Eccłia. Sunt autē apocripha dicta ſecreta, quę in dubium veniūt. In qbus etſi inueniať aliqua veritas: tñ ꝓpter multa falſa, nulla eſt eis canonica authoꝛitas. Nā multa aliquando ſub noībus ꝓphetarum ꝓdibant volumina, multa ſub noībus apłoꝝ: quę oīa canonica authoꝛitate diligenti examinatione ꝓbabita, remota ſunt. Eſt deniq3 ⁊ euāgelium reuelatum, quod Pauli eſt Apłi: de quo idem Gal. 1. Notum vobis facio euangelium, qđ euangelizatum eſt a me, qa non eſt ſm hoīem: neq3 enim ego ab hoīe accepi illud, neq3 didici: ſed ꝑ reuelationē Jeſu chři. Ergo ſcripta apłica euangelium dici merenť reuelationis dignitate. Poſt hęc oīa, eſt euangeliū largo nomine tota ſcriptura ſacra, iuxta vocabuli interpꝛętationē. Euangelium enim bona annunciatio eſt. Gręce enim, Eu, bonū: angelion, annunciatio diciť, qđ eſt euangelium hoc ęternum, de quo ſcriptura hęc loquiť hñ nūciās nobis ęternā veritatē dei tpaliter reuelatā, qđ eſt tota ſcriptura ſacra. In ſūma qcqđ veritatē habet euangelion eſt: ideo dicit Hieronymus: ⁊ habeť. 1. q. 1. Marchiō, ⁊ Baſilides, ⁊ cęterę hęreticoꝝ ſectę nō habent dei euangelion, qa nō habent ſpirituſſctm, ſine quo humanum ſit euangeliū, qđ doceť. Nec putemus in verbis ſolis ſcripturaꝝ eſſe euangeliū, ſed in ſenſu: nō in ſupꝑficie, ſed in radice: nō in ſermonū folijs, ſed in medulla rationis. Hęc ille. Quę verba contra illos dicta ſunt, q lrām tm̄ quatuor euangelioꝝ noīe euangelij volunt intelligi. Nos vero oēm ſcripturā dei vltra quatuor Euangelia, quā angelus hic volans vno libꝛo quē tenebat in manibus exhibuit. Dicať ergo, Et vidi alteꝝ angelū volantē ꝑ medium cęli, habentem Euangeliū ęternū, vt euangelizaret habitantibus ſuper terrā. Cōis lectio habet ſedentibus: vt q in terrenis affectibus cōquieſcerent, ad ſpūalia appetenda deinceps exurgerent: de quacunq3 gente, tribu, ⁊ lingua, ⁊ pplo: ꝑ quę noīa vniuerſitas mortalium pꝛo diſtinctione pꝛopꝛię ingenuitatis intelligitur. Quod vero voce magna clamaſſe ſubiungiť: indicatur pꝛędicatoribus ardens ſtudium in pꝛędicando ineſſe debere: ſicut ⁊ in Eſaia legis, Clama, ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam, ⁊c̄. Sequitur.

Euāgelioꝝ rū diuerſitas ⁊ concordia.

Apocripha quę dicuntur.

Euāgeliū reuelatū pauli apłi

Euāgeliū tota ſcriptura ſacra.

¶ Punc. 2.

Timete dominum, & date illi honorē, quia venit hora

iudicij eius: & adorate eum, qui fecit cœlum & terram, mare, & fontes aquarum.

Quia nouã faciẽ illuſtriori quadã hilaritate, poſtq̃ liberata fuerit a turbine pſequutionum Antichri, fœdiſſimi monſtri, induet eccl'ia: noua ẽt ſimul illi fient oia. Nã et externa pace fruet, ꝛ multiplicabitur nimis ꝛ dilatabit p vniuerſum orbẽ confluentibus vndiqꝫ ad ſuſcipiendã fidẽ inuiolabilẽ Ieſu chriſti, in qua ꝛ ſtamus: vt non aliud ſonet tunc vniuerſus orbis, q̃ Ieſum chrm orbis vnicum ſaluatorem, p quẽ videlicet ſalus obuenit oibus: nec preter illũ alium agnoſcant orbis ſaluatorẽ, nec confiteant aliũ, nec ſperent alium, q iãdudum impleuit myſterium redẽptionis noſtrę. Cuius euangeliũ pdicabit vbiqꝫ, predicatoribus diſcurrẽtibus p latitudinẽ vniuerſi orbis: quorũ vox hęc erit vna oim: Timete dñm ꝛc. eo q timore dñi vnuſqſqꝫ ab ſeſe diſpellet pctm̃: nec ſpes eſt cuiq̃ ſine timore cõſeq iuſtificationẽ. Bñ autẽ Timor ꝛ honor iunctim poſita ſunt: nãqꝫ vbi timor ibi ꝛ honor. Nunq̃ enim honor ſine timore erit. Time deũ, ꝛ honor illi erit apud te: quẽ niſi timeas, non honorabis: nec vnq̃ carebis pctõ. Nõ timuit ſatanas deum, ꝛ nec honorauit: ſed inflatus ſuũ honorẽ pmouere contendit: ꝛ nõ ſtetit. cecidit autẽ caſu irreparabili: qa diuinũ honorẽ appetit: vt verũ ſit, qa Ante ruinã ſemp exaltatio. Qui timet deũ faciet bona: ꝛ q cõtinens eſt iuſticie apprehendet illã, docet Eccleſiaſticus ſcriptor. Nõ põt cõmendatior virtus in homine eẽ q̃ timor: hic enim nihil erigit p tumorẽ cordis, ſed ſubſidet ſemper: ſemp cõtentus vna humilitate, vt nõ audeat ſupra ſe attolli: nec magnifica cogitare de ſe, de deo magis ſublimia oia, q ſolus dignus eſt oi honore ꝛ glia: vt recte ſcti illius tpis predicatores nõ ęque aliud impenſe ſtudeant mortalibus pſuadere q̃ timorẽ iuxtaqꝫ honorem, rotundo ore: facundia plena dicentes, Timete dñm: ꝛ date illi honorẽ. Carpit hic verſiculus ſatanã primũ, q hoc in cęlo nõ fecit: ꝛ periit. Carpit Antichrm eius miniſtrũ, Antichriſqꝫ oẽs: citra timorẽ oẽs erant: nec dabant deo honorẽ, ꝛ ideo perdidit eos deus. Carpit oẽs inſanos quoqꝫ mundi huius amatores, diffidentię filios, q abominabili ſupbia tument, nec norunt glorificare niſi ſeipſos: hi ſunt ſine deo, fide carentes, ꝛ ſibiipſis placẽtes, proterui, rebelles, deo ꝛ hoibus contumelioſi: quos iudicabit dñs: quãdo veniet hora iudicij eius. Sequit ꝛ adorate eũ. Quẽ eum? Dñm, q fecit celũ ꝛ terrã, mare, ꝛ fontes aquaꝝ. Decet certe, vt creatura ſuũ recognoſcat creatorẽ, ꝛ timeat eũ, q põt pdere ꝛ ſaluare, q perdidit rebelles contra ſe oẽs: ſaluauit autẽ humiles ꝛ ſe timentes, ꝛ honorificantes: timeat ꝛ det illi honorẽ, q honorificabit ſe honorificantẽ. Sed nõ hęc ſufficiũt: opus enim eſt, iuxta hãc ſcripturã, vt ẽt adoremus eũ, ſicut dignũ eſt: q: ipſe eſt creator oim, q fecit cęlũ, ꝛ terrã, mare, ꝛ fontes aquarũ. Adoremus autẽ adoratione latrię, que ſoli Deo cõuenit ratione creationis ꝛ ſuperexcellentię: a quo nos eẽ ꝯfiteamur ſeruariqꝫ ab eo, in cuius ſer-

tē recepti ſumus ꝑ chrm̄,vt glória diuinitatis eius beati ſimus.Sed deridēt hęc carnales,q ſine timore ſunt:nec opus fore amplius homini chriſtiano timore,qa abſtulerit chrs timorē ab ſuis , vt nō paueant vltra conſcientijs ſuis:afferuntqȝ illud Ariſtotelis.2.Rhetorice.Timemus ea ex qbus nobis mala ꝓueniunt:non aduertentes, malū pene nō eſſe malū ſimpliciter,ſed ſm qd:inquantum videlicet lędit eos,qbus infert:magis autē bonū,qa ex ordine diuinę iuſticię ꝓuenit.Eapropter vt intelligant oēs,quare timendus ſit deus,a quo ꝓuenire ſolent mala oia pęnę ex iudicio eius : Angelus ille volans electos hic alloquit,qui diē iudicij operiunt,ac cupiunt:ſcientes qatum eorū redēptio plena erit,glia eorum reuelata.Simul edocens qd in primis prędicatores ſcti edocere credentes debeant, qa timorem, quo reueretur deus : quēadmodū ⁊ in Pſalmis ſcriptū eſt , Timeat dn̄m ois terra,Pſal.32.Et in ſeq.Timete dn̄m oēs ſcti eius,qm̄ non eſt inopia timentibus eū.Ipſe eſt enim,q oia nr̄a mala nō ſolū manifeſta,ſed etiā occulta,⁊ quę in corde delitefcunt ꝑnoſcit:ſcrutat eni ēt intima oia,⁊ medullas oſſium.Job.42.Scio dn̄e qa oia potes,⁊ nulla te latet cogitatio.Et Prouerb.5.Reſpicit dn̄s vias hoīs, ⁊ oēs greſſus illius cōſyderat.Itē Eccl.7.Nō te iuſtifices ante deū , qa cognitor cordis ipſe eſt.Ideoqȝ timendus.Quare timendus?Quia nō eſt hoī vſqȝ ad vitā glię ſecuritas.Angeli de celo periere:primi parentes in paradiſo peccauerunt:Loth diu iuſtus , in monte cū filiabus inceſtum fecit,Gen̄.19.Id tibi perſuadeas,defectus timoris eſt cauſa plurimi mali: vt bene ſcriptū ſit,Qui ſine timore eſt nō iuſtificabitur Eccli.15.Et,Qui timet deū faciet bona.Hinc Joſaphat conſtituēs iudices in cunctis ciuitatibus iuda,ita eis pręcepit,Sit timor dn̄i vobiſcum,⁊ cuncta cū diligentia facite.Scriptū eſt,qa Abdias diſpenſator domus Achab regis Samarię timebat dn̄m Iſrael valde:nam quū interficeret regina Jezabel ꝓphetas dn̄i,centū ex eis viros illuſtres abſcondit,⁊ pauit.3.Reg.18.Porro Judith quoqȝ inſignis raręqȝ virtutis fœmina,timebat deū valde.Jud.8.Inter alia,de qbus cōmendat Job,erat timor cap.1.Unde ipſum dixiſſe legis,Semper quaſi tumētes ſuꝑ me fluctus timui deū.Job.31.Juſſit Tobias ſenior filio ſuo,ne quenq̄ adhiberet menſe ſuę niſi timentē dn̄m Tob.1.Si timendus eſt qſpiā dn̄s,qa multa poſſit donare,cōtra vero facile ꝑdere:ꝑfecto in primis dn̄s De⁹ erit timendus.Hinc ꝑ ſe veritas ait, Timete eū q aiam ⁊ corpus pōt ꝑdere in gehennā ignis Matth.10. Ueritas eſt qđ dico.Prima cura ſatanę eſt tollere timorē de corde fideliū:quo facto,nō erit poſtmodū negociū illi ꝓ̄cipitare illū in quod uis vitij genus,q timorē dei de corde ſuo abiecerit.Sequitur.Quia venit hora iudicij eius.Uenit qa iā Antichrs iudicatus eſt , ⁊ perijt. Uel venit,id eſt,in proximo eſt,vt veniat.Ueniet qppe nō multo poſt magni iudicij dies.Propinquitatē ergo iudicij hęc loquutio indicat. Uenit hora iudicij eius,quādo remuneraturus eſt iuſtus iudex pios, dānaturus impios.Ubi primū qđ erit,ſumma ptās iudicis , q diſce-

Pœna magis bonū ꝗ̃ malū dicitur.

Timor dn̄i inculcād⁹ oib⁹.

Timorē ꝗ̃ incutere poſſint.

ꝑaturus eſt cũ emulis. Oẽs qppe videbunt eum maieſtate fulgentẽ, potentẽ, cunctis dñantẽ, q in magno zelo tũc erit, ⁊ auſteritate ⁊ ſeueritate, vt nõ diſcedat vſq̃ a iuſticia: nõ flectet timoꝛ, nõ demulcet muneribus, nõ ꝑſuaſionibus ſeducet: qꝛ eſt potens: qꝛ iuſtus: qꝛ ſapiẽs. Hinc Aug. Ueniet dies iudicij, in qua plus valebunt pura coꝛda, q̃ aſtuta verba: ⁊ conſcientia bona, q̃ marſupia plena. Sed qḋ ꝓpꝛie p̃ſens locus indicat, Uenit hoꝛa iudicij eius: q iam iudicauit impios pioꝝ ꝑſequutoꝛes, ⁊ dãnauit in infernũ, Antichꝛm̃, ⁊ Antichꝛianos oẽs: ꝓpterea o vos oẽs, q dĩ miſcdia ſupſtites eſtis cladẽq; euaſiſtis, ⁊ nõ in eo incendio perijſtis. Timete deũ, vt nõ peccetis: pctõꝝ enim demerito imiſſum erat hoc malũ ſuꝑ vniuerſam terrã in grandi furoꝛe dñi. Jam vexatio det vobis bonũ intellectũ, vt abſtineatis ab iniurijs dei, vt nõ eũ prouocetis vltra ne peioꝛa eueniãt: qꝛ fecit, vt vidiſtis, vnũ iudiciũ ſuꝑ oẽm terrã imittendo hoc vniuerſale malũ, vñ miſericoꝛdia dei vos erepti eſtis. Fecit ⁊ aliud, Antichꝛm̃ ꝑdendo ⁊ vniuerſos aſſeclas eius pioꝝ ꝑſequutoꝛes: facturus ⁊ tertiũ. ⁊ cito facturus: quãdo vniuerſe impietati finẽ imponet: quãdo nõ niſi timentes deũ ⁊ honoꝛantes ⁊ adoꝛantes ſalutẽ conſequent. ¶ Pun. 3.

Et alius angelus ſequutus eſt eum dicens, Cecidit, cecidit Babylon ciuitas illa magna, quæ a vino iræ foꝛnicationis ſuæ potauit omnes gentes.

Quanta letitia, pereunte Antichꝛiſto magno, ⁊ oĩbus eius complicibus, totaq; impietate ſimul contrita, futura ſit in chꝛiſti Eccl̃ia in illo aureo ſcl̃o vides. Prim⁹ angelus, id eſt, pꝛimus oꝛdo ſacri verbi dei miniſtroꝝ timoꝛẽ dñi docuit. Nunc iſte ſcd̃us, qui ſcd̃m oꝛdinẽ pꝛedicantiũ figurat, pꝛedicat magno gaudio iam cecidiſſe impietatis congeriẽ, in Antichꝛo. Quãuis autẽ oẽs veri ꝓphete, hoc eſt, pꝛedicatores, verbũ dei habeant: diuerſa tñ diuerſis reuelant. Pꝛoinde pꝛeter illũ pꝛioꝛẽ angelũ, nũc alius eſt ſubſequutus: q typũ gerit eoꝝ q miſere, ac execrabilis Babylonis caſum annũciabunt. Pꝛioꝛ ille dixit: Quia venit hoꝛa iudicij eius: hic autẽ dicit, Cecidit, cecidit babylon. vbi ad pꝛedicta accipe, qꝛ anteq̃ veniat dies illa terrifica extremi iudicij, tot vocibus pꝛedicata ꝓphetarũ: a pꝛimo aduentu Chꝛi ſemꝑ

Judicium fuit mũdi q pꝛĩceps eius fuit eiect⁹ illata veritate

fuit iudiciũ veritate reuelata vincente: de quo dñs Joan. 12. ait, Nunc iudiciũ eſt mundi. Quale autẽ iudicium mox exꝑimit dicens, Nunc pꝛinceps mundi huius eijciet foras. ꝑ idipſum ergo iudiciũ factũ eſt mundo: qꝛ diabolus, q pꝛeſidebat mundo ꝑ varios falſe culture erroꝛes, illata cognitione veritatis, exturbatus eſt: qḋ ſemꝑ fit vſq; in hodiernũ diẽ: vt recte veniſſe hoꝛã iudicij chꝛiſti ãnũciet pꝛioꝛ ille angelus, ſcd̃s autẽ caſum Babylonis magne. Babylon, qḋ interpꝛetatᷓ cõfuſio, regnũ ſignificans pcti, totiuſq; ꝑfidie, pꝛincipatũ mundi, latrociniũ diaboli: que vere magna ciuitas dicit: nã multi pereuntes ſunt, pauci electi. Ciuitas ergo illa magna, coꝛpus oĩm repꝛoboꝝ, in Antichꝛo qꝛ cecidit, recte iudiciũ factũ eſt, pꝛinceps mundi huius in

hoīe pctī iudicatus eſt: exinanita eſt oīs errōris cōfuſio, vbi euangeliū interuenit, vbi virtus chri p miraculoꝝ opatione illuxit, dilatatū eſt in credentibus regnū chri, atqꝫ in iuſticia, pace, innocentia, ⁊ puritate: ac theoſebia. i. diuino cultu, in fide ⁊ charitate iterū confirmatū eſt. Nota. Tria cōmemorat arma ciuitatis magnę Babylonis, qbus nocere cōſueuerat. Uinū, iram, ⁊ fornicationē, quę potentiſſima ſunt. Uinū enim, fomes ignitę concupiſcentię eſt. in quo ⁊ Paulus poſuit luxuriā. di. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria Eph. 5. Ira ardor ſanguinis circa cor, vnde ipſum cor flāmas ſuſcipit ac efferueſcit. Fornicatio inſatiabilis concupiſcentię paſtus. Uſitatū eſt autē in propheticis ſcripturis eā poni pro idololatria, quę nō raro p fornicationem intelligit, vt ibi, Perdes oēs q fornicant abs te. Pſal. 72. Et Num. 25. Fornicatus eſt Iſrl in Beelphegor. Poteſt hic ſimpliciter p turpi cōgreſſu capi, in oībus ſuis ſpēbus, in qbus tentabit ſm deſyderia ſub Antichro, q vt totus erit carnalis, ita nihil intentatū relinquet. Cui vitio vinū pbet incendiū: id qđ irę quoqꝫ nō frigidus fomes eſt. Cecidit ergo Babylon, quę a vino irę fornicationis ſuę potauit omnes gentes. Queſtio multiplex eſt. Prima. Quare dicit vino ire ⁊ fornicationis? Scđa. quare nō tm̄ irę, ſed ēt fornicationis: aut ɔtra? his queſtionibus rñdendū eſt. ꝙ ſi non ſufficienter, tm̄mō p nr̄a poſſibilitate vt nō lr̄a in tenebris ſit, ponat autē in lucē. Prima igitur quęſtio eſt de vino ire ⁊ fornicationis. Obſerua. Uinū luxurioſa res eſt: ⁊ vt diximus, fomes ignitę cōcupiſcentię: proinde Paulus, Nolite, inquit, inebriari vino, in quo eſt luxuria: ⁊ tamē ſuauiter guſtat: aptum enī eſt ad bibendū, ⁊ naturę humanę cōueniens. Ira qs exaſperat, perdit colorē, amittit rationē, ⁊ totū hoīem exuit: tremunt labia, vox hęret, flāmeſcunt oculi, inhorreſcunt mēbra. Fornicatio tota turpitudo eſt, vt quū alijs pctis extra corpus peccamus: in corpus hoc peccamus. Paulus dicit, nō ego. Oē pctm̄ quodcunqꝫ fecerit hō extra corpus eſt: q autē fornicat in corpus ſuū peccat. 1. Cor. 6. ⁊ tamē reprobis ſuauis guſtus ſunt ⁊ ira ⁊ fornicatio, qbus veluti ſuaui quodā liquore Babylon potat ſuos ciues. Scđa quęſtio erat. Quare nō tantū irę, ſꝫ ēt fornicationis, aut contra, potare dicit ciuitas hęc maledicta Babylō ſuos habitatores? Suſpicor qa grauiſſima ira furoris dñi hoīes ſine cultu veri dei exiſtētes pmittunt labi in eiuſmodi vitia vnde contumelijs afficiant corpora ſua: eueniantqꝫ omnia illis quę pſtrinxit Paulus Rom. 1. Hęc igit Babylon, ideſt vniuerſitas Antichriſtoꝝ, qa a vino ire fornicationis potatura eſt oēs gentes, oēſqꝫ orbis nationes, proinde cadet: ⁊ qa duplex in eis malū pctī erit: duplici malo pœnę, dupliciqꝫ cōtritione conterent, ſicut ſcriptū eſt, Et duplici contritione contere eos dñe deus noſter: dū corporę ⁊ aīa pereūt. Eſt aūt tralatio a vino forti, quo quis inebriatus fuerit facile excandeſcet in iram, quandoqꝫ ⁊ in luxuriā, quę vicia cognata ſunt in pereūtibus: cōiter enim luxurioſi iracundi ſunt: vt dū nō abſtinēt ab vno cadant in aliud, nec ſine alterutro ſint. Quę autē eſt huius tropi intelligen-

Babylōis arma triplicia.

tia,quo dicit,A vino irę fornicationis ſuę potauit oēs gentes? Aut quę hęc potatio ſit? Scimus hęreticos dogmata ſua circunferre,ſępe per domos oberrantes:vnde quoſcunq; idoneos nacti ſint auditores,velut vino falſo ſuo dogmate potant,quandoq; ēt vſq; ad ebrietate:vt eius incendio flāmati cōmotiq; cęterū ſectent peſtiferi dogmatis fornicationes,effundant & furores in quoſcūq; aīo inebriato impellunt:nec inter fas nefaſq; aliqd diſcriminis videant.quod totū demonis maligni inſtinctu ſit, q inflammare ſolet incendia, vicia cumulare. Quo in loco illud mihi aduerte: ex quo cecidit malignus demon deturbatus e celo,nō deſinit moliri aduerſus deū creatorē ſuū,cuius iuſticia illū deturbauit. Obfirmatus enim ſemel concepto in ſcelere,cupit ſemp ſui excellentiā,& p deo haberi contendit. Dn̄atus eius ſuit ſup orbē terrarū p multa ſecula, patiente deo cauſa āmirabili:q veritate illuceſcente in cordibus mortaliū qa eiectus eſt dolet,triſtat,laborat, Molit ſemp,vt electos deijciat ipſe primū deiectus:abripiat ſponſas a ſponſo chriſto,q fornicationis vino potat & inebriat et dementat in terris manentes. Horū ciuitas cecidiſſe hic ea ratione dicit(vt adhuc repetā)q Antichriſto mirabiliter pereunte ſubita oīs vna cū eo impietas corruerit,vt iuſticia cęterum regnet: in cuius luce gaudentes miniſtri verbi dei,hęc prędicabūt voce magna dicētes,Cecidit,cecidit Babylon &c.q.d. Cecidit in Antichriſto, cecidit & in miniſtris eius ſiue prędicatoribus. Sed adhuc ſcrupulus alicui inijcit illud,quo dicit,Babylon vino fornicationis & irę potarē oēs gentes.quū enim babylon nō ſit aliud, q̄ vniuerſitas reproborū:quō ergo ipſa dicat potare oēs gentes,quū ipſa nō aliud ſit q̄ oēs gētes in peuntibus. Sed ego q̄ſtioni alia q̄ſtiōe occurrā. Quęro igit,q̄ rōne dicat Eccl'ia ſctā docere oēs credētes,quū ipſa nō aliō ſit q̄ oēs credētes:& tn̄ vtiq; eccl'ia docet paſſim credentes, & edicta dat credentibus? Sic ergo Babylon a vino irę fornicationis ſuę potat oēs gentes,vt prēmiſſum eſt. Babylon vniuerſitas impiorū eſt:vinū impietas,& error vi ſua mentē occupans,& euertens a ſua conſtātia. Fornicatio corruptio p imundiciā quancunq; & abalienatio ab authore deo. Ira,furor:pōt & diuina vltio eſſe,qua ſit, vt alienati a deo ſua impietate & īmundicia cōtabeſcant & pereant. ¶ Pun. 4.

Et tertius angelus ſequutus eſt eos,dicens voce magna, Si quis adorauerit beſtiam,& imaginem eius: & acceperit characterem in fronte ſua,aut in manu ſua:& hic bibet de vino iræ dei, quod mixtū eſt mero in calice iræ ipſius:& cruciabitur igne,& ſulphuræ in conſpectu angelorum ſanctorum:& ante conſpectum agni.

Tertius hic angelus tertiū ordinē miniſtrorū ſacri verbi dei poſt interitū Antichri futurū prefigurat,q diuerſis cauſis iuxta tp̄s emergentibus diuerſa argumenta tractanda aſſument ſm menſurā donatio-

nis chꝛiſti. Pꝛimus angelus de timoꝛe pꝛęmiſit: quo vniuerſi cómo/
neſierent ad timoꝛé dñi, ne vltra abiecto veri dei cultu ad idola diſ/
berent, queadmodũ nuꝑ cõtigerat multis ꝑ antichꝛim infoꝛme mon
ſtrũ deceptis. Scd̃s de ruina regni pcii meminit in caſu Babyloni/
co, Unde incitari debent vniuerſi credentes in gr̃arum actiones deo
imoꝛtali, q ſingulari virtute eripere nouit ſuos ab vltimo internicio.
Tertius hic angelus pꝛemonet de ſtudio, ne videlicet qs vltra rela/
bat in feditaté ingnationũ Antichꝛi, in qua diu multũqz laboꝛatum
fuit a ſeductis. Dicat ergo, Et tertius angelus ſequutus eſt eos, dicés
voce magna, ꝛc̃. Uox magna, ardens pꝛędicatoꝛũ deſyderium eſt, ꝛ
virtus foꝛtiſſima in annunciando veritaté contra impietatez. Beſtia
ipſe Antichꝛs ꝑ ſe eſt. Imago eius, ſtatua in honoꝛem illius a ſtulto
pplo erecta, impulſione diſcipuloꝛũ antichꝛiſti: de qua dictũ eſt, ſu/
pꝛa ca. 13. Sic ꝛ Nabuchodonoſoꝛ, erigi ſibi ſtatuá fecerat, eáqz ado/
rari. Character in fronte, aut ſigni realis cádenti ferro impꝛeſſio eſt:
aut aperta erroꝛis illius ꝓfeſſio, pꝛout frons ſemꝑ detecta pars capi/
tis eſt. Manus operationé deſignat. Hęc itaqz erit vox illa magna
tum ipis pꝛędicatoꝝ: vt ſiquis adoꝛauerit Antichꝛiſtũ, q extulerat ſe
in oíbus ſignis ꝛ ꝓdigijs ſupꝛa oé qđ dicit deus, aut qđ colitur, ita
vt in templo dei ſederit, oſtendens ſe tanq̃ ſit deus. 2. Theſſ. 2. aut eiꝰ
imaginé: acceperitqz characteré in fronte ſua, ita vt aperte ꝓfiteatur
ſe eé de numero aſſeclarũ eius, ſimul operatione confeſſioné atteſtás:
hic bibet de vino irę dei ꝛc̃. id eſt, ſimiliter peribit vt ille. Et qa ab ini Characte
tio operat myſteriũ Antichꝛi, myſteriũ iniqtatis in hoíbus: quęres, rem beſtię
Qui ſunt, q habent characteré beſtię in fronte, ꝛ in manu. Qui de/ antichꝛi q
niqz in manu tm̃, ꝛ nõ in fronte? Rñdeo. Judęi habent modo in frõ/ habent.
te, ꝛ in manu ſua beſtie characteré: q in eũ modo in myſterio credũt:
vnde ꝛ ſtatim, vbi emerſerit credent in eũ: qué recepturi ſunt ꝓ meſ/
ſia, erroꝛé mittente deo in eos eo ꝙ veritaté recipere noluerunt. Ideo
inquit Apl̃s, mittet illis deus opationé erroꝛis, vt credant menda/
cio: vt iudicent oés, q nõ crediderunt veritati: ſed conſenſerunt iniq/
tati. 2. Theſſ. 2. Hoc ꝛ dñs teſtat di. Ego veni in noíe patris mei, ꝛ nõ
accepiſtis me: ſi alius venerit in noíe ſuo illũ accipietis. Joan. 5. Idé
opa illius faciunt, blaſphemando chꝛm, ꝛ nequiſſimis eius opibus
alijs quaſi illi iam deſeruiendo. Poꝛro falſi chꝛiani habent chara/
cteré, id eſt, foꝛmá ingenij eius (qđ enim nos foꝛmá, Gręci characté/
ré dicunt) qui cõfitent ſe noſſe deũ, factis auté negant. Dũ ergo ij ne/
fandis opibus chꝛm abnegant: pculdubio Antichꝛiſti ſunt, contra/
ria chꝛo facientes, vt ſimiliter cũ Antichꝛo aíaduerſione dei atrociſ/
ſima pereát. Pꝛoinde recte ſubditur, Et hic bibet de vino irę dei: quia
videlicet ſimiliter dánabunt falſi chꝛiani cũ Judęis ꝓfeſſioné ꝛ opera
Antichꝛi iá in myſterio habentibus. Deniqz quod vinũ eſt, hoc ꝛ ca/
lix, videlicet vindicta iracundię dei oípotentis. Idé ergo ſunt. Náqz
ꝛ nos quũ vinũ in calice damus: nõ dicimus, Ecce vinũ ꝛ calix: ſed
tantũ, aut vinũ, aut calix. Nec tñ vacat a myſterio ita locaviſſe ver/

ba,quaſi ꝑ ſuperabundantiã.Proinde vinũ ⁊ calicẽ poſuit: vt oſten-
deret,q̄ qđ erat in calice cũ mero mixtũ ad cõparationẽ meri turbi-
Uinũ puꝝ dũ dilutũq̃ erat.Merũ quippe purũ dicimus.Sũt enim in hoc ca-
pn̄s tribu lice ſimul mixtę feces cũ vino mero,id eſt puro.Per vinũ itaq̃ merũ,
latio. vt dilucidius intelligas,vindicta diuini examinis erga pios capit,q
in pręſenti flagellant:vt poſtmodũ abundantius glorificent.Per fe-
Fex vini ces aũt dãnatio pctõꝝ exprimit,q in extremo examine acerbiſſimis
eterna dã- cruciatibus tradent.Nã vinũ ſuꝑne eſt:feces inferne,atq̃ in ipſo la-
natio. tent fundo.Quia videlicet ſcti in pñti affligunt, aduerſum quos in
aperto diuinũ ſeuit iudiciũ:reprobi aũt quaſi in fundũ demerſi pleni
us acerbiuſq̃ furorẽ eiuſdẽ iudicij in futuro ſentient,q mõ flagello
liberi ad voluptatẽ viuunt:vt q mõ rẽ ſuã feliciter ꝓſerunt, tum in-
feliciter coanguſtati, qđ remanſit in fundo quaſi latitans occultũq̃
bibant:in qbus oĩbus cõtraria oĩno iuſtoꝝ atq̃ impiorũ,reproborũ
electorũq̃ conditio exprimit.Reprobi quippe poſt deguſtatã vitę hu
ius voluptatẽ ęternis ignibus tradent,q mõ punitionis flagello de-
ſerunt:electi vero poſt temporariã diſciplinã in glã aſſument, qui in
paucis vexati in multis bene diſponent.Hebr.11.Ad hũc ſenſum ad
ducitur illud Pſal.74.Calix in manu dñi vini meri plenus mixto.Et
qđ ſequit,Et inclinauit ex hoc in hoc:verũtamẽ fex eius nõ eſt exi-
nanita:bibent oẽs pctõres terrę.Quibus verbis aperte inuitur, quia
nimirũ deus iudicij ſui acredinẽ,turbidamq̃ vltionẽ effuſurus eſt in
impios in finẽ,q dũ viuerent abſq̃ flagello in pace fuerunt, ſctõſq̃
dei afflixerunt.Quocirca fex vltionis diuinę nõ deficiet eis,eo ꝙ ha-
beat ſemꝑ deus vnde puniat eos,q in terra viuentes ab iniurijs dei
non abſtinuerunt,terrenis inhiantes,⁊ ꝓ terrenis digladiantes.Sꝫ
vide diuini ꝯſilij admirabilẽ ⁊ potentiſſimã rationẽ.Sic nãq̃ calix
iſte vini meri dñi in manu eſt:vt nõ cõtinue in tenore ꝑſequendi ſan-
ctos ꝑſeueret,ſed his liberatis de ꝑſequutionis afflictiõe:vt aliquan-
do afflictio cõuertat in pctõres terrę,q affligebant ſctõs:⁊ hoc potiſ-
ſimũ in fine,aut quũ exeunt de hoc mundo,aut quãdo generale fiet
iudiciũ:id qđ dicere intendebat ꝓpheta,tecte tñ,Et inclinauit,inqui-
ens,ex hoc in hoc,quaſi de vno calice in aliũ liquor funderet:quan-
doquidẽ a ſctis vertetur ꝑſequutio in pctõres,nihil acri fece eiuſmo-
di vini euaporante,ideſt tenebit ſeueritas diuini iudicij ſuũ vigorẽ,⁊
illã acredinẽ,qua puniat impios,vt nihil ei deſit virtutis.In quod
ſeqtur.Et cruciabunt igne ⁊ ſulphure ⁊c̄.Quũ ſint in inferno tanta
tãq̃ inumerabilia tormenta, quanta nec dici nec ęſtimari poſſunt:
Dãnatorũ breuiter tñ in his duobus oĩa cõpręhendunt.Eſt enim ignis non ad
pœna lucendũ,ſed ad vrendũ.Eſt ⁊ ſulphur,qđ ⁊ fomentũ pſtabit igni, et
ignis ⁊ fetorẽ:ac ſic ex igne fetor,⁊ ex fetore ignis procreat.Quorũ alterum
ſulphur. quũ ad cruciandũ malos ſufficere poſſit,vtrũq̃ tñ redundat:vt ⁊ ar-
dorẽ ſuſtineant ⁊ fetorẽ,magna ſatis ratione.Qui enim ad peruerſa
deſyderia ex carnis fetore nũc ardẽt:dignũ eſt,vt poſtmodum igne ⁊
ſulphure puniant:quatinus ex iuſta pena condiſcant,quid ex iniuſto.

deſyderio patrabant: nihil tum iam ſera ſui recognitione in correctione proficiente. Porro, angeloꝝ vocabulo, in quorū conſpectu cruciari dicunt reprobi: nō ſolū angelici ſpūs, verū etiā electoꝝ eccleſia deſignat. Quod ideo fit, vt dum impioꝝ cruciatus iuſti cōſpiciunt, in dei laudes impenſius aſſurgant, ⁊ gaudeant: ſicut ſcriptum eſt, Lętabit iuſtus, quū viderit vindictā. Pſal. 63. Ad eorum ergo cedet gaudium malorū ſuppliciū. Quia videlicet cernunt in ſe bonum, quo ſupra merito ſunt remunerati, ⁊ in illis ſuppliciū, qđ miſericorditer euaſerūt: ⁊ ſic gratulabunt, ⁊ gr̃as miſericordi deo agunt, ꝑ cuius bonitatē tāta mala euaſerunt, ⁊ tanta bona ſunt cōſequuti, qbus ęternum beatos ſe ſciūt. Sequit, Et añ ꝯſpectū agni. Quid eſt qđ dicit: An viſuri ſunt impij chr̃m in ęternum, cuius viſio btōs oēs efficiet: Non equidem: iuxta illud qđ dicit, Tollat impius, ne videat gloriam dei. ſed tanto terrore corripient, vt videat eis chriſtus deus omp̄s ſemper pręſens coexiſtere, eiſq; irę vltionē inferre. Sic Cain ille primus parricida, q manu ſua fratrē germanū vnicū occidit: perſequentē deum ⁊ continuo ipſum prementē fugiebat, dicebatq;, Ecce eijcis me hodie a facie terre, ⁊ a facie tua abſcondar: ⁊ ero vagus, ⁊ pfugus in terra: ſiue vt in ſeptuaginta ſcriptū eſt, Gemens, ⁊ tremens ſup terrā, Gen. 4. Sic ⁊ Adam poſtq̄ in deum peccauit, pręſentiam dei fugiens ſe abſcondit. Scelerata nāq; mens ſic pręſentē ſibi irati dei vultū conſyderat, vt flagella quoq; conſcientię ab eo infligi ſibi ſentiat. Dicat ergo tertius angelus, dicāt ⁊ oēs illius tp̄is p̄dicatores, Si qs adorauerit beſtiā id eſt p deo (vt ſolebat) Antichriſtū habuerit eū, aut coluerit: ⁊ imaginē eius ſtatuā in honorē ipſius fabrefactā, ⁊ publice in templo dei erectā: ⁊ acceperit characterē in fronte ſua, aut in manu: hic bibet vna cum illis. i. Antichr̃o, ⁊ eius miniſtris de vino irę dei, id eſt vltione, qđ mixtuʒ eſt mero in calice irę ipſius. Hoc eſt, etiā videat is aliquali pace frui, donec viuit in terris: tñ nō deficiet ei in fine vltio diuina, imo multo maiori plenitudine atq; acredine imbuet eum, ⁊ inebriabit, ⁊ amentē faciet acerbitate pęnaꝝ eum. Nāq; cruciabit igne ⁊ ſulphure, in cōſpectu angelorū ſctōrū, ⁊ ēt agni: quos pręſentes ſibi eſſe tum cōſpiciet ad maiorē pœnę ſuę cumulū: hunc, q: redēptionis myſterium, qđ ipſe non aduertit, impleuit: illos quia in miniſteriū dati ſunt credentibus, vt nihil pręteritum eē in re ſalutis quiſpiam queat cauſari.

Reprobo/rū cruciatus corā electis.

Dei furor preſſim reprobos inſequitur.

¶ Punc. 5.

Et fumus tormenti eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerint beſtiam, & imaginem eius: & ſi quis acceperit characterem nominis eius.

Singularem in plurali excipit dictione in tertia pſona: quū eni ſingulariter p̄miſiſſet loquens de Antichriſti fautoribus, nūc eos pluraliter nominat. dicens, Et fumus tor. eoꝝ, qa videlicet ad vnū ꝑditionis corpus illi oēs pertinent: ⁊ ita ſeorſum vt gregatim punient, qui

vna quaſi pfeſſione, pariqȝ tum animi tum virium cõtentione vicia pditi hõis ſequunť. Magnus fumus magnarũ flãmaꝝ eſt indiciuȝ: quãuis enim ſine nutrimento lignoꝝ, corporalis tñ erit ignis reproboꝝ, in ſulphure videlicet ⁊ ſpũ pcellaꝝ. Pſal. 10. cuius mõ ſempiťnũ dicit hec ſcriptura fumũ aſcendere: ⁊ hec pars. id eſt. ſors ⁊ hereditas calicis. id eſt, pœne eoꝝ. Ibidẽ. Quia ergo in igne reprobos ſine ſine ardere cõſpicit, fumũ tormentoꝝ in ſcl'a ſcl'oꝝ aſcendere dicit. Quo in loco error Origenis apte confutať q dixit, Poſt mille annos reprobos redire ad vitã, iuſtos autẽ reuerſuros ad penã: alioq falſum eẽt qđ veritas pnũciat di. Ibunt hi in ſuppliciũ eternũ, iuſti autẽ in vitã eternã. Et alibi, Procedent q bona fecerunt in reſurrectionẽ vite; qui vero mala egerunt in reſurrectionẽ iudicij. Joã. 5. Credere nõ auſim e tãto ingenio tã puerilẽ ſtulticiã plapſam. Nunc cur p tpali peccato eterna pena reprobos maneat mirandũ vtiqȝ eſt. Sed diſtrictus iudex veniens, nõ tñ facta penſabit, ſed ẽt voluntates ipſas. Nam reprobi, ſi fieri poſſet, ſemp in hac vita viuere cuperent, vt ſemper ſuis ſe pctis paſcerent, ſemp ẽt noxias voluptates guſtarent, ⁊ carnis delecta ſe volutarent: proinde nunꝗ carebunt ſupplicio, q nunꝗ carere voluerunt pctõ: ⁊ nullus erit iniquis terminus vltionis, q nunꝗ voluerunt habere terminũ criminis. Si enim (vt aiunt) quandoqȝ finienda ſunt ſupplicia reproborũ: cõſectariũ eſt, vt quandoqȝ finienda ſint ⁊ gaudia iuſtorũ. Quod ſi hoc verũ nõ eſt, qđ minatus eſt: neqȝ illđ veꝝ erit qđ pmiſit. Veꝝ, inquit, iccirco eťnã pœnã cõminatus eſt pctõribus, vt eos a ppetuitate peccandi cõpeſceret. Nãqȝ creature ſue eterna ſupplicia cõminari debuit, nõ inferre. Quibus citius reſpondebimus. Si falſa cõminatus eſt, vt ab iniuſticia corrigeret: falſa ẽt pollicitus eſt vt ad iuſticiã puocaret. An putas eternã ⁊ incõmutabilẽ ludere verbis veritatẽ, qa dixit, Celũ ⁊ terra tranſibunt: verba aũt mea nõ tranſient. Luc. 21. Ludit equidẽ minime, qui tã mature, tãqȝ conſtanter pnunciat oĩa: imo pure ⁊ aperte loquiť confirmatqȝ, vt tergiuerſari nequaꝗ poſſis. Ceterũ p diẽ ⁊ noctẽ cõtinuũ tempus intellige. Unde eſt illud, Erit tẽpus eorũ in ſcl'a ſcl'orũ. Deficient nãqȝ miſeri ſine defectu, ſemperqȝ erit in eis qđ crucieť: qa ſemp ad cruciamenta reparabiť, qđ defecit. Poſſunt ⁊ viciſſitudines penaruȝ p hec intelligi iuxta illud Job. 24. Ad calorẽ nimiuȝ tranſibunt ab aquis niuiũ. vt ſimul acuitates duoꝝ ꝯtrarioꝝ i ſummo ppetianť in pœnã, qui ſummum aduertere neglexerunt, in gloriam. ¶ Punc. 6.

*Ignis corporeus reproborum.*

*Reprobi p momentaneis cur eterna recipiant.*

*Dies ⁊ nox quid ſignificet.*

Hic eſt patientia ſanctorum, qui cuſtodiunt mandata dei: & fidem Ieſu.

Sci attendentes ꝗ crudelis ſit exitus pereuntiũ reproborũ, q bibũt ſemp in eternũ de vino ire dei, ⁊ crucianť igne ⁊ ſulphure in conſpectu angeloꝝ ſctõꝝ, et ante ꝯſpectũ agni, in eorũ maximũ dedecus et ignominiã, quorũ tormenti fumus aſcendet in ſcl'a ſcl'oꝝ, nec habẽt requiẽ die ac nocte: ſibi ꝓſpiciunt ne ſimiliter pereant, ac proinde tri-

Adueniente ſeptimo tpe, electi plurimi, qui prius ſub Antichriſto va ſa irę erant, poſt illius exterminiũ cõuolabunt ad cbſm recõciliati p pœnitentiã, vt eſſent deinceps vaſa grę electioniſq3: q ardentiſſimo ſpũ dimicabunt contra aereas ptãtes, a qbus recordant fuiſſe aliquã do deceptos. ſic miles fortius pugnat a lapſu. Demones aereę ptãtes vocant ob incolatũ: Quos & dñs volucres cęli appellat Luc. 8. cęli, id eſt, aeris. Cęli enim appellatione aer nõ raro in ſcripturis capit. Memini me & ſupra de hac eadẽ re tractauiſſe: paucis tamẽ: & velut p tranſennã, oſtendens qa demones piecti de cęlo vſq3 ad diẽ iudicij ſunt in hoc aere caliginoſo: & poſt ad infernũ deturbabunt. de quo ait Augu. 3. ſup Geñ. ad lrãm. Aer caliginoſus eſt quaſi carcer demonibus vſq3 ad tempus iudicij. Qui locus ſm Tho. 1. parte. q. 60. datus eſt demonibus ratione exercitationis humanę: nã pcuratio ſalutis noſtrę ptendit vſq3 ad diẽ iudicij, vſquequo durat & miniſterium angelorũ, & exercitatio demonũ: deſcendunt tamen aliqui ad infernũ, vt ibi dãnatos vexent: poſt diẽ vero iudicij ſimul cũ dãnatis hominibus ibi oẽs recludent: vt puniant ſimul cũ illis igne ſupplicij ardente diuinę iuſticię: quatinus ignis materialis poſſit in ſpiritus. Probat Matth. 25. Ite maledicti in ignẽ ęternũ, q paratus eſt diabolo, & angelis eius. Et infra in hac Apoc. cap. 20. Qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnũ ignis: vbi beſtia, & pſeudoprophetę cruciabuntur die ac nocte in ſcl'a ſcl'orũ. De hoc btũs Auguſtinus in libro de fide ad Petrũ ita ſcripſit, Firmiſſime crede, & nullaten⁹ dubites: diabolũ, & angelos eius in ignẽ ęternũ a chriſto eſſe mittendos, vbi nunquã carebunt pœna, quã eis apparauit diuina iuſticia. Cauſam ęternitatis pœnę eorũ reddit Tho. 1. parte. q. 64. obſtinatã voluntate in malo. Obſtinationis autẽ huius cauſam nõ oportet capere ex grauitate culpę: ſed ex cõditione naturę ſeu ſtatus: qa vt ſcribit btũs Auguſtinus, vbi ſupra. Sic deus creauit angelos, vt q vellent ppetuo boni eſſent: qui aũt nollent, nunq̃ eos diuino munere repararet. Eſt autẽ, vt diſceptationis nilos euripoſq3 miſſos faciamus, ſiue angelus, ſiue demon in loco nõ circũſcriptiue quũ non cõmenſuret loco, ſed diffinitiue: qa ita eſt in vno loco q nõ in alio, deus autẽ neutroq3 modo dicit ẽe in loco, qa vbiq3 eſt. Cęterũ ſeptimi angeli phialę in aerẽ effuſio, nõ aliud eſt q̃ prędicatorũ ſeptimi tpis contra aereas ptãtes ſermone verbi dei acris dimicatio: vt p quos decepti eſſent miſeri mor-

Demones aereę ptãtes dñr.

Pœnę ęternitas vñ pmanat.

tales in Antichriſto, reſtituerent. Quod dū vigilantiſſime fiet, audiet vox magna de tēplo, nō dubiū qn de eccl̄ia: hęc autē vox gaudentiū eſt: eoꝝ, q liberati a monſtro horrendo illo, cui lumē ademptū erat. Gaudebunt autē duplici de cauſa. Primo de interitu Antichriſti manifeſto. Secundo de eoꝝ liberatione. Nō ſolū autē e templo vox hęc audiri dicit, ſed etiā a throno, qđ idē eſſe arbitror: id qđ dn̄s quoqȝ cōfirmat Matth. 5. di. Cęlū thronus dei eſt. Et Pſalmiſta dicit. In cęlo ſedes eius, Pſal. 10. Et alibi. Cęlū mihi ſedes eſt. Uel ſi iudiciariā ptātē per id mauis accipere, vt frequens eſt in ſcripturis ſacris: dixeris, a chriſti iudiciaria ptāte euibratā fore vocē qua interficiet impiū. Eſa. 11. Iā vero qđ ſit hęc vox audiamus. Factū eſt, intellige regnū dn̄i noſtri Ieſu chri. Simile in ſeptima quoqȝ tuba habuimus. Nam quū ſeptimus angelus tuba cecinit, factę ſunt voces magnę in cęlo, dicentes. Factū eſt regnū mundi huius, ꝛ vltimum illud tp̄s aduenit poſtquā cū tanta gl̄ia regnat chr̄s: hoc ꝛ ſilentiū illud eſt de quo ſupra cap. 7. Qđ dū ſit, fiet vt ꝛ ad lr̄am magna dei oīpotentis iracundia effundat in aereas ptātes, diuina videlicet vltio torquens eos, quos etiānum ꝓpria alioq inuidia de gl̄ia chriſti ſemꝑ torquet. Reciproce eni illis fiet, vt q aliqñ gauderent de ſupꝑſſiōe glię chri ſctōꝝq; eius, torqueant tum de gl̄ia late iā coruſcante: ſic ꝛ hoſtes torquere ſolet imperatoris aduerſarij illuſtrior triūphus, ꝛ plauſibilis gloria. O fœlicē illū q ad hoc tp̄s perdurabit: quando gl̄ia chriſti, leticiaqȝ ſanctorū ſic magnis triumphis celebrabunt: ꝛ quando verbū dei ab omnibus amplectet. virtus in pręcio erit: ꝛ quo quiſqȝ melior, eo honoratior erit.

¶ Punc. 2.

Et facta ſunt fulgura, & voces, & tonitrua: & terræmotus factus eſt magnus, qualis nunquā fuit ex quo hoīes fuerunt ſuper terram, talis terræmotus ſic magnus.

Non poſt illā vocē magnā dicentē, Factū eſt. ſed interim dū phialas ſuas angeli effunderent, facta ſunt ꝛ fulgura, ꝛ voces, ꝛ tonitrua, et terręmotus. Fulgura miracula ſunt: voces ſcripturarū teſtimonia: tonitrua cōminationes futurorū malorū iudicij ꝛ ignis: qbus omnibus confirmauerunt ſermonē ſuū angeli phialarū, id eſt, p̄dicatores ſcti: q decreta dei, iudiciūqȝ futurū mittent prędicare in vniuerſum mundū. Obſerua. miſſi ſunt prędicatores primū ad annunciandā mane: id eſt, in primo lucis fidei exortu miſericordiā: qua repletū eſſe voluit orbē dn̄s dicens eis, Euntes in mundū vniuerſum prędicate euangeliū omni creaturę: q crediderit ꝛ baptizatus fuerit, ſaluus erit. Mar. 16. Quę fęcunditatis ſuę imenſitate gratis cōdonat petā credenti qm̄ Ieſus eſt filius dei. Ioan. 20. ꝛ iccirco iuſſit eā prędicari chr̄s, non ſolū Iudęis, ſed ꝛ gentibus oībus quotquot ſub cęlo eſſent: ne qs poſſet ſe excuſare de non audito verbo dei, neqȝ intonuiſſe cœleſtē illā doctrinā in auribus eius: prędicatū eſt ergo apud vniuerſam terrā, quę ſub cęlo eſt: nuſquā nō auditę ſunt voces euangelij: vt verū ſit illud,

Prędicatores p̄mi miſc̄die.

Miſericordia dñi plena eſt terra. Pſal. 32. Et illud, In oēm terrā exiuit ſonus coꝝ, τ in fines orbis terrę verba coꝝ. Pſal. 18. vt vbiq; gentiū gauderet lęto tali nūcio a deo ꝑfecto: τ ꝙ viua fiducia in promiſſam dei miſericordiā, diuite quodā fœnore ꝑ chrīm exhibitā crederet: ob idq; nouiter in baptiſmo regeneraret, quo cōſecratus q̄ſq; τ inter filios dei receptus, cœleſtis poſthac potius ꝙ̄ terreſtris foret ciuitatis ciuis. Uerū adhęc τ phialę iracundię magni dei iiſdē datę dicuntur prędicatoribus, quo rebelles cogerent ad obediendū euangelio, pręceptiſq; dñicis: vtq; metu incuſſo, nō temere ruerent in flagicia: neq; vt canes reuerterent ad vomitū, id eſt, vt nō abuterent dei miſericordia, qua gratis condonata erant in baptiſmo pctā. Legat q̄ vult oēs epſas Paulinas, legat Petri canonicas, legat τ aliorū quoq;, τ ita inueniet: q̄a oēs prędicatores habent τ habituri ſunt phialā iracundię dei poſt prędicatā amplā illā miſericordiā, qua parcit deus pater in ſuo vnigenito generi humano. proinde quū pręmiſiſſet, Qui crediderit ſaluus erit. ſtatim ſubiunxit, Qui vero nō crediderit condemnabit: id qꝺ eſt phialę effuſio irę dei. Hę ergo phialę cōminatiōes ſunt futurorū malorū iudicij τ ignis, quantū ad hoīes: quantum vero ad demones ptātis aerę, cruciamenta iudicioꝝ dei, dicente dño, Princeps huius mundi iam iudicatus eſt, Joan. 16. Porro terręmotus qui factus eſt magnus, cordiū humanoꝝ ſunt: quę cōmouenda ſunt audito ſctō dei verbo, in quo reuelat ira dei in oēm impietatē Rom. 1. Legis τ in Pſal. 17. Cōmota eſt, τ cōtremuit terra, fundamenta montiū conturbata ſunt, q̄m iratus eſt eis. Quid eſt? iratus eſt eis. An ira cadit in deo, q̄ nō eſt mutabilis? Jac. 1. Non: ſed ſcripturę dicunt deū iraſci, nō tamen humano more mutatis affectionibus: ſed quū punit ad modū ſe iraſcentis habet, vt nō ponant in deo paſſionē vel affectū, ſed ſolū mutationē in operibus eius, vel de miſcdia ad iudiciū, vel de iudicio ad miſcdiā. In punitione itaq; mali eſt ira eius, ſicut in beneficio miſericordia: τ q̄a punit citra condignū Abac. 1. Quū iratus fueris miſericordię recordaberis. nec tamē parcit delinquenti, vt ut ſit miſericors, quin perdat finaliter impęnitentē, nec vnꝙ̄ reſipiſcere curantē. Talis terremotus ſic magnus nō fuit, inquit, ex quo homines fuerunt ſup terrā. Poſtea enim ꝙ̄ vltrix ira dei deſcendet ſup poteſtates aereas, τ refrenati conticeſcent, magnus latro Antichriſtus digno chriſti iudicio interiet: vt manifeſta fiant opa eius fuiſſe in mēdacio, τ nō in veritate: tū deniq; mirū valde erit prędicantibus ſcti verbi dei miniſtris, quantū mouebuntur corda ad recipiendū veritatē, cōtemptis erroribus, ſectarūq; mendacijs: tunc abolebit ſecta Mahumetica, Judęorū circūciſiones ceſſabunt τ alia, vt nihil niſi chriſti Euāgeliū luceat: q̄a verbū dñi manet in ęternū, Eſa. 40. Et iterū alia ſcriptura dicit, Fidelia oīa maudata eius, cōfirmata in ſeculū ſeculi, facta in veritate τ equitate. Pſal. 110. Tunc ſub pedes chriſti ponent oīa. Pſal. 109. Donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorum. Et Paulus. 1. Cor. 15. Oportet illū regnare, donec ponat oēs inimicos

Prędicatoꝝ eſt miſericordiā dei τ iudiciū annunciare.

Deū iraſci

Terremotus cordiū humanorum eſt.

ſub pedibus ſuis. Quod ſic intelligit Baſilius, quēadmodum faber murarius tam diu conſtruit domū, quādiu ad eius faſtigiū ꝓuectus ab opere faciendo deſiſtat. O q̄ bti qui in ipſis diebus erunt, ⁊ chriſti gloriā ſūma aī iocūditate in toto orbe videbūt. Sequit. ¶ Pun. 5.

Et facta eſt ciuitas magna in tres partes: & ciuitates gentium ceciderunt.

Uide qūo exęquet vltimū tempus priori: ⁊ opa dei poſtrema prioribus, vt per primū deſcribat vltimū. Olim enim prędicantibus aplis ita in orbe vniuerſo contigit, vt ciuitas magna id eſt, tota gentilitas diuideret in partes, ſaluandorū videlicet ⁊ pereuntiū: duę partes cōputant in ſaluandis, tertia in pereuntibus (vt iam pluries dictū eſt.) Olim factū ⁊ illud eſt, vt ciuitates gentiū ab infidelitate caderent fide chři ſuſcepta. Primaſius habet. Et ciuitas illa magna in tres partes diuiſa eſt. Ciuitatē hanc magnā eā putamus eē, quę ſpiritualiter vocat Aegyptus, Sodomaq3, ſupra cap. 11. poſita autē ꝓ magna populoꝝ multitudine, ⁊ ſupcilio faſtus: eo φ nō modicis auſibus fert: quę in tres partes diuiſa, vna gētilitatis: altera in hęreticis ⁊ Judęis: tertia in falſis fratribus cōputat, q confitent ſe noſſe deū, factis autē negāt. Quod vero ſequit, Et ciuitates gentiū ceciderunt: aut eſt diuiſio generis in ſpeciē, aut repetitio interitus vniuerſalis impietatis, ⁊ totius regni diaboli. Quod ꝑ vnā ſuperius, hoc nunc ſignificat per plures gentiū ciuitates: hoc enim eſt vna ciuitas Babylon, qđ multę ciuitates gentiū: ſicut hoc eſt vna Eccl̃ia, qđ ſeptē. Et qđ dicit, Ciuitates gentiū ceciderunt, hoc eſt qđ in ſequētibus dicit, Cecidit, cecidit Babylon: quę licet quotidie cadat in reprobis, tamē generaliter caſura in finē. Alij diſtinguunt, (niſi obſcuritas pariat) vt tertia pars electorū ſit, duabus partibus in reprobis cōputatis: contrario videlicet mō, ſicut ſupra nō ſemel intelleximus in diuiſionibus partiū, iuxta illud Zach. 13. Et erūt in omni terra, dicit dñs: partes duę diſpergentur, ⁊ deficient, ⁊ tertia pars relinquet in ea. Ipſa aūt pars tertia quę ſupererit, reprobos ſimul admixtos continebit. Nec tanta erit diuinę lucis copia (vt aiunt) tanta euangelij glīa, vt nihil oīno in pios ſint auſuri reprobi. Numerant alij partes ſic quoq3. Antichriſtorū ciuitas in tres partes ſiet, e qb⁹ prima erit vniuerſoꝝ, q cū magno Antichřo pereunt. Scđa hypocritaꝝ, q nō ſyncere, ſed ſolo terrorę potentię xp̄i, eius pplo volūt annumerari. Tertia oīm electorū. Non eſt autē putandū ex pręſcriptis, φ vere pij nō ſint cruces habituri, pręſertim ab hypocritis, q nō deerunt, velut loliū infelix inter triticū: nāq3 citato Zacharię loco de ipſa electoꝝ parte, mox ſubiungit, Et ducā tertiam partē ꝑ ignē: ⁊ vrā eos, ſicut vrit argentū, ⁊ ꝓbabo eos ſicut probatur aurū. Habebunt ergo ſuas cruces ſemper quicunq3 nomen dñi noſtri Jeſu chriſti ſyncere confitent ⁊ colunt: verūtamen non vt ante, quia carnaliū robur tum ferme nullū erit. Quas ergo cruces, vel a quibus habituri ſint, nō ſatis cōſtat, niſi φ ſuā crucē ſint habituri electi. Uera

[Margin: Ciuitatis magnę caſus.]

[Margin: Electi crucē cōtinuo habent.]

enim chriſti mēbra nō carent ſuis paſſionibus, quas ferentes chriſtū ſequunt̄. Et vbi nulla ab hoībus inferet̄, ipſi ſibi cruces vigiliarum, ⁊ ieiunioꝝ, laboꝝ, mortificationis carnis, ⁊ bonoꝝ operū, ac multarū miſerationū erga ꝓximos eligunt, infirmuntq́ꝫ. Igit̄ ciuitate illa magna in tres partes diuiſa, ſimul cadent vniuerſę gentiū ciuitates, id eſt, mere incredulorꝫ cōuenticula: ita vt in orbe toto nullę ſint futurę ſectę, nulla patens idololatria: ſed oēs chri̅ ppl̅s vocabunt̄. Moraliter impij ſenſus in hoīe, adueniente ſpū chri̅, neceſſe eſt vt intereant oēs, ⁊ ſyncera pars viuat: quę fidei inſtructa vi, oēs aduerſantes ſibi ſuperet virtutes: qđ dū fit nō erit pius martyr abſq́ꝫ cruce, nec carebit angoribus, in q̄bus vera chriſti ſequela cōprobat̄, q̄ ſequi cū volentibus crucē imponit: alioq̄ ſe minime dignū quēq̄ꝫ deputabit, ipſomet dicente, Qui non baiulat crucem ſuam, ⁊ ſequitur me, non eſt me dignus. ❡ Punc. 4.

Et babylon magna venit in memoriam ante deum, vt daret illi calicem vini ire indignationis ſuæ.

Hęc, ⁊ quę ſequunt̄ vſq́ꝫ in finem capitis huius, vſq́ꝫ ad poſtremum diem iudicijq́ꝫ tempus pertinent. Poſt nāq́ꝫ tempus beatiſſimę pacis illius, quę poſt magni Antichriſti contritionē in mundo erit, ſoluet̄ ſatanas, vt habes infra cap. 20. ⁊ ſeducet multos, vt inſurgant in ciuitatē dei, ⁊ chriſtū. Quod vbi fiet ſupueniet in mundū iudiciū illud magnū ac terribile, impijs nihil tale putantibus, ſed multā ſibi ſecuritatē, multoſq́ꝫ annos ꝓmittentibus, vt repente eos occupet. Id qđ dñs ſignificat in euāgelijs Matthei, ⁊ Lucę. De die autē, inquit, illa nemo ſcit, ⁊ hora, neq́ꝫ angeli cęloꝝ, niſi ſolus pater. Sicut autē in diebus Noe, ita erit ⁊ aduentus filij hoīs. Sicut enim erant in dieb⁹ ante diluuiū comedentes ⁊ bibentes, nubentes ⁊ nuptui tradentes, vſq́ꝫ ad eū diē, quo intrauit Noe in arcā, ⁊ non cognouerunt donec venit diluuiū, ⁊ tulit oēs: ita erit ⁊ aduentus filij hoīs. De hoc o…

Judicij magni tempus.

Paulus ita ſcripſit. De tēporibus autē ⁊ momentis fratres …
tis vt ſcribamus: ipſi enim diligenter ſcitis, q̄a die…
nocte, ita veniet: Quū enim dixerint, Pax ⁊ ſecu…
eis ſupueniet interitus, ſicut dolor in vtero h…
Theſ. 5. Tunc babylon hęc magna veni…
daret illi calicem vini, irę indigna…
impioꝝ vicijs confuſa, in die ill…
meritas accipiet: quę modo l…
voluntate agit q̄cquid vul…
intelligendo ꝙ in deo …
eſt: nec pōt mutari de…
loquit̄ ſępenumero…
ſe quandoq́ꝫ exh…
mi a malis: …
ſticiā in e…

Babylon veniet in memoriā apud deū.

aliis placet, ex parte obliuiſci nunc dicit ſuoꝝ electoꝝ deus: ⁊ ex parte rememorari. Dū enim eos ꝓ bonis actibus in pꝛeſenti nō remunerat, quaſi obliuiſci eoꝝ videt: dū autē mala in eis ꝑ flagella purgat, illoꝝ rememorat. In futuro autē iudicio contrario mō ſe exhibebit. tunc enim rememorabit bonoꝝ vt remuneret: maloꝝ geſtoꝝ quia hic punita fuere, nihil rememorabit. Pꝛoinde vnde nunc ſuoꝝ obliuiſci videt, inde tunc rememorabitur: ⁊ vnde nunc rememorat, inde tunc obliuiſcet. Contra oīa in repꝛobis erunt: eoꝝ nāq; nūc deus rememorat, vt ſi qd boni fecerint ſtatim remunerent: mala autē quaſi obliuiſcant. Neq; enim confeſtim repꝛobi puniunt. In futuro autem eoꝝ iniqtates rememorabunt, quū vna cū eis ęterno incēdio tradentur: bona autē ſi qua fuere veniunt in obliuionē, vt nulla remuneratione dignent. Unde bene hic dicit babylonē veniſſe in memoriā ꝑ iudicij tpe, quando iuſtus iudex retributurus eſt vnicuiq; eoꝝ iuxta cōmerita, dare calicē vini irę indignationis ſuę. Per calicem vini irę nō aliud intelligit ꝙ̄ pęna ęterni incendij, igni ⁊ ſulphure exęſtuantis: quę dabit repꝛobis, cū eoꝝ capite dānatis. Bene autē pęna hęc inferni irę indignationis dei maieſtatis plena vino comparat: vino enim ardens quędā vis ineſt vſq; ad inſaniā dementans hominē: ſic ⁊ pęna illa gehennę ita acuitate ſui quos cōpꝛehendit, dementat, vt cogant miſeri inſaniſſimas loq blaſphemias. ¶ Punc. 5.

Deū obliuiſci, aut rememorari.

Calix irę punitio eterna.

**Et omnis inſula fugit: & montes non ſunt inuenti.**

Similis punctus eſt ſupꝛa cap. 6. Sect. 6. Et oīs, inquit, mons ⁊ inſulę de locis ſuis motę ſunt. vbi qd mons, qd inſulę ſint. docuimus: frequēs eſt enim apud ꝓphetas mōtes ⁊ inſulas capi ꝑ habitantibus in eis. Sed qa ibi agebat de ꝑſequutione Antichꝛiſti, hic vero de vltima tribulatione extremi iudicij: fiet vt ſimiliter terroꝛ occupet tum impios, ſicut occupabat pios dū ab impiis ꝑſequerent. Inſulę ergo fugient, nec montes inuenient: ſed q̄ꝛe? Scimus equidē tempeſtatuꝫ diebus vbi in pagis ⁊ vꝛbibus nulla ſpes ſupererit ſalutis, inſulas ac montes, multis foꝛe ſolatia refugij: ſed tum hęc non erunt, quia nullū erit a facie dñi effugiū: nā velint nolint repꝛobi cogent illius ſuſtinere irā: nec eos ſeruabunt vllę munitiones, aut inſulę, aut montes: q ſi velint nauigare ad inſulas nō poterunt, nec reperient montes quo abſcōdant ob metū. Tantis ſignis cęlis coꝛuſcabit: tātis fulgurabit tonitribus, ad diē nouiſſimū. Putas qualis tunc terroꝛ erit? quando ſol obſcurabit, ⁊ luna vertet in ſanguinē? aſtra labent e cęlis, virtutes cęloꝝ mouebunt. Explicat dñs terroꝛis imanitatē. Luc. 21. dicēs, Erit in terris pꝛeſſura gentiū pꝛę cōfuſione ſonitus maris ac fluctuū, areſcentibus hoībus pꝛę timoꝛe ⁊ expectatione, quę ſuperueniēt vniuerſo oꝛbi. Nec in parabolis tum loquebatur dñs ſi nitaris hęc ad myſticos ſenſus inuertere, ſed ita fient. Cęlū ⁊ terra tranſibūt (dicit dñs) verba aūt mea nō tranſient. Lu. 21. Quid eſt, nō tranſiēt? qa ſine effectu, irrita nō erunt. Rata ergo ſunt verba dei, fient omnia

Inſule ⁊ mōtes qd ſint.

Diei extremi terroꝛ.

quęcunq; locutus eſt deus. Si mare ſic turbabit, quo pacto, inſulaꝝ refugia peterent hoĩes? Si continuo metu grauiorꝫ expectatiõe ſemꝑ terribiliorũ agitabunt tũ mortales, ita vt areſcãt ſtupore nimio, quomodo montiũ quęrent latebras? Uel ita intellige, ac ſi diceret, talis erit formido illius diei, talis pauor, talis oĩm conſternatio, vt nullus etiam in ipſis inſulis montibuſue audeat pſeuerare, ſed diffugiãt oẽs quoquouerſũ ſedibus ꝓprijs relictis, nõ ſecus ac colũbe, gracculiue, vbi accipit irruerit. Quod totũ extremę deſperationis ſane eſt indiciũ. Põt ⁊ ꝑ allegoriã ſenſus myſticus ita reddi: vt Inſulę ppli rectores ſint, mõtes vero doctores. Inſularũ noĩe ab alijs ⁊ ipſi religioſi intelligunt, oẽſq; viri ſpirituales circũdati tribulationibus, veluti inſulę aquis. Montes autẽ ſemꝑ hi ſunt, q autoritate ſublimes ſunt in ecclesia: ꝙ hi primũ illuminantur a deo ad cęterorũ eruditionẽ. Alijs ꝑ tropologiã moralẽue intellectũ ad vicia noĩa hęc referunt: vt ſint inſulę voluptuoſi, q carnis fluxibilitate oblectant. Montes elati, et oẽs pctõres, q contra dñm erigunt: tali ſenſu: Et oĩs inſula fugit, ⁊ montes nõ inuenient: Q. m̃ tunc pctõres peribunt a facie dñi, iuxta illud, Uidi impiũ ſuperexaltatũ: ⁊ eleuatũ ſicut cedros libani: ⁊ tranſiui ⁊ ecce nõ erat: quęſiui eũ, ⁊ nõ eſt inuentus locus eius. Pſal. 36. Quippe nõ inueniet tũc locus impij: qa ad infernũ detrahet cruciandus, ne ſit in ſorte piorũ. Nõ eſt igitur inuentus locus eius: intellige inter pios, eo ꝙ vita illius diſſimilis his fuit. ergo ⁊ merces ⁊ locus diſſimiles fient. ¶ Punc. 6.

Et grando magna ſicut talentum deſcendit de cœlo in homines, & blaſphemauerunt deum homines propter plagam grandinis: quoniã facta eſt magna vehemẽter.

Ira dei talentum.

Grando irę dei talento aſſimilat, eo ꝙ ira dei pondere grauis ſit, de qua iudiciũ ꝓ qualitate culpaꝝ ſingulis incũbet: ergo grando magna iracundię dei ſicut talentũ cũ pondere deſcendit, qa ſingulos pro merito prẽmit.

Talenti noĩe omne graue indicatur.

Talentũ dicebatur apud antiquos quicquid ingens eſſet, ⁊ oẽ graue tali pondere deſignabatur: vt nihil eſſet cui verius grando irę dei, hoc eſt, ſententia illa grauis ponderoſa, vehemens, terribilis, impetuoſa, procelloſa, quę ſupernę in reprobos ruet, cõpararet: quã vbi in ſe graueſcentem reprobi vident, erumpent in miras blaſphemias contra deũ celi.

Talenti genera.

Haymo tria genera talenti ponit decãtata apud ſcriptores claſſicos. vnũ centũ viginti librarũ: aliud ſeptuaginta duarũ: tertiũ quinquaginta. Adſtruitq; medij hic talenti fieri mentionẽ, qđ continet ſeptuaginta duas libras. Cęterũ ꝑ grandinẽ idẽ capit qđ poſitũ eſt, videlicet ſnĩam oĩpotentis dei: vnde ſcriptum eſt, Ira dñi, ſicut grando deſcendens. quę hĩ vt talentũ memoratur, qa videlicet ex ſeptuaginta duabus linguis peccantes reprobi dãnabunt, nulluſq; ad mortẽ pręſcitus hanc euadet irã. Talenti enim põderis, ꝑ magnitudine vindictę, ipſa grandinis ira eſſe perhibet: quę nõ niſi pręcedẽtis culpę merito irrogatur: pręcedit enim pctm̃ in ho

minibus,ſequit pœna. Ideoq; p merito pctī, e cęlis grando labitur: lapſa autē plaga magna reprobos vulnerat: qa ipſa diſtricti iudicis ira agit,vt q pctm cōmiſſum manu velut pœnitentię ocyus nō extergunt,in deterius prolabant: ex illo quippe iudicio culpa ſubſequens orit,ex quo cœcata mens ducit,vt peius alio obſtringatur. At pctm qđ ex pctō orit:nō iam pctm,ſed pctm ſimul eſt & pœna pctī. Siqdē iuſto iudicio oīpotens cor peccantis obnubilat,vt pcedentis flagicij pmerito ēt in alio cadat: Quē enim liberare noluit deſerendo percutit. Qđ vt manifeſtius fiat exponā p exemplū. Populus Judaicus de accepta lege ſupbiens,p tumorē cordis puenit ad ſcelus abiurationis. Si enim de ſupbia qua tumuit ſe correxiſſet,ad ſcelus abiurationis nunq̃ perueniſſet: nunc autē qa per tumorē puenit ad chriſti abiurationē,non ſolū inſolentię ſcelus in eo eſt, ſed ſcelus ſimul & cauſa ſceleris,p qđ in pœnā ruit inſanabilis ſceleris ex priore pgeniti: vt q chriſtū ſibi pmiſſum ſuſcipere noluit,ſuſcipiat ipſum Antichriſtum, iuxta illud,Ego veni in noīe patris mei,& non ſuſcepiſtis me: alius veniet in noīe ſuo,illū ſuſcipietis. Joan. 5. In tumore itaq; obſeruantię legis Antichrī ſuſcepti publicus chrī contēptus,ſcelus eſt, & pœna ſceleris,eſt & cauſa: ſcelus p ſemetipſum,pœna autē qa precedens inſolentię ſcelus illud inflixit: cauſa autē quia aliud,quo diabolus in Antichriſto adorandus ſuſcipit,ex ſe pgenuit. Hoc eſt qđ beatus ille Quiritij ſanguinis Papa Gregorius,tanto ſtudio inculcat,di. Pctm qđ p pœnitentiā nō diluit,mox ſuo pondere in aliud trahit. Sequit. Et blaſphemauerunt deū &c. Ac ſi dicat. Jra diſtricti iudicis actū eſt, vt q veritatē nō receperunt vt ſalui fierent: operatione quadā erroris obſequiū exhibeant vt pereant. Propter plagā quippe grandinis deū blaſphemare eſt,ppter pcedentis meritū ſceleris,horrendo dei iudicio,blaſphemię fructus emittere. Jn ſumma, ideo blaſphemauerunt, qa ipſius blaſphemię cauſas a grandine irę incurrerunt. Per grandinē enim,etſi & vltima illa ſententia rite capit: tamen etiā tribulationis validiſſimę eſt typus,cuius angoribus perpulſa mens vlceratur vt erumpat in blaſphemias: id qđ in viuis pleriſq; nunc contingit, pręſertim tamen poſt iaculationē dirę inflexibiliſq; illius vltimę ſententię,qua ppellunt mali in ignē ęternū,q paratus eſt diabolo & angelis eius: vt dicant montibus & petris,cadite ſup nos, & abſcondite nos a facie ſedentis ſup thronū: & ab ira agni: Quia venit dies magnus irę illius. ſupra cap. 6. in fine. Serua nos dñe ab huius grandinis horrore: ne quando tantorum malorum ſuperuenientiū cauſa ſpiritum inſumamus blaſphemię, qu potius tuę bonitatis dulcedine affecti euadentes tibi gloriā & laudem & gratiarū actionē occinamus cum ſanctis omnibus in ęterna ſecula. Amen.

Pctm̄ pœna pctī.

Propter grandinē blaſphemare.

# CAPVT. XVII.

## DE MERETRICE MAGNA SVPER AQVAS MVLTAS SEDENTE. SEC. I. PVN. I.

ET venit ad me vnus e ſeptem angelis, qui habebant ſeptem phialas: & locutus eſt mecum dicens mihi.

Hęc eſt viſio ſexta principalis vna e ſeptē, in qua ante oīa inuitatur Joannes ad ſpectaculū dānationis meretricis magnę, quę toto ſchemate hic depingitur: poſtremo beſtię & mulieris myſteria interp̄tantur. Hāc viſionē auſpicaturus modū ponit quo cępit, dicēs, Et venit ad me vnus e ſeptē angelis &c. neq; enim tam cominus ſpectabat, (vt coniectare animo poſſumus) angelos q̄ phialas effunderent. Uenit cominus tanq̄ familiarius ſecū agere volens, docturus myſteria haud quaq̄ vulgaria: venit, vt attentiorē ſctūm Aplm̄ reddat, magiſq; vt excitatis ſenſibus capiat, quę ſit eidē oſtenſurus: vn⁹ venit, vt vnitatē ſpūs inter multos cōmendet, eos q̄ miniſtri ſunt ſacri verbi dei, q̄ in vna fide & ſpe exiſtentibus annūciant ſalutē. Porro Joannes hoc loci ſctōꝝ agit ꝑſonā, quicunq; in hac peregrinatione mortale adhuc circūferunt corpus, & merentur a dn̄o conſolari: hic enim poſitus in tribulatione, dū furias ſuſtineret impijſſimi Cęſaris Domitiani, meruit a dn̄o in hunc modū conſolari. Magna conſolatio, Uenit ad me vnus e ſeptē angelis, q̄ decreta dei portabant: ergo a ſecretis eius ij erant, ergo primarij, & ex eis, ꝑ quos volūtates ſuas denunciat deus mundo: q̄ quū angeli ſint, typū gerunt vniuerſitatis ſacri verbi dei miniſtroꝝ. Unus venit q̄ ad lr̄am ſufficeret btō Joanni ad hęc manifeſtanda. Ubi ſimul Joannis excellentia demonſtratur, qui viſionem angeli ꝓmeruit poſitus in anguſtia tribulationum ſuarum: in perſona eoꝝ, vt dixi, qui in tribulatione conſolari a dn̄o promerentur. Et ideo ſequitur, Et locutus eſt mecum dicens mihi. Ea de re venit vt loqueretur, vt ſolaretur, vt doceret. Jam vero quid dixerit audiamus. ¶ Punc. 2.

Angelus vnus vnionem deſignat.

Veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas: cum qua fornicati ſunt reges terræ: & inebriati ſunt, qui inhabitant terram de vino proſtitutionis eius.

Uenit Joannes, quando ſctā eccl̄ia fidei ſermonibus dei intelligens

arcana,conſyderat ſupplicia in reprobis.Simile quiddã de diabolo
Eſaias ponit,cuius ruinam ſub figurata pſona principis Babylonię
deſcribit,dicens,Quõ cecidiſti lucifer e celo,qui mane oriebaris:&c.
Conſyderans quippe ſpũſſctũs corpus oĩm perditorũ, quod diuerſis
qdẽ,ſed non ineptis noĩbus notat,varijs p ſupbiã excesſibus pgre/
di,corrumpi flagitijs,erroribus in diuerſum raptari, tantaqꝫ impie/ Meretrix
tate ſequire,vt mitibus etiã aduerſetur:congrua pereuntẽ circũſcriptio magna
ne depingit,meretricẽ vocans,qa videlicet relicto creatore demoni/ pereuntiũ
bus ſe pſtituit conſtuprandũ.Non ſolũ autẽ meretricẽ ſimpliciter ſed mltitudo.
magnã,ſiue ppter imanitatẽ preuaricationis,p quã ſanctis inſultat,
ſiue ppter innumerã ppli multitudinẽ quã colligit.Proinde eadem
meretrix,quę & Babylon eſt,id eſt,oĩs multitudo reproboꝝ:ad quoꝝ
damnationẽ cõſyderandã,ac veluti ppinquius pſpiciendã inuitatur
Joãnes.Quia prędicatores ſcti,in qbus lucet diuina gratia,oſtende
re conantur fidelibus peſſime ſucceſſurum malis in finẽ, vtcũqꝫ mõ
videantur rebus florere pſperis:quatinus dũ eos cõſyderant, nihil
de coꝝ proſperitatibus appetant,quos ſciunt in dãnationẽ ruituros.
Quid enim pdeſt hoĩ(dicit Saluator)ſi vniuerſum mundum lucre/
tur:aię vero ſuę detrimentũ patiatur?Aut quã dabit homo cõmuta/
tionẽ p anima ſua?Filius hoĩs venturus eſt in gloria patris, & tunc
reddet vnicuiqꝫ ſm opa ſua.Matth.16.Quod ergo hic dicitur Joan
ni,quotidie dicitur & ecclesię credentiũ ab eius prędicatoribus.Ueni,
oſtendã tibi dãnationẽ meretricis magnę.Quod perinde eſt,atqꝫ di/
ceretur,Attende dãnationẽ reproborũ:caſus te doceat aliorũ,vt non Monitio
mundana fęlicitas te ſeducat coꝝ.Breuis hora ſumma imis miſcet ſalutaris.
ocyus,& vbi hęc coꝝ ſublimitas apparuerit ruet:vigilare itaqꝫ te cõ/
uenit nõ applaudere:taliũqꝫ cautius vitare conſortia . Mollia ſunt
quęqꝫ pſuadet aduerſarius:ſed ea quę te irreparabiliter perdant,dã/
nentqꝫ.Noli fieri ſectator malicię,ſi vis videri operator iuſticie.Per/
eunt cuncta quęqꝫ ex tpe delectant , ſola iuſticię opera permanent.
Alij mundi huius & ipſius carnis concupiſcentiã formã videlicet for/
nicationis & ipſam Uenerẽ,deã Romanis olim celeberrimã volunt
hic p meretricẽ magnã depingi:q & hi nõ longius a ſcopo aberrant:
cito enim ea ipſa oĩs concupiſcentia perit & Uenus.dicente Joanne,
Mundus tranſit,& cõcupiſcẽtia eius.q̃ merito meretrix magna eſt,ꝙ
guſtate voluptatis mercede plurimos perdat : ob idqꝫ ſedere ſuper
aquas multas phibet.Aqua enim fluuidũ elementũ eſt:quo nomine
carnaliũ fluxus voluptatũ,ac inconſtantia id genus hoĩm deſignat:
vt recte ppli multi p aquas infra capiant.Sup aquas aũt meretrix
hęc ſedet,qa ſup pplos multos cõcupiſcentia regnat:tot fere legibus
imperitans,quot ſunt ſpecies ac modi vitiorũ voluptuoſorũ.Sedere
ergo ſup aquas multas nihil aliud eſt,ꝙ̃ regnare ſup multos popu/
los:Quia videlicet luxuria carnis in multis dñat : & multos ad ſuã
miſeriã mollibus retinaculis trahit:tot modis quot ſunt ſpecies,imo
portenta vitiorũ,tam in maſculis ꝙ̃ in fœminis.Unde dñs loquẽs

ad beatũ Iob: de diabolo ait, Virtus eius in lũbis eius, ⁊ fortitudo illius in vmbilico ventris eius. Seminariũ quippe libidinis viris in lumbis eſt, in vmbilico fœminis. Quando ergo viros decipit, in lũbis virtutẽ habere recte cõtra eos exiſtimat: quãdo autẽ fœminas, in vmbilico. Nã ꝙ viris in lũbis ſit ſedes veneris veritas adſtruxit, qui fidelibus ait, Sint lumbi veſtri p̄cincti. Et Paulus de Leui loquẽs, qui adhuc in lumbis (inquit) erat Abrahe, quãdo obtulit decimas Melchiſedech. Qđ fœminis in vmbilico, ꝑpheta manifeſtat, ꝙ ſub typo mulieris meretricis loquit̃ ad hierl̃m. In die, inquit, ortus tui nõ eſt p̄ciſus vmbilicus tuus. Vmbilicũ quippe in die ortus p̄cidere, eſt ꝯverſionis tp̄e carnis luxuriã reſecare. Quia ergo diabolus vtrũq; ſexũ ꝑ concupiſcentiã decipit: recte in lũbis virtutẽ, ⁊ in vmbilico fortitudinẽ habere dicit̃. Virtus qdẽ in lumbis, ſed fortitudo in vmbilico: qa videlicet, quũ generandi maior vis in viris exiſtat, fortitudo tamen deceptionis maior in muliere ſtatuit̃: per quã cedri libani ſępe deiectę ſunt, quã ſtateq; colũnę. Sed ſciendũ quia ex diuerſis cauſis diuerſo mõ id facit. Sunt enim qdã ꝙ virginitatẽ deovouerũt, quã ſi a carne expugnati amiſerint, labunt̃ deterius, ꝙ̃ qui nunquã vouerunt. Alij in coniugio imaculatũ thorũ cuſtodiunt, quẽ ſi violare eos cõtingat, pronius deinceps peccant, ꝙ̃ ij ꝙ ꝓprias vxores non habent. Tale genus eſt eorũ, ꝙ inceſta ꝑpetrant, ſorores polluũt, violant ꝓpinquas. Sic Amnon Thamarẽ violauit ſororẽ. Sunt ⁊ ꝙ innaturales ꝓdigioſiſſimaſq; veneres in cinędis quęrunt: qđ genus inceſti tã flagitioſiſſimum eſt: vt licet hoĩm genus in multis offendat deũ, in nullo tamẽ grauius agit, vt in hoc qđ cõtra naturã eſt. Quia ergo fornicatio ⁊ ipſa Venus quę mater eſt, ⁊ regina oĩm vitiorũ, in reprobis p̃tatẽ latiſſimo exercet imperio: recte meretrix ſup aq̃s multas ſedet, ideſt ppl̃os, quorũ vitę decurſus dilapſui aquarũ cõparat̃, 2. Reg. 14. Sequit̃. Cũ qua fornicati ſunt reges terrę. Qui vel quales reges terrę? Reſpondeo, de ꝗbus ſpũſſct̃us dicit Pſal. 2. Adſtiterunt reges terrę, ⁊ principes ꝯuenerũt in vnũ, aduerſus dñm, ⁊ aduerſus chriſtũ eius. Reges ergo terrę, ꝙ terrena diligunt, terrenis inhiãt, incubant terrę. Quia .n. ſunt in corpore meretricis huius, ſua ducti libidine infrenes ſunt, ſectando carnis ĩmundicias, voluptates, terrenos honores, ⁊ oĩa. Vnde ⁊ recte inebriati de vino ꝓſtitutionis eius, ꝙ inhabitant terrã, dicunt̃. Vinũ ꝓſtitutionis eius eſt libidinis ardor, ⁊ delectatio venereę voluptatis: quę vino cõparat̃, quo ſolent inebriari mortales, ⁊ abſq; ratione fieri, vt non pericula metuant, non vel ipſam mortẽ: ⁊ libido aufert mentis rationem, vt nihil vltra pęnas aduertat inferni: ideo ẽt ſine ratione, tametſi reclamante conſcientia debacchat̃. Hi ſunt, quos tradidit deus in deſyderia cordis eorũ ⁊ in paſſiones ignominię. Pſal. 105. Ro. 1. Qui non facile reſipiſcunt, nec ſanantur. ¶ Punc. 3.

*Luxuria ĩ viris ⁊ in fœminis.* — *Vmbilicũ p̄cidere.* — *Attẽde caſtitatis pꝛofeſſor.* — *Reges tr̃e*

**Et abſtulit me in deſertum, in ſpiritu.**

Locus oſtendit(vt non raro diximus)hęc oīa Joannē nō corporeis vidiſſe oculis,ſed ſpū mentis,in imaginaria viſione.Deſertum ponit diuinitatis abſentiā,cuius pręſentia paradiſus eſt, vt Primaſio placet:qa videlicet ea viſurus ſit,quę diuinitatis gr̄a omnino lumineq; carent:regnū enim pctī,qđ oīno deſertū eſt a dei gr̄a, ⁊ qui in eo regnant viſurus,⁊ hoc in ſpū,qa ſpū poſſunt iſta diſcerni.Haymo diſtinguit de deſerto.di.Deſertū, in ſacro eloquio aliquando ſignificat cęlū,aliquando corda ſctōrū,aliquando deū oīpotentē, aliquando corda reproboꝝ.Cęlū in euangelio ibi,Quis ex vobis hō, q habet centū oues,⁊ ſi ꝑdiderit vnā ex illis:nōne dimittit nonagintanouem in deſerto?⁊ vadit ad illā quę perierat quęrere?qa videlicet tunc hō cęlū deſeruit,quando peccauit.Corda ſctōrū ibi,Ecce elongaui(.i.lōge me feci)fugiens,⁊ manſi in deſerto,Pſal.54.in deſerto mentis ſcilicet.Scti enim cœleſtis vitę percupidi,remouēt ſe ab his vitę curis, ne implicent:⁊ fiunt deſertū a voluptatibus mundi.Scimus enim nihil eſſe voluptatis in deſerto:vbi horrent oīa aſperitate: vbi nec panis ſuſtentans,nec aqua ſitim extinguens reperit,vt merito deſertū ab his vitę ſolatijs dicat Deū ipſum apud Jeremiā,Quis dabit me in ſolitudine diuerſorū viatoꝝ?Qđ vero cor reproborū ſit deſertū,id palā eſt,ij enim deſerti ſunt a deo,⁊ ſunt ſine deo viuentes:illi deſertū erant incolę ciuitatis,de qua dicit in eodē ꝓpheta,Quomodo ſedet ſola ciuitas plena ppl'o?Si ſola,qūo plena?ſi plena,qūo ſola?ſ; ſola,id eſt,abſq; deo,et ſi plena ppl'o ſit, recte ciuitas vocatur.Huc pertinet ⁊ illud,Vox clamantis in ſolitudine dirigite viam domini. Eſa.40.Quia enim deo carebant,ideo hortant pręparare corda aduentui eius.Hoc ſenſu deſertū ponitur hic,in qđ abductū ſe Joannes teſtat,in ſpū,vt contēpletur eos,q eiuſmodi ſunt,q in regno diaboli ſunt:deſerti gratia dei ſunt,deſerti ⁊ virtutibus cunctis ſunt.

Deſertū diuinitatis abſentia, pſentia paradiſus.

Deſerti diſtinctio.

## DE MVLIERE SEDENTE SVPER BESTIAM COCCINEAM. VII. CAPITVM ET CORN.X. SEC. 2. PVN. 1.

ET vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineā plenam nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem,& cornua decem.

Jpſam vocat mulierem,quā paulo ſuperius appellauit meretricem. Hęc reproborū oīm collectio eſt in vno corpore adunata.Aut in cuius potiſſimū ſpecie eā ſermo diuinus ſuborнaret,q̄ȝ mulieris, a qua initiū cępit pctīm:et ꝓpter quā,vt ſcriptū eſt, moriemur oēs.Eccl.25. Beſtia diaboli eſt typus,cui inſident reprobi oēs,atq; eo vehēte currunt ꝑ vicia.Nāq; ſicut ciuitas dei chriſto hęrent,ſup quē extat ędificata:ita ciuitas diaboli,quę reproborū eſt, diabolo incumbit: quę meretrix vel iccirco dicit,vt palā ſit,qua parte regnū diaboli amplius dñet.Vides itaq; aliquē ꝓnū ruere ad arma,vt interficiat dei ſeruū:

Mulier ſuꝑ beſtiam ſedens.

aut arrepto flagranti ticione currere, vt ſuccendat eccl'am dei: aut te-
rere limina meretricū, violare virgines, honeſtas infamare matro-
nas: hic cū portari a diabolo, ſup quē ſuo malo ſedet: quę ob cruentā
voluntatē, ꝛ pctī maliciā coccinea vocat. Eadē plena blaſphemię no-
minibus. ſcriptū eſt enim, qꝛ ſupbia eoꝝ aſcendit ſemꝑ. Pſal. 73. cui⁹
nulla pars vacat blaſphemia: Id qđ tum pręſertim agnoſcet, quum
perditionis ille filius reuelabit: tunc enim oē corpus aperiet os ſuū
in cęlū, ꝛ loquet blaſphemias, contra chriſtum ꝛ ſanctos eius. Porro
beſtia hęc ſeptē capita habere dicit, ꝛ cornua decē: qua ratione, plus
ſatis expoſitum eſt ſupra. Per ſeptē enim capita oēs reges impij ca-
piuntur, q fuerunt infeſti ab initio eccłię dei, futuriqꝫ ſunt. Per cornua
Beſtia ſeptē capitū vero decē regna illis ſubiecta. Unde ſcriptū in Daniele legimus. Be-
ſtia quarta, quartū regnū erit in terra, qđ maius futurū eſt omnibus
regnis. At pōt quēpiā mouere, qūo ſeptē reges, ꝛ decē regna: hoc iam
ſolutū eſt, qꝛ regnū Macedonū poſt interitū Alexandri magni fuit
in quatuor regna diuiſum: idē ergo ſeptē eſt qđ decē: id qđ ꝛ myſte-
riū vtriuſqꝫ numeri indicat: vterqꝫ enim pfectus eſt, ꝛ ſeptenarius ꝛ
decenarius: vt intelligas ꝛ reges beſtię coccineę ꝛ regna, id eſt, vni-
uerſum corpus eius, chr̄o aduerſari, ſapientia ꝛ potentia in omni vir-
tute ſemꝑ. Uane hic putare mihi qdā vident: pſequutione nouiſſima
appetente decē reges oborituros, quū myſteria horū ꝛ regnorū, quę
ab initio fuerunt, impiorū cōpleant in vno Antichriſto, q recapitulatu
rus in ſe eſt crudelitates oīm ſequentiū in ppl'm dei, ꝛ blaſphemias
eoꝝ: ideoqꝫ plena noībus blaſphemię beſtia hęc deſcribit. Deterior
aūt blaſphemia inueniri nō pōt, q̄ vt contrarius ſit Chriſto vnico, ꝛ
viuo, ꝛ vero ſeruatori orbis, nēpe dei filio: id qđ nomen eius indicat.
Antichris totus in blaſphemia. Antichris enim dicit eo ꝙ cōtrarius ſit chriſto, volens haberi ꝓ xp̄o:
nō ſolū aperta oppreſſione potentię fideles impugnās, ſed etiā emē-
tita veritatis ſpecie illaqueare corda deſyderans: vt quos nō poteſt
violenter terroribus frangere, adumbrata ſtudeat falſitate ſeducere:
quatinus apertū declinantes errorē, veriſimilē vix caueant falſitatē.
Cuius nocentiā dñs voluit inſinuare in imundo ſpiritu, q aſſumpſit
ſpūs ſeptē ſe nequiores, cū qbus ingreſſus eſt in hoiem, quē ꝓ volun
tate voluit poſſidere, ꝛ agere ꝑ eundē, vt nouiſſima peiora fiant prio
ribus Luc. 11. Nōne de vno ſpū imundo loquebat: Cur igitur alios
ſeptē nequiores ſe dixit: niſi qꝛ ſeptiformis imundus ſpūs agnoſcit,
Spirituū antiteſes. vt ēt latentibus malis nequior ſeptēpliciter inueniat: Et vt, qđ dici-
mus, plenius luceſcat: intentū decet eſſe lectorē. Spūs bonus, ſpiritus
ſapientię: cui ex diametro opponitur ſpūs malus, ſpūs inſipientię: ſed
peior ſimulatio ſapientię. Porro ſpūs bonus ſpūs intellectus, malus
autē ſpūs ſtultitię: ſed peior ſimulatio diſciplinę. Itē ſpiritus bonus,
ſpiritus conſilij, malus autē ſpūs imprudentię: ſed peior ſimulatio
prudentię. Deinde ſpūs bonus, ſpiritus fortitudinis: cui opponit ſpiri
tus malus languentis ignauię: ſed peior infirmitas fallens obum-
bratione virtutis hypocritice. Pręterea ſpiritus bonus, ſpiritus ſcien-

tię,cui contrario opponit malus ſpūs ignorantię:ſed nequior vſurpatio ſcientię. Deniqʒ. Spūs bonus,ſpūs pietatis : malus vero ſpiritus impietatis:ſed peior falſę pietatis prętextus. Tandē , Spūs bonus , ſpūs timoris dei:cui ꝯtrarius eſt ſpiritus temeritatis:ſed peior dolus religionis fictitię. Quibus cōtrarijs impuriſqʒ,latro impurus Antichriſtus in ſe ⁊ in ſuis ꝓphetis erit pręmunitus,ſicut puris Chrs ſctōrū ſctūs Dei vnigenitus:de quo ſic Eſaias vates inſignis vaticinās dixit, Egredieť virga de radice Ieſſe,⁊ flos de radice eius aſcendet:⁊ requieſcet ſuꝑ eū ſpūs dñi,ſpūs ſapientię ⁊ intellectus : ſpūs conſilij ⁊ fortitudinis:ſpūs ſcientię ⁊ pietatis:⁊ replebit eū ſpiritus timoris domini. Eſa.11. Virga hęc virgo mater eſt:flos chrs abſqʒ corruptione ex virga ꝓdiens:cui āmirabili quodā iudicio dei per oēm modū adverſaturus eſt Antichrs,inauſpicato tamē exitu, mercedē iniquitatis ſuę cum Iuda traditore ſortiturus:quē dñs Ieſus interficiet ſpū oris ſui.2.Theſſ.2. Certū ergo ſit,⁊ ſatis ſit,hunc eſſe beſtiā ſeptē capitum ⁊ decē cornuū,coccineā.hoc eſt,ſanguinatā,plenā piorū ſanguine: cui voluntas ſemper verſabiť in ſanguine,⁊ manus in cęde : in quo hoc ſunt ſeptē capita, qđ decē cornua:nā ⁊ reges ⁊ regna pars huius beſtię ſunt. Sicut enim oēs pij in vno chrō numeranť , ita econtra oēs impij in vno cōputanť Antichriſto , tanꝙ in capite. Nec mirū ſi hoc (vt dixi) ſignificent ſeptē capita,qđ decē cornua : nā ⁊ reges ⁊ regna pars huius beſtię ſunt,corpus videlicet myſticū beſtię,imo ⁊ ipſa beſtia cōputatur cū illis velut caput cū mēbris in vno corpore dānato: ꝓpter diuerſitatem tamen ſcelerum,nunc in capitibus ſeptē, nunc in cornibus diuidiť decē: ꝙ ⁊ fraude decipiat , ⁊ potentia pręmat vrgeatqʒ. In virtute ꝑ apertā potentiā:in ſignis ꝑ occultū dolū,omniū regū ac regnorū crudelitatibus vtens. Tali informi monſtro,ac teterrimo multitudo ois reproboꝝ a principio heſit:cui ēt in muliere meretrice inſidet,plena concupiſcentiarū carnaliū , deſyderijs deſyderiorumqʒ fructibus malis:⁊ quę dudū dereliquit deū factorē ſuum,contaminationem in multa abominatione ſuorum immundorum ſcelerum amplexa. Sequitur. *Antichris ſanguinata beſtia.*

¶ Punc. 3.

Et mulier erat circundata purpura,& coccino:& inaurata auro:& lapide precioſo:& margaritis: habens poculum aureum in manu ſua plenum abominationibus, & immunditia libidinis ſuæ.

En vides impiorū congregationē quali ꝓdeat ſchemate : ꝙ pulchrū ſtultis admiratoribus de ſe prębeat ſpectaculū:quę vltro in ſeſe irritare poſſit ipſo ornatu oculos vaniſſimorū,qbus ſolis videnť hęc aliquid,nō vere ſapientibus,nō integris,q ꝑfecte calcarunt mundū , vt nec pili ducant ſplendorē eius:quorū ois mens chrō inheſit: quē ſolū ſpectant ſedentē ad dexteraʒ patris, imo qbus viuere chriſtus eſt, mori vero lucrū. Sed vide verborū poſitoꝝ aptiſſimū ordinē , ſpūſctī quoqʒ rationē contēplare.primū ob oculos ponit irritamēta or- *Mulier purpurata*

natus, in purpura ꝛ coccino, ꝛ auro, ꝛ lapide pꝛęcioſo, ꝛ margaritis: deinde abominationē ꝑ ſe contēptibilē, reſpectu cuius facile cōtemnant pꝛędicta oia, ꝗ ſint in effectu ſpurca: e qbus talis fructus naſcatur, quę eſt libidinis imundicia: nā in illis id frequenter quęritur: nec
Purpura alio tendunt niſi ad libidinē eiuſmodi induuia. Sed iā ad rē. Purpu
regū oꝛna ra olim regū erat oꝛnamentū: tingit ſanguine piſciū marinoꝛum. Eſt
mentum. enim purpura piſcis ex concharū genere, vt Plinius teſtat, viuit annis ſeptenis: latet aūt circa canis oꝛtū tricenis diebus: congregantur
Purpura purpurę verno tpe, mutuoqꝫ attritu lentoꝛē quendā velut cerę emit
piſcis. tunt: ſed nobilē illū ſuccū ad tingēdas veſtes cōmodū medijs in faucibus habent, minimūqꝫ liquoꝛis eſt in candida vena, reliquū coꝛporis ſterile. viuas conant capere, qa moꝛientes ſuccū illū cū vita vomunt: quinquagenis diebus viuunt captę, ꝛ ſaliua ſua nutriuntur: celerrime creſcunt, vt oēs conchę, ita ꝛ purpurę, anno magnitudinem implent: maioꝛibus purpuris detracta concha auferunt ſuccū, minores frangunt Tyrij, ita ꝛ earū roꝛē excipiunt: lingua purpurę eſt digitali longitudine: duricia tanta, vt reliquas conchas aculeo perfoꝛet:
Purpure⁹ aqua dulci facile necant, ꝛ ſicubi merſę flumine fuerint. Purpureus
colo. coloꝛ eſt, q nigricantis roſę ſplendoꝛe ſublucet: cęteroꝛū oim coloꝛum gratiſſimus. hęc de purpura ſatis. Coccinus coloꝛ eſt, q exuberantiā
Coccinus quandā ac ſplendoꝛē ruboꝛis oſtendit dictus a cocco, qđ latine gra
coloꝛ. nū dicit. Eſt enim coccus velut granū, qđ vel ex arbuſcula Ilici ſimili, vel ex rubenti gramine naſcitur. Hic Spadicus, ꝛ Phęniceus vocat, hinc coccina ꝛ coccinę veſtes dicunt. Idē coloꝛ roſeus a roſarū ſimilitudine dicit, a quo ꝛ roſeus pannus, ꝛ roſę veſtes appellant. In qbus coloꝛibus cunctā huius mundi regū ſplendoꝛē ac ſupbiā, cruentā quoqꝫ ptātē hic ſcriptura deſignat. Quis enim neſciat regiā ptātē
Regia po comitatā ſemꝑ parricidali crudelitate, quę plurimo ſanguine tincta
teſtas ſem ſubinde maduit. Plena ſunt volumina, ꝛ ſatiata iam oꝛbis terrarum
per cruēta theatra regū tragedijs: vt pauci regū ſine ſanguine pereant, e quibus magna pars mulieris huius typicę colligit, vt recte dixerit Iuuenalis Satyra. 10.

Ad generum cereris ſine cęde, ꝛ vulnere pauci
Deſcendunt reges: ꝛ ſicca moꝛte tyranni.

Cereris generū Plutonē vocat deū oꝛci, vt falſo olim credebat ſtulta gentilitas, q rapta ꝓſerpina factus eſt gener. Nota fabula eſt in poetis: ꝛ vt quoſdā ex eis numerē. Magnus ille Pompeius totius oꝛientis ſubiugatoꝛ, dū ꝓmū ſibi locū in rep. Romana quęrit a Cęſare Iulio in campis Philippicis pꝛofligat: q ereptus clade, dū fugit in Alexandriā ꝑ Ptolemeū regē Aegypti interfectus eſt. Cęſar ꝛ ipſe a Bruto ꝛ Caſſio cęteriſqꝫ percuſſoꝛibus tribus ꝛ viginti vulneribus in ſe
Ceſares natu cōfoſſus eſt. Nero hoſtis patrie declaratus fugiens ſenatum, vt
ſanguina ſenſit milites appꝛopinquare, qbus pꝛęceptū erat, vt viuū attraherēt:
ria moꝛte ferrū iugulo adegit: q ſemianimis dū palpitaret, irrumpenti centu
ꝑempti. rioni, ꝛ penula vulnus demulcenti inqꝫ auxiliū veniſſe ſe ſimulanti,

non

nõ aliud reſpondit, q̃ ſerã illã fore fidẽ: qua in voce plurimo ſanguine defecit. Galba in foro occiſus eſt. Otho ſeipſum pugione tranſuerberauit. Uitellius minutiſſimis ſparſim mucronũ puncturis cõfectus eſt. Domitianũ a Stephano in inguine percuſſum alij cõſpiratores ſauciũ ⁊ repugnantẽ adorti: Claudianus, Cornicularius, ⁊ Maximus Parthenij libertus, ⁊ Saturninus centurio cubiculariorũ, ⁊ quidã ex gladiatorio ludo ſeptẽ vulneribus contrucidarunt. Erant q ob regnandi cupiditatẽ, ⁊ in cognatos, fratres quoq;, ac parentes ſęuirent: ne vllũ regni conſortẽ haberent, vt bene purpura coccino in regibus ſit ſociata: in quibus ſceptrũ quoq; conſperſum ſanguine ſtillat. Qui oẽs, ne cęteros cõmemorem, fuere de corpore meretricis huius purpura regia circundatę, ⁊ coccino: habitu videlicet ꝓpe peculiari, ⁊ conſimili moribus fortunęq;, quę in ſanguinẽ pręter corporis inquinationes ardeat, in eodẽ in finẽ defectura. Huius mẽbris dicit dñs deꝰ in ꝓpheta id eſt, illis, q titulo aliud ſunt, id eſt, dei ppl' s: re autem ad hanc meretricẽ ptinent, Quũ extenderitis manus veſtras, auertã oculos meos a vobis: ⁊ quũ multiplicaueritis orõnẽ nõ exaudiã: manꝰ enim veſtrę ſanguine plenę ſunt. Eſa. 1. Eſt ⁊ alia ſchematis meretricij huius ratio: quo intelligeres quanta in regio ornatu ſit vanitas, quantus dignitatis ſummęq; celſitudinis tumor, ⁊ externi nitoris quanta libidinis ſpurcitia ⁊ ſanguinis: vt iã non ſolũ purpura coccinoq; ornet mulier meretrix hęc, ſed quicquid precioſi habet mundus: vt auro, lapide precioſo, ⁊ margaritis: quę oĩa vanitatis ſunt fructus, nihil moribus admodũ eximij addentes: vt deploratę dementię ſit ea appetere, quęrere, ⁊ mercari. Obſerua. Habet ⁊ eccl'ia ſuã purpurã, habet ⁊ coccinũ, habet aurũ, habet lapides precioſos, margaritaſq; habet: de qua in Pſalmis myſticis dicitur, Adſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Pſal. 44. Sed nõ externe vt meretrix iſta ad vanitates habet: habet autẽ interne: cuius oĩs decor memorat ab intus, ibidẽ. Et vt perce nſeamus ſingula. Eccleſia, habet purpurã ⁊ coccinũ, id eſt, regiã dignitatẽ: habet eniʒ regẽ xp̃m ⁊ in hoc oẽs credentes reges, ex quibus vna virgo immaculata conſtat eccl'ia, quę regnat per chr̃m. Habet inſuper ⁊ inauratã veſtẽ, ſapientiaʒ cũ charitate: iuxta illud, Accipite ſapientiã ſicut aurũ. Et alibi, Theſaurus deſyderabilis reſidet in ore ſapientis. Per aurũ capi charitatẽ conſtat in ſcripturis oĩbus. In lapidibus vero precioſis, itemq; margaritis, virtutes animi, tũ multę tum varię deſignãt: quibus circumamicta eodẽ in Pſalmo eccl'ia prędicat. Et quũ veraciter hęc habeat Eccl'ia, fallaciter ſibi mulier meretrix nitit vſurpare, ſi quando etiam quippiã earũ rex pre ſe ferre videat, velut gl'iam regni, ſapientiã, virtuteſq;. Nemo enĩ vere regnat, niſi in chr̃o. Sequit. Habens poculuʒ aureũ in manu ſua. Quid poculũ hoc aureũ intelligimus, niſi fallaces mundi huius ꝓmiſſiones, ⁊ concupiſcentię deceptiones, quę capax inebriatiuę voluptatis eſt, vt poculuʒ vini liquoris. Quid dico? Ipſa meretrix eſt poculũ aureũ, ꝓpter ſimulatã pulchritudinẽ quam

Eccl'ia purpura auroq; ornata.

pꝛętendit externe, quū ſit interne plena oī ſpurcicia ⁊ abominationi/
bus: quā, calicē aureū vocat expꝛeſſe Jeremias dicens, Calix aureus
Babylon. Aurꝝ enim, id eſt, pulchꝝ ſe fingit ⁊ pꝛecioſum ꝑ externam
apparentiā vt magis alliciat, ac captū dementet. Sed qđ habet in ſe
poculū iſtud aureū? Abominationes, ⁊ libidinis imundicias: hi enim
ſunt fructus repꝛoboꝛū, q in mundo cōputanť. Abominatio odiū eſt
⁊ reiectio: vnde illā abominať deus, quē odit, quē reijcit: ſicut ſcriptū
eſt, Virū ſanguinum, ⁊ doloſum abominať dñs: id eſt odit ⁊ reijcit.
Quare? In cauſa equidē eſt imundicia libidinis, qua pleni ſunt oēs
repꝛobi: nec vllū magis ꝙ hoc viciū ſequunť oēs. Nota, poculū hoc
in manu ſua accepit mulier, quando pꝛima mater ſeducta eſt: quan/
do miſeras hominū mentes inuaſit ſęua cupido dominandi: quādo
ſcoꝛtandi voluptas mentē obſedit, ⁊ alia id genus mala faciendi:
quando venit obliuio pꝛęceptoꝛū dei, ⁊ ſalutis contemptus, furoꝛ ⁊
impietas, inſana cędes ⁊ erroꝛ. Sequitur. ¶ Punc. 4.

*Calix aureus Babylon.*

**Et in fronte eius, nomen ſcriptum myſterij, Babylon magna, mater fornicationum, & abominationū terræ.**

Ne ſuperſtitio erroꝛis palā falleret incautos, ex titulo frontis dicit cla
re poſſe aduerti, quę ⁊ qualis ſit mulier hęc tanto ſchemate cultuqꝫ
adoꝛnata, qa pellex ⁊ impura, quę ſe tanto ſplendoꝛe meretricio ven
ditat. Per frontē operū manifeſtatio deſignať. Sic dñs apud Ma/
theū loquiť dicēs, A fructibus eoꝝ cognoſcetis eos. Nā qa Babylō,
id eſt, multitudo pereuntiū repꝛoboꝛū ꝑ hypocriſim ſimulat ſe inter/
dū eſſe, qđ nō eſt, id eſt, oſtendit ſe aureū calicē eſſe, quū ſit plena ini/
qtate ⁊ abominationibus: ne fallerenť moꝛtales ſpecie veri, dirigit
ad conſyderationē tituli, vnde facile ſit eā animaduerti, quę ⁊ qualis
ſit, vtut ſe aliā polliceať: quū ibi Babylon. i. confuſio legať. Jd qđ eſt
ipſa re. Jā quare nomē myſterij in fronte ſcriptū eē dicať, palam eſſe
arbitroꝛ. Nunc qđ myſterij vocabulū indicet videamus. Myſterium
occulta res eſt, in qua aliud ꝓſpiciť, ⁊ aliud velut ſub typo occulitur.
Opera quippe Babylonis qbuſdā ſunt in fronte, qbuſdā in myſterio.
Simplicibus ingenioqꝫ rudibus, ⁊ q ea ꝓuidere nequeunt, myſteriū
eſt: eo ꝙ occulta ſunt illis, quę clandeſtim a repꝛobis aganť. Perfe/
ctis aūt ⁊ intelligentia valentibus in aperto. Poꝛro magna Babylō
diciť, ob multitudinē repꝛoboꝛū, ex qbus conſtat: vel magna. i. admi
randa: ſed quibus? Stultis admiratoꝛibus, qbus aliqđ eſt. Jpſa eſt
⁊ foꝛnicationū mater, quę docet ꝑfidiā in hoībus, vt ſpꝛeto vero ⁊ vi/
uo deo demonibus ſeruiať. Eſt enim maloꝛū oīm radix, ⁊ nutrimen/
tū pctī. Nā ⁊ pctīn a muliere cępit initiū, quę pꝛimū ſuſcepit ſemē dia/
boli in pꝛaua ſuggeſtione, ⁊ cōcepit doloꝛē, ⁊ peperit iniquitatē: quā
effudit in virū, ⁊ ꝑ eū moꝛs intrauit in oꝛbē terrarū: vt non ab re mu
lier ſit vniuerſitas repꝛoboꝛū. Vel certe mater foꝛnicationū pꝛęcedēs
generatio intelligitur, quę peſſimo exēplo coꝛruptiſſimos poſt ſe reli/
quit imitatoꝛes. Aliter. titulū mali operis gerit in fronte: qa repꝛobi

*Frons meretricis.*

*Myſteriū quid ſit.*

*Mulier radix malorum.*

gloriant quū male fecerint. De qbus dicit in ꝓpheta, Quaſi Sodo/
ma prędicauerunt pctm̄ ſuū. Et in hoc cōgregatio taliū in hac mere/
trice publicę ꝓfeſſionis arguit, ꝙ ſuſceperit publicā fornicationis pro
feſſionē in meretrice: quę nō ſolū peccaret, ſed inſup in ipſis peccatis
velut rebus eximijs gloriaret, magnificādo fornicatiōes ſuas abſqȝ
rubore. Unde ſynagogę corruptiſſime dicit, Frons mulieris meretri/
cis facta eſt tibi, ⁊ erubeſcere noluiſti: Iere. 3. Accipe ⁊ aliud. Mere/
trix hęc myſtica gerit titulū improbitatis ſuę: quo doceamur, omnes
delectationes eius in ſummam ignominiā deſituras, ⁊ qcqd interim
pręſtaret non niſi confuſio ſequeretur. ¶ Punc. 5.

Et vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine martyrum Ieſu: & miratus ſum, quùm viderē illam, admiratione magna.

Eſt aliud quoqȝ malj in meretrice muliere hac typica, ꝙ temulenta
viſa ſit, ⁊ nō alio ꝙ̄ ſanguine ſctōꝝ dei, id qđ ⁊ mō paſſim ſctis cer/
nere licet: vt maloꝝ cōgregatio pioꝝ ſanguine repleat. In hoc verſu Mulier ebria.
tam Iudęi ꝙ̄ ēt gentiles cōprehendunt: illi enim fuderunt ſanguinē
ꝓphetarū: iſti autē apl'oꝝ, ⁊ cęteroꝝ martyrū. Ideoqȝ vindictā effuſi
ſanguinis tam Iudęi ꝙ̄ gentiles ſuſtinebunt. Unde dñs dicit in euan
gelio: Amē dico vobis, requiret ſanguis oīm, q effuſus eſt ſup terrā
a ſanguine Abel iuſti vſqȝ ad ſanguinē Zacharię a generatione hac
mala, Matth. 23. Quod ergo diuidit ſanguinē in ſctōs ⁊ martyres
Ieſu, vtriuſqȝ teſtamenti tpa includit: ponitqȝ primā ⁊ pręcipuā mere
tricis myſticę portionē gentē Iſraeliticā, quę carnalis erat, quę ſan/
ctos ꝓphetas ꝓſequuta eſt, ⁊ varie occidit: ⁊ ēt q occidere ſctōs mar/
tyres ex gentilitate: vt recte mulieris noībus apud Ezechielē cap. 23.
deſignent oēs: ne qs dubitaret ad hanc eandē mulierē ꝑtinere, ſicut
⁊ oēs impij ꝑtinent. Sunt enim vniuerſi qui pctīs ſeruiunt: quiqȝ in
impietate viuūt Babylonis ciuitatis magnę ciues: cuius prima fun/
damina iecit Cain, qui primus inoxiū ſanguinē fudit: vt nō modica
exhinc admiratione turbaret Ioānes, q hęc videbat. Ecquis tali ap/
paratu exhibitā forteqȝ viſam nō in primis admiraret phantaſticaȝ
meretricē? Quis nō ꝓtinus inclamet periſſe frontē de rebus? Imnio
qs nō grauatim ferat ab eiuſmodi turpi imagine bonos tribulari, la
ceari, ⁊ occidi? vt dicat, Mei aūt pęne moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt
greſſus mei. Quia zelaui ſup iniquos, pacē pctōꝝ videns Pſal. 72.
pręſertim quū ab his glīa dei ꝯtēnat. Ieremias dicit, ⁊ quęrit, Iuſtus
qdē tu es dñe ſi diſputē tecū: verūtamen iuſta loquar ad te. Quare
via impioꝝ proſperat: bene eſt omnibus q pręuaricantur ⁊ inique
agunt? Plantaſti eos ⁊ radicem miſerunt: proficiunt ⁊ faciunt fructū?
Prope es tu ori eoꝝ: ⁊ longe a renibus eorum. Iere. 12. Sequitur. Et
miratus ſum, quū viderē illā, āmiratione magna. Fuit equidem iſta
ſignificatio exhibita btō Ioanni valde mirabilis, in qua multa reue
lata ſunt illi, quę ante taȝ diſtincte nō norat, ⁊ ideo miratus eſt val/

de:cuius admiratio eccl'iȩ quoqȝ admirationē ꝑgeſſit , in eo ꝙ deus
multipliciter ſctós affligi ꝑmittat ab impꝛobis,velut pꝛȩcioſi nō eēnt
ſctī apud illū,quū melioꝛ ſit vnus timēs deū,ꝙ̄ impij mille,Eccl.16.
Uerūtamen alto dei,nobiſqȝ imperſcrutabili iudicio id fit.In ꝑnis
autē,quo patientia ſctōꝝ innoteſcat,habeatqȝ deus qd̓ inſigniter in
illis coꝛonet.Scientes,inquit Apl's,qm̄ tribulatio patiētiā opat,pa/
tientia aūt ꝓbationē:ꝓbatio vero ſpem:ſpes aūt nō ꝯfundit Rom.5.

## DE REVELATIONE MYSTERII MVLIERIS, ET BESTIAE SEPTEM CAPITA ET DECEM CORNVA HABENTIS. SEC. 3. PVN. 1.

ET dixit mihi angelus.Quare miraris?ego dicā ti/
bi myſterium mulieris,& beſtiæ quæ portat eā,quæ
habet capita ſeptem,& cornua decem.

Admiratoꝛes ſecretoꝛū dei eſſe poſſumus,non indagatoꝛes:neqȝ enī
mens noſtra vltra ꝓgredit,niſi quatenus naturȩ vis ſuppetit: quȩ ſi
cœleſti virtute adiuuetur,videt cȩleſtia,cōtēplat ſpūalia,delectatur ꝛ
gaudet incóparabiles rerū eiuſmodi ſpiritualium collectas ſibi foꝛe
merces,qbus affatim pꝛȩter ſummā delectationē ditari poſſit,ꝛ ince/
dere ſplendide.Id quod in btō Joanne impletū foꝛe ſole pꝛȩclarius
cernimus,q abductus ſpū in deſertū,quū hȩc ꝛ alia ſignoꝛū admira
biliū poꝛtēta mirabundus cerneret,ſecūqȝ multa verteret,ab Ange/
lo meruit plenius edoceri.Qui dulci admodū affatu pꝛimo cauſam
quȩrit eius ādmirationis:ꝛ nō expectato rñſo ſubdit ꝓmiſſionē expo/
ſitionis.Ego(inquiens)dicā tibi myſteriū huius mulieris,et Beſtiȩ.
Bene autē de vtroqȝ meminit,eo ꝙ vtrunqȝ miraret , ꝛ mulierem ꝛ
beſtiā.Erant enim futuroꝝ quȩdā effigies hȩc:vt nō poſſet ſine admi
ratione reſpicere:cauſas ꝛ myſteria pꝛimo quoqȝ tp̄e deſyderans per
noſcere.Nam qs moꝛtalis hō cognouit abſqȝ reuelatoꝛe ſenſum do/
mini?aut qs a conſilijs eius fuit?Ro.11.Altioꝛa ſunt dei conſilia,ꝙ̄
vt quiſꝗ̄ ſperet naturali intelligentia aſſequi.Ac ſi diceret , dicā ego
myſteriū mulieris,dicam ꝛ beſtiȩ quȩ poꝛtat illā:dicā qa nō ocioſe
neqȝ ab re hȩc exhibita ſunt:dicā,quia in hoc miſſus ſum:ꝛ tā dilu/
cide narrabo,vt ea audiēs,deinceps admirari d̓ſinas.Magno vtiqȝ
oīa hȩc noſtro documento,quatinus intelligamus mentē dei peten/
dam eſſe ab aliquo inſtitutoꝛe , potius ꝙ̄ a ꝓpꝛijs ſenſibus qui cȩci
ſunt in nobis,Aegyptiacis tenebꝛis inuoluti.Quid enim ſenſus no/
ſtri pꝛȩſtare nobis poterunt,pꝛȩterꝗ̄ qd̓ habent?Quid habēt?Igno/
rantiā habent,intelligentiam nō habent:pctī enim ignoꝛantia quȩ
dā eſt,ꝛ caligo menti offuſa.Accedat ergo doctoꝛ,accedat reuelatoꝛ:
Illabat ſpūs dei cȩlitus,lumine cȩleſti colluſtret nos,vt ꝑtingamus

ad magnalia ſecreta dei:⁊ intelligamus voluntatẽ eius, ⁊ ſeqmur: vt boni ſimus ⁊ ꝑfecti in mandatis domini: repleamur bonis eius. Nã ſi qd boni perfectiq́ȝ erit in nobis,id nõ a nobis,ſed a deo habemus. Quia oẽ datũ optimũ,⁊ omne donũ ꝑfectũ de ſurſum eſt, deſcendens a patre luminũ,id eſt ſcientiarũ intelligentiarumq́ȝ: apud quẽ nõ eſt tranſmutatio,nec viciſſitudinis adumbratio. Jaco.1. Pręſtat ergo indeuiũ indubitatũq́ȝ rebus in incertis queritare inſtitutorem,cuius auſpicijs ceterũ docti bonarũ rerũ ſimus,ne in tantis rerũ tenebris cęcutientes ſimus,ſed vt in die ambulemus. ❡ Punc. 2.

Beſtia,quam viduſti, fuit & non eſt, & aſcenſura eſt de abyſſo,& in interitum ibit.

Beſtiã pauloante diximus diabolũ intelligi,in qua mõ ipſe antichꝛiſ hõ diabolicus capit̃,q beſtię noĩe Dañ.7.deſcribit̃. Et vidi,qm̃ interfecta eſſet beſtia,⁊ perijſſet corpus eius,⁊ tradita eſſet igni ad comburendũ. Quod ergo ibi beſtia:hoc idẽ oĩno hic eſt hõ pcti belluino ritu ſeuiturus:q ob ferinos ac truculentos eius mores potius inter beſtias ferasq́ȝ,q̃ȝ ciuiles hoĩes cõnumerãdus putat̃. Thiconius refert ad oẽ corpus diaboli,qđ decedentiũ,⁊ ſuccedentiũ ꝑ tẽpora generationũ ꝓcurſu ſuppleat̃:de qbus Joãnes in priore ep̃la loquit̃ di. Sicut audiſtis,qa Antichꝛiſ venit,nunc autẽ Antichꝛi multi ſunt ca.2. Sed qd eſt id qđ dicit̃,beſtia quã viduſti,fuit,⁊ nõ eſt,⁊c̃.niſi hoc qa Antichꝛorũ ſęuitia non diu ſit duratura. Sicut enim diabolus fuit, quando ꝓ libito ſolebat illudere hoĩbus,dũ ꝓ deo coleret̃, cui templa areq́ȝ erigebant̃,ſacrificia quoq́ȝ,⁊ ſaltationes fiebant,⁊ iã non eſt,id eſt,nõ colit̃,⁊ nõ eſt in memoria,expulſus eñ eſt a ſimulachꝛis templis,⁊ aris,⁊ ab vniuerſo orbe,vt iã non ita illi ſacrificia offerantur:nõ ita idola erigant̃,quãdo nullus eſt Jupiter,nullus Saturnꝰ, nullus Mars,nullus Vulcanus,nullus Faunus, nec Juno vlla, nec Venus,nec Driades,nec Nymphę,nec ceterũ vulgus falſiſſimorũ deorũ dearumq́ȝ. Vbiq́ȝ enim terrarũ Dei nomẽ ſolius reſonat, appellat̃,colit̃,cui ſoli ſacrificatur:licet non ſine etiam id errore ab alijs,qui nõ ſunt ſacramentis fidei initiati:ſunt vero ſine chꝛiſto, ⁊ ſine inſtitutis euangelicis. Hoc eſt qđ dñs magno ſpũ aiebat, Joã.12 Jam princeps huius mundi eijciet̃ foras. Et,princeps huius mundi iam iudicatus eſt, Joan.16. Futurũ tamẽ eſt,vt hic idẽ de impiorum cordibus aliquãdo ꝑ virtutẽ exeat, exalteturq́ȝ in mirabilibus eius: qđ ſequentia indicãt, Et aſcenſura eſt,inquit de abyſſo. Abyſſum oẽs ferme expoſitores ad impioꝝ ꝓfunda corda referunt: ſed nec tũ diu durabit hõ impurus hic,quẽ dñs Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui, vt Paulus teſtatur.2.Theſſ.2. Et, Eſa.2. Quod ꝓ magna credentiũ conſolatione dicit̃,vt ſi interim pꝛęmi eos contingat, ne ſtatim deſpondeant animũ:nec expoſtulent quaſi dei electi ſint a deo, q vltra non curaret de eis. Nõ vtiq́ȝ ꝓpterea pꝛęmi ſinuntur. Hoc certũ tibi eẽ debet,deũ ſemꝑ bona noſtra curare,⁊ facere oĩa in vſum noſtrũ, etiã ſi

Antichꝛiſ beſtia.

Abyſſus impiorũ corda.

qñq; carni aliter videat. Cuius ratio ſemper bona eſt, ⁊ recta, ⁊ nec mala eſſe poteſt: q vt ſumme bonus, nõ niſi bonũ ⁊ vult ⁊ facit. neq; enim a ſumme bono niſi bona pꝛoficiſcunt. ¶ Punc. 3.

Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina non ſunt ſcripta in libro vitæ a conſtitutione mundi, videntes beſtiam, quæ erat & non eſt.

Mirari hic poſitũ eſt ꝓ dolere: vt q gauderent ꝓuectui, ⁊ omni fœlicitati Antichꝛi, ꝑ doctrinã eius decepti, quiq; putarent eũ ꝑpetuo regnaturũ, eo ꝙ maius quiddã appareret in eo hoie, ob ãmirabilẽ pꝛęſertim eius ſermonẽ, cui ſimiliter nemo loquutus ſit, ſigna quoq; ac ꝓdigia mendacia: videntes ſubitũ eius, ⁊ inſignẽ interitũ mirabunt.

*Terre inhabitantes qui.* Sed q mirabunt? Terrã inhabitantes. Diximus nõ raro, per terram inhabitantes, terrenos debere in ſcriptura ſacra intelligi: q toto pectoꝛe incũbunt terrę, ⁊ fœlicitati eius applaudunt, quoꝛũ nomina nõ ſunt ſcripta in libꝛo vitę. Nã ⁊ dñs Jeſus quũ ad ſequelã ſui diuitem hoꝛtaret, ⁊ ille triſtis diſceſſiſſet, eo ꝙ cauſa intercederet dimittendi bona, quę ampliſſima poſſidebat, dixit: Difficile eſſe diuitem intro ire regnũ dei: faciliuſq; eſſe camelũ foꝛamen acus anguſtiſſimũ pertranſire, ꝗ̃ eiuſmodi diuitẽ aſſeri cœleſtibus. Difficile nãq; eſt tenere ⁊ nõ teneri, nõ mente inherere: aut pluſꝗ̃ interim ſeruire mãmone ꝗ̃ deo. Nõ ſolũ aũt hi ꝑ habitantes terrã intelligunt, ſed ẽt alij, quomodocunq; in cupiditate mũdi ac carnis teneant voluptatibus: eo ꝙ mundus ⁊ caro ſimul hoſtes vitę ſunt, quę eſt ꝑ grãm: hoſtes legis dei, q̃ ſpũalis eſt, imaculata, ⁊ ſeptuplũ terrę purgata. Hi mirabunt, hi dolebunt interitũ Antichꝛiſti: perijſſe videlicet ſpem ſuã: eo ꝙ in illo habebant fiduciã. Mirabunt ergo ⁊ dolebunt. Doloꝛ iſte ⁊ ammiratio contra deũ erunt, cui indignabunt, ꝙ ſpe eoꝛum ſic repente, ſic miſere fruſtrati ſunt. Quoꝛũ noia nõ ſunt ſcripta in libꝛo vitę, a conſtitutione mundi. id eſt, quos Deus ipſe Optimus Maximus ad vitã ſecreto ſuo cõſilio nõ pꝛędeſtinauit a cõſtitutione mundi: tũc videlicet quando mundũ cõſtituit, hominũq; genus creauit: quãdo bñdixit pꝛimis parentibus: quos deus in libꝛo ſuo nõ ſcripſit, nec benedictione ſua dignatus eſt. Põt ⁊ aliter enarrari locus: vt admiratio nõ de ſubito inſigniq; interitu fiat Antichꝛi, magis ꝗ̃ de aſcenſu: hic enim aſcendet continuo ⁊ eleuabit ⁊ extollet ſupꝛa oẽ qđ dicit, aut qđ colitur deus: ⁊ ideo videntes eũ in ſignis ⁊ ꝓdigijs, licet fallacibus, tũ multis tum varijs, mirabunt hoies terreni: nempe illi oẽs, quoꝛũ cauſa

*Repꝛobi naſcuntur ꝓpť pctm̃ pꝛęuaricationis.* vt naſcerent fuit pctm̃ pꝛęuaricationis pꝛimoꝛũ parentũ. Magnum myſteriũ. neq; enim nati fuiſſent iſti filij ꝑditionis, niſi pꝛęuaricatus fuiſſet legẽ dei pꝛimus ille moꝛtaliũ parens Adã. Neq; naſcerentur: ſed ꝓpter illius pctm̃ naſcunt oẽs ſuperflui, dicente deo ad mulierẽ, Multiplicabo erũnas tuas, ⁊ conceptus tuos. Geñ. 3. Ecce in aperto ſcripturę ratio. Illi ergo mirabunt magnitudinẽ beſtię, ideſt venerabunt, ⁊ applaudent, q pctĩ filij ſunt ⁊ irę: ſed vaniſſime: nã in interi-

rum ibit,damnationemqꝫ ęternam accipiet mercedem:tãtum abeſt,
vt cuipiã ſaluti eſſe poſſit,aut ſeruare quenꝗ̃ in vita ipſe breui peritu
rus,vt ſibi cõpetat titulus breuis dictionis,erat ⁊ nõ eſt.Erat in vita
carnis,⁊ iam nõ eſt in glĩa.vel non eſt eo modo quo antea erat, ſed
eſt apud inferos ęternis ignibus traditus. ¶ Punc. 4.

## Et hic eſt ſenſus,qui habet ſapientiam.

Hic,aduerbiũ eſt loci,nõ pronomen.Ac ſi dicat,In his quę vidiſti,⁊
quę dico,ſenſus latet multa ſapientia plenus,quẽ niſi multa ſapien-
tia ſit pręditus,ac in ſcripturis ſacris exercitus non aſſequeť.Nã ſen-
ſus diuinus redundat ꝑ hęc ſcripturę loca. Alia tranſlatio habet.Et Sapiens
hic eſt mens quę habet ſapientiã.Senſus ergo ꝓ mente ponitur,ſiue apphẽdit
intellectu:proinde plenũ eſſe ſapientia oportet, ꝗ vult apprehendere ſenſuꝫ dei.
ſenſum dei.Nemo enĩ carnalibus oculis poterit diſcernere ſacra dei
decreta.Verbũ nãqꝫ ſcripturę ſacrę ea explicat, in ꝗbus inſeuit decre
ta ſua de⁹.Proinde hic,id eſt,in ſcriptura ſacra,hac vel alia,eſt mẽs
⁊ ſenſus,ꝗ plenus eſt ſapientia.Hic diſce quanta cura ac diligẽtia ſit
legenda ſcriptura ſacra,vt ſenſum dei habeas,⁊ ſapientiã eius aſſe-
quaris:qua ſola tibi vera btitudo obtinget.Quęrat mundus quę ſua
ſunt,euertat montes,venas ſcruteť terrę,vt vnicũ fruſtulũ radiantis
metalli habeat,nũmos ſtipet ſcrinijs,veſtiũ pręcioſa quęqꝫ ornamẽ
ta conquirat,ſed nihil amplius beatus:miſeri ſunt oẽs,ꝗ cupiditatis
tyrannide teneнť,ſola te ſenſus dei ſapientia beat: hęc fidẽ dat, hęc Sẽſus dei
ſemen bñdictionũ inducit,quo oĩa frugifera tibi redduнť.Suauis eſt querẽdus.
guſtus ſpũs eius,vtilis eſt, ſalutaris ac beatificus.Non ęque dele-
ctat hoĩem ſapientẽ quicꝗ̃ in orbe:quę meſtitudinẽ diſcutit a corde,
diluit deſperationẽ,conſolať.Dic mihi ꝗd te magis erudiat in rebus
ambiguis,ꝗd magis in ſpem meliorẽ ꝓuocet,muniat,ſtabiliat, fir-
metqꝫ:Conſecrauit deus Jeremiã in aluo matris ſuę. Eſaię os igne
purgauit:nõ in aliud magis ꝗ̃ vt digni ſacroꝝ eius decretorũ annũ-
ciatores fierent.Jam ante Joãnes ꝓpheta cõſtituiť,ꝗ̃ naſciť,⁊ vbere
ſpũ matrẽ afflat,tota domus ꝓphetię ſpũ impleť: ꝙ verbũ per ora
ꝓphetarũ tot diffuſum ſermonibus in carne breuiatũ, ſed nihil vir-
tute iminutũ exhauſtũue ſctã virgo mater introduxerit,reddiderit prę
ſentẽ.Sinus virgineus pro ſcriptura erat;illũ fidei indagine vniuerſi
exquirebant,repetebant eo ꝙ latitantẽ ſenſũ dei,ꝗ habet ſapientiam,
tenere eũ videbant.Qui videbant:Eliſabeth annoſa fœmina,gran-
dęuus pater Zacharias:ij videbãt:ꝗ a cõmonſtrante ſpũ tanꝗ̃ vocẽ
de excelſo ita audirent,Hic eſt ſenſus,ꝗ habet ſapientiã.Ac ſi dicere-
tur,Hic eſt mens dei,ſapientia plena quę eſt ipſiſſima dei ſapientia.
Sed videbant,⁊ alij multi oẽs ꝗ ab initio illuſtrati dei ſpũ erant,ẽt
ꝗ virginẽ ſacrã oculis corporis nõ vidiſſent,mente autẽ ſola cõple-
ctebantur.Sed verboſius forte hęc ꝗ̃ vt locus expoſtularet.mihi tñ
ſtius erat quis eſſet is ſenſus,ꝗ vt hic,ita alibi quoqꝫ in ſcripturis ſa-
cris occuleret oſtendere.Neqꝫ enim alius ꝗ̃ ꝗ intra viſcera virginea

claudebatur, qui eſt ſenſus, ⁊ ſapientia dei. 1. Cor. 1. cuius decreta hic infoſſa recluduntur. Niſi plus velis ſenſum pro decretis dei in hac ſcriptura clauſis capere. ¶ Punc. 5.

Septem capita, ſeptem montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet: & reges ſeptem ſunt. Quinq; ceciderũt, vnus eſt: & alius nondum venit: & quum venerit oportet illum breue tempus manere.

In vnaquaq; ſpecie genus oſtendi teſtantur, Primaſius ⁊ Haymo. Qđ enim beſtia, hoc ſeptẽ montes, ⁊ ſeptẽ capita ſunt, ſeptemq; reges, ideſt vniuerſitas malorũ, quę in prępoſitis tanq̃ regibus ↄſtat: Reges enim tanq̃ pręcellentes in plebe ſtant excelſi, q velut fundamina ſunt meretricis magnę, ciuitatis diaboli, quę eſt congregatio reproborũ. Dicit Berengandus, ſicut aplĩ dicunt fundamenta ciuitatis dei: ſic iſti fundamenta ciuitatis diaboli. Nota ſeptenario vniuerſitas regũ ac principũ exprimit: illorũ videlicet, q a tpe Adam vſq; ad diluuiũ regnarunt, ⁊ a diluuio vſq; ad Abrahã. Hinc qui ad Moyſen. Deinde ad tranſmigrationẽ in Babylonẽ, poſtea ad chriſtũ, q tum iam iudiciũ ſuorũ facinorũ inſigni clade ſumpſerant, vnuſq́ſq; ſuo tpe. Unus aũt quẽ ſub euangelica lege ponit, adhuc ſuperat: ꝑ quẽ oẽs tyrãni eius tpis capiunt ꝑſequentes ecclĩã. Et alius, vtpote ſeptimus nondũ venit, ſcilicet Antichrs, quẽ breui regnaturũ adſtruit: tribus enim annis cũ dimidio regnũ eius durabit. Unde ꝑſequutio eiꝰ ſicut futura eſt duriſſima, ita ⁊ breuiſſima. Sic ſtat ſententia fati. Cuius cauſam exponit dñs in euangelio dicens, Niſi breuiati fuiſſent dies illi, nõ fieret ſalua oĩs caro, ſed ꝓpter electos breuiabunt, Mathe. 24. Sextũ ergo tempus illud ecclię breuiſſimũ omnium erit, qđ fiet grã noſtri: vt nõ electi atroci in certamine deficiant: nõ diu ſupra modũ quaſſent, eo ꝙ ꝓcioſi ſint apud deum ſuꝑ oẽs. D. Greg. ſenſus eſt. Quia ⁊ ſuꝑbos ⁊ infirmos nos dñs conſpicit, dies quos ſingulariter malos intulit, miſericorditer breuiatos dicit: vt ⁊ ſuperbiã nr̃az terreat de aduerſitate, ⁊ infirmitatẽ foueat de breuitate. Rupertus ab
Beſtię capita ſeptẽ quid ſint. bas (vt ſupra iam diximus) ꝑ beſtię ſeptẽ capita, ſeptẽ regna mundi notiſſima debere intelligi adſtruit: quorũ vnũquodq; ſuo tpe, ſicut ſacra docent eloquia, contra regnũ dei, id eſt, eccliam dimicauit, ciueſq; eius varie afflixit. Primũ regnũ Aegyptioꝝ erat: qđ miris modis filios Iſrael oppreſſit. Scđm Iſraelitarũ carnaliũ in decẽ tribubus, quę diuiſę in ꝓpriũ regnũ, a Iuda ⁊ Beniamin erant, habẽtes regiã in Samaria, ꝑpetuoq; odio aduerſus duas tribus flagrantes: iuſtos viros dei ⁊ ꝓphetas occidentes, Iezabele regina, vxore Achab auctrice. Tertiũ Babylonioꝝ, qđ hierl'm expugnauit, igniq; ſuccendit, ppl'm abduxit, ⁊ oĩa vaſa eius diripuit: tres quoq; pueros pręcellentes fide ⁊ pietate in deũ in caminũ ignis miſit. Quartũ, Perſarum ac Medorũ, quando odio Aman inſolentiſſimo regis primate parum abfuit, qn vniuerſa Iudęoꝝ gẽs in Mardochei iniuriã fit interfecta.

Quintũ Macedonũ, ꝑ Antiochũ Epiphanẽ, ſub quo ⁊ Machabei frẽs martyrio ſunt coronati. Sextũ Romanũ, qđ totã chri eccleſiam ſanguine cõſperſit: hoc eſt illud vnũ, de quo hic dicit quia vnus eſt: quũ enim cętera iamdudũ preterijſſent, iuxta tempoꝝ volubilitatem illud ſupererat, ⁊ atrociter eccliam dei lacerabat. Nã ⁊ ipſum Joannẽ excoctũ oleo in exiliũ iecit. Septimũ Antichriſti magni erit, quod nondũ venit: quũ autẽ venerit breui tpe durabit, ppter electos vt ſeruent. Jſta ſunt ſeptẽ regna, quę ob tumorẽ principũ eorũ, aduerſus deũ, montes ſunt: ob feritatẽ capita: ob pcellẽtiã reges. Proinde quũ dixiſſet: ſeptẽ capita, ſeptẽ montes ſunt: perinde atqȝ exponens quod dixerat, addidit: ⁊ ſeptẽ reges ſunt.

Regna ſeptẽ mõtes capita ⁊ reges ſunt.

Reges enim ꝓ regnis ęquipollenter, imo magis ꝓprie poſuit: qa nõ tã regna ac terrarũ ſpacia, ꝙ ipſi reges in crimine ſunt, vt beſtię capita dicant. Et licet multi in ſingulis regnis ꝑ ſucceſſionẽ regnauerint, tamẽ quot regna ſunt, tot reges aptiſſime poſuit: Quia nõ tam ꝑſonas regnantes, ꝙ regias ptãtes recenſeri pręſens cauſa efflagitat. Unus eſt, ⁊ alius nondũ venit. Jã dictũ eſt qualiter debeat intelligi. Etenim quando hęc videbat Joannes, illa mundi etate, iã ⁊ ęgyptius rex, q filios Jſrael opprimebat: ⁊ Jſraeliticus Achab cum coniuge execrabili Jezabele quę prophetas dñi occidebat: ⁊ Babylonius ille rex abductor pplĩ dei: ⁊ Perſicꝰ mala aduerſus ſanctũ pplm̃ cogitans, ⁊ triſticia multa nimiis implens: ⁊ Antiochus gręcus direptor vaſorũ ſacrorũ, ⁊ minator improbiſſimus, ⁊ afflictor infeſtiſſimus ceciderant. ⁊ bene ciciderãt: Nãqȝ talia ſuꝑ ſingulos quoſqȝ iudicia cœlitus facta ſunt: vt ſi euentus conſyderes, fateri nõ dubites ꝓprijſſime dictũ eſſe eos cecidiſſe. Rex enim ęgyptius cum curribus, ⁊ equitibus cecidit in mare, ⁊ ſuperinductis aquis abſorptus interijt. Achab quoqȝ cecidit in bello: ⁊ canes ſanguinẽ eius iuxta vocẽ dñi linxerunt. Jezabel quoqȝ impijſſima coniunx de feneſtra deiecta, impietatis ſuę pęnas crudeliſſime luit. Nabuchodonoſor, a regno cecidit: ⁊ eiectus fęnũ vt bos comedit. Amã cecidit qa ligno ſuſpenſus fuit. Cecidit ⁊ illuſtris ille Antiochus, qui a manu dñi ſubito eũ corripiente ac premente interne cõputruit, ⁊ de ſella cadens miſerabili morte vitã finiuit. Quã bene ergo quinqȝ ceciderunt. Moraliter, timenda eſt manus dñi omni impio, eo ꝙ minime ſuſtineat diu regnare impietatẽ deus. Ecce tot ſunt exempla vltionis dei, quot narrata impietatis ſunt regna: quorũ mundana fœlicitate elati impij reges in atrocia facinora erumpentes: breui ſceleris ſui, crudelitatiſqȝ pęnas dedere. Dedit pęnas iãpridẽ Romanũ illđ ſuꝑbiſſimũ ac nõie crudelitatis imperiũ, qđ vnius nõie deſignatur. Julius cęſar primus, tribus ⁊ viginti vulneribus in ſenatu confoſſus eſt. Claudius ab vxore Agrippina veneno interficit.

Neronis miſerabilis exitus.

Nero ob notiſſima eius flagicia, ⁊ in patriã crudelitate, hoſtis patrię declaratus, quũ in tyberim ex deſperatione ſe pręcipitaturus cucurriſſet, reuocato impetu aliqđ ſecretioris latebrę ad colligendũ animum deſyderauit: ⁊ offerente Phaonte liberto ſuburbanũ ſuũ inter Salariã, ⁊ Nomenta-

nã viã, circa quartũ milliariũ, vt erat nudo pede tunicatus, penulam
obſoleti coloris ſuperinduit, adoperto capite, ⁊ ante faciẽ obtenſo ſu-
dario, equũ inſcendit, quatuor ſolis comitantibus: inter quos ⁊ Spo
rus erat: ſtatimq; tremore terrę, ⁊ fulgure aduerſo pauefactus audijt
ex ꝓximis caſtris clamorẽ militũ, ⁊ ſibi aduerſa, Galbę vero ꝓſpera
ominantiũ, ⁊ iam ex obuijs viatoribus quendã dicentẽ, ij Neronem
perſequunt̃, detecta facie agnitus eſt: ⁊ a quodã Miſſitio pretoriano
ſalutatus. vt ad diuerticulũ ventũ eſt, dimiſſis equis, inter fruticeta, ⁊
vepres, ꝑ arundineti ſemitã egre, nec niſi ſtrata ſub pedibus veſte, ad-
uerſus villę parietẽ euaſit. Ibi hortante Phaonte vt interim in ſpecũ
egeſte harenę diuerteret, donec clandeſtinus ad villã introitus para
ret̃, aquã ex ſubiecta lacuna potaturus manu hauſit: Et hęc eſt, inq̃t,
Neronis decocta. Deinde vulſa ſentibus penula traiectos ſurculos
raſit, ac quadrupes ꝑ anguſtias effoſſę cauernę receptus in proximã
cellã decubuit ſuꝑ lectum mollicella culcitra, vetere pallio ſtrato in-
ſtructũ: fameq; ⁊ iterum ſiti interpellante, panẽ q̃dẽ ſordidũ oblatũ
aſpernatus, aquę tepidę aliquantulũ bibit. tunc vnoquoq; inſtante
vt q̃ primũ ſe impendentibus cõtumelijs eriperet, ſcrobem corã fieri
imperauit, cõponiq; ſimul, ſiq̃ inuenirent̃ fruſta marmoris, ⁊ aquã
ſimul ac ligna conferri, curãdo mox cadaueri. Atq; identidẽ dictãs,
Qualis opifex pereo. Inter moras perlatos a curſore Phaontis co-
dicellos pręripuit, legitq; ſe hoſtẽ a Senatu iudicatũ, ⁊ quęri vt pu-
niat̃ more maiorũ. Interrogauitq;, quale eſſet id genus pœnę. ⁊ quũ
cõperiſſet nudi hoĩs ceruicẽ inſeri furcę: corpus virgis ad necem cędi:
duos pugiones, quos ſecũ tulerat arripuit, tentataq; prius vtriuſq;
acie cauſatus nondũ adeſſe fatalẽ horã, atq; mõ Sporum hortaba-
tur, vt lamentari ac plãgere inciperet, mõ orabat vt ſe aliq̃s ad mor-
tẽ capeſſendã iuuaret. Interdũ ſegniciem ſuã his verbis increpabat.
Viuo deformiter turpiterq;. Iã milites appropinquabant, q̃bus pręce-
ceptũ erat, vt viuũ attraherent: qđ vt ſenſit ferrũ iugulo adegit. ⁊ ſic
propria manu mortẽ ſibi cõſciſcens occubuit, q̃ antea Petrũ crucifi-
xit, Paulũ ſecuri percuti iuſſit: multa quoq; millia chriſtianorũ ima-
niſſime peremit: periit trigeſimo ⁊ ſecundo etatis anno, in quo fami-
lia cęſarũ defecit: vt alij poſt ipſum Imꝑatores potius q̃ cęſares di-
Galbę in- cerent̃. Galba huius ſucceſſor in foro, quũ illuc ꝓceſſiſſet, interfectus
teritus. eſt. Otho a Uitellio fraude ſuꝑatus, apud Bebryacũ circa Placentiã
ſeipſum interemit. Uitellius ⁊ ipſe imꝑator religatus poſt terga ma-
Othonis. nibus, iniecto ceruici laqueo, veſte diſciſſa ſeminudus in forũ tractus
eſt, inter magna rerũ verborumq; ludibria, per totũ vię ſacrę ſpaciũ,
Uitellij. reducta coma a capite, ceu noxij ſolent: atq; etiã mento mucrone gla
dij ſubiecto, vt viſendã pręberet faciẽ nec ſummitteret, q̃buſdã ſterco-
re ⁊ cœno inceſſantibus, tandẽ minutiſſimis ictibus excarnificatus
Domitia- eſt: ⁊ inde vnco in tyberim tractus, cũ fratre ⁊ filio necatis. Domitia
ni mors, nus itẽ ne de Ueſpaſiano cõmemorẽ, ⁊ Tito: ſeptẽ vulneribus confe-
ctus perijt. Atq; alios quoq; intermittã, Cõmodus imperator, Anto

nini filius, annis duo de viginti Romano imperio inſęliciſſime incū bans, cruenta ⁊ ipſe morte aīam fudit. Helius pertinax, ob auaricie opinionē, ſecundo imperij menſe non ſatis expleto, a militibus interfectus eſt. Julianus Didius Mediolanēſis auariciae ⁊ tenacitatis infamia, poſt q̄ntā diē, ⁊ ſecundū imperij menſem authoꝛitate ſenatus pꝛiuatū, pp̄l's in palatio occidit. Baſſianū Seueri filiū, cui Antonio caracalle nomē fuit, ſexto imperij anno nōdū ſatis finito, apud Carras Meſopotamię milites occidere. Qui cędis ſuę authoꝛē Macrinū habuit ſucceſſoꝛē, vix nō magis oꝛigine ſoꝛdidiſſimū, q̄ flagitijs oib⁹ ingnatiſſimū obrutūqꝫ: quē apud Antiochiā anno imperij vix dum exacto, Heliogabalus interfici curauit. Alexander aſſyrijs parētibus Romę matre genitus chꝛiſtiana: rariſſime ꝓbitatis pꝛinceps, tertiodecimo imperij anno, in Gallijs a ſceleſtiſſimis militibus Maximini Thꝛacis inſtigatiōe obtrūcatus eſt. Js quoqꝫ Maximinus vtroqꝫ parente barbaro apud barbaros natus, ⁊ ad pubertatis annos nutritus: quū tribus annis vna cū filio ſuo impaſſet, apud Aquileiam ſimul cū eodē occiſus eſt. Tres eo deturbando imperij turbine impatoꝛes ſenatus declarauerat, quoꝝ duo Pupienus ⁊ Albinus, poſt ſecundū pꝛincipatus annū a militibus iugulati ſunt. tertius Goꝛdian⁹ ſcilicet poſt ſex ⁊ ipſe annos necatus. Philippus exinde Arabs, cuius dolo Goꝛdianus ille occubuerat imperiū adeptus, Philippū filium conſoꝛtē pꝛincipatus aſſumpſit, pꝛimus Romanoꝛū pꝛincipū chꝛiſtianus (vt Blōdus Flauius eſt authoꝛ) quē Decij Pānonij Budalij perfidia conciti milites pꝛimo, ⁊ paulo poſt filiū, ad anni ſeptimi eoꝛum imperij finē occiderunt. Decius ⁊ ipſe cuꝫ filio Cęſare declarato ad tertij, quo imperauerat, anni finē, dū contra Aemilianuꝫ in Mœſia regione Scythis cōtermina, parat exercitū, a barbaris occiſus eſt. Ne Gallū hoſtilianū imperij huius ſucceſſoꝛē memoꝛē: qui Voluſianū filiū cōſoꝛtē imp̄ij habuit, cū quo ſecundo imperij anno peſte ſuoꝛuꝫ tp̄m apud Meuaniā vꝛbē interijt. Valerian⁹ inde vir nobilitate, doctrina, ⁊ eloquentia clarus, ſūmo ſenatus, pp̄liqꝫ Romani conſenſu Cęſar auguſtus pꝛimus oīm pꝛincipū declaratus, a Sapoꝛe Perſarū rege, ſexto imperij anno captus, ⁊ catena tanq̄ꝫ canis ligat⁹, quacunqꝫ barbarus rex iter faceret, illum in equū aſcenſurū humeris ſuſtentabat. Omitto Galienū huius filiū, qui annis vndecim ⁊ viuo ⁊ moꝛtuo patre Romanū fędauit imperiū. omitto ⁊ Calliculā, ⁊ Claudiū eius nōis ſcd̄m, qui oēs vita infeliciſſima moꝛtui ſunt. Venio poſt alios ad Diocletianū notiſſime crudelitatis hoīem Dalmatā, q multis diſſidijs in imperio ſuboꝛtis, Maximianū Cęſarē imperij conſoꝛtem declarauit: alioſqꝫ ſubinde adiutoꝛes cōparaturus, Valerium, ⁊ Conſtantiū comitē q Conſtantinū magnū genuit, Cęſares fecit: qui deinde vita pꝛiuata veneno interijt. Cōſtantius comes Eutropio patre e Gallijs oꝛiundo, ⁊ Galerius ceſares pꝛimo ſimul, deinde imperiū inter ſeſe partiti ſunt: Galliāqꝫ ⁊ Hiſpaniā Cōſtantius ꝑhumane quū adminiſtraret, Conſtantinū magnū ex Helena in Britānia filiū

ſuſcepit: vbi anno principatus tertiodecimo obijt. poſt quē quū Galerius imperiū ſolus annis duobus adminiſtraſſet: valetudinis, in quā inciderat, impatiens manu ſibi mortē cōſciuit. Conſtantinus ad hūc ſequitur princeps inſignis, q chriſti fide ſuſcepta triūphū eccłię latiſſime dedit. Sic ergo mons, q vnus tpe quo hęc ſcriberet Joannes, ſupererat, mole ſua obrutus perijt, vt nec facies amplius ſuperſit illi: alius autem nondum venit, qui eſt octauus mons, id eſt, eminens princeps, perſequutor eccleſię, nondum venit. ipſe eſt Antichriſtus, q breui tempore regnabit. ¶ Punc. 6.

Et beſtia, quæ erat, & non eſt: & ipſa octaua eſt, & de ſeptem eſt, & in interitum vadit.

Antichr̄s octauū & ſeptimum caput beſtię.

Palā eſt ex ſupradictis quę ſit hęc beſtia, quę & ſeptima eſt, & octaua. Antichriſtus quippe, vnū, & idē beſtię caput, & octauū eſt, & ſeptimū. Nō enim in vno vnus, ſed duo cōputatur. Inquantū hō de ſeptē regibus erit genus ac naturā ducens eorū: nō q a regia ꝓgenie ſit propagandus, quum de Judęis naſciturus ſit, a Dan, vt diximus: ſed quia cōem cęteris habebit naturā, id eſt, hō erit: nec ſolū hō, ſ; diabolicus homo: ergo inquantū diabolus, q eū interne obſidebit, caput octauū beſtię, id eſt, princeps vniuerſitatis reproborū dicitur, q antequā ingrediatur hoīem iam in cęlo aduerſus deum ſe extulit mente, manus caputq; mouit: Et ſic in interitū vadit, nihil conatu contra deū ꝓficiente, q ꝑ ſe octauus erit rex. in diabolo octauus, & dānatus, q antequā naſcatur, iam reprobatus eſt, ſicut et de Eſau dicitur, Eſau aūt odio habui. Gen̄. 25. Et ad Pharaonē dictū eſt a dn̄o deo. Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendā in te virtutē meā: & vt annuncietur nomē meū in vniuerſa terra. Idē erit de Antichriſto hoīe ꝑdito: quē in hoc excitaturus eſt dn̄s, vt oſtendat potentiā ſuā in eo: & alij ſentiant quantum ludificabuntur, q ei adhęſuri ſunt, q nunq̄ deum ex corde dilexerunt. Nos oremus dn̄m Jeſum, & patrē eius, vt dignetur, nō ex noſtris meritis, ſed ex ſua magna miſericordia nobis miſereri, vt non det nos in perditionem, ſed ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum ſaluet nos pro gloria ſua. Amen. ¶ Punc. 7.

Antichr̄s antequā naſcatur reprobus erit.

Et decem cornua quæ vidiſti decem reges ſunt, qui regnū nondum acceperunt, ſed poteſtatem tanquā reges vna hora accipient cum beſtia.

Non parua difficultas eſt in numerorū varietate componenda. Septē enim reges paulo ante dixit, & mō decē dicit. Nū diuerſi ij ſunt ab illis? Quod in parte videtur, preſertim quū planā differentiā oſtendat textus. Illorū nāq; quinq; cecidiſſe adſtruxit, hos autē nondū regnū accepiſſe teſtatur, accepturos autē cū beſtia. Sed ſi alij ſunt, q ſint nō eſt prōptū reſpondere. Quis enim nouit ſecretū dei conſiliū? Proinde varie expoſitores ponūt. Referā ſententias. Haymo putat Antichriſti tēporibus decem regna futura in terra, ſicut liber Danielis prophetę

teſtať: ſed ſicut idẽ Daniel dicit, quartũ regnũ erit in terra, qđ maius erit omnibus regnis: ⁊ deuorabit vniuerſam terrã, ⁊ conculcabit, et cõminuet eã. Porro cornua decẽ ipſius regni decẽ reges erunt, e qb⁹ ille tres iterficiet, regẽ videlʒ Aegypti, regẽ Aphricę, ⁊ Aethiopię, ceteri aũt ſubdẽt ſe illi. Diony. Carth. Dicũt aliq ꝙ regnũ Romanũ circa Antichꝛi tp̃s diuideť in decẽ regna, quoꝛũ reges adherebũt Antichꝛo, ſicut capiti coꝛnua, ⁊ ꝑ illos impugnabit ecclĩam. Securius tñ, inquit, videť dicendũ, ꝙ ꝑ denariũ vniuerſitas inſinuať, ita vt ꝑ decẽ reges intelligant oẽs reges, q Antichꝛo tũc acqeſcent, q nondũ regnũ ſoꝛtiti ſunt, qa nec nati ſunt: ſed tp̃e illo vna hoꝛa idest modico tp̃e ptãtẽ accipient: ſicut nec Antichꝛs diu regnabit. Accipient autem tanq̃ reges, qa pręſidentia coꝝ tã breuis ⁊ impia erit, vt potius dicať apparentia, q̃ veritas regię ptãtis. Primaſio placet, ſęculi oẽ regnũ ꝑ hoſce reges deſignari. Nos vero vbiqʒ ex ſerie ſacraꝝ ſcripturarum ꝑ reges hos, ⁊ regna, accepimus illa decantatiſſima regna, quę contra ecclĩã dei vnq̃ belligerarunt, illoꝛũ quoqʒ reges. Náqʒ (vt diximus) etſi ſeptẽ regna ab initio eiuſmodi numerenť: tamẽ qa regnum Macedonũ, poſt Alexandri magni interitũ, in quatuoꝛ regna, ac totidẽ reges fuit diuiſum, quoꝛũ ſinguli quiqʒ diademata ſibi impoſuere (Dañ. 2.) ſiet vt decẽ ſint reges ⁊ regna. Sed ſcrupulus ineſt, quis antea dixit, Et reges ſeptẽ ſunt. nunc vero decẽ cõmemoꝛat. Vtriqʒ veritas habet, ⁊ ſeptem eſſe, ⁊ decem. Quia enim tres ex ſucceſſoꝛibus Alexandri nihil aduerſus pplm dei feciſſe leguntť: nec in numerum impietatis recipiunť. ſolus quartus, q Syriã tenuit inter impios rectius cõputať, ꝙ hic infeſtioꝛ fuit. Qui ita regnũ accepturi vna hoꝛa, id eſt, ſimul cũ Antichꝛo dicunť: ꝙ oĩm hoꝛũ impietates in ſe recapitulaturus ſit, ꝑ vniuerſos reges ac pꝛincipes ſuos ecclĩã dei perſequẽdo, tã ꝑtinaciter, vt nihil illi pꝛioꝛes reſpectu eius feciſſe videanť, tanquã nondũ regnũ accepiſſent: quodqʒ accepturi eſſent in Antichꝛiſto, renouata in illo oĩm imaniũ regũ, ac regnoꝛũ crudelitate. Qđ vero ſupꝛa iam quinqʒ cecidiſſe dixit, nihil refert: dixit enim hoc ad maiorẽ figurę expꝛeſſionẽ, quo facilius clariuſqʒ myſteriũ expꝛimeretur: ꝙ tp̃e huius reuelationis iam qnqʒ illoꝝ regũ regnoꝛũqʒ ꝑſequutio deſijſſet, ⁊ ꝙ Romanũ ſolũ ſupereſſet, qđ tũ vaſtaret ecclĩas. ℂ Nun. 8.

Romanũ regnũ i. x. regna diuidetur.

Hi vnũ conſiliũ habent: & virtutẽ, & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent. ij cũ agno pugnabunt: & agnus vincet illos, quoniam dominus dominorum eſt, & rex regum: & qui cum illo ſunt vocati, & electi, & fideles.

Hoc eſt qđ dico, qa in ſe recapitulaturus ſit homo ille pctĩ regũ crudelitates oĩm, qcunqʒ ꝑſequuti ſunt ab initio ecclĩam dei. In eo enim qđ diciť. ij vnũ cõſiliũ habent: ⁊ virtutẽ deniqʒ, ⁊ ptãtem ſuã tradent beſtię: clarũ eſt ita veriſſime cõiectare altioꝛe ſpeculationis intelligentia, q̃ vt tumultuaria lectione appꝛęhendať: tanq̃ vltro per manus crudelitatẽ ſuã cũ omni conſilio, virtute, ac potentia illi tradituri ſint,

quorũ vnũ erat conſiliũ, licet diuerſis tpſbus, pdendi eccłiam dei, in virtute magna ⁊ ptāte, prout quiſq3 eoꝝ poterat, iuxta tẽpus ſuum, ⁊ affligebant ppłm dei: fiet equidẽ ⁊ hoc, vt oẽs reges ac principes Antichriſti vnũ habeant conſiliũ in id facinus: virtuteq3, ac ptāte dent in manus Antichriſti facere qđ volet. In ſumma. In fine quũ Antichriſtus regnare cęperit, reges illi adherebunt, ⁊ regna, ⁊ ipſe magna aſtutia ſe in medio eorũ geret: a qbus amabit, ⁊ honorabitur quaſi deus, ⁊ ille ſuperbia nimia euectus diuinũ nõ recuſabit honorẽ, ⁊ ſe ſupra oẽ qđ dicit deus eleuabit ac ſtatuet: ad quẽ attendent vniuerſi, ⁊ ſic pari conſenſu ac virtute, ac ptāte pugnabũt, tradentes ſe in vniuerſum illi, vt cõpleant iniquitatẽ totius orbis, ſuppleantq3 qđ minus erat crudelitatis in ſeruos dei ab olim exercitũ. Hoc aũt eſt tradere virtutẽ ⁊ ptāte beſtię, qđ militare illi ad libitum. Militabunt ergo reges terrę illi beſtię, ac ſeruient, ſe in vniuerſum ſubmittentes illi, ⁊ placitũ eius facientes. Jam diximus decẽ reges typũ eſſe oĩm q cum magno Antichriſto regnabunt, q habebũt vnũ conſenſum, ⁊ conſiliũ, fędere ppetuo: ⁊ cũ hoc qcqd habebunt viriũ, ac ptātis, hoc totũ pro corroborandis ipſius beſtię inſanijs voluntarie impendent: ⁊ pari aio cũ beſtia aduerſus agnũ decernent pugnabuntq3. Sed quo exitu? Qua fortuna? certe inauſpicatiſſima, ⁊ ſatis infœlici. Nam agnus quũ ſit ptāte ppollens, vincet eos, ſicut vicit oĩa prędicta regna, regeſq3 regnorũ, quoꝝ poſteritas hi erunt. Nāq3 regẽ Aegypti p immolatione agni vicit, in quo figurari ſe voluit: ⁊ pſequutus eſt eũ, ⁊ merſit in mare. Vicit ⁊ carnales Iſraelitas Achab, Jezabelq3. Vicit Babylonios, Nabuchodonoſorem eijciendo. Vicit Perſas, Medoſq3, Aman ſuſpendendo. Vicit ⁊ Gręcos macedones, Antiochũ perimendo, Romanos quoq3, varie eius tyrannos principes diſperdendo, ⁊ imperiũ chriano iugo ſubijciendo. Victurus haud dubie ⁊ magnum Antichrm, quẽ iuxta prophetę vaticiniũ interfecturus eſt ſpiritu oris ſui. Eſa. 11. vt ſemp victor Agnus inuictiſſimus exiſtat: qui ſub pedes ſuos pvoluturus eſt oĩa, ſubiecturuſq3 ſibi, vt oĩm dñet. Et hoc ideo, qa dñorũ dñs, regumq3 eſt rex. Vincent in hoc agno, ⁊ hi, q cum illo ſunt vocati, electi, ⁊ fideles: ſed victoriá (vt par eſt) agno tribuent: cuius virtute ſunt victuri: ſine cuius virtute nemo quicq̃ efficiet. Proinde Paulus quũ plus oĩbus ſe laboraſſe diceret: gloriationis ſinẽ retorſit in grãm eius, dicens, Non ego, ſed grã dei mecum. 1. Cor. 15. Et iterũ. Gratia dei ſum id qđ ſum. Porro, tria nomina ponit, Vocati, electi, fideles. De primo Ro. 8. Quos vocauit, illos ⁊ iuſtificauit. De ſecundo, Elegit nos añ mundi conſtitutionẽ, vt eſſemus ſcti ⁊ imaculati in conſpectu eius in charitate, Ephe. 1. Vocati autem ⁊ iuſtificati ⁊ electi ipſi ſunt vere fideles: Quia videlicet electorũ, ſiue prędeſtinatorũ atq3 vocatorũ iuſticia, vel iuſtificatio fides eſt. Unde idẽ Apłs poſt multa veritatis argumenta dicit. Juſtificati igit ex fide pacẽ habemus ad deũ, per dñm nrm Jeſum chriſtum. Et hi oẽs, quos tot ac tantis noĩbus nõ põt explicare ſanctus apłs p dignitate, hoc loci di-

Antichriſti conuerſatio.

Chriſti ptās ſuper oia regna.

Agni victoria.

eunt pugnare ⁊ vincere virtute agni, q dicit, Confidite, qa ego vici mūdū. Victores ergo ſumus in chřo, in quo ſolo vincemus mundū, carnem, peccatum, infernum ⁊ diabolum, ⁊ omnes aduerſarias poteſtates. Joan. 16.

¶ Punc. 9.

Et dixit mihi. Aquæ quas vidiſti, vbi meretrix ſedet, populi ſunt, & turbæ, & gentes, & linguæ.

Quod angelus, q fallere neſcit, p ſe exponit: hoc in aliud detorquere nō audemus. Sufficiat qđ dicit, Aquę ppli ſunt. Merito aūt aquarū noie ppli deſignant, ꝙ mortales ſint, ⁊ inſtabiles: ꝓq3 perpetuo curſu ad interitū ſuis vitijs defluant, quibus talis regina inſidet, ac prȩſidet. Quod vero differentia tali eos nominet, vt pplos, turbas, gentes, ⁊ linguas dicat: nullā nationē excludit, ne Iſraeliticā quidē, quę Nu. 23. pplš dicit: eadē ⁊ turbarū noie ſępe in Euangelijs deſignat Matth. 21. 26. Lu. 11. Gentiū ac linguarū noie cęterę nationes deſignant. Et qs nō videat ſup Judaicū pplm, vt ſup alias perfidas nationes purpuratā ſedere meretricē? q relicto vero deo cupiditatibus iſtius mundi inſeruiunt, ⁊ fornicant: cuius gratia ab olim prophetas ⁊ ſctōs, ⁊ ipſum ſanctū ſanctoꝝ occiderunt: qui connumerati ſunt ob parricidalē animū iampridē cū gentibus. Porro in linguis poteſt fore aliquid myſterij: qa videlicet ſupba loquacitas meretricis huius magnę cōmeruit, vt in ipſo adhuc puericię ſuę, ſiue petulātis adoſcentię euo vnitas linguę vſualis in tot varietates ſcinderetur. Scriptū eſt enim, qa quū turris Babel ſuperba hoim proteruia in cęlū vſq3 educi tentaret (a cuius nomine meretrix iſta Babylon dicit) indignatus deus confudit linguā eorū: vt vna, quę erat in orbe, in multas, ⁊ eas longe ab ſeſe diuerſiſſimas diſſiliret, vt non altera alterę ſuffragaret, magna cōfuſionis nube ſubſequente: Ideoq3 cōfuſio recte Babylon dicit. Confudit quippe noticiā ſermonis in hominibus, vt confuſi ab inſtituto opere deſiſterent: atq3 ſic ab inuicē irati diſcederent, q ſupba molimina aduerſus deū tentarēt. Hęc ſunt meretricis inſanę preconia: hę adherentiū laudes, qbus ipſa inſidet, imperitatq3, q non aliud ſunt ꝙ aquę languide, fluentes ac frigentes: quoꝝ libido cōtinuo fluore manat, ac friget, recedente ſemper ſpiritusſancti igne ab eis, quē accendi vult chriſtus in ſuis, dicens, Ignem veni mittere in terras: ⁊ qd volo niſi vt accendat, ardeatq3? Accendit dū pctis renunciat, id eſt, dū meretricis huius a corpore ſeiugat. Ardet dū puritati ⁊ bonis operibus ſtudet. Hęc enim duo cuiq3 ſalutē deſyderāti in primis ſunt neceſſaria, videlicet, renunciare peccatis: ac deinde inſiſtere operibus bonis, dicente ppheta regio, Declina a malo, ⁊ fac bonū. Pſal. 36. Declinat, q renunciat, reclamat ⁊ maluz contēnit: in quē modū ſeiugat a corpore quiſq3, a corpore meretricis huius. Non aſſerit corpori chriſti, niſi q pfecte ſit ſeiugatus a corpore meretricis huius: nec ſeiugari poterit, niſi mali contemptu ac reclamatione. Sicut nec amet iuſticia, aut virtus vlla, niſi contemptu ini-

Aquaruz noie ppli deſcribūt.

Lingua loqcitatez exhibet.

quitatis,ꝛ pctī abominatione,qđ nō efficiet natura:cuius lex quum ſit carni imerſa in cōcupiſcentijs eius,nō amat niſi carnalia, ꝛ quę legi dei ſunt contraria. Grę opus id ſolum eſt,quę legi dei eſt cōiuncta. Gr̄a ergo aſſeritur corpori chriſti, cuius eſt repurgare aſſerereq́ʒ: quatinus intelligeres ꝑ oēm modū gratia tibi opus eſſe,qua libereris ab hac peſte ꝛ interitu eius,nec humanis viribus fidere qcq̄,quę parū aut nihil oino ſuis ꝓderūt aſſultib⁹ priuatę gr̄a. ¶ Pun. 10.

*Gr̄a legi dei coniūcta eſt.*

Et decem cornua, quæ vidiſti in beſtia,odient meretricem,& deſolatam facient illam,& nudā:& carnes eius manducabunt,& ipſam igni concremabunt.

Prophetat ꝙ hi ppl̄i, q ſunt reproborū corpus,in vna beſtia figurati,cū corū regibus,odio inſectabunt meretricē Babylonē, matrē fornicationū,ꝛ abominationū terrę. Quo vero id pacto ꝛ modo fiat facile eſt cōiectare ſi ꝑcedentia cū ſequentibus cōponant:maxime autē ex dn̄i oraculis, qui multa de futuris bellorū tumultibus prędixit: paſſioni proximus. Sic enim Matth.24. loquit di. Audituri eſtis prę lia,ꝛ opiniones pręliorū. Itē. Conſurget gens in gentē, ꝛ regnū aduerſus regnū,ꝛ erunt peſtilentię,ꝛ fames,ꝛ terręmotus ꝑ loca. Subiunxit,hęc autē initia ſunt dolorū. Rurſum quoq́ʒ ait. Et tunc ſcandalizabunt multi,ꝛ inuicem tradent,ꝛ odio habebunt inuicem,ꝛ multi pſeudoprophete ſurgent,ꝛ ſeducent multos:ꝛ qm̄ abundabit iniquitas,refrigeſcet charitas multorū. Sequitur. Quū ergo videritis abominationē deſolationis,quę dicta eſt a Daniele propheta ſtantem in loco ſctō,q legit intelligat. Poſtremo. Erit,inquit,tunc tribulatio magna,qualis non fuit ab initio mundi vſq́ʒ modo ꝛc̄. Eſt locus apud Danielē prophetā in calce cap.9. ad quē direxit dn̄s hoc ſermone,ita digeſtus. Conſummabit pactū multis hebdomadevna,ꝛ in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, ꝛ ſacrificiū: ꝛ erit in tēplo abominatio deſolationis,ꝛ vſq́ʒ ad conſummationē ꝛ finē perſeuerabit deſolatio. Deniq́ʒ meminerimus dictorū in pręcedentibus conferentes ſequentia,qa vtrobiq́ʒ bella acerrima canunt,quę fiet ab pietatis hoſtibus, pręſertim ob terrenā cupiditatē:q dū ſe mutuo diripiunt,ſpoliant,exurunt,necant:quaſi meretricē,quę alias mundi appellatiōe ſolet deſignari inſectant:reddunt deſolatā,ꝛ nudā,cuius carnes vorabunt. Quod ad exprimendā ſane odij magnitudinē, quo inuicem deflagrabunt dicit. Eſt enim hyperbolicos in metaphora. Sequitur. Et igni vaſtabunt eā:quaſi nihil corū omiſſuri quęcunq́ʒ ſuggeſſerit impius corū aīus,ipſi ęternis ignibus mox concremandi. In ſumma mundanę cupiditatis corriuales vniuerſi in capite antichriſto inſurgent aduerſus meretricem publicā:quando oia quę mundi ſunt vaſtabunt,ponentes in deſolationē,quo magis placeant illi beſtię,cui manus dedere:vt qđ ꝑ cupiditatē vbiq́ʒ erat partū manducent,ꝛ cōſumant:qđ eſt carnes meretricis deuorare. Tripliciter Haymo ep̄us locū ſcripturę huius expendit. Primū,quia dū,inquit, reprobi mala

*Quō reꝓbi meretricē inſectabunt.*

opera faciunt, ſeipſos odiunt. Quia ſcriptũ eſt. Qui diligit iniquitatẽ odit aiam ſuã. qa vnde reprobi ſe amãt, voluntates ſequendo, inde odiſſe ſe cõuincunt. Quiſquis enim diligit iniquitatẽ, odit aiam ſuã: qm̃ male amando animã ſuã odit iuſticiã, & ideo aptat aiam ſuam ad ſuſcipiendã futurę famis miſeriã. Secundo. Reges & beſtia odient fornicariã: qm̃ amatores huius ſcli odio ſe inuicẽ perſequuntur: quia ſi quis aliũ videt ad altiora aſcendere quo ipſe nõ põt, odio illũ inſequit: qm̃ ſemp inter ſupbos iurgia ſunt. Hinc Paulus apl'us dicit, inuicẽ inuidentes, inuicẽ odientes. Tertio. Certe quũ viderint ſe miſeri in iudicio cõſtitutos, & dãnatos, odiẽt ſeipſos ꝙ peccauerunt, & poſt pctm̃ pęnitentiã nõ egerunt: ſed nihil ꝓderit tũc odijſſe malum qđ fecerunt, quando ipſo malo carere nõ poterunt. Ideo decẽ cornua odio meretricẽ inſectabunt: & deſertã, & nudã illã facient: quia corruptiones carnaliũ deſyderiorũ, quas nunc velut ipſam diligunt, eis in odiũ vertunt, quũ circa finẽ ineuitabili iudicio dãnandos agnouerint, manifeſtamq; agni victoriã viderint. prout Primaſio placet. Eſt deniq; deſolatã in hanc ſententiã eã facere, ſeipſos gratia & virtutibus priuare. hoc eſt, ſine deo eſſe: ſicut & in Jeremia legis. Quõ ſedet ſola ciuitas plena pplo? Ad idẽ nuditas quoq; refert: Quis principaliter ſpectet ad priuationẽ innocentię baptiſmalis: qua priuati ſunt oẽs, quotquot nõ ſunt ſacramẽtis baptiſmatis fideiq; initiati: ſicut Judęi, paganiq;, falſi etiãnum chriſtiani, q etſi habere fidei veſtimẽta videant, reuera tamẽ nõ habẽt, & nudi apparebunt in iudicio, qa eam male viuendo amiſerunt. Pariter ergo ij cũ illis nudi reperient, quia reproborũ corpus ex apertis infidelibus, & falſis fratribus conſtat, q carnes ſuas cõmanducabunt, qa pęnis paſcent ęternis: quos & viuaciſſimi abrodent vermes, vt Eſaias habet cap. vlti. Manducabunt ergo carnes ſuas nõ ꝓprijs ſed alienis dentibus. nõ dubiũ quin vermiũ imortaliũ, quos ipſi ad deuorandũ ſuis irritauere pctis. Ad hęc igni meretricẽ cõcremabunt, qa ſeipſos, quorũ vniuerſalis congregatio meretricis appellatiõe figurata eſt, igniũ flãmis infernalibus, ſuis cõmeritis donabunt, qbus ꝑpetuo exurent. Venient hęc oia ſuper generationẽ iſtã malorũ, qbus terrendo iudicio ſe ſuãq; gratiã negabit chrs, q faciunt voluntatẽ beſtię Antichriſti, dabuntq; regnũ ſuũ illi, ſiue reges terreni ſint, ſiue alij de reproborũ congerie, q ſup ſe regnare ꝑmittunt, ſiue ꝓ tpe iſto, ſiue ꝓ futuro: eo ꝙ ęq; oẽs ad illũ pertineant (vt diximus) quotquot ab initio fuerunt reprobi, eruntq; vſq; in finẽ, quorũ ipſe caput exiſtit, ſuperans oẽs malicia, & iniqtate. Sic ergo deſcriptũ eſt infortunium, & infelicitas meretricis infamis, quę oẽs in primis ſuis ornatibus, & pulchritudine laruata ad ſeſe pellicebat: que in odiũ veniet in finẽ, & deſolationẽ, & ignẽ. ¶ Punc. 11.

Reproborũ corpus ex qb' ſit.

Deus. n. dedit in cordibus eorum, vt faciant quod placitum eſt illi, vt vnã faciant voluntatẽ, vtq; dent regnũ beſtiæ, donec conſummentur verba dei.

Sępe deus omnipotens iratus ꝓ pręcedentibus bolm commeritis, ꝑmittit malos facere, vnde illũ amplius offendant. Hinc de quibuſdã veritatẽ nõ recipientibus dicit, Propter hoc tradidit illos deus in reprobũ ſenſum, vt faciant quę nõ conueniunt. Hinc ẽt dicit indurasse cor Pharaonis, qđ nõ merebat emolliri. Dedit ergo deus in cordibꝰ reproborũ, ob cõmerita pręcedentia, vt faciãt qđ illi ſit placitũ: ꝯiungant voluntate beſtię ſic vt beſtia ex eis cõſarciat ſibi regnum, donec prophetia impleat de oĩbus quando finẽ habebunt ⁊ beſtia, ⁊ regnũ eius iuxta principatũ mundi huius. Hinc habes ꝙ fędus regũ, etiam iuxta lrãm cũ beſtia, dei ſiet conſilio: neqꝫ in hoc arguit deus author mali, ꝙ det in corda reproboꝝ, vt faciant malum, aut ꝙ ipſi ſint mali: nõ vtiqꝫ: ſed cauſa ſtat penes reprobos ꝙ ſint mali, ⁊ faciant mala. Nã deꝰ, vt ꝑ ſe bonus, fecit quę voluit bona, ⁊ faciet adhuc regnis ⁊ regibus: reprobi autẽ etiã ex bono creato ꝑ occaſionẽ reddunt mali. Oſtendã per exemplũ. Proſpera olim fecerat deus Babylonijs vt valentiores eſſent cęteris gentibus: ſed hi vſi ſunt hac eorũ fortitudine contra dñm, vt vexarent populũ eius, qñ interim permiſit deus id mali fieri, vt a malis corrigeret ppls eius, ⁊ vt fides ac conſtantia in illis fieret manifeſta. Simili ſenſu Pharaonis cor indurasse dicitur, nõ qa ipſe Pharaonis cor indurauiſſet ac ſic in odiũ ęgyptios conuertiſſet, vt execrarent pplm ſuũ: ſed occaſione accepta ex dei prouiſione, qua proſperabat pplm Iſrael, ipſi cauſa ſuę indurationis odijqꝫ erant ⁊ Pharao ⁊ ęgyptij. Videntes nãqꝫ hi dei bñficia circa ſanctũ pplm inuidebant: ⁊ acerrimo contra illos odio ſęuiebant. Ideo quũ dicit, Ego indurabo cor Pharaonis, perinde eſt, ac ſi diceretur. Ego qdẽ ſigna ⁊ ꝓdigia maieſtatis meę ꝓ filijs Iſrael oſtendam coram Pharaone, ⁊ ſeruis eius: q quũ inuidi ſint, hoc illis ad nihil aliud valebit, niſi vt odio maiori contra eos excitent indurenturqꝫ. Iã vides quã ſententia dicat apud Paulũ ſcriptura Pharaoni. Q: in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendã in te virtutẽ meã: ⁊ vt annunciet nomen meũ in vniuerſa terra. Ro 9. Exod. 9. ⁊. 33. Excitauit qppe deus bonus Pharaonẽ bona pplo ſuo exhibendo. vnde irritatus ille ꝓ malignitate ſua, more inuidorum, de quibus iactatur illud. Inuidus alterius marceſcit rebus opimis. Cor ſibi indurauit, vt odiret pplm tam felicẽ, cui palã faueret deus, ⁊ perſequeret illũ. Sed conſectarie deus ob eius pertinaciã atqꝫ manifeſtam aduerſus deũ rebellionẽ oſtendit virtutẽ ꝓdigiorũ ſuorũ in illo: vñ annunciatum eſt nomẽ eius in vniuerſa terra. Nõ ergo cauſaliter (vt vocant) excitauit, ſicut nec cauſaliter cor illius indurauit, ſed occaſionẽ, nec ea intentione vt malignus ille excitaret, aut indureſceret, ſed benefaciendi ꝓ beneplacito ſuo pplo pręſtando: Quẽ in modum dat deus reprobis in corda vt mali ſint, ⁊ vt faciant mala: ꝙ ij illius bonis abutant proficiantqꝫ in peius. Item deus licet non ſit author mali culpę: eſt tamen author mali pœnę: ⁊ ideo ꝙ tradit aliquos etiã in reprobũ ſenſum, vt faciant mala, facit ad pęnã eorũ, offenſus pręcedentibus eorũ peccatis.

Deũ dare in cordibꝰ vt faciant mala.

Deus cor pharaõis indurauit.

Deniqꝫ. quid, illi, ꝓnomen videlicet referat: deū, an beſtiā? ⁊ forſitan, tibi deū potius videt̃ referre: quia dicit̃, Deus enī dedit in corda eoꝝ vt faciant quod placitū eſt illi. Sed abſit hoc, vt ad deū referat̃. Dictū eſt enim paulo ſuperius. Et decē cornua quę vidiſti, ⁊ beſtia, hi odient meretricē: ⁊ deinde quū dixiſſet, vt faciant qđ illi placitū eſt. addidit, vt dent regnū ſuū beſtię: ergo indubie fatendū eſt, beſtiā potius referre ꝙ̄ deū: hoc ſenſu. Ut faciant qđ illi beſtię placitū eſt: ⁊ ita dent regnū ſuū beſtię. Dent, id eſt, ſua ope ac viribus parent regnum in ſeipſis alijſqꝫ faciendo voluntatē eius, quę ſemꝑ aduerſat̃ ſancto dei ꝓpoſito. Quid enim illi faciunt niſi peccatū? ⁊ in peccato parant regnu eius. Porro conſummari verba dei, eſt adimpleri: vt ſcilicet ea quę deus dixit ꝑ ſctōs ſuos ꝓphetas impleant̃: ⁊ neceſſe eſt impleri oīa quę ſcripta ſunt, de ciuitate dei ⁊ diaboli. ¶ Punc. 12.

Et mulier, quam vidiſti, eſt ciuitas magna, quæ habet regnum ſuper reges terræ.

Breui recapitulatione renouat qđ ſuperius dixit, Uel ꝙ in ipſa mulieris fronte ſcriptū dixit, Babylon magna, mater fornicationum, ⁊ abominationū terrę. Porro ꝙ illic dixerat, Cū qua fornicati ſunt reges terrę: hic paru demutat dicendo, Quę habet regnū ſuꝑ reges terrę, id eſt, dominat̃ imperitatqꝫ illis. Et quidē multū dictū eſt illic ad ſignificandā ignominiā regū terrę: ſed multo amplius hoc valet ad innuendā ſeruilē iuſticiā regū terrę, quū dicit̃, Quę habet regnū ſuꝑ reges terrę. Quū enim reges terrę ſupini incedunt, ⁊ ſeſe liberos fore confidunt, attamen regnū ſuꝑ ſe habere cōprobant̃, ⁊ hoc infame ac ſordidū, qđ vile ſcortū tenet: mulier enim meretrix ſuper eos regnat, hęc eorum ceruicibus inſidet ambitioſa cupiditate mundi. Falluntur ergo qui ſe liberos autumant, dū fędis cupiditatibus inſeruiunt, meretriciū omnino ſuꝑ ſe portantes iugū: tot vinculis irretiti, quot vitijs obnoxij. Serua nos dñe Deus ab hac ſęuiſſima ſeruitute, ⁊ iugo grauiſſimo: qđ nemo ſine gemitu tulit: nemo ſine periculo expertus eſt. tuę potius nos libertati aſſere, qua petis liberi tibi viuamus, tibi ſeruiamus puri imuneſqꝫ, cui ſeruire regnare eſt: immo honor ⁊ gloria: quatinus tandem tibi cōiuncti in gloria tecū ęterno letemur aſpectu meſtitudine carentes. Tu enim es dominator cęli, rex regum terrę, gloria, decus, ⁊ ornamentum noſtrum, Amen.

Reges terre regnuꝫ ſuper habent.

# CAPVT. XVIII.

## DE PRAENVNCIATIONE CASVS BABYLONIS IN ANTICHRISTO CAPITE. SEC. 1. PVN. 1.

ET poſt hæc vidi alium angelum deſcendentem de cœlo, habentem poteſtatem magnam: & terra illuminata eſt a gloria eius.

In hac viſione Joanni apparuit angelus prepotens, ac ſplendidus, cuius corruſco illuſtratus fuit orbis, q caſum Babylonis magnę prenunciauit, cuius dānationis cauſas prior ille angelus indicarat: q bene alius a priore dicit̃, qa videlicet aliū (vt mea fert opinio) verbi dei miniſtrorū ordinē exhibet, q maiore ſpiritu ac luce ſub hoc tempus chriſti euangeliū mūdiqʒ caſum ānūciabūt. Alij chriſtū intelligūt, q ſupra ca. 7. angelus ſignū dei viui habens fuit: quē etiam angelus nube tectus cap. 10. expreſſit. q e celis p humilitatē deſcēdit, formā ſerui accipiēs, quando in ſimilitudinē hoīm factus, ⁊ habitu inuentus eſt vt homo Phil. 2. q ēt exeruit ptātē ſuā magnā, in mundi innouatione, a quo vniuerſus orbis illuminatus eſt. vbi a mortuis reſurrexit in gloria patris ſui, q reſuſcitauit eū ad vitā imortalē, vt vltra non moreretur, eſſet aūt vita omnibus, ſine exceptione q credunt in illū, qđ eſt terrā illuminatā eē a gloria eius. Bene aūt deſcendentē eū vidit, p reſpectū ad luciferū: quē non deſcendiſſe, ſed cecidiſſe alia ſcriptura dicit. Eſa. 14. quomodo cecidiſti lucifer, ⁊c. Qui bene angeli vocabulo deſignat̃. eſt enim nuncius paternę voluntatis, ⁊ q vitā ſuis annūciauit eternā. At, qūo e cęlis deſcendiſſe dicat̃, qūu filius dei in diuinitatis ſubſtantia cū patre ⁊ ſpū ſctō vnus oīno deus ſit, ⁊ vbiqʒ ſit: iuxta qđ p pphetā dicit, Cęlū ⁊ terrā ego impleo. Et iterum, Extra cęlū ⁊ terrā locus nō eſt vbi nō ſit dñs. Sed vtiqʒ e cęlis deſcendit: nō qa de loco ad locum tranſmigrarit, ſed qa in vtero virginali aīam ſuſcepit ⁊ carnē, vt poſſet videri in nřa natura, q inuiſibilis erat in ſua. Deſcēſio ergo illius nihil eſt aliud ꝙ carnis aſſumptio. de quo Paulus dixit, Qui qūu in forma dei eſſet, humiliauit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, ⁊c. Et hic habet ptātē magnā. Unde habet ptātē magnā? vel quomodo habet ptātē magnā? Reſpondet̃, primo habet ptātem magnā a ſe, ſm ꝙ deus idē cū patre, ēt ſi originaliter a patre, a quo eternaliter pceſſit. Deinde habet a patre ſm ꝙ hō, iuxta donationeʒ eius in tpe: ſicut dicit, Data eſt mihi oīs ptās in cęlo, ⁊ in terra. Et iterum, Oia tradita ſunt mihi a patre meo. Rurſum quoqʒ, Sicut pater habet vitā in ſemetipſo, ſic dedit ⁊ filio habere vitam in ſemetipſo: ⁊ ptātē dedit ei iudiciū facere, quia filius hoīs eſt. Joan. 5. Itē. Neqʒ pater iudicat quēꝙ, ſed oē iudiciū dedit filio. Recte ergō habere ptātē magnā dicit̃, videlicet ptātē iudiciū faciendi, qđ preſenti loco maxime cōgruit, id eſt, ad eā quę hic oſtendit̃ meretricis cōdēnationem: quę a nullo alio, ꝙ ab eo condēnari poſſit, vtpote pollens gloria ac potentia. ſicut pſcriptū eſt de ea. Et vide aptā diſpoſitionē verborum quadrantē ad ſententię veritatē. Poſtꝙ enim dixit deſcendiſſe eū de

Chřs hʒ ptātē iudiciū faciendi a patre.

celo cum ptāte magna, cōtinuo terrā clarificatā a gloria vultus eius ſubnexuit: qa videlicet incarnato dn̄o, p veritatē ſermonis eius, fidei ac miraculoꝝ claritate, terrena ppl̄i corda fuere illuſtrata. Quod et Zacharias in eiuſdē cōmendationē cecinit dicens, Uiſitauit nos oriens ex alto: illuminare his q in tenebris, ⁊ in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viā pacis. Lu. 1. Proinde nō ſemel ſe lucē appellat dicēs, Ego ſum lux mundi: q ſequit̄ me non ambulat in tenebris Joan. 8. Et, Ego lux in mundū veni, vt oīs qui credit in me, in tenebris nō maneat Joan. 12. Deniq3. Lux venit in mundū, ⁊ dilexerunt hoīes magis tenebras q̄ lucē Joan. 3. Haymo. Qr iſte angelus ad deſtruendā venit potentiā diaboli, recte fortis perhibet̄: vtpote contra fortē fortior, ꝯtra robuſtū robuſtior. Quia vero ad euacuandā humanā ſapientiā acceſſit, hīi terra a gl̄a illius illuminata ꝑnunciat̄: ac ſi diceret̄, cōtra tumentē ſcl̄i potentiā, magna ptās: contra falſę doctrine tenebras, verę ſcientię lux apparuit. Nec te moueat, q̄ ſupra prędicatores fortiſſimos ſexti ipis exhiberi per hunc angelū retulimus. Nā ⁊ per ſctōs prędicatores chr̄s loquit̄, q eſt magni cōſilij angelus. Hinc eſt q̄ Joannēs vox clamātis dicit̄ chr̄i. Et Paulus dicit, An experimentū quęritis eius q in me loquit̄ chr̄s? Qui angelus de cęlo deſcendiſſe dicit̄: qa quicqd ſcti prędicatores habent, ſiue in doctrina, ſiue in opere, cęlitus illis datū eſſe didicimus, Jacobo teſte, q ait, Oē datū optimū, ⁊ oē donū pfectū deſurſum eſt, deſcendēs a patre luminū. Jam ⁊ prędicatores iuxta ſacerdotiū ptātē magnam habent ab ipſo capite chr̄o, q dixit Petro pontifici maximo, ac principi pdicatoꝝ, Quodcunq3 ligaueris ſup terrā, erit ligatū ⁊ in cęlis: ⁊ quodcūq3 ſolueris ſup terrā, erit ſolutū ⁊ in cęlis. Hęc terra eſt ipſamet eccl̄ia illuminata a claritate chriſti, qđ eſt verbū fidei ac cęleſtis doctrinę eius. Nā ⁊ tēplū Salomonis in dedicatione eius repletum erat gl̄ia, hoc eſt, claritate maieſtatis dei. 2. Para. 7. Eſaię quoq3 ca. 6. dicit̄, Quia plena erat domus maieſtate eius. Hęc domus eadē Eccleſia eſt. Jam vide qd hic angelus agat, qualiue claſſico munus ſibi iniunctū obeat. Sequitur enim. ¶ Punc. 2.

*Angelus fortis xp̄s.*

*Claritas chr̄i in nobis doctrina fidei.*

Et exclamauit in fortitudine, voce magna dicens, cecidit cecidit Babylō magna, & facta eſt habitatio demoniorum: & cuſtodia omnis ſpūs immundi, & cuſtodia omnis volucris īmundæ & odibilis.

Ubi vel quando angelus iſte hęc clamauit, obſcurū nō eſt, quū ſciamus oēs dn̄m in aſſumpta carne apud Judęos prędicaviſſe, tā magna ⁊ forti voce vt ad eius clamorē quaterentur fundamenta orbis: multi enim ad ipſum confluebant audire vocē ſermonis eius, iuxta illud, Et fluent ad eū oēs gentes: ⁊ ibunt ppl̄i multi. Eſa. 2. Non ſolū autē initiū ſermonis eius inibi factū, ſed ēt finis cū vita hac mortali cōſummatus eſt: quando pręualida voce e cruce exclamans exauditus eſt p ſua reuerentia Hebr. 5. ad cuius fortē vocē petrę ſciſſę ſunt,

terra mota eſt, ſol obſcuratus eſt, quando ⁊ magna Babylon cecidit,
Babylõis caſus. in qua vniuerſitas reproborũ mundus quoqꝫ condemnatus eſt: de
quo idẽ angelus dicit, Nunc (.i. reuelata e celis veritate) iudiciũ (.i. cõ
tritio ſiue caſus) eſt mũdi: nunc princeps mundi huius (per ablationẽ
ptãtis) eiſcietur foras. Joan. 12. ⁊ 16. Princeps mundi huius iam iudi-
catus eſt. Ita ergo Babylon cecidit, vt iuxta ⁊ princeps eius caderet.
Quid eſt princeps eius caderet? niſi virtute ſua infirmaretur, ⁊ ptãte
priuaretur mundi. Cecidit ergo Babylon, ⁊ fortiſſima dei verbi virtute
cecidit: hac ⁊ diruta eſt: vt oẽs q ſalui fierent, euaderent ruinas eius,
⁊ tranſiliendo euaderent. Apoſtoli enim ſcti diuiſi ꝑ vniuerſum orbẽ
e ruinis illis colligebant filios dei. Quid eſt e ruinis colligere? niſi
de diruta ciuitate diaboli quę facta eſt per mortẽ chriſti ac virtutem
crucis eius, vocare eos q erant prędrdinati ad vitã, qbus ſpiritusſan
ctus internos dabat afflatus, vt viuant: q dũ eſſent ruinę, erãt mor-
tui pctõ: nunc autẽ viuunt deo. Neqꝫ enim vltra tyrannide principis
mundi huius legeqꝫ tenentur vocati chriſtoqꝫ initiati. Recte igitur ceci-
dit Babylon ciuitas magna regnũ pcti, qđ amplitudine ſui, extende
batur ꝑ vniuerſum orbẽ. Eo ſenſu loquitur Eſaias cap. 21. dicens. Cecidit
cecidit Babylon, ⁊ oĩa ſculptilia deorũ cõminuta ſunt: ſcilicet ſpiritu
oris chriſti, apl'orumqꝫ eius: vt nõ eſſent impij cultores idolorũ am-
Babylon ciuitas impiorum. plius. Qđ autẽ ꝑ Babylonẽ ciuitas impiorũ. hoc eſt, vniuerſitas re-
proborũ intelligatur, frequens eſt in ſacris lr̃is, ꝓut exhibent volumi-
na Eſaię, Jeremię, ⁊ Ezechielis. Ad lr̃am tamen vrbs chaldeę eſt, in
qua Nabuchodonoſor regnauit: ꝑ quã cõſenſu oĩm ſpiritaliter mun-
dus vanitatibus deditus figuratur: nõ ſolũ ꝑ hãc, ſed & per Aegyptũ,
Tyrũ quoqꝫ: eo ꝙ quędã hic verba ponuntur, quę apud Ezechielẽ de
Tyro dicuntur. Sequitur, Et facta eſt habitatio demoniorũ. Si cecidit ⁊
diruta eſt, quõ habitatio facta eſt? Aut ſi habitatio facta, quõ cecidit?
Sed vtrũqꝫ fieri poſſibile, vt ⁊ ceciderit, ⁊ habitatio facta ſit. Quod
cecidit, virtute ac potentia crucis chriſti cecidit, id eſt prędicatione cru
cis ⁊ euangelij. Sic cecidit ꝙ cõminuta eſt. Paulus dicit, Quoniam
Judęi ſigna petunt, ⁊ Gręci ſapientiã quęrunt: nos aũt prędicamus
Jeſum chr̃m crucifixũ, Judęis quidẽ ſcandalũ, gentibus autẽ ſtulti-
ciã. 1. Cor. 1. quatinus Judęi cũ gentibus in caſu ſimul inueniantur,
q merito cecidiſſe dicuntur, qa gr̃am vltro oblatã accipere noluerunt.
Cecidit ergo in Judęis, cecidit ⁊ in gentibus Babylon illa magna:
vt geminatus caſus, vtriuſqꝫ ꝓplĩ cõplecteretur myſteriũ. Jã vides vñ
Demonũ habitatio fiet deſert⁹ a gratia. cecidit, vel a quo cecidit, qa a deo, ⁊ a gratia eius. Ciuitas hęc: ⁊ in
eo qđ cecidit, facta eſt habitatio demonioꝝ, ⁊ cuſtodia oĩs ſpũs im-
mundi, ⁊ cuſtodia oĩs imundę volucris, exoſęqꝫ. Idẽ repetere videtur,
ſed nõ ſine myſterio. Quia videlicet dãnati ſpũs duplici cauſa pęnas
luunt. Primo qa cõtra deũ peccauerunt: deinde qa hoĩem ſeduxerũt.
Ideoqꝫ ꝓpter illud, demones ſunt, hoc eſt, ſcientes, quando aduer-
ſus ſcientiã dei ſeſe extulerunt. Quia vero hoĩem pcti ſordibus inqui-
narunt ſpũs imundi: porro volucres imundę exoſęqꝫ, ob inſignem

corũ ſupbiã ſunt. Uolatus quippe volucrũ levitatẽ quandam, ac ſupra alios extollentiã deſignat. Neq; vero ſimpliciter volucres ſunt ipſi demones, ſed imundę exoſęq;, vt nõ puris aſſimulent, ſed ſordidis, vt noctuis & vpupis, quę ſtercoribus humanis delectant & inſident: & harpyjs, De quibus legis ethnicũ Poetam,

At ſubitę horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpyię: & magnis quatiunt clangoribus alas,
Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant
Immundo: tum vox tetra inter odorem.

Et infra.

Rurſum ex diverſo cęli cęciſq; latebris
Turba ſonans pręd am pedibus circũuolat vncis
Polluit ore dapes. Quę oĩa ſpiritibus imundis aptę ꝯueniũt, eorũ quoq; aſſeclis hominibus, vtpote auaris raptoribuſq;, & guloſis, qui vomiãt in menſam: quorũ facta eſt Babylon cuſtodia, quas Abrahã abigebat ſacrificijs irruentes Geñ. 15. Per eaſdẽ in tropo recte, & ipſi quoq; hęretici capiunt, hoĩes ſordidi, impuri, exoſiq;: qui perinde ac harpyię hę Uirgilianę circũuolitant ac polluunt ore dapes ſcripturarũ. Porro, ꝙ hic & cap. 14. ſupra bis dicitur, Cecidit, cecidit: poteſt geminatio iſta verbi, & fortẽ aſſertionẽ, & gaudentẽ hoc dicentiũ animũ indicare: qa & prędicatoribus ſctis eadẽ cõuenire adſtruximus: Ac ſi dicerent, Ne timeas o Hieruſalẽ, ciuitas dei, terrenã potentiã ciuitatis diaboli: quia cecidit, ac viribus confracta eſt, vt nõ tibi pręualeat: Senſus literę.
ſed gaude & lętarę, & te authori ſalutis nõ parũ debere exiſtima, per quẽ aſſertus libertati, virtutẽ quoq; adepta es triũphandi. Alijs tropologice, Cecidit Babylon, & nihilominus facta eſt habitatio demoniorũ: cecidit in electis, vt nec ruina veſtigiũue vllũ remaneret in eis: Alia expoſitio.
qa videlicet oĩs ſtructura pc̃ti, cunctaq; mortis & inferni ptãs in ipſis corruit: in reprobis vero, & dãnatio pc̃ti, & pœnalis inferni carcer permanſit: ſicq; & ruit & pmanſit, ruit in electis, permanſit in reprobis. Quod vtiq; magna conſyderatione a quouis penſitanduz putauerim, quatinus viderit quiſq; vtrũ in ipſo Babylõ ruerit: hoc eſt vtrũ ſit vere fidelis, an adhuc ruinę aliquę in eo ſuperſint Babylonis. Breuiter ciuitas illa Babylon cecidit in Judęis primũ, deinde in gentibus, & qcunq; repulerunt vltro oblatã gratiã dei, vt habitatio fierẽt demoniorũ. Cadit & modo continue in ſuis mẽbris, q oẽs cadunt in infernũ & pœnã perennẽ decedentes p mortẽ ex hoc mũdo. Sed inſigniter cadet in fine Babylon in generali iudicio, poſt fulguratam ab ore dñi terribilẽ ſententiã, quando globatim ruunt reprobi ſuis quiq; faſciculis ligati in infernũ, ęternis ignibus cruciandi. Obſerua. Hęc quę in hunc modũ dicta ſunt maiorũ meorũ de promptuarijs excepta ſunt: & magis ſpectant primũ ecclię tempus, q̃ illud nouiſſimũ, qđ viſionis ordo indicat. Dñs qdẽ Jeſus bene angelus eſt, q prenunciauit caſum Babylonis di. Jam princeps mundi huius eijcietur foras. &c. Itẽ apłi quoq; ſcti forti voce ideo pręدicabant, q: fidei forti-

tudine iã caderet Babylon, ⁊ ciuitas ſctã e ruinis eius conſtrueret, ſicut ⁊ conſtructa eſt. Tamen qa ſub antichriſto eccl'ia tantã ruinã paſſura ſit, vt niſi dies eius breuiarent in errore etiam electi inducant, Matth. 24. poſt interitũ eius caſum hũc Babylonis proculdubio intelligere debemus: quando magna alacritate animi, fortiſſimi ſacri verbi dei miniſtri, magna voce acclamaturi ſunt, Cecidit cecidit Babylõ, totũ videlicet regnũ antichriſtianorũ ⁊ fortitudo oĩs reproborũ: quando eccleſia rurſum in virtute fidei roborabitur, ⁊ cuncti laudem dicunt deo. Sequitur. ¶ Punc. 3.

Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes: & reges terræ cum illa fornicati ſunt: & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti ſunt.

Cauſa ruinæ ciuitatis depingitur, vbi tria dicunt. Primũ eſt, quia de vino iræ fornicationis eius biberunt oẽs gentes. Secundũ, qa reges terræ cũ illa fornicati ſunt. Tertiũ, qa delicijs eius mercatores terræ diuites facti ſunt. Cauſæ ſumma. Totũ fornicationis opprobriũ regibus imputat: ⁊ hi ſæpius in hac ſcriptura fornicationis eiuſdẽ ſcelere denotant. Quia videlicet, qđ meretrix illa docuit, nõ ſolũ ſuſceperũt, verumetiã imperij ſui decreto ſimul ⁊ gladio corroborauerunt. Porro gentes, quæ regibus ſubiectæ ſunt: ſiue ꝑ imperio eorũ, ſiue ſponte ſua idola coluerunt, aut turpiter contra deum egerunt: recte de vino iræ fornicationis eius biberunt: Quia videlicet fornicationẽ eorum, qua idola coluerunt, ⁊ ſeruierunt creaturæ potius ꝙ creatori, ira punitiõis eſt ſubſequuta, vt derelinqueret eos deus, ⁊ traderet in paſſiões ignominiæ in immundiciã, iuxta deſyderia cordis eorũ: ⁊ in reprobũ ſenſum, vt copioſe deſcripſit Paulus Ro. 1. vnde grauiſſima hæc ira dei reputaſ: tradi videlicet hoĩem in reprobum ſenſum, ⁊ in deſyderia cordis ſui, id eſt, vt ardeant prauo deſyderio cõcupiſcentiæ cordis eorũ: ⁊ in paſſiones ignominiæ, vt reſiſtere nõ valeant concepte turpitudini, qn faciant opere quæ concupierunt corde: q oẽs, q eiuſmodi ſunt, ad Babylonẽ hanc pertinent. Reges vero terræ cũ illa fornicari dicuntur, qa plus diligunt terrena ꝙ cœleſtia. vel ẽt ꝓpter immundiciã, aut carnis voluptates, aut auariciã, quã idololatriæ ſeruitutem dixit Apl'us. Scimus aũt reges in primis apud antiquos ſectatos fuiſſe idololatriã, ac carnis voluptates: e quibus Sardanapalus vltimus Aſſyriorũ rex notorius erat: quẽ Iuſtinus libro primo, tradit oĩs generis luxuriæ deditũ, vt nõ erubeſceret inter ſcortorũ greges nere: ⁊ muliebri habitu fœminas oẽs laſciuia anteire. Qui bibit de vino iræ fornicationis meretricis huius: Si qdẽ indignati Aſſyrij tali fœminæ parere, duce Arbace deſciſcentes bellũ Sardanapalo intulerunt: qui victus in regiã ſe recepit: ⁊ extructa pyra ſe atqꝫ diuitias ſuas in incendiũ miſit. qui vitæ ganeatæ regulas ſibi hoc epitaphio incluſit. Ede, bibe, lude: ⁊ quũ te mortalẽ noris pſentibus exple delicijs: poſt mortẽ nulla voluptas. Bibit ⁊ ipſe Nero, q quũ deliciarũ oĩm primus ſe

Fornicationis opprobrium totũ regibus imputatur.

ctator eſſet, vt nihil intentatū relinqueret, miſerabiliter tandē interijt vim ſibi manu inferens. Bibituri ⁊ alij oēs quicunqȝ ad hoc corpus typicę meretricis pertinent. Porro de mercatoribus meminit, q ſingulariter delicijs ei⁹ diuites facti dicunt. Nā hoc gen⁹ hoiȝ (vt plurimū) ingratiſſimū eſt oīm, qđ ⁊ dlicias carnis i primis ſectet, ⁊ lucris inhiat terrenis. p quos oēs auari intelligunt, iuxta illud Eccl. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Et, nihil eſt iniquius, ꝙ amare pecuniā: hic eniȝ aiam ſuā venalē facit, q p temporalibus lucris miſerā aiam infeliciſſimo ſatis cōmertio mutat ⁊ vendit. Quāobrē fugienda eſt cupiditas pecunię. Dn̄s dicit, Cauete ab oī auaricia: qꝛ nō in abūdātia cuiuſꝙ vita eius. Lu. 12. Ethnicus hō dilaudauit auariciam, Cicero, q in ſuis officijs ait. Nihil eſt tā anguſti animi, tamqȝ parui, ꝙ amare diuitias. Sed carnis quoqȝ delicie alijs, aut beſtijs ſunt relinquendę. Neqȝ enim vitia in ſapientē cadere debent, q de membro chriſti eſſe vult, viuere de ſpiritu eius. Abbas Joachim ad falſos ſacerdotes ⁊ hypocritas mercatores refert: q negociantes regnū dei inhiant tēporalibus lucris: ⁊ q̄runt verbis ſubdolis placere diuitibus huius mundi: quorū virtus eſt in delicijs carnis, vt ipſi diuites fiant, ⁊ poſſint de cetero viuere in delicijs: Attendentes qūo eis indeficientes deliciarū redditus conſtituti ſint: ita vt largientes multa, ſemp illis proueniat, qđ largiri queant: ⁊ nunꝙ deficiat, qđ largiēdum ſit. Hęc eni eſt virtus deliciarū babylonis: qua diuites ſiunt mercatores terrę. Cęterū q ſic participat ad tp̄s delicijs eius, vt tamen ſup hoc ipſo doleat ⁊ ingemiſcat: pōt ſi vult recedere a conſortio eius, ⁊ redire opportuni⁹ ad regē ſuū, q redemit illum: ne forte ſi diu ſteterit apud olidā meretricē hanc, cogat accipere hora ſuperueniente de plagis illius. Haymo. Mercatores terrę appellant, q animā ſuā venalē faciunt, nec timent cōmittere pctā: tm̄ vt honores huius ſcl̄i, ⁊ dignitates ſibi acquirere poſſint. Iſti de virtute deliciarū eius, hoc eſt, de ambitione ſecularis pompę diuites facti ſunt, nō virtutibus ſed pctīs. Tria aūt hoim genera cōmemorant. Gentes, Reges, Mercatores. Gentes biberunt de vino ire fornicationis eius. Reges cū illa fornicati ſunt. Mercatores terre, de virtute diuitiarū eius diuites facti ſunt. in quibus tria cōpręhendunt genera pctōrū, in q̄bus oēs iniqui deſignant, ⁊ ēt oīa pctā. Oē enim quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, ⁊ cōcupiſcentia oculoꝝ, ⁊ ſupbia vitę. 1. Joan. 2. vt in gentibus laſciuia ſit, ſuperbia in regibus, auaricia in mercatorib⁹: Quę pctā puniturus eſt de⁹ in hoibus q̄bus p pphetā dicit, Vę genti peccatrici, pplo graui iniq̄tate, ſemini neꝙ, filijs ſceleratis: dereliquerunt dn̄m, blaſphemauerunt ſanctū Iſrael, abalienati ſunt retrorſum: ſup quo percutiā vos vltra addentes pręuaricationē. Eſa. 1. Itē Oſee. 2. Et filiorū illius nō miſerebor, qm̄ filij fornicationū ſunt: qa fornicata eſt mater eorum, confuſa eſt quę cōcepit eos. Tunc quippe cępit fornicari mater reproborū, quando Cain manu ſua obtruncauit frēȝ germanū ſuū: ⁊ ab eo ꝯtinuo in fornicatiōe pmanet, vt recte operarij iniq̄tatis ex fornicatio

Mercatorū vita abominabil.

Mulier purpurata qn̄ cępit fornicari.

ne ſint, p̄geniti ex meretrice Babylone, quę fornicat̄ cū diabolo, ⁊ generat nothos. a qua quū liberos ſe dicerēt Iudęi, Nos, inquiūt, ex fornicatione nati non ſumus: chriſtus minime liberos eos dixit, ita illis reſpondens, Vos ex patre diabolo eſtis, ⁊ deſyderia patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat a principio: ⁊ in veritate nō ſtetit, quia non eſt veritas in eo. Joan. 8. Suſpicor in eo quod dicitur, De virtute deliciarū meretricis mercatores diuites factos, ſtulticiā quorundā denotare, apud quos paupertas p̄ ludibrio habet̄, tanq̄ probri ſit eſſe pauperē rerū mundanarū, quę ſuapte natura fluunt ⁊ pereunt, ⁊ non magis virtutis: abundantia autē diuitiarū in parte laudis exiſtat, ⁊ non in parte probri. Quis deus pauperes elegerit. Jaco. 2. ⁊ beatos pauperes fore p̄dicet. Matth. 5. diuites autem difficile ingredi poſſe in regnum celorum. Matth. 19.

## DE VOCE EXITVM IVBENTE DE BABYLONE. SEC. 2. PVN. 1.

ET audiui aliam vocem de cœlo dicentem. Exite de illa popule meus: & ne participes ſitis delictorū ei᷒: & de plagis eius ne accipiatis: quoniā peruenerunt peccata eius vſq; ad cœlum: & recordatus eſt deus iniquitatum eius.

Poſtq̄ ille angelus p̄clarus, fortiter clamans, caſum cecinit Babylonis, eueſtigio alia vox e cęlo erupit: q̄a poſtq̄ ſecundus ordo p̄dicatorū, p̄ditionē impiorū in antichriſto denunciauerit: nō deerunt q̄ pios fideliter āmoneant, vt de p̄ditorū ſocietate exeant, ne opibus

Integer debet vita re corru ptos.

eorū coinquinent̄, ⁊ pereant. Certū nāq; eſt a conuerſantibus mores trahi: cū ſctō (inq̄t pſaltes) ſanctus eris: ⁊ cū innocente innocēs eris. Pſal. 17. Solet grex totus in agro vnius ſcabie cadere. Vuaq; liuorē ducit ab vua. Proinde ſemp̄ dn̄s deus p̄ ſuos ſctōs p̄phetas, eiuſmodi exitū p̄ſuadebat hoībus quos elegerat: Eſaiā, Jeremiā, ⁊ Zachariam. Eſaias dicit, Egredimini de Babylone, fugite a Chaldeis. cap. 48. Et iterū cap. 52. Parauit dn̄s brachiū ſanctū ſuū in oculis oīm gentiū: ⁊ videbunt oēs fines terre ſalutare dei nr̄i. Recedite, recedite, exite inde, pollutū nolite tangere, exite de medio eius. Jeremias autē ait, Recedite de medio babylonis, de terra chaldęorum egredimini. ca. 51. Item Zacharias. cap. 2. O, o, o, fugite de terra aquilonis dicit dn̄s. Et, O Sion fuge, q̄ habitas apud filiā Babylonis. Ex quibus edoctus Paulus ait, Exite de medio eorū, ⁊ ſeparamini dicit dn̄s, et

Ap̄ſorum ⁊ p̄pheta rum vna vox.

imundū ne tetigeritis, ⁊ ego recipiā vos, ⁊ ero vobis in patrē, ⁊ vos eritis mihi in filios, ⁊ filias dicit dn̄s omp̄s. 2. Cor. 6. Quid amplius dicā? vna hec oīm ap̄ſorū vox erat poſt receptū ſp̄ūm ſanctum, Exite de Babylone, fugite de egypto ppl̄i dei, videlicet hortantes eos hoc, velut claſſico vt exirent electi de conſortio pctōrū. Loth eductus eſt de ciuitate Sodomorum, ne vna periret cū illis: qui in iuſſu accepit,

Surge,tolle vxorē tuā,⁊ duas filias,quas habes,ne ⁊ tu pariter pe-
reas in ſcelere ciuitatis.Et iterū.Salua aīam tuā,noli reſpicere poſt tergū,nec ſtes in oī circa regione,ſed in monte ſaluū te fac, ne ⁊ tu ſimul pereas.Gen.19.Salubriter Abrahā de chaldęa exijt vbi hoīes idololatrę habitabant,Gen.11.⁊ 15.nec legit̃ illic ei dñs deus appa ruiſſe,licet bon⁹ ⁊ integer fuerit:ſed poſtꝗ̃ inde exiuit,pluries.Porro fugientē Jacob Eſau fratrē ſuū dñs multipliciter ſolatus eſt.Gen.28. Noluit Jacob cū peruerſo fratre ambulare.Gen.33.Dixit Moyſes ad turbā filiorū Iſrael.Recedite a tabernaculis hoīm impiorū: ⁊ nolite tangere,quę ad eos pertinēt,ne inuoluamini pctīs eorū.Nu.16.Proinde ne ſyncerus pplſ ab inquinatis cōmacularet,pręcepit dñs filijs Iſrael,vt intrantes terrā chanaā cunctos habitatores interficerent, Nu.33.Scriptū eſt Jud.1.⁊.2.qa noluerunt iuxta pręceptum dñi filij Iſrael habitatores terrę illius delere,ſed pcuſſerunt fœdus cū eis: et male eis euenit.Rebellanti Abſalon aduerſus patrē ſuū iuncti ſunt multi ſimplici primū qdē corde abeūtes,q ſi cū bonis pacificis in hieruſalem remanſiſſent, nihil contra Dauid moliti fuiſſent.2.Reg.15. Breuiter odiuit deus malos,a qbus liberos ſuos ſemper voluit.Legis.2.Reg.21.qa propter quoſdā ſuperſtites de domo Saul facta eſt fames in terra:donec ad petitionē Gabaonitarū crucifixione peremptī ſunt.Rex Juda Joſaphat alioqui integer vitę ſceleriſqz purus ꝑpemodū occiſus fuit,poſtꝗ̃ cū aduerſario dei Achab rege Samarię ad pręliū iuit:cui pphēta dñi dixit,Impio prębes auxilium : ⁊ his , q oderunt dñm,amicitia iungeris:⁊ icirco irā dñi ꝓmerebaris.3.Regū.22.2.Paral.19.Scriptū eſt.1.Eſdre.3.Quia ędificātibus filijs Juda templū,poſt reditū de babylone,hoſtes eorū voluerūt ſimul edificare cum illis,illi vero bono vſi conſilio renuerunt.Item Tob.1.Quū irent oēs ad vitulos aureos,quos Jeroboā fecerat, Tobias ſolus fugiebat conſortia oīum: et pergebat in hieruſalē.Quid plura?Petrus exiſtens cū bonis bonus fuit,cū malis malus,nā ⁊ dñm inter eos negauit.Matth.26.Mar.14.Luc.22.Joan.18. Et hic tandē conuerſus ⁊ in dño cōfirmatus,qbuſdā Judęis , audientibus verbū dei , dixit, Saluamini a generatione iſta praua,Act.2.Deniqz iubet dñs ſuos, Matth.5.ab hoībus quātūuis neceſſarijs,quantumuis pficuis alienos fore,magis ꝗ̃ in eorū cōuerſationibus perire:ſub cōuenientibus tropis loquens,Si oculus tuus dexter ſcandalizat te,inqt,erue eum, ⁊ proijce abs te:expedit enim tibi,vt pereat vnū membrorū tuorum ꝗ̃ totū corpus tuū mittat̃ in gehennā ignis.Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te,abſcide eam,⁊ proijce abs te,⁊c.Certū eſt autē qa nec oculū erui iubet,nec manū abſcindi,vt ſeipſum detruncet qs,q pręcipitationē iubenti reſpondit,nō eē tentandū dñm:ergo aliud quiddā latet ſub his noībus.Per oculū igit̃ dextrū debere intelligi vult Auguſtinus dilectū quēcunqz amicū,q ſuis dirigebat te conſilijs ad cōmoditatē vitę.Qui ſi impedimento tibi ſit ad aſſequendā beatitudinē cęleſtē,amoue a te:qm̄ vtilius tibi erit in re ſalutis talibus carere

Societas mala fugienda.

Oculus dexter qd ſit.

conſilijs quantũuis ſalutaribus, ꝙ̃ peccare contra dñm, ⁊ peccando ruere in gehennã ignis. Per manũ ſimiliter dexterã, dilectũ adiutorẽ
Manus ſeu bñficiũ quẽlibet debemus capere: q operoſe, vt manus dextra, mi-
dextra. niſtret tibi, teq; adiuuet. Apud eundẽ euangeliſtã cap. 18. ⁊ Marci. 9. addit ⁊ pes ſcandalizans. Si manus tua, inquit, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcide eum, ⁊ proijce abs te: ſimili intelligentia vt ſcilicet quantũcunq; neceſſarius tibi aliqs videat, conſultius tñ fuerit carere eo, ꝙ̃ ſcandalizari, id eſt, pctõ offendi, ⁊ perire. Rumpe ergo omnẽ affectũ carnalẽ, ⁊ ſepara te ab his remoris: nihil enim tam nociuum vt pernicioſa ſocietas. Proinde inemendabiles deploratęq; malicię quantũlibet amici vitandi ſunt, ne ſi cũ perditis in hac vita partẽ habere volueris in futura pereas. Unde. S. Hierony. Melius eſt, vt ꝓpinquitate, ⁊ emolumentis carnalibus careas, ꝙ̃ dũ vis tuos lucrifacere cognatos ⁊ neceſſarios, cauſas habeas ruinaꝝ. Itaq; nõ frater, nõ vxor, nõ filij, nõ amici, nõ ois affectus, q nos excluderet a regno cęlorũ, amori dñi prępo nat. Nouit vnuſquiſq; credentiũ, quid ſibi noceat, vel in quo ſolicitet animus, tenteturq;. Melius eſt vitã ſolitariã ducere, ꝙ̃ ob vitę pręſentis neceſſaria ęternã vitã amittere. Meli⁹ eſt ſolũ ſaluũ fieri, ꝙ̃ perire cũ pluribus. Hęc ille. Atq ſm Auguſtinum, ẽt hoc ipſo ſeparant mali, ꝙ eis mala ſuadentibus non conſentitur. Sic Iob cõmendat, qa inter malos bonus fuit, hoc eſt, nõ conſenſit operibus illorũ. Ideo dicebat, Frater fui draconũ, ⁊ ſocius ſtruthionũ, Iob. 30. Et Eſaias. In medio pplĩ polluta labia habentis ſe proteſtatur habitaſſe cap. 6. Ezechieli quoq; dictũ fuit; Increduli ⁊ ſubuerſores ſunt tecũ, ⁊ cũ ſcorpiõibus habitas. Ezech. 2. Propterea Philippenſes cõmendat Aplus, quia in medio nationis prauę ⁊ ꝑuerſę lucerent ſicut luminaria in mundo, Phil. 2. Dicat ergo vox e cęlo tonans, Exite de Babylonę, id eſt, de cõgregatione reprobo rũ, ⁊ ne participes ſitis delictorũ eius. In pręſenti quippe vita mixtim boni cum malis habitant: ſed moribus, ⁊ vita longe ab eis diſtant: cuſtodiunt enim ſe, ne culpę eorũ participes fiant: vt ⁊ pręmijs meritoꝝ illis diſſimiliter exiſtant, alioq culpa ſiliſs cõſtitueret eos ſiles ⁊ pęna. ꝓinde recte ſequit, Et de plagis eius ne accipiatis. Ac ſi diceret, Iccirco videte ne participes ſitis delictorũ eius: ne forte quũ pctã illius fuerint cõſummata, pariter cũ illa incipiatis affligi. Quorũ enim vitã ſimilem habere in pctis voluiſtis, vltionẽ cũ eis parẽ recipietis. Sequit, Qm̃ ꝑuenerunt pctã eius vſq; ad cęlũ. Pctã illorũ ꝑueniunt vſq; ad cęlũ, q nolentes agere pęnitentiã contra deũ habitatorẽ cęli in blaſphemiã cõuertunt: iuxta illud, Tenuit eos ſupbia: operti ſunt iniqtate ⁊ impietate ſua: ꝓdijt quaſi ex adipe iniquitas eorũ: tranſierunt in affectũ cordis: cogitauerunt ⁊ loquuti ſunt nequitiã, iniquitatẽ in excelſo loquuti ſunt: poſuerunt in cęlũ os ſuum, ⁊ lingua eorũ tranſiuit in terra. Pſal. 72. Hoc ergo eſt pctm̃ peruenire in cęlũ, qđ ponere os in cęlũ: ⁊ hoc ponere os in cęlũ, qđ blaſphemare cęli habitatorẽ deu;. Iſti tempus ſibi datũ vt agant pęnitentiã, vertũt in augmentũ culpę:

⁊ vnde diutiuſ expectant, inde diſtrictius ferient: ideoq; recte Babylon nequaq̃ ante ad plagas peruenit, niſi quū pctā eius ad cęlū pertingunt: qa q̄ cōuerti a prauitatibus nolunt, ⁊ expectantur adhuc, vt amplius delinquentes durius ferianť: nō niſi conſummatis delictis dānabunť. Unde Aplus de qbuſdā dicit, Ut impleant pctā ſua ſemper. Semp q̄dē pctā iplent, q̄ ſemp peccant, ⁊ nō conuertunť, vt ſine fine puniant: ⁊ hęc quidē ſpāliter de ſingulis Babylonis mēbris dicunť. quo ſenſu ⁊ Jere. dicit, Peruenit iudiciū eius vſq; ad cęlū, ⁊ eleuatū eſt vſq; ad nubes. cap. 50. Judiciū q̄ppe tunc ad cęlū pueniť, ⁊ vſq; ad nubes eleuabiť: quū minime q̄s prauitatibus ſuis finē facit, ſed ptendit vſq; dū pueniat ad pęnas. Sic ⁊ de Niniuitis dñs loquitur, di. Aſcendit malicia eorū corā me. Jonę. i. Cęterū generaliter tūc pctā eiuſdē corporis vſq; ad cęlū pueniunt, quū nouiſſime in Antichriſto capite p ſupbiā contra deū erigitur, tumeſcitq;. Uox ergo qua dicitur, Exite de ea pplē meus, ne participes ſitis delictorū eius, toto q̄dē nūc tpe aures electorū verberat, Sed tunc inſtantius quum iam cęlū delictis in imenſum auctis pfida ciuitas Babylon, ſiue purpurata meretrix ad debitas ſuppliciorum plagas in articulo tpis illius extremi peruenerit pulſat. Dicať ergo, Exite de ea pplē meus ⁊c̄. Ac ſi diceret, vt ęternis ſupplicijs nō puniamini: donec ſupereſt tēpus, cōmercia prauorū fugite quiq̄ eſtis electi, q̄ſi appetit ille terminꝰ, quo pctā mercedē recipient, Etenim recordatus eſt deus iniquitatū eius. Recordari deus dicit, nō q̄ aliquando obliuionē ſubeat: ſed more noſtro ſcriptura loquiť, attemperans ſe ad captū noſtrū. Uideť enim obliuiſci bona iuſtorū ⁊ mala impiorum, quando illos permittit affligi, hos aūt honoribus ornari. Econtra in iudicio facta bonorū videbit rememorari, quū eos dignis afficiet premijs, bona impiorum tradet obliuioni, q̄ ſine mercede permittet effluere. quibus ⁊ dicet, Neſcio vos, diſcedite a me operarij iniq̄tatis. Uel interdū, q̄a nō punit malos obliuiſci diciť deus facta borū, tanq̃ dormiens crapulatus a vino, q̄ nō facile expergiſcit, ſed q̄ multo iracundius validiuſq; poſtmodū exurgat delictorū excitatus importunitatibus, ſicut ſcriptū eſt Pſal. 77. Et excitatus eſt tanq̃ dormiens dñs, tanq̃ potens crapulatus a vino. Qua virtute, qua potentia? imo quali iracundia? ſubſequenter diciť, Et pcuſſit, inquit, inimicos ſuos in poſteriora: opprobrium ſempiternū dedit illis. Lento nāq; gradu ad vindictā diuina procedit ira, ſed tarditatē ſupplicij grauitate cōpenſat. Tanto nāq; ſuſtinet patientius quanto ſapientius: vt videať ⁊ credať ab improbis, aut nō videre mala quę in terris fiunt, aut minus curare. Uidet certe ⁊ curat, q̄ in ſcriptura loquiť dicens, Nōne hęc condita ſunt apd̄ me, ⁊ ſignata in theſauris meis? Mea eſt vltio, ⁊ ego retribuā eis, in tpe vt labať pes eorū. Et, Juxta eſt dies perditionis, ⁊ adeſſe feſtināt tēpora. Deuter. 32. Et in Pſal. 49. Exiſtimaſti inique q̄ ero tui ſimilis, arguā te, ⁊ ſtatuā cōtra faciē tuā. Intelligite hęc q̄ obliuiſcimini deū, ne quando rapiat, ⁊ nō ſit q̄ eripiat. Sic ergo venerunt peccata eius

Nō puniťur prius Babylon q̃ in cęlū pctā eius pueniant.

vſq; ad cęlū (vt breuiter dicta recapitulē) Quia nimirū hi q aſſidui ſunt in malo, quotieſcunq; aduerſi eis aliquid contingat, nō metuūt aduerſus deū loq iniqtatē. Et qſi ꝓ nimia patientia videt̃ qñq; obliuiſci iniqtatū: quū in vltionē inſurrexerit, reminiſcetur etiam minimorum. Unde ſequitur.

¶ Punc. 2

Reddite illi, ſicut & ipſa reddidit vobis: & duplicate ei duplicia ſecundum opera eius. In poculo quo miſcuit vobis miſcete illi duplum.

Qui nā ſunt ij, q reddere illi, ſicut ⁊ ipſa reddidit eis, ⁊ ſm opera ei9 duplicia duplicare iubent̃ niſi hi, q cū dño ſedente ad iudicandū in ſede maieſtatis ſuę, ſedebunt ⁊ ipſi iudiciarijs in ſedibus, quorū primi ſunt Apli, deinde martyres: quorū ebria ſanguine hęc meretrix ſuperius oſtendit̃. Sed mirū valde eſt, qūo hic dñs electis ſuis loquit̃ dicēs, Reddite illi ſicut ⁊ ipſa reddidit vobis ⁊c. quaſi manibus eorū meretrix iſta vindicanda tradat̃: quatinus ſiat in ptāte eorū, quantū debeat puniri, quū alibi orare ꝓ pſequentibus iubeat, ⁊ calūniantibus eos. Sed ſciendū nobis eſt, ꝙ nō ſemꝑ pręcipit dñs orandū eſſe ꝓ perſequentibus atq; inimicis, ſed ꝓ tpe, ⁊ vſq; ad tps ſtatutū, ſcilicet donec fuerit hora patientię ſctōrū. Tpe autē iudicij iam non eſt orandū ꝓ eis, eo ꝙ patientia ſctōrū verſa ſit iā in glīā: ⁊ volūtas perſecutorū in pęnā. Alioqui ſi ſemꝑ orandū eſſet ꝓ perſequentibus nos, ergo ⁊ poſt hanc vitā. Oramus ergo iuxta pręceptū dñicū ꝓ impijs, qꝫdiu ſpes eſt cōuerſionis eoꝝ, ne forte q putat̃ reprobus, ſit electus: quando autē tps vltionis aduenerit, tum ꝓ eis orare deſinemus. Nā ne ſcti qdē pſequutioni tū erunt obnoxij aduerſariorū, nec vlla amplius ſuperit ſpes conuerſionis eorum. Reddite ergo illi, ſicut ⁊ ipſa reddidit vobis, id eſt, cōdēnate illā, ſicut ⁊ illa veſtrū cōdēnauit ſanguinē. Deniq; qſi parū fuiſſet dixiſſe, ſicut ⁊ ipſa reddidit vobis, niſi addidiſſet, Et duplicate ei duplicia ſm opa eius. ⁊ dehinc in eadem ſententia cōtinuo verſat̃ tenore. Quid vero hac ſententia indicet audiamus. Conſtat enim qa dū hęc ſctōs pſequit̃, ⁊ martyres Jeſu facit, corpus tātū occidit, ⁊ poſt hęc nō habet facere quicꝗ Lu. 12. Ipſis vero ſctis, iuxta ꝓphetiā ſermonis huius ptās cōmittit̃, in iudicio magno corpus ⁊ aiam ſimul perdere in gehennā ignis in eorū aduerſarijs, quando opportune duplicia hęc duplicabunt, chri ⁊ eorū vindictā ſuperabundanter vlciſcendo. Duplicate ergo duplicia ſm opera eius, babylonis ſcilicet. id eſt, in corpore, ⁊ aia cōdēnate illā. Uel certe (vt Haymoni placet) duplici pęnę tradite illā, calori ſcilicet ⁊ frigori, ſm corpus. iuxta illud Job. 24. Ibunt ab aquis niuiū ad calorē nimiū. ſm aūt aiam vermi cōſcientię ⁊ carentię viſionis diuinę, ſiue tenebris externis, qđ eſt duplicare duplicia in dānatis, vt vtraq; portio duabus ſubiaceat pęnis: corpus frigori caloriq;, aia torſionibus miris, ⁊ viſionis dei eſſentię carentia. In inferno nāq; reprobi cū aia ⁊ corpore cruciabunt̃, ⁊ duplici pęna vtrinq; torquebuntur. Rurſum

Orare qñ ꝓ pſequētibus debem9 ⁊ qñ nō.

Duplicia duplicare.

pęnę iſtę duplicari dicunt, qa ꝑ tpalibus delictis ęternas recipient
pęnas. Impij enim ꝑ tpali pctō ęternaliter punient, qa deus ad iu- Pena eter
diciū veniens, nō tm̄ opera, quantū ſingulorū affectus, ⁊ voluntates nalis cur
iudicabit. Reprobi quippe (ſi fieri poſſet) ęternaliter viuere optarent, pro tpali
vt ſemꝑ peccare poſſent, ⁊ delicijs carnis fruerent: ⁊ ideo ſemꝑ ſuſti- pctō infli-
nebunt tormenta, q (ſi fieri poſſet) ſemꝑ cuperēt ꝑpetrare pctā. Iuſto getur.
ergo dei iudicio fit reproborū intermina pęna in vtraq; parte, qa in
aīa peccare cogitauerunt, ⁊ in corpore ꝑfecerunt. Primo impij interne
deinde externe frigentes charitate dei ⁊ proximi, ardentes cupiditate
carnis ⁊ mundi. Quid igit mirū, ſi pęnas pctō iuxta ꝑpetuitatē vo-
luntatis reſpondentes ſuſtineant, vt ⁊ algore conſtringant, ⁊ ardore
exurant: Hinc naſcet ille fletus ⁊ dentiū ſtridor ꝑualidus, de quibus
nō ſemel cħs in euangelio meminit, vt terreamur: terrore q; a ſcele-
re reuocemur, in qbus ſic affectis nō tantū virtutis exerit amor, vt re-
ſpectu ſolius pietatis in deū patrē chariſſimum peccare deſiſtamus.
Porro in poculo tormentū exprimit paſſionis, quo martyres ſunt cru- Poculum
ciati: pōt ⁊ pęne acerbitas deſignari, quę tanta erit, vt ſatiet, inebriet, tormentū
⁊ ebrietate ſui vexet. Extat pręclarū aduerſus improbos irę dñi teſti- paſſionis.
moniū in Ieremia cap. 50. vbi legis, Illaqueaui, ⁊ capta es babylon
⁊ neſciebas: inuenta es, ⁊ appręhenſa, qm̄ dñm ꝓuocaſti: aperuit do
minus theſaurū ſuū, ⁊ ꝓtulit vaſa irę ſuę, qm̄ opus eſt dño deo exer-
citiuū in terra chaldęorū. Sequit. Vę eis qa venit dies eoꝝ, tempus
viſitationis eorū. Et, Reddite ei ſm opus ſuū iuxta oia quę fecit, qa
contra dñm erecta eſt. In poculo ergo qđ miſcuit vobis, id eſt, ꝑ mul
tiplici tribulatione, qua vos potauit miſcete illi duplū, id eſt, duplica
tā ⁊ ęternalē pęnā illi infligite, vt iam diximus, neq; hoc fit iniuſte.
Iniuſtū enim fieri nequit, qđ ſumma iuſticia decreuerit fiendū: quā-
uis illa reproborū pęna fiat multo maior ea quā illi intulerunt iu-
ſtis, quia ęterna ⁊ acerbiſſima. ¶ Punc. 2.

Quantum ſe glorificauit: & in delicijs fuit, tantū date ei tormentum & luctum.

Hoc ad ſummā iudicantis pertinet iuſticiā, vt ꝑ menſura delicti fiat Pctū quā
⁊ pœnarum modus. Ac ſi dicat, Pro gloriatione ſua qua ſe meretrix tū tanta ⁊
mundi huius gaudens extulit date illi luctum: pro delicijs quibus pœna.
inordinate vſa eſt tormentū, vt ꝑ ſingulis ex diametro mercedē reci-
piat. Hęc autē ſunt capitalia vitia quibus maxime debet gehenna, in
qua dño teſtante ſunt duo hęc ꝑcipua tormēta, Luctus ⁊ ſtridor den-
tiū. de qbus dñm legimus loquentem: vt luctus fiat ꝑ glorificatiōe, luctus et t
tormentū pro carnalibus delectationibus. Quantū ergo ſe glorifica- ormētū
uit contra deū ⁊ iuſticiā eius inaniter gloriando, vel ſe extollēdo, ho
nores ambiendo, ⁊ in delicijs carnaliū voluptatū fuit: tantū date illi
tormentū ⁊ luctū: tormentū, quo in corpore ob impuras delicias cru-
cietur: luctū quo acerbius calamitate dāni qđ incurrit affligat: vnde
inanis gloriatio ſui proceſſit. Atqui quū incōparabiliter maior, gra-

uior,⁊ diuturnior ſit pęna inferni q̃ delectatio pręſens : quõ dicitur, tantũ date illi ⁊c. Dico iſta ꝓportio attendit penes gradus pcti menſuraſq;: vt q magis peccauit, magis puniat. Quod etſi oĩbus timendũ ſit, maxime tamen luxurioſis ⁊ ſuperbis : nãq; hos principaliter hęc ſententia ferit. Quo enim nũc amplius hi intumeſcũt, ⁊ quo plus ſe fœtidiſſimis luxurię inquinamentis tradunt, eo impenſius acerbiuſq; punient. Etenim iuſtus dñs ⁊ iuſticias dilexit, ęquitatem vidit vultus eius. Pſal. 10. q dicit, Viſitabo in virga iniquitates eorũ, ⁊ in verberibus pctã eorum. Pſal. 88. Et, Reddet vnicuiq; ſm opera ſua. Pſal. 61. Itẽ. Reddet illis iniquitatẽ ipſorũ, ⁊ in malicia eorũ diſperdet eos. Pſal. 93. Legis ⁊ in Job. cap. 22. Juxta multitudinẽ adinuentionũ ſuarũ, ſic ⁊ ſuſtinebit. Hic eſt ille luctus, de quo dñs in euangelio meminit dicens, Vę vobis q ridetis nunc, quia lugebitis Luc. 6. Dicatur ergo, Quantũ glorificauit ſe, ⁊ in delicijs fuit: tantũ date illi tormentũ ⁊ luctũ. Quia eni ij, q olim ꝑſequebant iuſtos, ⁊ ſctós martyres Jeſu, nimia turgebant ſuꝑbia, ⁊ totos ſe diffundebant in carnales delicias: recte ſub hęc noĩa ijdẽ in Babylone taxant, glorificauit ⁊ in delicijs fuit. In primo nãq; ſuperbia, in ſecundo luxuria eorum deſignat: ⁊ illud quidẽ animi, hoc corporis vitiũ eſſe dignoſcit. Superbia in mente ſedet: in corpore delicię ſunt, ex qbus veluti fontibus diſtinctis riuulis cętera oĩa vitia prolabunt. Seminariũ enim quoddã viciorũ hęc ſunt, ꝑ quę vtraq; portio hoĩs occupat, vt ceterũ nihil ſuꝑſit reliqui: quũ ⁊ aĩa ſuꝑbia, imo ipſa crudelitate obſidet, ⁊ corpus inqnat luxuria. Quibus rebus, heu q̃ multi, pręſertim ex his q chrĩo nomen, ſacratius, vt ei in ſimplicitate ſeruiant, dedere, pereunt: qui a cõi vulgo ſecernunt. de qbus loquit ꝓpheta dicens, In labore hoĩm non ſunt, ⁊ cũ hoĩbus nõ flagellabunt. Quorũ fructus mox ibidem ſubiungit, Ideo inquit tenuit eos ſuperbia: operti ſunt iniqtate, ⁊ impietate ſua. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorũ, tranſierunt in affectũ cordis. Pſal. 72. Intelligite hęc q obliuiſcimini deum, ne quando rapiat ⁊ nõ ſit q eripiat. Pſal. 49. Intelligite inſipiẽtes, ⁊ ſtulti aliquãdo ſapite. Pſal. 92. Sed vir inſipiẽs nõ cognoſcet: ⁊ ſtultus nõ intelliget hęc. Pſal. 91. id eſt, hi q non ſunt prędeſtinati, ⁊ in quibus nihil operat gratia amabilis chriſti. Breuiter glorificant ſe filij huius ſeculi, quia nobiles, qa potentes: qa diuites: qa dñi aliorum ſunt: in quibus verbũ crucis nihil capit, nihil operat: q ducũt in bonis dies ſuos, ⁊ in puncto ad inferna deſcendũt. Qui dicunt deo, recede a nobis: ſcientiã viarũ tuarũ nolumus. Et rurſum, Quis eſt oĩpotens vt ſeruiamus ei, ⁊ qd nobis prodeſt ſi orauerimus illũ? Job. 21. Verũtamẽ in die illo, quũ hęc venerint, fiet illis anguſtia multa valde. videntes nãq; ſe conſtitutos in arto: nec redire poſſe ad aſſuetas delicias, et pro omnibus paria eis reddita: fieri non poterit quin vehemẽter affligantur. ¶ Punc. 4.

Luxurioſi ⁊ ſuperbi, plus punientur.

Blaſphemia opulentum.

Quia in corde ſuo dicit. Sedeo regina, & vidua non ſum,

ſum,& luctum non videbo.

Procede tantūmodo meretrix,⁊ videbis,ſi ita,vt iactas ſiet,Equidē
collectio reproborū in vno corpore myſtico meretricis intellecta, cu/
piditatē mundanā vt dñam ſuſcipiens,regnareqꝫ ſup ſe faciens , ea/
dē vt dña modo glľat,donec curſus eius duret,ſperans ꝑpetuo ęter/
nūqꝫ ſe ſic fore felicē , nec ſentire aliquid aduerſi cunctis diebus vitę
eius.Sic olim carnalis illa hierľm ciuitas plena delicijs, ſuper quā
dñs fleuit dicens,Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu:⁊ qdē in hac die tua quę
ad pacē tibi:nūc autē abſcondita ſunt ab oculis tuis,Luc.19.colens
eādē mūdi fęlicitatē,multa ſibi pollicebať,quę tamē nō eſt aſſequu
ta:immo breui tēpore ⁊ ipſa deleta,cū tota ſua fęlicitate euanuit.Di/
cit ergo.Sedeo regina,⁊ vidua nō ſum . A cōmoda ſatis re ⁊ ſimili
tralatio ſumpta.Sic enim meretrix forma,ętate,⁊ diuitijs pręſtans,
videns cuncta ad votū ſibi ſuccedere ſolet applaudere,gloriari, ſem/
perqꝫ polliceri ſibi meliora:ſimiliter ⁊ q mundi ſunt imitatores,quo
rū imago meretrix glľabūda hęc eſt.Tam mirifica eſt apud pleroſqꝫ
ſui exiſtimatio,⁊ in rebus ꝓſperis huius mundi exaltatio : vt quum
miſeri ſint,ſe tamen miſeros eſſe nō agnoſcunt:ſed regnare,⁊ viuere,
⁊ nunq̄ poſſeſſa amittere,ſpe meliore eleuanť:⁊ vbi fęlices ſe credūt,
ibi laqueos incurrūt miſeriarū.Non erit bene in finē hoī glľanti,ſem
perqꝫ in corde tumenti.Deus.n.ſuperbis reſiſtit.cuius ſpūm ſup hu/
milē,⁊ manſuetū dixit ſapiens requieſcere.Sed iā videamus inſanę **Gloriatio**
huius meretricis atqꝫ in ſe confidentis ſibiqꝫ ſtulta nimis pollicen/ **ſtultoꝝ.**
tis glľationē.Sedeo regina,⁊ vidua nō ſum.Ac ſi diceret,Perdura/
bo ſemꝑ,nec vnq̄ mea me ꝓſperitas deſeret , nunq̄ mihi marceſcet
vitę flos,pergā vt cępi.O ſtulta,o miſera , tu quū ſis miſerrima oīm
nō tamē miſerā te eſſe cognoſcis:nec vides plagas ſup te venturas.
Quę merces ſunt meritorū tuorum ? Mors,luctus,fames, vermis ⁊
ignis, ⁊ ſiqua ſunt alia malorū genera quę tibi iam ſunt pręparata.
Haymo.Loquiť hęc meretrix dū gloriatur in principibus neq̄,⁊ re/
gibus huius ſclī:qualis fuit Nero ⁊ Domitianus : in qbus diuitijs
⁊ honoribus maximis exaltata,putabat ſe cū eis ęternaliter regnare
⁊ viuere,⁊ nunq̄ eos amittere,vt in eorū amiſſione lugeret , ſicut lu/
gere ſolent mulieres viros ſuos dū eos amittunt.Poteſt eſſe ⁊ hęre/
ticorū vox,q chřm in doctrina nō abnegant,putantes ſuū eſſe virum
chřm,ſicut ⁊ ecclīa putat ⁊ tenet:cui dicit Apľs,Deſpondi enim vos
vni viro virginē caſtā exhibere chřo.ſed falluntť:ij nāqꝫ cū fatuis vir
ginibus illis lampadē habent,ſed oleū non habent,vt luceret illis
fides in charitatis opibus:ideo venient eis mala hęc,quę in hac ſcri/
ptura ſummatim cōmemoranť.O itaqꝫ pudendā meretriculęę ſapiē/
tię gloriationē:dilatat pręſentia,futura nō proſpicit : ⁊ vere fęminea
mente facit hęc oīa:quę fatua,⁊ breuis , ⁊ vana , ignara futuri,ebria
pręſentiū deliciarū.De qua Eſaias loquiť cap.47.di.Dixiſti, in ſem/
piternū ero dña,Nō poſuiſti hęc ſup cor tuū,neqꝫ recordata es nouiſ/

ſimi tui: ꝛ nunc audi hec delicata ꝛ habitans confidenter que dicis in corde tuo, Ego ſum, ꝛ preter me nõ eſt amplius: nõ ſedebo vidua, ꝛ ignorabo ſterilitatẽ: venient tibi hec duo ſubita in vna die, ſterilitas ꝛ viduitas. Hec ille. Itaqꝫ q̄a peccat hec meretrix, non quoquomodo ſed ſuperbiendo peccat, ꝛ peccando ſuperbit, ꝛ exultat, ꝙ non ita vt ciuitas dei, que modo peregrinatur in hoc mundo a domino, vidua ſit, quũ ſit meretrix, ꝛ multi reges ſcortentur cũ ea, tãq̄ id ſit matrimoniũ dñe potentiſqꝫ regine ac dñantis: ꝓinde iuſto dei iudicio breui miris aīaduerſionibus punietur. Sequitur enim. ¶ Hunc. 5.

Ideo in vna die venient plage eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur. Quia fortis eſt dominus de⁹, qui iudicabit illam.

Quid vna hec dies, in qua venient plage meretricis inſolentis huius: niſi vltionis iudiciiqꝫ, in qua ſubito venient mala hec ſup eam, quando nec ſperabit, vt reddatur ei ſm opera eius. Quid vero ſint plage iſte, ſubiũgit: mors, ꝛ luctus, ꝛ fames. Per mortẽ nõ carnis mors
Mors inferni damnatio. intelligitur, ſed inferni: cuius dãnatio iccirco mors dicitur, ꝙ priuet viſione, luceqꝫ claritatis dei: vnde oibus beatis ꝓuenit vita, a qua perpetuo ſeparati ſient damnati. Scriptũ eſt, Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Pſal. 48. Huius paſtus cruciatus eſt. Nõ ſolũ autẽ a luce claritatis ſeparabuntur dei q̄cunqꝫ ad hanc meretricẽ pertinent, ſed etiã penas tolerabunt imẽſas: q̄a aīa que peccauerit ipſa morietur. Ezechiel. 18. id eſt ſemp erunt in cruciatibus mortis, q̄ modo vitalẽ fidei gratiã aut accipere renuunt, aut acceptã turpi vita exuunt atqꝫ abiiciunt, id eſt q̄ peccando moriuntur, penas infidelitatis ſue ꝑpetiuntur eternas. Quod vt manifeſtius fiat a contrario coniectemus.
Electi hñt deũ ꝛ vitã. Electi habentes fidei grãm, habent deũ, habent ꝛ vitam. iuxta illud Joan. 17. Hec eſt vita eterna, vt cognoſcant te verũ deũ, ꝛ quẽ miſiſti Jeſum chrm. ideo ꝑpetuo viuent, q̄ in preſentia vitã habent, que eſt fidei ꝑ gratiã in chro Jeſu dño nro, in quo vita erat: ꝛ vita erat lux hoim. Joan. 1. Hec lux fides eſt. Ergo fides que eſt in chriſto, vita eſt. Sic fiet, vt q̄ fidẽ habent in illũ viuũt: viuunt hic ꝑ gratiã, in futuro ꝑ gl̄am admiſſi ad facialẽ dei contẽplationẽ, vt inenarrabilẽ habeant leticie cõſolationẽ, Pſalmiſta dicente, Notas mihi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vſqꝫ in finem, Pſal. 15. Rurſum. Ego aũt in iuſticia apparebo in conſpectu tuo, ſatiabor quũ apparuerit gl̄ia tua. Pſal. 16. Quid hec iuſticia niſi fidei eſt. Hec ꝛ vite: quas notas fecit ſuis ex largiuona miſericordia ſua deus, vt in filio ſuo dilecto notas faceret nobis vias vite, vt adimpleret nos leticia cũ vultu ſuo. Reprobi autẽ vltro oblatam minime acceperunt: aut accepta abuſi ſunt, dico fidei gratiã: ꝛ ideo in vmbra mortis ſedent ꝛ in tenebris: cũ eo partem habituri cui nomen mors: fietqꝫ certo certius id, vt ſctis viuentibus, ꝛ plurima leticia exultantibus, laudeſqꝫ creatori deo decantantibus, ſicut ſcriptũ eſt, Et

q habitant in domo tua dñe, in ſcl'a ſcloꝝ laudabunt te Pſal. 83. dãnati in plurima meſtitudine lugeant, iuxta illud. Ue vobis q ridetis nunc, qa lugebitis, Luc. 6. Qui enim pſentibus guſtatis voluptatibus nolunt vltionẽ diuinã ſup malos venturã phorreſcere, q letant quũ malefecerint: ij breui deſcendentes ad inferos, luctu merebunt perpetuo, ꝛ fame ſempiterna cruciabunt. Fames hic naturalis appetitus eſt vltimi finis: ad quẽ nõ pertingentes dãnati, ſemp eſuriunt, ꝛ nunquã refocillabuntur. Quũ ergo ſcti vltimo illo fine potiant, ſoli reprobi eternã ſuſtinebunt famem, que penarũ maxima eſt. Ad hec incendio deflagrabunt eterno, nec cõſument, vt eternũ torqueantur; iuxta illud, Ite maledicti in ignẽ eternũ, qui paratus eſt diabolo ꝛ angelis eius. Matth. 25. Deniqꝫ iccirco dñs, q iudicaturus eſt meretricẽ, fortis dicit qa oipotens, cui nemo poterit reſiſtere, ꝛ quia fortiter impios iudicabit. De omnipotentia dñi loquit Baruch propheta di. Dñe omps deus Iſrael. Et Moyſes Geneſeos cap. 17. Ego deus omnipotens. Et itẽ in Exodo. Omps nomen eius. Rurſum libro Judith. Dñs autẽ omps. Sic preterea Job. Tu aũt ſi diluculo conſurrexeris ad deũ, ꝛ oipotentẽ fueris deprecatus: ꝛ multis alijs ſcripture diuine locis preclariſſima extant omnipotentie dñi teſtimonia, vt iure ꝛ in hac quoqꝫ ſcriptura fortis dicat, vt diximus ob oipotentiã eius: que coget reprobos ad oẽm ſuſtinentiã maloꝝ qbus affligent ob culpã. Preterea vnicuiqꝫ impio ad ciuitatẽ Babylonicã ſub meretricis noie depictam pertinenti, vanaqꝫ ſecuritate decepto, mala hec in vna die obueniunt, mors ſcꝫ luctus ꝛ fames, ꝛ ignis: quã nec ſperat, quando diuinit⁹ iudiciũ deſcẽdet ſup caput ei⁹, ſicut talẽtũ plũbi. ¶ Pun. 6.

Deus fortis.

Et flebunt illam: & plangent ſe ſuper illam reges terræ, qui cum illa fornicati ſunt, & in delicijs vixerunt, quũ uiderint fumum incendij eius, longe ſtantes propter timorem tormentorum eius.

Deſcribit fletũ mẽbroꝝ meretricis huius purpurate, ꝙ cum ea ſimul pereant, id eſt partes cũ toto corpore myſtico, amittantqꝫ vna hora ſimul ꝛ gl'iam, ꝛ ſplendorẽ, ꝛ delicias, ꝛ voluptates, ꝛ proſperitates oẽs. Unde ait. Et flebunt illã: ꝛ plangent ſe ſuper illã reges terre, qui ſunt principalis portio meretricis: cuius fauſtiore fortuna ſuauius ſeſe habebant. Reges ergo in malam partẽ hic capiunt: ꝙ hi ſint, qui rebus terrenis ſpem ſuam collocantes prorſus terreni ſunt. De quibus Pſalmus teſtat. 2. Aſtiterunt reges terre, ꝛ principes conuenerunt in vnũ, aduerſus dñm, ꝛ aduerſus chr̃m eius. Quod etſi ad preſentium diſcriminũ luctũ referat: quãdo in pñti rerũ affluentia ceſſante, ꝛ contritione gentiũ diuerſarũ inſtante, prauoꝝ voluntatibus adimplẽdis circũfluens carnaliũ deliciarũ ablata fuerit occaſio: tamen ad futurũ iudiciũ potiſſimũ refert: quando impioꝝ vna vox ꝛ lamentatio erit, Quid nobis pfuit ſupbia noſtra: aut qd diuitiaꝝ iactantia contulit nobis: tranſierunt hec oia tanꝙ vmbra. Sap. 5. Et ij ſunt, q cũ illa

fornicati ſunt, ꝛ in delicijs eius vixerũt: hoc eſt, honoribus ꝛ diuitijs, comedentes, ꝛ bibentes, ꝛ voluntates ſuas ſequentes. Ubi ergo in iudicij die: tota mundi glĩa, in qua confidebant conflagrante, flebunt, ꝛ plangent, videntes fumũ incendij eius. Scriptũ nãq; eſt, Deus nr̃ manifeſte veniet, deus noſter, ꝛ nõ ſilebit. Deinde ſubiungit. Ignis in conſpectu eius exardeſcet, ꝛ in circuitu eius tẽpeſtas valida. id quod de aduentu dñi ad iudiciũ debere intelligi probant ſequentia. ſequit̃ enim, Aduocauit cęlum deſurſum, ꝛ terram diſcernere ppl'm ſuum. Pſal. 49. per cęlũ ꝛ terrã angelos hoieſq; intellige: ꝙ illi in cęlo, ſed non de cęlo creati: ij vero e terra formati ſunt. Eſaias quoq; dicit, Stat (tanq̃ paratus quantocyus venire conſyderans interim facta oim) ad iudicandũ dñs, ꝛ ſtat ad iudicandos ppl'os, dñs ad iudiciũ veniet cũ ſenibus ppli, ꝛ principibus Eſa. 3. Expende vt libet, qui ſint ſenes ppli, ꝛ q principes. Certũ eſt, qa cũ apl'is veniet principibus, quibus dixit, Amen dico vobis, ꝙ vos, q ſequuti eſtis me, in regeneratione quũ ſederit filius hois in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis ꝛ vos ſup ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Matth. 19. De principatu autẽ eorũ ſcriptũ legis: Conſtitues eos principes ſup oẽm terrã. Pſal. 44. Et Pſal. 46. Principes pplorũ congregati ſunt cũ deo Abrahã. i. cũ chriſto: q erat deus Abrahã, quẽ credebat ſaluatorẽ olim venturũ orbi, in cuius ẽt figura dũ imolaret filiũ ſuũ Iſaac, arietẽ cornibus herentẽ vepribus imolauit. Gen. 22. In cuius conſpectu ignis iſte exardeſcet, a cuius fumo terrebuntur impij, ꝛ longe ſtabunt. Hinc habes particulatim ignẽ iſtũ varijs in partibus primum exoriri, alias qũo ab eo longe ſtarent: deinde latius flãmã pmouere, qua ſemel cõuoluat vniuerſum orbẽ, deleatq; oẽs perinde atq; diluuiũ in diebus Noe. Matth. 24. Lu. 17. 1. Pet. 3. De ignis exuſtione loquit̃ Petrus in. 2. cano. cap. 3. di. Adueniet autẽ dies dñi vt fur, in quo cęli magno impetu tranſient: elementa vero calore ſoluent̃: terra autẽ, ꝛ quę in ipſa ſunt opera exurent̃. Nec obſtat ꝙ dicunt e ſphera ignis incẽdiũ illud vniuerſale prolabi: potuit enim particulatim cadere, mõ ſup vnã ciuitatẽ, mõ ſup aliã, ꝛ regiones nonnunq̃ exurere: donec incumbat toti orbi vniuerſaliter, ꝛ veniat chr̃s cũ angelis in maieſtate ſua. Id quod dico nõ temere, ſed ſaluo meliori iudicio, Quis enim cognouit ſenſum dñi? Ro. 11. Scimus e ſcripturis dñm ꝑ ignẽ orbẽ iudicaturũ: modũ neſcimus: niſi quia aut nõ hic oimodũ iam finẽ mundi debemus accipere ſed pręcidaneũ: diminutionẽ rerũ humanarũ, ꝛ contritionẽ gentiũ diuerſarũ quã prędixit dñs Luc. 21. Seculariũ quippe diuitiarũ põpã dicit auferri, ꝑ quã prauis voluntatibus adimplendis circũfluens carnaliũ deliciarũ opportuna quodãmodo ſuffragabat̃ occaſio: qua ſublata ꝑ defectũ ꝛ deſolationem diuinis mundo iudicijs irrogatã, certi ſupſtites aliorũ perhibent̃ interitũ plangere. Plangent quippe (vt Haymo ait) illorũ interitũ, qui ſimul cũ vita diuitias amiſerunt, ꝛ metuunt ne eis ſimilia eueniant: dũ ꝛ tormẽtũ ſibi futurũ, ꝛ prętoritorũ pęnas inſpiciunt; vnde ꝛ ſub-

Aduẽtus dñi ad iudiciũ cũ ſenibus.

Ignis iudicij particulariter veniet.

iungit, Videntes fumũ incendij eius. Sicut fumus index eſt flãmarum, ſic ⁊ pſens tribulatio futurorũ malorũ, quę occupatura eſt aduerſarios. Dũ ergo tales pręſentes tribulationes mali inſpiciunt, coniectãt pœnas, quę eos excipient, ⁊ ideo flent ⁊ dolent: ſicut ⁊ merito flere, ⁊ dolere debent, metuentes ne ſimilia eis eueniant. Quocirca ⁊ a longe ſtare dicunt vehementer conterriti, ⁊ conſternati mente. Unde ẽt vrget D. Haymo de pręcidaneis tribulationibus hunc paſſum debere intelligi: qa, inquit, in iudicio minime id licebit eis facere: quãdo ſimul oẽs caſus apprehendit ruinę. de qbus dñs, Surget, inquit gẽs contra gentẽ, ⁊ regnũ aduerſus regnũ: ⁊ terremotus magni erunt per loca: ⁊ ſeditiones. Lu. 21. Matth. 24. In qua orbis commotione fieri nõ poterit, quin incendia magna fiant, ⁊ depredationes p aduerſarios, q ſuperiores bello fient: quando quiſq; longe fieri ſe cupiet ab eiuſmodi cõflagratione ⁊ clade. Cęterũ, in hac vita longe ſtant, dũ vitare p virili quiſq; nitit malum, qđ alijs irrogari videt. Obſerua vna calamitas ſolet aliã deſcribere: ſicut ⁊ fęlicitas magna in terris, ſolet eã deſcribere, quę erit in patria. ¶ Punc. 7.

Dicentes. Væh væh: ciuitas illa magna Babylon: ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.

Deploratio concidentis Babylonis ab eius alumnis fienda. Vęh interiectio eſt. hę enim voces vehementis ſunt inſignia doloris, quę peculiares ſunt cantus malorum: nuſq̃ nõ in ſcripturis ſacris tormẽta vehementia, aut conſcientiarũ male affectarũ, aut inferni exprimẽtes. Legis apud Ezechielẽ ca. 2. Et vidi, Et ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, ⁊ expandit illũ corã me, q erat ſcriptus intus, ⁊ foris, ⁊ ſcriptę erant in eo lamentationes, ⁊ carmen, ⁊ Vęh. Vęh.
Quid liber iſte niſi oĩs ſcriptura diuinitus inſpirata eſt: q corã propheta expandit, dũ intelligentia illi dat, ⁊ fideli viro gratia chri apetiente intelligibilis reddit. In eo libro ſcriptę erant lamentationes, ⁊ carmen, ⁊ Vęh: qa videlicet ⁊ pęnitentiũ fletus ex ſcriptura ſacrã docent, ⁊ ſctõrũ cęleſtiũ gaudia explicant, ⁊ impiorũ pęnę comminationũ fulgetris cõmonſtrant. Carmen ⁊ Vęh duo ſunt ſibi cõtraria, mediũ tenet Lamẽtatio. Carmen qppe ſempiternę lętitię ſanctis eſt Carmen.
peculiare. Vęh reproborũ horror eſt ⁊ dãnatio. Lamentatio eorũ qui Vęh.
medij ſunt, q in hoc mundo lugent ſua flagitia, ne ad vęh reproborũ Lamentatio.
pueniant. Quę ſimul ſcriptura hęc paſſim indicat, velut quũ diceret, Exite de illa pple meus: ne participes ſitis delictorũ eius, Babylonis ſcilicet: ⁊ ne de plagis eius accipiatis. Vęh manifeſtius hic indicat, quũ trigeminata repetitione iterat. Primũ, q dicunt, Vęh vęh ciuitas illa magna Babylon. ⁊c. Secundo vęh vęh, ciuitas illa magna quę amicta erat byſſo ⁊c. Tertio vęh vęh ciuitas illa magna, in qua diuites facti ſunt oẽs ⁊c. ⁊ vna eademq; cauſa, paucis tantũ cõmutatis vocibus. ſic, Quoniã vna hora venit iudiciũ tuum. Et, Quoniã vna hora deſtitutę ſunt tantę diuitię. Rurſumq;, Qm̃ vna hora de-

ſolata eſt. Nec vacat a myſterio, quod trigeminata repetitione hę voces luctuū efferunt, vt ad ſenariū excreſceret. Oīm quippe mundi ętatū, quę ſenario numero cōplectunt, mala, tunc qn̄ ad iudiciū veniet dominus, ſimul vlciſcent, in his, quibus nulla ſupereſt ſeptima, id eſt nullū ſabbatū: qd̄ requies eſt, & ſolennitatis intermine. Et hoc valde miſerū erit eis, qui hic delicias, & gaudia quęſiere: quę tum auferentur ab eis. Deniq;, Magna ciuitas, babylon dicit, ob ingentē reproborum collectā multitudinē: dicit & fortis, videlicet valens robore corporis; & ingenij viribus, famuliciorumq; frequentia. fortis & ad miſcēdam ebrietatē, & ad flagitia oīa exercēda. Eſa. 5. Vęh qui potētes eſtis ad bibendū vinū, & viri fortes ad miſcendā ebrietatē. Imbecillis autem ad bene operandū, & ad virtutes quaſq; exercēdas: quatinus tanto acriore punitione affligat, quanto fortior ac potentior in malo memorat: ſicut ſcriptū eſt, Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior inſtat cruciatus. Prouer. 6. Cuius Babylonis vna hora veniet iudiciū interitus & condēnationis. Quia qui mala egerunt procedēt in reſurrectionē iudicij, Joan. 5. Porro, magnitudo eius oſtendit, & potentia in amplitudine diuitiarum eius, cuius ciues ſunt negociatores terrę. De quibus ſequitur. ¶ Punc. 8.

Dim ętatum mala vlciſcētur ī extremo iudicio.

Et negociatores terre flebunt: & lugebunt ſuper illā: qm̄ merces eorū nemo emet amplius: merces auri & argenti: & lapidis præcioſi: & margaritæ: & byſſi: & ſerici: & purpuræ: & cocci: & omne lignū thynū: & oē vas eburneū: & oia vaſa de lapide precioſo: & æramento: & ferro: & marmore: & cinnamomū: & amomū: & odoramētorum: & Vnguenti: & turis: & vini: & olei: & ſimilæ: & tritici: & iumentorum: & ouium: & equorum: & rhedarum: & mancipiorum: & animarum hominum.

His negociatoribus, amaritudo, & luctus exorieт in amiſſione precioſarum merciū, quę hic ſingulatim cōmemorant. Tūc enim quū venerit hora deſolationis meretricis huius purpuratę, oia hęc vna peribunt, in quibus ardēs cupiditas mortaliū verſari ſolet vſq; in luxuriā. Abbas Joachim, negociatores refert ad ſacerdotes queſtuarios aiales, qui nundinant ſuis preculis, & miſſarum officijs in tēplo dei, domū orōnis facientes domum negociationis, forum publicū, & latronū ſpeluncā. Dolebunt, inquit, hi tū & flebunt: quia merces eorū nemo emet amplius. deficiet vendendi ſtudiū, quia ementium rareſcet cōcurſus: ſola manebit deluſa & cōfuſa cupiditas, quę ablata ſibi voluptatis materia in vocē fletus erumpet, quia iam qd̄ libet nō licet, & quod ſibi erat familiare & charum carebit. Hęc ille. Pōt tamen generaliter aptius ad oēs mundi negociatores intelligi, quicunq; ſint, ſiue ſacerdotes ſiue ſeculares, qui negociationibus ſtudent & incūbunt. Nāq; iuxta

oēs ſenſus delectabilia hic cōmemorant. Merces quidē auri ⁊ argē ti, ⁊ lapidū pretioſorū, ⁊ margaritarū ⁊ ſerici, pertinent ad lucri vtili tatē. Et byſſi ⁊ purpureę coccineę, ⁊c. vſq; marmoris nominationem pertinent ad ſenſum oculoꝝ. Memorantur deinde quę in primis ad olfactū ptinent: cinamomū, amomū, odoramentum, vnguentum, ⁊ tus. Hinc quę ad guſtū. Et vinū ⁊ oleū, ſimile ⁊ triticū, vel vini ⁊ olei ⁊c. Poſt hęc ſubſidia aīaliū ponunt, ⁊ aliorū: quatinus intelligeres nihil defuiſſe meretrici huic delicatiſſimę qcqd ad ſummā pertinere videat voluptatē, p rerum ſuarū affluentia; ⁊ quantū ad aſpectum oculoꝝ, ⁊ quantū ad olfactū, ac guſtū. Quinpotius quicqd ad ſenſuū ſingulorū irritamenta attineret: quatinus aperte oſtendat, oīa fornicationis incendendeq; libidinis inſtrumenta tum condemnanda, p qbus, eiſdē ſenſibus qbus guſtabant hę voluptates ſingulatim aptabunt e regione tormenta. Ideoq; fletus negociatoꝝ harū rerum indicat, qm̄ merces eorum nemo emet, inquit, amplius: nec enim tūc illę erunt quū pereunt oīa, quarū ſuper amiſſione acerrime dolebunt, qui in illis delectabant, p tentigine ſenſuum. Noīa clara ſunt, preter thynū, qd genus ligni cariem minime ſentit, nec putredinem: naſcitur in Ophyr. De quo legis. 3. Reg. 10. q Salomon fecit cantoribus templi lyras, ⁊ citharas ex eo ligno. Cynamomū ſpecies aromatica eſt, cinereū habens colorē: creſcit ad modū cannę, ⁊ fractū fundit odorē. Itē amomū ſpēs eſt ſeminis ciens vrinā ⁊ menſtruū; Author Albertus. Simila candidiſſima, ⁊ delicatiſſima farina eſt, cuius panis excoctꝰ vapore clibani ſimile nomen obtinet. Rhęda quadriga eſt aut biga, genꝰ videlicet vehiculi rotatile. Mancipiū ſeruus, manu captus, vel empticius. Porro aīas p hoībus poſuit. vbi vero in genitiuum fit mutatio noīm, reduc ad merces, vt odoramentorum, merces vnguenti ⁊ turis. ⁊c. cū Zeugmate a ſuperiori, videlicet, nemo emet amplīꝰ. Planus textus laborē hic fuſioris explanationis ademit: facile enim eſt exhinc coniectare longum fore ⁊ anxium pditoꝝ luctū: quoꝝ oē ſolatium fiet ademptū. Nobis preclariſſimo documento, ne nimis rebus perituris cōfidamus, nec ad quęſtū carnꝫ nos totos dedamus: quos liberos fore iuſſit chrīs ab taliū cupidine, quę ſuopte ingenio pereunt, parientes luctū ⁊ planctū: tum qa amabilē alioqui gratiā dei expungunt a corde, tum qa amiſſione ſui accerſunt dolorem, quęſtu autem laborem irriquietū, vt nunq̄ miſera mens quieſcere valeat miſerior illaqueata nexibus. Sequitur.

Delectabilia pereūt omnia.

¶ Punc. 7.

Et poma deſyderij animæ tuæ diſceſſerunt a te: & omnia pinguia & præclara perierunt a te, & amplius illa iam non inuenies. Mercatores horum, qui diuites facti ſunt ab ea, longe ſtabunt propter timorem tormentorū eius flentes ac lugentes, & dicētes, Væh væh ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo, & purpura, & cocco: &

deaurata erat auro, & lapide præcioſo, & margaritis: quoniam vna hora deſtitutæ ſunt tantæ diuitiæ.

Poma deſiderij carnalis voluptas.

Perſtat adhuc in cõmemoratione earum rerum quę ſuopte ingenio voluptatẽ carnalibus afferre ſolent iuxta oẽs ſenſus corporeos: poma quoqꝫ inter periturarum mundi ſuppellectilium cõnumerantur, eo ꝙ ⁊ ipſa cupiditatibus humanis videntᷣ inſeruire, ꝑ quę oẽs fructus hortenſes capiuntur, quę ex arboribus naſcuntur fructiferis, in quibus mire interim delectamur: quę oĩa ſuprema hora eripiet, quũ ceperit mundus iſte ſuo igne conflagrare, quando nõ ſine graui dolore dilectores mundi, voluptuoſi hoĩes, rerũ incendia ſpectabunt, perituri ⁊ ipſi cũ eis: ideoqꝫ longius territi abſiſtent. Alij ꝑ poma deſiderij animę carnalẽ voluptatẽ in myſterio intelligunt: quã illaqueata miſere ſequitᷣ aĩa volens expleri delicijs eius, vbi legẽ ſpũs ſemel reiecerit. Et quãuis, ſint multa alia, in qbus carnales hoĩes, magis ꝗ̃ in pomis delectentᷣ: tamẽ pomoꝝ nomenclatura indicat, ꝙ non tm̃ in rebus pręcioſis, ſed etiã in vilibus offenditᷣ deus, ſi qs his abutatᷣ: ⁊ ideo ꝑ poma intelliguntᷣ vilia quęqꝫ, quę ſcl'i huius amatores anteferunt bonis ſpiritualibus tum magnis, tum precioſis, velut ęternis, nec cum mundo arſuris. Unde ſimiles ſunt tales pueris inſipientibus, qui poma ⁊ fructus pluris faciunt ꝗ̃ pręcioſas res velut gemmas, aut aliqd tale: qui merito in puerorũ ratione habendi ſunt ob ſtulticiã, quę donis ſapientię conſilijsqꝫ aduerſatᷣ. Poma ergo diſcedunt tum a voluptuoſis, id eſt, pereũt delectabilia quęqꝫ: vt nõ illis potiantur amplius: ⁊ oĩa alia voluptatis irritamenta. Mercatores ijdẽ, q ⁊ reges ſunt, longe ſtantes, animo vehementer conturbati et cõſternati, abhorrentes flãmã ac tormenta impię ciuitatis. Qua in re nõ mediocris turbatio mortalium indicatur, nec mediocris dolor ac planctus rerũ pereuntiũ, vt ẽt carmine lamentabili ſtulti amatores ea quę poſſidebant, ⁊ qdẽ in medio flãmę ꝓſequantur: velut eripere ſeruareqꝫ ſibi cupita vltra modũ geſtiant, dicentes, Uęh vęh, ciuitas illa magna, quę amicta erat byſſo ⁊ purpura, ⁊ cocco ⁊c. Sed nunqd ciuitas muris ⁊ turribus, aut auro cingitᷣ aut byſſo, ⁊ id genꝰ alijs? Methonomicos ergo eſt: vt per id qđ continet, ea quę continentᷣ accipiantᷣ: ſicut apud Eſaiã dicitur, Audi cęlum, ⁊ auribus ꝑcipe terra, Eſa. 1. quũ nec cęlum audiat, nec terra, quũ ſint inanimata rationiſqꝫ expertia: inhabitantes ergo intelliguntur. Equidẽ ꝑ ciuitatẽ impios figurari nõ raro legimus, quorũ primi ſunt reges, ac terrę principes, q his oĩbus gulę voluptatiſqꝫ inſtrumentis armantᷣ, nihil magis ſequentes ꝗ̃ voluptates corporis: nãqꝫ in hęc dñia ac principatus a carnalibus quęruntur. Hay. Quibuſdã itaqꝫ pereuntibus cum terrenis pariter rebus, ſupſtites eorũ lugent, eo ꝙ glĩa illoꝝ perire videatᷣ: ⁊ a longe ſtant, qa nolunt illis fieri ſocij, neqꝫ in amiſſione terrenaꝝ rerũ, neqꝫ in pęnis, ad quas eos tranſire credunt. Una autẽ hora, in qua tantas diuitias periiſſe denunciat, hoc breue tempus intelligitᷣ, a

dñi paſſione vſq; ad finem ſeculi, de quo Joannes dicit, Filioli nouiſſima hora eſt. Primaſius. Horã hic pro tempore poni multorum teſtimoniorum probatur indicijs. ¶ Punc. 8.

Et omnis gubernator, & omnes qui in laco nauigant, & nautæ, & qui in mari operantur, longe ſteterunt: & clamauerunt, videntes fumum incendij eius dicẽtes, Quæ ſimilis huic ciuitati magnæ?

Omnis, nemo, in ſcriptura diuina nõ ſemꝑ vniuerſaliter accipiunt, ſed plerunq; alterũ pro multis, ꝓ paucis alterum poni nouimus. ſic Joan. 10. dñs dicit, Oẽs quotquot venerunt ante me, fures ſunt ⁊ latrones. quũ ⁊ iuſti nõ pauci fuerint ppli rectores. Non igit generaliter accipiendũ de oĩbus ſed de multis. Rurſum, qđ ait Joannes baptiſta de chriſto, Et teſtimoniũ eius nemo accipit: nõ ita eſt intelligendum, hoc nemo, vt nec ſciã Aplĩ accepiſſe illud intelligant: ſed quia pauci fuerunt, ꝗ acceperant verbum eius reſpectu illoꝝ ꝗ illud non acceperant. Certũ eſt autẽ ꝙ nõ ſolũ epiſcopi nonnulli, ſacerdoteſq; implicant negocijs Babylonis vt diuites fiant, verumetiã aliqui religioſoꝝ abbatũ, monachorũq; aliorũ: nõ ꝗ ſint (nã ꝗ vere ſunt religioſi nõ ea curant) ſed ꝗ ita eſſe videri volunt. Haymo. Qui ſupra negociatores, hic gubernatores nauiũ dicunt: Idẽ ⁊ nautę ſunt, per quos incunctanter intelligimus prælatos in Eccleſia, cuiuſcunq; ordinis ⁊ ſtatus: nõ ꝗ iuſti ſunt, ſed ꝗ in mari quęſtũ faciũt. Mare autẽ mũdus eſt: cuius mirabiles elationes ꝑ ꝓphetã dicunt. Propter quod dicit, Et ꝗ in mari operant. Quid enim eſt operari in mari, niſi in mundo lucra laboribus quærere? Neq; vero ſegniter eſt accipiendum, quod dicit, Et oĩs gubernator: ⁊ oẽs ꝗ in laco nauigant, ⁊ ꝗ in mari operant. Si. n. gubernatores ꝓlati ſunt, nauis vtiq; Eccłia erit. in Eccłia itaq; prælati hi ſunt, quoꝝ alij in lacis nauigãt, alij in mari laborãt. Sunt enim in eccleſia dignitates maiores alijs minoreſq;. Proinde ſiue maiori dignitate qs præmineat, ſiue minori: ſi quęſtibus mundi ſtudeat, citra dubium pereundũ eſt illi. Quare? Quia nõ curã aĩarũ ꝑ zelum dei ſuſcepit, ſed cupiditate mundi: ⁊ hi oẽs tempore incendij quicunq; erunt expaueſcent, ⁊ fuga ſalutem quærere nituntur. Pauli vox eſt, Oĩs ꝗ in agone cõtendit, ab oĩbus ſe abſtinet, vt coronam accipiat. 1. Cor. 9. Idẽ. Nemo militans deo implicat ſe negocijs ſecularibus, vt ei placeat cui ſe ꝓbauit. Nã ⁊ ꝗ certat in agone nõ coronabit, niſi ꝗ legitime certauerit. 2. Timo. 2. Abbas Joachim. Nonnulli, inquit, monachorũ quærunt elongari fugientes ⁊ manere in ſolitudine, ⁊ tñ ad extremũ ad epulas redeunt Babylonis, ⁊ ab ipſius execrandis delicijs abſtinere non poſſunt. Idẽ. Scimus eẽ aliquos nautas, ꝗ nauigant in laco, ⁊ aliquos operari in mari: ꝗa nõnulli monachorũ in ciuitatibus manẽt, nõnulli vero ⁊ parochias habere permiſſi ſunt: ſed iſti oẽs lugebunt ⁊ flebunt ſuꝑ excidiũ babylonis, quã temporaliter amauerunt. Videbunt nãq; in fine, quando inſurget

Ois ⁊ nemo ꝑticularia qñq; ſigna.

Mare mũdu ſignat.

Monachi parochiarij.

gens contra gentem, ⁊ regnū aduerſus regnū ciuitates nobiliſſimas deſolatas ⁊ abſq; habitatore factas, alias nouiter incendio conflagrare: tunc mirabundi, quia non credebāt ita facile iſta poſſe euenire, dicent, Ecque ſimilis huic ciuitati magne? Et hec in particulari dicta ſunt, magis tamē vniuerſaliter de carnali vita, deq; gloria mundi, ⁊ de reproborū ruina intelliguntur p̄ diuerſitate ſtatuum, quorū collectio vniuerſalis vna ciuitas Babylon eſt: ⁊ meretrix ad carnē viuens, ⁊ ſentiens ad carnē, cuius deſtructionē videntes ſtulti admiratores dicent, Que ſimilis huic ciuitati magne, que in vna hora periit: quaſi dicant, Nulla in magnitudine, ac opū ſplendore, rerum quoq; affluentia illi equari poterat. que ⁊ ſi per ſe in veritate magna nō ſit, quantumuis ciuibus copioſiſſima ſit: ſtultis tamen admiratoribus, hoc eſt, pereuntibus, quibus ſeculi ſplendor aliquid eſſe videtur, magna ⁊ incōparabilis eſt: q plus aurum q̄ celum, plus ſe q̄ deum diligunt: terrenā habitationē p̄ celeſti cōputantes, ſalutem corporis anime prelocantes: honores mūdi, gaudia, diuitias, voluptates, bonis coeleſtibus longe pluris faciētes, ſeducti preſentibus. ¶ Pun. 9.

Et miſerunt puluerem ſuper capita ſua: & clamauerunt flentes, & lugentes dicentes, Vęh vęh ciuitas illa magna, in qua diuites facti ſunt omnes q habebant naues in mari, de precijs eius: quoniam vna hora deſolata eſt.

Pulueres mittere ſuper capita.

Quid ſit puluerē mittere ſup capita, nō ignorant hi, q ſcripturas legerunt: id enim triſticię ſummę erat indiciū apud veteres. Sic in lib. Job. cap. 2. falſi fictiq; amici videntes. S. Job ita afflictum, ita deſolatū, dolorē ſup eum ſimulātes cinerē miſere ſup capita ſua. Et Judith. 7. Holoferne Bethuliā obſidente, filij Iſrael cōſperſerunt capita ſua cinere. Itē Jer. 25. Aſpergite vos cinere optimates gregis, qa cōpleti ſunt dies veſtri, vt interficiamini. Proinde Eccle catholicę vſus habet in capite ieiunij quadrageſimalis inſpergere cinerē ſuper capita chriſtianorum, q venerint dies doloris penitentiales, in qbus qſq; debeat affligere carnē ſuā, que ſuis delicijs multa peccata intuliſſe hoi conuincit: quatinus poſthabitis carnalium voluptatum delicijs qbus deus offenſus in nobis erat, deinceps digna pęnitētia vita nr̄a caſtiget. Nāq; triſticia, ait apl's, que ſm deum eſt, pęnitentiā in ſalutē ſtabilē opat: ſęculi autē triſticia mortē operat. 2. Cor. 7. que ſit de amiſſione bonorū tpaliū: de qua vane conturbat ois hō. quatinus intelligeres eos oēs q dolent vſq; ad offenſionē dei, de corpore meretricis huius eſſe, ⁊ de pereuntiū multitudine. Nā electi gaudent in tribulationibus ⁊ deo gratias agunt. Non ſolum autē in pp̄lo dn̄i id peculiare erat, vt pulueris iactu ſup caput dolorē p̄monſtrarēt: ſed etiā apud ethnicos. Quod poetarū libri palā oſtendunt. Homerus in ſuis Iliadibus Achillē teſtatur conſperſiſſe caput ſuū puluere Patroclo interfecto. Virgilius Mezentiū ſuper morte Lauſi.

At Lauſum ſocij exanimẽ ſuper arma ferebant
Flentes ingentem, atqꝫ ingenti vulnere victum.
Agnouit longe genitum pręſaga mali mens.
Caniciem immundo deformat puluere: ⁊ ambas
Ad cęlum tendit palmas, ⁊ corpore inhęret.
Legis ⁊ in Catullo ſimile quiddã, poeta veteri, ⁊ exagitatiſſimo.
Caniciem terra, atqꝫ infuſo puluere fędans.

Ut longe pręſtiterit ſenſum loci ad hunc morem capere, ꝙ neſcio in quę diſtrahi. Neqꝫ vero negauerim ꝑ caput mentẽ alibi intelligi, velut Luc. 21. Leuate capita veſtra. ⁊ terrã terrenum eẽ affectum: hic tñ minime arridet. ſed nec principes viros ꝑ caput. Porro naues hoc loci negociationes ſunt, que potiſſimum in mari fieri ſolent nauibus. Multi enim in hoc ſeculo ditanẽ ex negociatione maritima, ꝙ faciliima ſit aduectio mercium etiãnum de quantũcũqꝫ longinquis partibus orbis, vt palã eſt. Et in Regum libris legimus, qa ſub Salomone claſſibus ibant ſemel in tribus annis in Ophir, ⁊ afferebant inde auri talenta quadraginta, ⁊ multas alias ſpecies quę non poterant reperiri in terra Iſrael. Sequiẽ ratio nimio merore conturbati deſperatiqꝫ animi, qm̃ vna (inqt) hora deſolata eſt ſcilicet ciuitas reproborum. Inopinate enim deſolabiẽ tribulationibus grauiſſimis ante iudiciũ exorientibus. Primo poſt interitum Antichri: quãdo Babylon cadet virtute chriſti. ſcdo tribulationibus ſuperuenientibus ante iudiciũ: quando ſol obſcurabiẽ: ⁊ luna nõ dabit lumen ſuũ, ⁊ ſtelle cadent de cęlo: ⁊ virtutes celorũ mouebunẽ. Matth. 24. Mar. 13. Explanatius ponit Lucas. Erunt, inquit, ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis: ⁊ in terris preſſura gentiũ prę confuſione ſonitus maris ⁊ fluctuũ, areſcentibus hoibus prę timore ⁊ expectatione, quę ſupuenient vniuerſo orbi Luc. 21. Tunc incipient a longe ſtare ab incendio meretricis. i. mundi huius, q in ſui cupiditate nõ niſi meretrix eſt, in ſpeciẽ apparens pulchra, ceterum turpis ⁊ ignominioſa, quę ſub ciuitatis nomine hic deſignatur: ꝙ ſicut ciuitas colligit gentes: ita ⁊ mundi concupiſcentia. Obſerua. Quia non ſolum iacturã diuitiarum, ſed etiã repentinam improuiſamqꝫ deplorant amatores ſeculi ruinã. Obſerua item, quia in hoc catalogo plorantiũ: nõ ruſtici, nõ paſtores pecudũ, nõ infimę ſortis hoies cõmemorantur, ſed magnifico ꝙ voluptas ſeculi ad eos minus pertineat, qui magis neceſſario vſui, ꝙ ſuperfluę Reges.
cupiditati inſeruiunt, Tria autem genera hominum nominatim ex- Mercato
primuntur. Reges terrę, Mercatores, ⁊ Naute: eo ꝙ in his pręſertim res. Nau-
voluptuoſa vita ſedeat. quippe q plus delicijs ⁊ carnis libidini in- tęvoluptu
ſeruiunt, a quibus non ſecernuntur impie militantes: qui ſub regibus oſi mote
ſuis comprehenduntur: ſicut Eccleſiaſtici, in nautis mercatoribuſqꝫ, ⁊ lium.
qui indulgentius ſibi viuunt vniuerſi.

## DE CONSOLATIONE SANCTORVM. SEC. 3. PVN. 1.

EXulta ſuper illam cœlum,& ſancti Apoſtoli:& ꝓ
phetæ. Q m̄ iudicauit Deus iudiciũ veſtrũ de illa.

Sctórum cõſolatio. Memoriter tenendũ eſt,qa cuncta hęc dãnatio ⁊ contritio meretricis
infandę ad conſolationẽ cędit ſctõꝝ: de qbus ſpeciatim nominant
maiores,q ſunt in dei eccl̃ia,vt Apl̃i,⁊ ꝓphetę.Nomine ꝓphetarum
intelligunt ſcti prędicatores verbi dei. Eo ſenſu vtit Paulus in ſuis
arcanis literis,hoc verbo ꝓpheta.1.Cor.13.di.Ex parte ꝓphetamꝰ.
Et cap.ſeq.Emulamini ſpũalia,magis autẽ in ꝓphetis.Itẽ qui pro-
phetat hoibus,loquit ad ędificationẽ.Rurſum quoqȝ.Qui propbe-
Papa ſctiſſimus. tat,eccl̃iam dei ędificat.Et,Maior eſt q ꝓphetat.Conſtat aũt aploꝝ
locũ tenere in Eccl̃ia dei,Papã,cui ob dignitatis primã excellentiam
ſanctiſſimi nomen indidimus, q primus eſt,Petri ſucceſſor:deinde
Cardinales,quoꝝ appellatio Reuerẽdiſſima eſt:qbus munit ſedes
apl̃ica,ornati nuper reperto titulo, penes quos ſumma rerũ verſat,
habentes authoritatẽ a Chriſto dño,qua regant pplm dei, in verbo
ſctõ ⁊ ſalutari,qbus dicit chriſtus,Amẽ dico vobis:quęcunqȝ alliga
ueritis ſup terrã,erunt ligata ⁊ in cęlo:⁊ quęcunqȝ ſolueritis ſup ter-
rã,erunt ſoluta ⁊ in cęlo.Matth.18.Quod exponens poſt reſurrectio
nẽ ſuã inſufflauit,⁊ dixit eis,Accipite ſpũmſanctũ, quorũ remiſeritis
pctã,remittuntur eis:⁊ quorũ retinueritis,retenta ſunt.Joan.20.Qui
teſte Aplo,quoſdã dedit aplos,quoſdã aũt ꝓphetas,alios vero euã-
geliſtas,alios autẽ paſtores ⁊ doctores ad cõſummationẽ ſanctorũ
in opus miniſterij,in ędificationẽ corporis chriſti, donec occurramꝰ
oẽs in vnitatẽ fidei,⁊ agnitionis filij dei in virũ pfectũ,in menſuraȝ
ętatis plenitudinis chriſti,Ephe.4.In hoc catalogo cõputant Archi-
epiſcopi,Epi,⁊ miniſtri eccl̃iaꝝ,Parochiqȝ oẽs, ⁊ q ad illos pertinẽt
clerici.Nec ordines religionũ ſecernunt,in qbus ſunt paſtores,⁊ do-
ctores,oẽs in vno corpore chri, q ſunt citra hypocriſim fideles.Hos
oẽs in hac ſcriptura cõſolat ſpũſctũs, vt nõ deficiant in tribulatio-
nibus ſuis,⁊ in iugo dñi diutius ferendo ne laſſent:ſcientes, quoniã
mali quantũuis in tp̃s floreant,nõ diu regnãt:tollent autẽ e medio,
ne in ęternũ noceant ſanctis,vt pacatũ fiat regnũ chriſti.Qd quum
factũ fuerit ſicut pręcedens ſermo declarauit, tunc nimirũ ⁊ angelis
⁊ hoibus plenũ erit gaudiũ.Ait ergo,Exulta cęlũ, id eſt eccleſia ca-
tholica ſctõrũ:Exultate ⁊ vos paſtores gregis dñici Apl̃i ſancti,⁊ ꝓ
phetę q in verbo ſctõ paſcitis eccl̃iã chri:Q m̄ iudicauit dñs deus iu-
diciũ veſtrũ,eruens vos a pſequutoribus veſtris: quorũ vltio vobis
cedet in gaudiũ.iuxta illud,Letabitur iuſtus, quũ viderit vindictam
Pſal.57.Quid eſt qd dicit? Quũ enim dñs in euangelio pręcipiat,
Scti an ſu p perditione aduerſariorum gaudeant. diligere inimicos noſtros,⁊ benefacere his q oderunt nos,⁊ orare ꝓ
pſequentibus,⁊ calũniantibus nos, vt ſimus filij patris noſtri q in
cœlis eſt,q ſolẽ ſuũ oriri facit ſup bonos ⁊ malos,Matth.5.Luc.6.
Quid eſt ꝙ hic hortat cęlũ,⁊ Aplos,⁊ ꝓphetas, vt gaudeant ſup
excidiũ inimicorũ ſuorũ:Sed enimuero nõ de ꝑditione reproborũ le-

tari iubentur,quinpotius de iuſto dei iudicio.Unde quũ dixiſſet,Exul
ta cœlũ ⁊ ſcti aplĩ,⁊ pphete:protinus ſubiecit,Qm̃ iudicauit dñs iu/
diciũ veſtrũ de illa.Uel ẽt in hoc lętari pręcipiunt, qa poſt dãnatio/
nẽ reproboꝝ ventura eſt remuneratio ſctõrum.Neq̃ enim ante electi
ſubleuabunt in cęlũ ad btám glĩam,ꝙ̃ reprobi dãnent in infernum.
Gaudent ergo,qa dũ illi pereunt,gloria illorũ appropinquat.Gau/
dent,qa iuſto dei iudicio concordant.Non enim illi concordarent,ſi
de eius iuſto iudicio non gauderent.Unde quũ dñs ruinã pereuntis
mundi diſcipulis narraret,ſtatim ſubiecit,His autem fieri incipienti/
bus reſpicite,⁊ leuate capita veſtra,qm̃ appropinquat redemptio ve/
ſtra.Ac ſi diceret,Quũ ex mundi deſolatione finẽ eius appetere cer/
nitis,reſpicite,⁊ leuate capita veſtra,id eſt,conſyderate , ⁊ exhilarate
corda veſtra:qa dum finit mundus,cui vos amici nõ eſtis,ppe fit re
demptio,quã ſperatis.Obſerua.In cęlo,in aplis,⁊ in pphetis cõprę/
hendit oĩs ecclĩa a principio ſeculi vſq̃ ad finẽ.Qm̃ iudicauit deus
iudiciũ veſtrũ de illa,ciuitate impiorũ ſcilicet:hoc eſt illud iudicium
de quo ſuperius cap.6.dictũ eſt,Uſquequo dñe,ſanctus ⁊ verus, non
iudicas,⁊ vindicas ſanguinẽ noſtrũ de his q habitant in terra ? Iu/
dicauit ergo iudiciũ veſtrũ,id eſt,dãnauit illã meretricẽ iuſte,quę vos
dãnauit iniuſte:⁊ quę vobis tẽporalẽ iniecit mortẽ, ęternã ſubijt pę/
nam.Zelo ergo iuſticię hortant ad gratulandum:⁊ vt amore glorię
incenſi , appetant ꝙ̃primũ iungi pręſentię deitatis,vnde pfecta ſan/
ctorum prominat gloria. Sequitur. ¶Punc. 2.

Et ſuſtulit vnus angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum,& miſit in mare dicens,hoc impetu mittetur Babylon,ciuitas illa magna , & vltra iã nõ inuenietur.

In viſione imaginaria apparebat Joanni ꝙ angelus vnus fortis p/ Lapis
iecit ſaxũ grande qđ erat ad formã lapidis molaris in mare : ad fi/ molaris i
gurandũ,⁊ facto exemplari demonſtrandum,ꝙ cħs magni conſilij mare miſ/
angelus in die iudicij proijciet ſubito in infernũ oẽm impiorũ cõgre/ ſus.
gationẽ.Simile legis apđ Jeremiã,Quũ,inqt,veneris in Babylo/
nẽ,ligabis lapidẽ ad librũ iſtũ,⁊ proijcies illũ in mediũ Euphratẽ di/
cens,Sic ſubmerget Babylon,⁊ nõ cõſurget a facie afflictionis,quã
ego adducã ſup eã.Unde nunc ſubdit de Babylone,cuius typus fuit
Babylon illa chaldaica,⁊ vltra non inuenietur.Bene ergo hoc facto
angeli figurat , ꝙ̃ potenter ⁊ cito exterminanda ſit in tpe ſuo ciuitas
diaboli:quũ dñs Jeſus ſedens in iudicio cũ ſenioribus ppłi ſui ſenten
tiã denuncians dicet,Ite maledicti in ignẽ ęternũ,Matthe.25.Tunc
veraciter vniuerſa ciuitas diaboli,⁊ reproborũ cũ magno impetu in
pfundũ mittet:⁊ ſicut lapis magnus in mare miſſus nõ emergit vl/
terius,ſic nec illa ſemel pręcipitata liberabit.Congrue autẽ nõ qua/
lẽcunq̃ lapidẽ,ſed quaſi molarẽ dixit:qa videlicet Babylon iſta re Lapis
proborũ,ſicut pondere grauis eſt pctĩ,ita ⁊ erroris agitatione inſtabi/ molaris
lis:quorũ vtrunq̃ id eſt,⁊ pondus ⁊ inſtabilitatẽ pleniſſime in ſe ex/ impij.

bibet lapis molaris: q ꝛ pondere grauis eſt, ꝛ circulari agitatiõe inſtabilis. Nunc id qđ de angelo dictum eſt videamus. Diximus enim chřm p angelū hunc exhiberi, q recte ꝛ vnus eſt ꝛ fortis: vnus, quia vnus ipſe eſt mediatoꝛ dei ꝛ hoim vt Paulus habet. 1. Thi. 2. Qui ꝛ fortis eſt, ad debellandas aereas ptātes. De quo Pſalmographus ait, Dñs fortis ꝛ potens, dñs potens in pꝛęlio. Pſal. 23. Donec fortis is angelus nō apparuit, poſſidebat oīa malignus: dū aūt aduenit ſupans foꝛtioꝛ ipſe foꝛtem, omnia vaſa eius abſtulit, Luc. 11. Et vt apertius dicam, Animas ab eius poteſtate ipſe iuſte abſtraxit, quas tenebat ille per fraudem. Sequitur. ℭ Punc. 3.

*Chꝛiſtus angelus.*

Et vox citharedorum, & muſicorum, & tibia canentiū, & tuba, non audietur in ea amplius.

*Impij ſolatio carebunt damnati.*

Scriptura hęc oſtendit qa carebunt impij oī ſolatio: nec vero fruſtra meretricis tantę muſica oīs cōdēnanda pꝛędicat, quia eius fęlicitas ſumma cū voluptate defluxit: ꝛ laſciua erant carmina, quę ab ea modulabant, vtpote demonū inuentiones. Poꝛꝛo in veris dei laudibus muſicę artis rationabile obſequiū adhibet, ꝛ eis q legitime canunt, pſallunt ſapienter, remunerationis pꝛęmiū erit carmen ſempiternuʒ, de quo poſt paululū ſcriptura iſta bonū referens auditum magnifice patientiā ſanctoꝛū conſolat. Ac ſi diceret, Nulla ſuauitas harmonię, nullus ſonus auditū q mulceat erit in dānata impioꝛū collectione: ſed planctus, ꝛ vlulatus, ꝛ miſerabilis clamoꝛ in ſempiternum. Ecce qualis erit pars repꝛoboꝛum, q vitę pꝛęſentis gaudia pꝛętulere ęternis. Bonū erat eis per luctū puenire ad ea, quę intermina ſunt beatoꝛū gaudia, q̄ de tempoꝛalibus hiſce gaudijs tranſire ad ſempiterna lamenta. Atqȝ vtinā ſufficeret eis ſic gaudijs perfrui tranſitoꝛijs, vt non alios coꝛrumperent conuerſatione moꝛum. Sed heu, quia ſicut ſpinę ſe inuicē cōplectunt, ſic cōuiuiū eoꝛū pariter potātiū: pinde conſument quaſi ſtipula ariditate plena. Naū 1. Sequitur. ℭ Punc. 4.

Et omnis artifex: & oīs ars nō inuenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius: & lux lucernæ non lucebit in te amplius: & vox ſponſi & ſponſæ non audietur poſthac in te: Quia mercatores tui erant principes terræ, Quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes.

Pꝛincipiū huius textus ſic alibi legit, Oīs artifex cuiuſcunqȝ artis. In ſumma, oīa quę ad vſum, vel ad ſolatiū humanę vitę pertinent, tollunt ab impijs: eo q in vita ſua receperint bona, ꝛ in ſeductionibus eoꝛū multos errare fecerunt. Hęc autē quę hic dicuntur certo certius implebunt in impijs. Non ſolū enim artificia nulla erunt, ſed ēt qcquid arte elaboꝛatū fuerit peribit illis. Cęlū enim ꝛ terra tranſibunt illis mutata a pꝛioꝛi foꝛma iuxta qualitatē, vt nō eis ſeruiant,

*Nulla ſolatia erūt dānatis.*

Neq; ventri amplius indulgebunt hi: quando mola eis nulla erit, nec vox eius audiet. Nec lucis ſolacia habebunt, denſiſſimis cōpreſſi tenebris, clauſi ꝑpetuo horrore carceris inferni: vt q internā fidei lucē contempſere dū viuerent, poſt mortē in tenebris ſint exterioris, quos mitti iubet rex in tenebras exteriores, vbi erit fletus ꝛ ſtridor dentiū, Matth. 22. ꝛ. 25. Preterea nec blanda vox ſponſi aut ſponſę audiet ibi, quorū blandicies vertet in execrationē: vt q procaciter multa laſciue locuti ſunt, execrationibus vltro ꝛ citro inuicē iaculatis ſaturentur. Quod vero ſubdit, Quia mercatores tui erant principes terrę, adhuc ꝑſiſtit in enumeratione cauſę, cur videlicet hęc Babyloni eueniant. Ac ſi dicat, Idcirco nihil omnino virtutis, qđ pręmio dignum ſit remanebit in te: quę etiā illa quę bona feciſti, ob vanā gloriam, ꝛ temporalē laudē feciſti, venditans ea tuis vanis laudatoribus, nec vnꝗ verā iuſticiā coluiſti: vt nō alij ſint mercatores eiꝰ, ꝗ vani adulatores, ij ꝛ principes terrę, terrenis inhiantes, mentientes ꝓ terrenis apud reges terrę, quos diximus ſupra, principalē, ꝛ magnā portionē huius meretricis condemnatę exiſtere. Iuſticię ergo tuę laruatę tuliſti mercedē a tuis vaniſſimis adulatoribus, qui te inſigniter cōmendabant, velut iuſtam, ꝛ piam, tua ob fucata facinora, alioq; teterrima, vt minime te hęc eliberent a pęnis: Nā ſunt alia quę te condēnent, etiā ſi hęc ꝓ te eſſent. Primum eſt, quia in veneficijs tuis, id eſt, ſcandalo peſtilenti ac peſſimo tuo errauerunt gentes, id eſt, ſcandalizati ſunt multi: qa ſicut eccl'a in oēs mundi gentes diffundit, ita et Babylon, cuius principalis pars (vt ſępe dixi) mali principes ſunt, exēplo malo ꝛ peſtilēti doctrina multos corrūpentes. ¶ Punc. 5.

Mercatores vani adulatores.

**Et in ea ſanguis prophetarum, & ſanctorum inuentus eſt: & omniū qui interfecti ſunt in terra.**

Sermo diuinus aliquando loquit ad Babylonē in ſecunda pſona, aliquando de ea in tertia. Dixerat enim ſupra, Omnis artifex, ꝛ omnis ars non inuenietur in te amplius. Nunc autem perſona mutata dicit, Et inuentus eſt in ea ꝛc. In qbus verbis oſtenditur in hac Babylone, ciuitate meretrice totū corpus diaboli debere intelligi. Sanguis autem inuentus eſt in ea, ꝙ membra eius ſunt ij omnes, qui effuderunt, ꝛ effundunt innoxium ſanguinem: a primo paricida Cain vſq; ad vltimū, nec pœnitentiā egerunt aguntq;. De qbus loquitur ſpiritusſanctus dicens, Viri ſanguinum declinate a me Pſal's. 138. Et in Pſal's. 15. Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. Non ſolum ergo prophetarum, ꝛ ſanctorum ſanguis ab hac Babylone exquiritur: ſed etiam omniū pariter, qui interfecti ſunt in terra iniuſte. Alij addunt, varijs in pręlijs: eo ꝙ bellorum cauſa non alia fuit, ꝗ cupiditas terrena, qua ebria eſt babylon. Cuſtodiat nos dominus a malo eius.

# CAPVT. XIX.

## DE VOCE MAGNA LETICIAE IN COELO AVDITA HALLELVIAH. SEC. 1. PVN. 1.

POſt hæc audiui quaſi vocem magnam tubarum multarum in cœlo dicentium Halleluiah.

Halleluiah.

Grecus textus habet, Audiui vocem turbę multę. Proinde conſentaneũ erat interpretem ponere turbarũ, ⁊ non tubarũ: vel certe ad grecam veritatem in ſingulari turbę multę in celo dicentis, Halleluiah. Hec eſt vox cõſolationis ⁊ leticię cõis poſt interitũ Antichriſti: quando omnis Jſrael ſaluus erit vniuerſo orbe fidẽ chriſti recipiente. Nota, vox magna dicit audita: qa multorũ, qa omniũ. Porro halleluiah hebręa vox eſt, latinis ſonat Laudate dñz: vox plena gaudij ⁊ oĩs exultationis. ſcribit autẽ cũ aſpiratione in hebręo ante ⁊ poſt: ſic, halleluiah: cõpoſita a hillel, qđ eſt laudauit: ⁊ Jah qđ diuinum nomẽ eſt, ſoletqz verti deus vel dñs. Quę gratiſſima laus eſt, perfectiſſimiqz affectus in deũ explicatio: quo nomine pleriqz Pſalmorũ inſcripti ſunt. Horũ vnus ſic in frontiſpicio habet titulũ rei ſuę preſeferens, Halleluiah reuerſio Aggei ⁊ Zacharię. Quod pręſenti loco maxime competit. Aggeus quippe ⁊ Zacharias captiuationẽ filiorũ Jſrael factã a Nabuchodonoſor ſolui ſingulariter prędixere, templi quoqz deſtructionẽ: qui ⁊ ipſi demũ in reuerſione illorũ in hierl'm affuere, templiqz reędificationi interfuere: id qđ certiſſimus futurę rei eſt typus, ⁊ pręgeſtamen quoddam. Nã quemadmodũ olim deſtructa veteri Babylonia: ⁊ illius rege Baltaſaro, q templi dei vaſis abuſus fuerat interfecto, a Medorũ rege Dario data eſt libertas redeũdi filijs Jſrael in Hieruſalẽ, vt ⁊ tẽplum conuulſum reędificarent, ⁊ ciuitatẽ: redditis ſacris vaſis templi, vt in tẽplũ reportarent. Jta cõtrita myſtica Babylone, ⁊ pereunte Antichriſto q cunctis dei vaſis abutet, hoc eſt, dei electis: dabit pax eccl'ię in toto terrarũ orbe, ⁊ quę conuulſa deſtructaqz erant in eccl'ia dei reedificabunt. Vaſa ſancta inferentur, nãqz ⁊ ſacerdotiũ in priſtinã dignitatẽ reſtituet, habiturũ maiorẽ honorẽ q̃ʒ vnq̃ʒ antea, quando cũ ingenti lęticia cordis ac vocis exulatione ab oĩbus cãtabit halleluiah. Obſerua, ratio ordinis euẽtuuz minime ſinit locũ ſubito ſuſtolli ad cęleſtiũ exultationẽ: quãuis nõnulli ita reddere conati ſunt, minus attendentes rerum ordinem: ſine quo facile quis in expoſitiõe tãtę rei hallucinnari poterit. Quũ. n. de interitu Antichriſti actũ ſit in ſuperioribus tanto fragore, tanto

Eccl'ię pax vniuerſal'

cladis

cladis horrore ſicut accepimus: nunc ſpūs in conſolationē credentiū deſcribit leticiā quę ſequutura eſt tā ſolenniter: vt primo aſpectu ſtatim perſuaſibile ſit incauto paſſum ſcripturę huius debere accipi de exultatione, quā ꝑpetuā habebūt ſancti in patria, poſt reſurrectionē: ſatius tamen intelligi arbitror de cōmuni eccłię vniuerſalis lęticia, quę ſequet antichriſtianā ꝑſequutionē: In qđ nō nihil ſuffragari videt figura quoqȝ liberationis filiorū Iſrł de babylonica captiuitate. Nā ꝙ contrito regno babylonis filij Iſrael ex captiuitate babylonica rediere in hierl'm, vaſaqȝ ſacra illata ſunt: ⁊ templū reędificatū, ⁊ ciuitas: plane ſignificat, ꝙ contrito regno Antichriſti, fideles reuertent intra ſinus eccłię: q abducti per varios ſeductionis errores alienati a deo ſuo erant, ⁊ ſacerdotes in tēplo ſuis reſtituent honoribus. Tunc equidē implebit illud qđ dicit: qa maior erit gloria ſecundi tēpli ꝙ̄ primi: qđ in vniuerſum gloria dñi implebit. Qđ ergo vocē audit Ioannes in cęlo, figurat ſane illā exultationē quā habituri ſunt credentes in tpe illo de interitu Antichriſti, ⁊ liberatione eccłię, ⁊ pace vniuerſali: ⁊ etiā qa totus orbis cōflueret ad recipiendā fidem chriſti. Quid putas qualis erit tunc exultatio illa? Talis erit vt ꝓpemodū exęquet illā, quā habituri ſunt ſcti poſt reſurrectionē in cęleſti patria, eamqȝ ꝑſcribat. Solet. n. vna exultatio alterius typus eſſe, ſicut contra ⁊ tribulatio. vt nō mirū ſit quoſdā ſtatim locū hunc ſcripturę ad cęleſtē btōrum exultationē retuliſſe, ꝙ tanta ſolennitate tanto lumine deſcribat. Nō fuit ab initio talis lęticia, tā ſolēnis triūphus. Similis locus eſt ſupra de ſignatis ex omni tribu filiorū Iſrael: ⁊ de innumerabili turbę magnitudine collectę ex oībus gentibus, ⁊ tribubus, ⁊ pplīs, ⁊ linguis. Indicat nāqȝ ea innumerabilis turba multitudinē eorū q tum conuertent ex omni gente quę ſub cęlo eſt: ⁊ etiam figura eſt electorum omnium, qui referendi ſunt ad ſedem quietitudinis ſempiternę. ¶ Punc. 2.

Laus, & gloria, & virtus deo noſtro, Quia vera, & iuſta ſunt iudicia eius: Qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua: & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius: & iterum dixerunt, Halleluiah.

Haymo dicit, hoc eſſe halleluiah, qđ dicere laus: quia oīs creatura cęleſtis ⁊ terreſtris deū laudare debet. ⁊ gloriaȝ, id ē qđ honorem, ⁊ exultationē. Tribuit autē virtus deo noſtro, qa ipſe vicit diabolū, ⁊ electis ſuis ptātē vincendi tribuit: qbus ipſe dixit, Confidite, ego vici mundū. Ioan. 16. Noua tranſlatio ex gręca veritate habet, Salus, ⁊ honor, ⁊ gloria, ⁊ virtus dño deo noſtro: quę voces recte ſibi inuicem ſuccedunt, vt primo ſit ſalus, deinde honor, hinc gloria, poſt hęc virtutis atteſtatio. Salus enim ſolius dei, q in ſe primum, ⁊ a ſe, ⁊ per ſe cōſeruari habet, nullius egens adiutorio: per ſe autem ſibi ſufficiens,

Salus deo eſt ꝓprium.

ideo non eſt in eo mutatio, nec viciſſitudinis obũbratio, vt Iacobus
ait. Perpetua enim virtus eſt deus, qui & alia a ſe in vniuerſum con-
ſeruare valet: cui tribuunt ſcti ſalutẽ, qua cõſeruant, qm̃ virtute eius
ſit vt cõſeruent. Scriptũ eſt enim, Rex nõ ſaluat̃ p̃ multã virtutẽ; et
gigas nõ ſaluabit in multitudine virtutis ſuę. Pſal. 32. Nemo eſt cui
ꝓpria merita ſufficiant in ſalutẽ, vtpote rẽ tanti momenti: ſola autem
virtus grę̃ dei id efficit, vt ſalui ſimus. Ergo ea ipſa in primis eſt quę-
renda: vt nõ ſide torpeas, ſed q̃cunq̃ʒ poterit manus tua inſtanter
operare Eccl. 9. Non eſt, inquit, Paulus volentis neqʒ currentis, ſed
miſerentis dei, Ro. 9. Et Exod. 33. Moyſi dicit deus, miſerebor cui vo-
Miſeratio dei gratię collatio. lucro: & clemens ero, in quẽ mihi placuerit. Miſeratio dei eſt gratię
eius collatio, & ſaluatio a malis, ſiue pcti, ſiue pœnę: quę a ſolo deo
eſt. Et vt in eis expendamus ꝗ ſupſtites erunt periculis Antichriſti,
ſola dei miſeratione fiet, vt ſeruent, vtqʒ nõ pereant, & qui referuntur
in cęlum: quatinus merito a ſeruatis e tot periculis, honor illi tribua-
tur, & gloria, & virtus, ꝙ hęc oĩa ꝓprie habeat deus, & honorẽ & glo-
riã, & virtutẽ. Honorẽ a pręſtita laude. gloriam ex laudis honore na-
ſcentẽ. virtutẽ in potentia efficaci, ꝙ in virtute & potentia conſeruet ſal-
uetqʒ eos, ꝗ vere illũ honorant & glorificant. Cęterũ prorumpunt in
hanc cõmendationẽ ſcti fideles dei, cauſa hortante eos iuſticię iudi-
cij eius, ꝗa vera & iuſta ſunt iudicia eius. Cuius eius? Dei, ꝗ multis
noĩbus laudẽ a ſctis ſuis ꝓmeret, ꝗ liberauit eos de meretrice ma-
gna, quando in eius membris condẽnauit eã: vt hi ꝗ ſanguinẽ fude-
runt, ſanguinẽ bibant. Quid eſt ſanguinẽ bibant, niſi vindictã ſan-
Sãguinẽ bibere. guinis ſuſtineant? Hinc Pſalmiſta ait, Iuſtus es dñe: & rectũ iudiciũ
tuũ, Pſal. 118. Sic ergo liberauit ſuos de meretrice magna, quę ſui
corruptione corrupit terrã, hoc eſt, imundicia carnis, vel idololatria,
ſeu ẽt terrenorũ cupiditate: Et vindicauit ſanguinẽ ſeruorũ ſuorũ de
manibus eius. Quid eſt vindicauit ſanguinẽ ſeruorũ ſuorũ de mani-
bus eius? niſi contrita eius ptãte in vltionẽ fuſi ſanguinis ſeruorum
ſuorum, id eſt, quẽ fudit impia, ſeruos dei mactando abſqʒ reſpectio-
ne aĩarũ ſctãrũ: liberos ſuos fecit, ne amplius eis nocere poſſit. Vel
etiã vindicauit ſanguinẽ ſeruorũ ſuorũ, id eſt, liberauit vitã eorũ, ꝗ ei
fideliter ſeruiunt, & ꝗ per mortẽ erepti ſunt, & ꝗ ſuperſtites in viuis p-
manſerunt: vt vtrobiqʒ liberi ſint ſerui dei cęterum a nefandorũ per-
ſequutionibus. Et iterũ dixerunt, magna ſcilicet lętitia cordis eorum
geſtiente, Halleluiah. cõmemorando enim diuinę ęquitatis iudicia
delectati fuere in laude ipſius, ideo repetitis deũ vocibus laudaue-
runt: ad innuendũ ꝙ infatigabili at inceſſabili voce deũ laudare de-
bemus. D. Hay. Geminatio, ſermonis cõfirmatio eſt. Eccl̃ia eni ſemp
indeſinenti affectu deũ laudat, ex cuius perſona Pſalmiſta dicit, Bñ-
dicã dñm in omni tp̃e, ſemp laus eius in ore meo. Pſal. 33. Duo autẽ
facta infamię meretricis in hoc loco (ſicut & in fine pręcedentis cap.)
cõmemorant̃: primo, ꝙ terrã corruperit fornicatione, deinde ꝙ ſancto-
rum fuderit ſanguinẽ crudelitate: pro ꝗbus gehennę incendium ęter-

naliter ſuſtinebit. In quod ſtatim ſequitur. ¶ Punc. 3.

Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum.

Reprobi quotidie dānanṫ.

Fumus hic non tam pꝛęſentis ſeculi tribulationū eſt, ꝗ̄ ęterni incendij: cui ſimile erit incendiū iudicij, quo peribit mundus, quoue continue pereunt impij. Unde intuendū, qꝛ nō dicit aſcendet, ſed Aſcendit, ꝑ tpe pꝛęſenti: qꝛ videlicet, in ſingulis repꝛobis, quotidie repꝛoba ciuitas dānaṫ, ⁊ ad inferni pœnas quotidie deſtinat: quēadmodum ⁊ Hierl'm ciuitas ſctā quotidie iuſtificaṫ, ⁊ quotidie tranſit in electis ad patriā cęleſtē. Nā hic ꝑ fumū (vt diximus) flāma ęternę pœne deſignaṫ: ⁊ qꝛ miſeri in ęternū toꝛquebunṫ, fumus eoꝛū in ſecula ſeculoꝛū aſcendere diciṫ. Locus refellit opinionē eoꝛū, ꝗ putant repꝛobos exactis certis annis, nec paucis, poſtea tranſituros ad gloꝛiā, contra ſententiā dñi, qua dicit Matth. 25. Ite maledicti in ignem ęternum. Quicquid enim ęternū eſt terminū nō habet. Fumus ergo eius aſcēdit in ſecula ſeculoꝛū: qꝛ nimirū toꝛmenta, ꝗbus repꝛobi cōtinue tradunṫ finē non accipient. Infernalis nāqꝫ camini babylonici ſuccenſio ꝑdurat ęternū. Unde pęna eius grauis eſt ꝓpter toꝛmenti acerbitatē, grauioꝛ ꝓpter ſupplicioꝝ diuerſitatē, grauiſſima ꝓpter ęternitatē. Quod vtrūqꝫ ſolicite eſt nobis conſyderandū, ⁊ vehementer expauendum, ſed ꝗbus? Pꝛimo incredulis: quoꝝ pꝛimū ⁊ maximū eſt peccatū incredulitas. Qui enim nō credit iam iudicatus eſt, hoc eſt, infernali igni deſtinatus. Deinde, impꝛobitate fidem abiurantibus, quos ſemꝑ vitioꝛū gurges conſequiṫ, ad pęnā: iuxta quoꝝ qualitatē pęnas dānati plus minuſue accipient. His ergo expauendū, nō pijs, nō credentibus: ꝗ pꝛobitate fidē adoꝛnant: quoꝛū conſcientijs pauoꝛē ademit chꝛis paſſionis tolerantia, vt ſint ei in peculiū. Nemo ergo ſe ſeducat, nemo ſibi blandiaṫ velut fide ſcitudinem oēm ita imbiberit, vt perire vltra nequeat. Fides equidē ſaluat, ſed ſi in iuſticia ⁊ ſanctitate contineaṫ, ſeruiaturqꝫ deo in ea oībus diebus vitę: vt nō iniuria vitę, dei vltionē ſtimulet: alias, ꝗd intererit inter chꝛiſtianum Ethnicumqꝫ: quos pares, vita nihil diſcrepans fecit. ¶ Punc. 4.

Eccleſia quotidie iuſtificaṫ, ⁊ trāſit ad patriā cœleſtem.

Inferni pęnę grauitas.

Fides in ſcitudine vitę ſaluat.

Et ceciderunt ſeniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt deum ſedentem ſuper thronum, dicentes, Amen, Halleluiah.

Quemadmodū per. xxiiii. ſenioꝛes intelliganṫ ſcti veteris ac noui teſtamenti, ꝗ figura ſunt duodecim apſoꝛū ac duodecim iudicū, quos deus inſtituit: opinoꝛ ex pꝛęcedentibus palā eſſe. Per quatuoꝛ autem animalia ſine altercatione euangeliſtę ⁊ miniſtri verbi dei vniuerſi intelligunṫ. Qui cadunt vſqꝫ adhuc coꝛā deo: gratias ei agentes in ſumma gratulatione animi (viuunt enim: et nō defecerunt) ꝙ tanta gratia ſumma illa maieſtas, eccliā ꝓ qua ipſi tantū laboꝛarunt non deſeruit in finē. ſub quoꝛū pſonis in hoc mundo intelligūṫ pꝛimores ecclę, ꝗ regunt ſubiectā plebē: ꝗ oēs videntes erga ſe imenſa dei

oĩpotentis bñficia, ardentiſſimo in eū ſpū excitati ſeſe ſummittent, et humiliabunt, adorantes deū ⁊ dñm noſtrū Jeſum chriſtū tanꝗ̃ excelſum pꝛę regibus terrę, q pōt ſaluare ⁊ perdere: q recto iudicio iudicat oēs: vt bonos ſaluet, perdat malos. Jſte ergo caſus ſeniorꝫ ⁊ animaliū nō pertinet ad ruinā, ſed ad humilitatē. Cadunt enim ante ſedentē in throno, id eſt, ante deū, qui pręſidet ſuę ecclię: qa ſemetipſos humiliant, ⁊ qcqd habent, in fide ⁊ opere ipſi deputant, a quo hęc perceperunt, q dicit, Sine me nihil poteſtis facere. Aiunt itaqꝫ adorantes, Amen, id eſt, verū eſt, qa deo noſtro debet laus ⁊ glīa ⁊ virtus: q iudicauit de meretrice magna. Juſtū equidē erat, vt q ſanguinē ſctōꝝ ſitiuit, ſanguinē bibat, hoc eſt, vindictā ſanguinis ſuſtineat: ⁊ idcirco laudandus eſt: q ſiue ꝓpter voluptatū guſtū, variaſqꝫ carnis contaminationes, ſeu effuſiones ſanguinis nō niſi iuſte reprobos damnat. Halleluiah, hoc iungit ad imenſitatē gaudij: quippe ex imenſitate gaudij hortant ſancti ad laudandū deū. Jta enim hebręa vox halleluiah interpꝛętatur Laudate dñm: tanꝗ̃ nō ſit ei ſufficiens, q primi ſunt ſctōrū, ꝓ merito laudare dñm, niſi adſint in eadem celebritate ⁊ alij, ideſt totū corpus ecclię ſanctę. Nota, non ab re ſedentē in

Thronus ſedes iudicij.

throno dñm dicit. Thronus iudicij eſt ſedes, iuxta illud, Parauit in iudicio thronū ſuum. Pſal. 9. Quia enim mox de iudicio eius mētio facta eſt, congrue in throno ſedentē dñm cōmemorauit, etiā ſi thronꝰ ecclia ſit ſctōrū, in qua eſt ſedes eius. ſicut ſcriptuꝫ eſt, Dñs in cęlo ſedes eius Pſal. 10. Et, Dñs in cœlo parauit ſedē ſuā. Pſal. 102. Cęlum autē militans eſt ecclia, pręterꝗ̃ ꝙ ſit btōrū requies: quo nōīe ⁊ ſctī non raro intelligunt. vt eſt illud, Cęli enarrant glīam dei. Pſal. 18. Et iterū. Confitebuntur cęli mirabilia tua dñe. Pſal. 88. ¶ Pun. 5.

Et vox de throno exiuit dicens. Laudem dicite deo noſtro oēs ſctī eius: & qui timetis eū puſilli & magni.

Vox de throno ꝓfiliens.

Vox iſta, quę de throno ꝓſilijt, inuitatio oīm eſt ad veritatis confeſſionē, ⁊ vt dignā tribuant laudē deo: cantent ⁊ pſallant de cordibus ſuis in omni gratiarūactione, iuxta qđ multiplicauit miſericordiam ſuā nobiſcū deus, ſm oēs ꝓmiſſiones ſuas, quas fecit patribus noſtris, quorū filij nos ſumus ꝑ fidei imitationē in oībus bonis, quę in nobis opat deus. Quo in loco impenſius cōſyderandū nobis eſt, qa vox ꝓſilijt e throno. Thronus autē ecclia eſt. Ecclesię ergo pręcepta ꝑ hanc vocē quadratiſſime capiunt, de qua dñs dixit, Qui eccleſiā nō audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus ⁊ publicanus. Matth. 18. Et qa vox iubet dici laudē deo: qcquid Ecclia inſtituit ad laudē dei in ſuis fidelibus eſt impꝛętermiſſe obſeruandū, niſi qs alioqui velit Ethnici

Ecclię pręceptis obediendum.

nōīe inuri. Sed Ecclia ritus ſacrorū ſanxit, inſtituit quo ordine ſacerdotiū conſecret, officia horaria interdiu ⁊ noctu, quo ritu peragant: ⁊ alia, Operępꝛęciū itaqꝫ fuerit ea oīa obſeruare, nec contemnere, nec aliter ordinare ꝗ̃ ſunt ordinata. Noſtrū eſt parere: nō cauſas trutinare, quare hoc ita, aut quare illud ſecus inſtitutū ſit. Dicat ergo, Lau-

dem dicite deo noſtro oẽs ſcti eius. Qui hic ꝑ ſanctos intelligantur, facile eſt conſyderare, quũ in chriſto, in fide eius ꝑ baptiſmũ omnes ſctificati ſimus, iuſtificati a pctis, deo viuimus. Scti ergo credẽtes in chrĩm ſunt, q timent deũ puſilli ꝛ magni. Hoc eſt, qd dicebã antea, nõ ſtatim btõs eẽ ſimul atqꝫ fidei ſacramentis iniciamur, niſi ꝛ pręcepta dei cuſtodiamus, ꝛ hi ſunt q timent deũ. Timens offendere deũ, cuſtodit pręcepta dei: ꝛ hic eſt q diligit deũ. Joan. 14. Haymo, ſeruos legit, nõ sctõs: ſed ad idẽ ꝑtinet. Seruus enim chriſti fidelis eſt: quem redemit proprio ſanguine chrs: cui tenemur ſeruire ex pacto in omnibus mandatis eius: quos dñs habet in peculiũ iure emptionis. Quare autẽ timentes deũ laudare pręcipiantꝰ, quũ ipſe Joannes dicat in Epla ſua, Qm̃ timor pęnã habet. Et, q timet nõ eſt ꝑfectus in charitate. Sed ſciendũ nobis eſt, qa duo ſunt timores. Eſt enim timor ſeruorũ, eſt ꝛ filiorũ. Serui timent flagra ne verberentꝰ ſi quo minus rẽ herilem tractauerint, aut p̃ceptis nõ obſequundauerint. Filij timent ne deliquio pectus paternũ qd ꝓpenſum ſibi vident conturbent, immo ne paterni pectoris dulcedinẽ vel tantilla amaritudine vicient, in qua ſublimiter delectantꝰ ꝛ viuunt. Timent ẽt offendere ne hęreditate priuentꝰ. Aliter ergo timent mali, aliter boni: mali timent, ne flagellentꝰ, neue ob flagitia in ſupplicia eterna damnentꝰ: boni ne pijſſimũ patrẽ offendant: q hoc loco iubentꝰ laudare deũ, puſilli ꝛ magni. Puſilli ſunt q alta penetrare non poſſunt, de qbus Apl's, Non potui vobis loqui quaſi ſpũalibus, ſed tanq̃ paruulis in chriſto, lac vobis potũ dedi nõ eſcam. 1. Cor. 3. Et Hebr. 5. Jmbecilles facti eſtis ad audiendũ: Etenim quũ deberetis magiſtri eſſe ꝓpter tẽpus, rurſuꝫ indigetis vt vos doceamini quę ſunt elementa exordij ſermonũ dei: ꝛ facti eſtis, qbus lacte opus ſit nõ ſolido cibo. Oĩs enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſticię: paruulus enim eſt: perfectorũ autẽ eſt ſolidus cibus, eorũ, q ꝓ ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus, ad diſcretioneꝫ boni ꝛ mali. Jn qbus verbis ſane docet Paulus, q ſunt paruuli: vt nõ opus ſit pluribus: quiue magni, qm̃ ſpirituales ac ꝑfecti. Poteſt ꝛ ad ętates referri: vt puſilli innocua ętate ſint. Magni, virilẽ ſtatuꝫ iam aſſequuti: q promiſcue in Eccleſijs laudant deũ permixtis vocibus cantantes ꝛ pſallentes dño deo omnipotenti, q vult ab omni ętate laudari: cuius delicię iam ſunt nobiſcũ poſtq̃ in peculiũ facti ei ſumus, in ſanguine chriſti: q iuſſis eius per omnẽ modũ paremus. Magni ſunt ꝛ q dignitate cęteros antecellũt, nec horũ laudes contemnit, ſi ex vero corde ꝛ humili proficiſcantur. Puſilli vero ſubiecti, ſyncere ꝛ fideliter deo ſeruientes, pręcepta cuſtodientes. Magni ſunt ꝛ illi, q virtutibus pręeminent, qnqꝫ talentis dño queſtũ facientes: aut duobus ſuperabundantẽ vſurã cumulãtes, Dño atteſtante, Qui fecerit ꝛ docuerit, hic magnus vocabiꝰ in regno cęlorũ. Matth. 5. Puſilli poſſunt eſſe ꝛ fragiles, qui quũ lapſi fuerint reſurgunt multo humiliores. Aut Puſilli humiles, nihil magni de ſe ſentientes: qui ꝛ ipſi cum magnis, id eſt, perfectis laudant deum,

Scti credẽtes oẽs

Timentes omnes laudarꝰ debent deũ.

Timor duplex.

Timor electorꝫ reproborꝫqꝫ

Puſilli in ecclia qui.

Magni ĩ eccleſia perfecti.

placent enim illi: qualium eſſe dixit regnum cęloꝛum, Matthe.19. Luc.18. ¶Punc. 6.

**Et audiui vocem quaſi turbæ multæ,& ſicut vocē aquarum multarum,& ſicut vocem tonitruorum magnorū dicentium,Halleluiah: quoniā regnauit dominus deus noſter omnipotens.**

Magna vox hęc,quę tot rebus cōparat: vnanimis ꝛ concoꝛs collaudatio ſctōꝛū eſt: quę primū voci turbę multę exequat, deinde aquarū multarū ſonitui: poſtremo terrifico mugitui tonitruoꝝ. hoc eſt aūt turba multa, qđ aquę multę, vt in ſequentibus expreſſe legis. Obſerua. vulgata ęditio nō turbę ſed tubę habet: quo pacto etiā alij expoſitores documenta ſenſuū reddunt, pręter nōnullos, q ad Grecā veritatē textū reddidere: quoꝛū ego ſtudiū imitatus correxi errorē, vt nō tubarū, ſed turbarū vt ſupra, ita ꝛ hic ponerē. Vitio nāq; ſcriptoꝛū multa inuerſa ſunt, quę e grecis fontib⁹ magis corrigunt. In voce tonitruorū, terroꝛ exprimit iudicij: ꝛ dira cōminatio ac terrificatio pctōꝛum. Habet nāq; Eccl̃ia ꝛ cōſolatoriā ꝛ terrificā vocē: mitioꝛe in pios vtit, terribilioꝛe in impios, ſi quōmō cōuertant, vt ſanet eos chꝛiſtus. Vox turbę multę, cōis ppli eſt conſenſus in laude dei, in fide ꝛ gratiarum actione: idē ꝛ aquarū multarū eſt: quę futura eſt innouato oꝛbe poſt interitū Antichꝛiſti: qñ reparabit iterū ſedes chꝛiſti, iuxta illud, Parata ſedes tua. Cuius ēt ęternitas ibidē cōmemoꝛat, quū dicitur, A ſeculo tu es. Et deinde totus Pſalmus explicat diuinā fideliū confeſſionē in vocibus fluminū, aquarūq;, prout ꝛ hic. Cęterū hi qui tubę multę ſupꝛa, ꝛ hic legunt: iccirco voces ſctōꝛū tubis cōparant, ꝙ pręs dicatoꝛibus p Eſaiam dicit, Clama, ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocē tuā. Et vt multitudo tubarū, multus fit cōcentus fideliū: ꝛ ij vnam vocem dent: qa oē qđ loquunt, in vnius fidei concoꝛdia loquuntur.

Tuba pręs dicatorū vox. Hay. dicit. Iſtę ſunt tubę pręſdicatoꝝ, qbus ſeptē diebus hierico circūeuntibus, muri illius corruerunt: qđ myſtice in hac eccl̃ia cōplet, in qua p ſeptē dies, hoc eſt, p oē tempus huius vitę, pdicatoꝛibus tuba doctrinę inſonantibus, ōis foꝛtitudo infideliū ruit. Sequit. Qm̃ regnauit dñs deus noſter omps. Ac ſi dicant, In eo nobis collaudandus eſt, qm̃ ſicut ab initio mundi regnauit in nobis diabolus: ſic ab aduentu ſuo, maxime vero a gloꝛia reſurrectionis ſuę regnauit pulſo diabolo chꝛiſtus. Et nos q eramus regnū diaboli facti ſumus regnū chꝛiſti ꝛ dei, Paulo dicente, Eripuit nos de ptāte tenebꝛarū, ꝛ tranſtulit in regnū filij dilectionis ſuę: in quo habemus redemptionem, ꝛ remiſſionē pctōꝛū, Col.1. Idē Epheſijs ſcribēs ait: Benedictus de⁹, ꝛ pater dñi nr̃i Jeſu chꝛiſti: q bñdixit nos in omni bñdictiōe ſpiritua li in cœleſtibus in chꝛiſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionē, vt eſſemus ſcti ꝛ imaculati in conſpectu eius, in charitate: q pręſdeſtinauit nos in adoptionē filioꝛū, p Jeſum chꝛm in ipſum: ſm ppoſitū voluntatis ſuę in laudē gloꝛię gratię ſuę, in qua gratifica-

uit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionē, p ſanguinē eius, remiſſionē pctōꝝ, ſm diuitias gratię eius, quę ſuperabundauit in nobis, in omni ſapientia ꝛ prudentia cap. 1. Et in ſeq. Et vos cōuiuificauit, quū eſſetis mortui delictis ꝛ pctīs veſtris, in quibus aliquādo ambulaſtis, ſm ſeculū mundi huius, ſm principē ptātis aeris huius ſpūs, q nunc operat̄ in filios diffidentię: in quibus ꝛ nos oēs aliquando couerſati ſumus in deſiderijs carnis noſtrę, facientes voluntatē carnis, ꝛ cogitationū: ꝛ eramus natura filij irę ſicut ꝛ cęteri. Deus aūt, q diues eſt in miſericordia, ꝑpter nimiā charitatē ſuā, qua dilexit nos: ꝛ quū eſſemus mortui pctīs conuiuificauit nos in chro, cuius gratia eſtis ſaluati: ꝛ correſuſcitauit, ꝛ conſedere fecit in cœleſtibus, in chro Jeſu: vt oſtenderet in ſeculis ſupuenientibus abundātes diuitias grę ſuę in bonitate ſup vos in chriſto Jeſu. Gratia enim eſtis ſaluati p fidē, ꝛ hoc nō ex vobis. Dei enim donū eſt, nō ex operibus: vt ne qs glorieť. Ipſius enim ſumus factura creati in chriſto Jeſu, in operibus bonis, quę preparauit deus vt in illis ambulemus. Hęc ꝛ plura valde vtiliter ſcripta legis ibidē. Quę oīa magna cum laude cōmemoraturi ſunt ſancti illius venturi ſęculi quando eripiuntur de ptāte tenebrarū pereunte Antichriſto informi monſtro. ¶ Punc. 7. Gratia est donum.

Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, qa venerunt nuptiæ agni: & vxor eius præparauit ſe: & datū eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino puro & ſplendido: Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum.

Hęc vox nō Antichriſtianorū eſt neqꝫ ethnicorū, ſed nec qdē Judęorū, q a fide chri, ꝛ cōſortio fideliū longe ſunt alieni: ſed ſctōꝝ q nup eruti ſunt de clade Antichriſtiana, ꝛ ob id mutuo ſeſe cohortant̄ ad cōmunē congratulationē, vt gaudeant ꝛ exultent deo adiutori ſuo in omni grarūactione, qui ex ſua magna miſericordia dignatus ſit eos eripere de ptāte tenebrarū, ꝛ transferre iterū in regnū filioꝝ adoptionis ſuę, ſm promiſſionem glorię ſuę. ſicut in Oſeę dicit. Vocabo non plebē meā plebē meā: ꝛ nō dilectā dilectā: ꝛ nō miſcdiā ꝯſequutā, miſericordiā ꝯſequutā. Et erit in loco vbi dictum eſt eis. Non plebs mea vos, ibi vocabunt̄ filij dei viui. Oſee. 1. ꝛ. 2. Ro. 2. perierant oēs p ſeductionē pſeudoprophetarū antichri in ſignis ꝛ miraculis, ꝛ potentia ſermonis: Sed reſtituti ſunt p chrm tanta gloria: tanto ſplendore, vt cōſequens illud gaudiū velut nuptiale abſterſerit oēm illā meſtitudinē, quā cōtraxerant ex tempeſtate tribulationis prioris: vt dicerent: Quia venerunt nuptię agni. Nuptias in ſacro eloquio ſępe legimus appellatā eſſe Chri, ꝛ Ecclię cōiunctionē. vnde eſt illud, Simile eſt regnū cœloꝝ hoi, q fecit nuptias filio ſuo, Matthe. 22. Sponſus eſt Chrs, Sponſa Eccleſia, quā ſibi deſponſauit fide ꝛ baptiſmatis gratia, iuxta ꝑphetę vocē, Sponſabo te mihi in ſempiternū: ꝛ ſponſabo te mihi in iuſticia ꝛ iudicio, ꝛ in miſericordia, ꝛ miſerationibus: ꝛ ſpōſabo te mihi in fide: ꝛ ſcies qa ego dnš. Oſeę. 2. Dedit itaqꝫ ſpō- Nuptię agni.

ſus iſte chꝛs, huic ſponſę arrhabonē, id eſt, fidē, cũ ſpe aſſequẽdę cęle-
ſtis glorię, ⁊ charitate, indiuidue eã ſibi iungente, quatinus amãdo,
pręceptorũ eius iura obſeruaret, ⁊ ſpe glorię frueret. Uenerunt ergo
nuptię agni, id eſt, plena ⁊ cõſummata coniunctio chꝛiſti cũ Eccleſia
celebrata eſt ſemel, ⁊ iterũ celebraƚ. Magna celebritas illa fuit, quan-
do Conſtantinus magnus chꝛiſti fidē ſuſcipiens baptizatus eſt a btõ
Silueſtro papa, ⁊ conſtruendis eccleſijs incubuit, tradens occidenta-
le imperiũ in manus Silueſtri papę, ⁊ ſucceſſorũ eius, ea intentione
vt pontifices romani potentes eſſent aduerſus hoſtes Eccleſię, ⁊ vt
ęterna pax ꝑ hanc potentiã illi eſſet, ſęculari potentia tranſeunte in
ſpiritualē. Tunc dilatata eſt magis ecclia in vniuerſo orbe, ⁊ canta-
batur vbiqꝫ chꝛo, halleluiah: ⁊ nuptię agni celebrabanƚ in vniuerſo
orbe: Sed qa interuenientibus ſęculis, iam nõ ea pace fruiƚ eccleſia
dei, quę ſub ſexto tpe minus multo pacē habebit, iactabiƚ enim ⁊ affli-
getur. Septimo itaqꝫ adueniente poſt interitũ antichꝛiſti, iterũ reno-
uabuntur nuptię agni, quando vniuerſali pace eccleſia ſub toto cęlo
pſperabiƚ. Tunc ⁊ Judęi recognoſcentes ſuos errores cõuolabunt cũ
vniuerſa gentiũ multitudine ad chꝛm ſm illud Eſa. 59. Ueniet ex ſiõ
q eripiat, ⁊ auertat impietatē a Jacob. Id qđ aplſ Paulus Rom. 11.
pertractans ait. Cęcitas in Iſrl ex parte cõtigit donec plenitudo gen-
tiũ intraret: ⁊ ſic oĩs Iſrl ſaluus fieret. Et in cap. 10. de eiſdem ait. Si
fuerit numerus filiorũ Iſrael tanꝗ̃ arena maris, reliquię ſaluę fient.
In nouiſſimo tamē iudicij die hęc impleri magis credunƚ, dũ chꝛs
electos ſuos in anima ⁊ corpore gloꝛificabit: dũ ꝑ beatificã viſionē,
ſuauiſſimã fruitionē, inamiſſibilē tentionē mentes ſuorũ electorũ, in
thalamo cęleſtis regni ſibi ſociabit. Ruſbertus harũ nuptiarũ ſponſa-
lia credit contracta in ꝓphetarũ ſponſione, perfectũ eſſe matrimoniũ
ꝑ verbũ de pręſenti in angeli ⁊ Marię mutua colloquutione, cõſum-
matũ deniqꝫ in carnis ⁊ verbi vnione: Solēnitas cœpit celebrari in
aſcenſione, a quo paulatim cœpit introduci ſponſa in domũ ſponſi
ꝑ tẽporũ ſucceſſionē: ſed in fine penitus introduceƚ ꝑ corporũ reſuſci-
tationē: cui conuiuiũ fiet tum generale, ac iuxta ęternale. Sequiƚ. Et
vxor eius ꝑparauit ſe. Euangelica tenet veritas, Et quę paratę erant
intrauerunt cũ eo ad nuptias, Matth. 25. ergo ꝑparatio ad electionē
ꝑtinet, quę ſine hac nõ aſſequeƚ. Hęc eſt cauſa, quare dñs tantopere
vigilãtiã ſubinde inculcat: alias, qđ opꝰ erat admonere? Dicit itaqꝫ,
Et vxor eius, id eſt, Eccleſia, quę ſponſa eſt ⁊ cõiunx chꝛi, ꝑparauit ſe.
id eſt, aptã dignamqꝫ ſtudioſe effecit, donec peregrinaret in via, qua-
tinus digna exiſteret vniri ſuo ſponſo in patria. Duo dixi, ſponſam ⁊
coniugē. Nunc enim ſancta ecclia ſponſa eſt donec peregrinaƚ a dño
in via: quũ aũt ad amplexus eius perducta fuerit in cœlo, ſediqꝫ htē
reddita: videritqꝫ in re, qđ nũc contẽplaƚ in ſpe: tunc demũ fiet con-
iunx. Conſuetudo qppe eſt ſcripturę ſacrę, vt aliquando ſponſas ap-
pellet coniuges ſeu vxores, q̃ſi impropꝛie: ⁊ ſponſos viros: rurſumqꝫ
vxores ſponſas, ⁊ maritos ſponſos. vnde S. Mattheus Euangeli-

*Nuptię agni tpe cõſtãtini primũ fuere.*

*Preparatio ꝑtinet ad ꝑdeſtinationē.*

ſta,quū dixiſſet,Quū eſſet deſponſata mater eius Ioſeph,in ſequentibus addidit.Ioſeph autē vir eius quū eſſet iuſtus, ⁊ nollet eā traducere,voluit occulte dimittere illam.Cui angelus dixit.Noli timere accipere Mariā coniugē tuā,quū necdū coniunx cohabitatione eſſet. Tale eſt illud.Si inuenerit puellā deſponſatā in agro ⁊ dormierit cū ea morte moriat̄,q̄ humiliauit vxorē proximi.Appellat̄ quoq; vir vxorq; ſponſus ⁊ ſponſa.Eo ſenſu Ioel dicit,Egrediat̄ ſponſus de cubili ſuo ⁊c̄.Proinde dicat̄,Uxor eius preparauit ſe.Iam ſcimus cur vxor dicat̄ ſiue coniunx,quę adhuc ſponſa eſt:ſed quō ſe p̄parauit,aut quali ornatu,reſtat inueſtigandū.Si fide dicas eā ſe preparaſſe, nec alio q̄ fide erat coniunx,vt probatū eſt ex ꝓpheta:neceſſe eſt ergo vt alijs a fide virtutibus,ſed tamen ex fide ꝓficiſcentibus ſe preparauerit:hęc ſunt chriſtianę iuſtificationēs quęcunq;:prout eadē ipſa hęc ſcriptura aperit,quū dicit,Et datū eſt vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti ⁊ candido,prout vulgata antiquiorq; editio habet.Deinde, byſſinū,inquit,ſunt iuſtificationes ſctōrū.De qbus loquens regius ꝓpheta ait,Et exercebor in iuſtificationibus tuis.Pſal.118.Et iterum,Fiat cor meū īmaculatū in iuſtificationibus tuis,vt nō confundar.Iuſtificationes igit̄ hę operū ſunt ex fide ꝓficiſcentiū: nā qđ non eſt ex fide pctīm eſt.Proinde recte ⁊ byſſinū purū dicit̄ ſiue candidū,⁊ ſplendēs: purū ob fidei candorē:ſplendens,ob preclariſſimorū operū nitorem. In charitate aūt oēs iuſtificationes noſtrę ꝑficiunt̄:cuius induuio licebit nuptiale conuiuiū ingredi,vt nō eijciamur.Unde,⁊ dn̄s,quum de operibus ſctis loqueret̄,imo magis quū ad ea hortaret̄,dixit,Sic luceat lux veſtra corā hoībus,vt videant opa veſtra bona Matth.5. Lux hęc bonorū operū ſplendor eſt,de quibus Paulus loquitur.Induite vos ſicut electi dei,ſcti ⁊ dilecti,viſcera miſeōie:benignitatē,humilitatē,modeſtiā,patientiā,ſupportantes inuicē,⁊ donantes vobiſmetipſis.Col.3.Idē Phil.2.dicit fideles lucere velut luminaria in mundo.Et Eph.5.Eratis aliquando tenebrę,nunc autē lux in dn̄o: vt filij lucis ambulate.Fructus autē lucis,inqt,in omni bonitate, ⁊ iuſticia,⁊ veritate.Semp enim ſcti dignis operibus ſeſe exornarunt, qa ⁊ regina circundata varietate a dextris aſtitiſſe regi memoratur. Pſal.44.Spōſa hęc,quū adhuc paruula eſſet placuit altiſſimo in primo iuſto, nec vnq̄ placere deſijt: quę auctis incrementis grandior modo qdē,ſed nōdū apta introduci in thalamū ſponſi,nondū enim nuptijs conueniens:quum autē venerit ſeptima ętas eius,tū matura virgo, tum plenis nubilis annis fiet, tum animum ſponſi ſui ſpecie vltro prouocabit in plenitudine credentium: ⁊ nouis ornata modis geſtit vltro ⁊ ipſa quoq; occurrere ſuo ſponſo. ¶Punc. 5.

Dei precepti de nō violanda ſponſa alterius.

Preparatio ſponſe in qua re attendit.

Opa ſancta lux.

Et dicit mihi,ſcribe.Beati qui ad cœnam nuptiaꝝ agni vocati ſunt.

Quid hoc loco cęna ſit ignorare nō poſſumus ſi precedentia cum ſequentibus conſyderemus:neq; enim aliud ꝗ eā intelligimus q̄ vlti-

mi tpis gaudia, quę tanta erunt, in dei eccleſia, vt quodámodo paria
ſint cęleſtibus: vt iure conſortes cóuiuij eius bti fore autument. So-
let enim ſcriptura vnũ p reliquũ exhibere: ꝛ p gl'iaꝫ cęleſtẽ exultatio-
néqꝫ eius, quę illius eui erunt pſcribere, ét ſi incomparabilis illa ſit,
ꝓportione tamẽ quadã aſſimilat: quatinus ne vilis, neue modica et
iſta exiſtimet. Conſolationes náqꝫ ſctõꝝ ita dilatabunt, vt nõ niſi ce
leſtes exiſtiment: quãdo certatim regna, regiones, ciuitates, oppida,
ꝛ vniuerſe gẽtes ad fidẽ ſuſcipiendã vltro cõuolare cernent. Quid
dicã? Myſteria tunc agent in credentibus cęleſtiũ gaudiorũ: ꝛ tã am
pliſiua erunt, vt nequeant niſi cęleſtiũ cõparatione deſcribi. Quod ſi
ſancti in hoc ſeculo, in carne adhuc viuentes, tantas qñqꝫ animorũ
intra ſe ſentiunt conſolationes: quantas, credis, tunc experientur: qñ
intus ꝛ extra pleni erunt chriſti gloria. Nec poteſt hic vocatio pręde-
ſtinatio eſſe, vt quidã hallucinant, nec eã includere, ita ꝙ tum tempo
ris q ad fidẽ vocabunt infallibiliter ſaluent oẽs: poterunt enim mul
ti perire, ſed ſimpliciter intelligendo vocationẽ, quẽadmodũ ꝛ dñs di
cit, Multi ſunt vocati, pauci vero electi Matth. 22. Cur ergo vocati
bti? dico, ꝓpter gloriaꝫ pacis vniuerſalis eccleſię. Ubi nota duplicem
eſſe vocationẽ. Nã quędã eſt interna in ſpũ, ſctificans ꝛ mouens effi-
caciter p grãm cor: ꝛ trahens ad chřm, de qua loquit dñs in euáge-
lio Joánis dicẽs, Nemo venit ad me niſi pater traxerit illũ. Joan. 10.
Et Paulus, Ephe. 1. Elegit nos ante mundi conſtitutionẽ: vt eſſemus
ſcti, ꝛ imaculati, in charitate in conſpectu eius. Et. 2. Theſſa. 5. Elegit
nos deus primitias in ſalutẽ in ſctificatione ſpũs, ꝛ in fide veritatis:
in qua ꝛ vocauit nos p euangeliũ noſtrũ. Hęc vocatio non fallit, nõ
eſt ocioſa: quicunqꝫ ad eũ modũ vocati ſunt, nõ pereunt in ęternum,
neqꝫ rapiet eas quiſꝙ de manibus eius, nõ dubiũ qn chriſti. de hac
vocatione nõ loquit hic textus. Altera vocatio p externũ verbum ſeu
ſignũ exemplare, ſine electionis qñqꝫ ſpũ. Quia enim cupit deus oim
ſalutẽ, quantũ ex ſe eſt: vnde ꝛ in oẽs inuulgari dilatariqꝫ voluit ſuę
vocatiõis verbũ: nõ tñ oẽs vocatiõis effectũ ſalutarẽ ſortiunt. Qua-
re hoc? Incertũ nobis eſt, nec de alto dei conſilio qppiã pręter ſcriptu
rã definire audemus: ſolus ille nouit, quare illũ trahat, hunc vero
non trahat: q libere operat in oibus, cui ſit honor ꝛ gl'ia in ſecula ſe-
culoꝝ amẽ. Niſi forte diceremus, qa nõ oẽs capiunt ſalutis verbum:
nec eodẽ mõ ſalutis ardore tenent. Beati nanqꝫ q eſuriunt, ꝛ ſitiunt
iuſticiã, qm ipſi ſaturabunt. Matth. 5. Quęre nunc q ſunt ſalutẽ ardẽ
tes, iuſticiã dei eſurientes ac ſitientes: ꝛ hi ſunt, q vocationis effectum
conſequunt. Nunc deniqꝫ perſpice aliud, quare iſta refectio cęna po-
tius ꝙ prandiũ dicat? Ratio in promptu eſt. eſt enim refectio vltimi
tẽporis, cui nõ ſubſequet alia in hoc mundo: quę abundantiſſimorũ
chariſmatũ, ac verbi dei, ꝛ cõſolationis ſpũs eſt, cęleſtis illiꝰ patrięqꝫ
refectionis quodãmodo inchoatio: quę nõ corruptibiliũ eſcarũ qua-
les nobis ꝓponunt ad menſam, ꝛ quales coci cõficiunt: ſed ſpũaliũ,
qbus aia noſtra repleri atqꝫ adſatiari habet, cuius ſuauitas exupe-

rat oēm ſenſum. Eo ſenſu dictū eſt ſupra ca. 3. Si quis mihi aperuerit ianuā: intrabo ad illū: & cenabo cū illo: & ipſe mecū. Nō enim poteſt ſaporoſior hac refectione adhiberi. Porro, nō erunt in his nuptijs, & in hac cęna, vana, laſciua, ficta, prophana, & intemperata gaudia: ſed ſolida, vera, honeſta, ſctā, ac modeſta: quę nemo ſcit, niſi q guſtaverit. O itaq; qꝫ beati, & ter quaterq; beati, q ad cęnā nuptiarū harū agni vocati ſunt: quiq; ſub illud tempus erunt. Quicqd modo ſolēnitatū habem⁹, vmbra qdā ſolēnitatis illius tpis eſt. ¶ Punc. 9.

Et dixit mihi, Hec verba Dei vera ſunt.

Quis dixit? Arbitror angelus vnus ille e ſeptē, q phialas habebāt, q loquutus eſt cū eo, ſupra di. Veni, oſtendā tibi dānationē meretricis magnę, quę ſedet ſup aquas multas, &c. Plus enim oſtendit qꝫ promiſit. Quippe q nō ſolū meretricis dānationē, ſed et glorificationem btē cōiugis agni, & auditū cęleſtis carminis, qđ hallelujah eſt. Grecus textus habet, hęc verba vera ſunt dei. Et eſt ſenſus, hęc verba, & vera ſunt, & dei ſunt: vt ſi quis ea vera nō crederet, ob ſimplicē aſſertionē, q ſint vera; vel ob hoc credere debeat, q dei ſunt, cujus omnis ſermo veritas eſt: immo qa deus verax eſt, q non mentit aliquando: & hęc verba, quę dico tibi, dei verba ſunt. Et ideo pro certo obuenient quęcunq; futura prędixi. Accipienda igit ſunt nō vt hoīs, aut et angeli cuiuſpiam puri, verba, ſed vt vere ſunt dei verba, credentia ac reuerentia omni, et ſi alicubi minus capiamus: exēplo btī Joannis, q quū audiſſet verba dei eſſe quę angelus ei reuelaret, ob reuerentiā & affectū erga dei verbū, & ipſum deū, q reuelat in verbo ſuo, cecidit ad pedes reuelatoris. In qđ ſequitur. ¶ Punc. 10.

Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum: Et dixit mihi, vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, & fratrū tuorū, habentium teſtimoniū Ieſu: Deum adora: teſtimonium enim Ieſu eſt ſpiritus prophetiæ.

Similis locus eſt infra cap. vlt. Qr. n. maiorē ſe angelū talia commonſtrantē, ac docentē videbat Joannes, cadit ante illū vt adoret, nec tamen id angelus paſſus eſt: vbi tā angelus qꝫ Joannes, ꝓprias ſumunt pſonas. Nā quū ſupra angelus dixit, Ego ſum Alpha & ω: primus & nouiſſimus: oſtendit illo loci pſonā chriſti agere quando Joannes cecidit ad pedes eius tanqꝫ mortuus: & ponens dexterā ſuā angelus ſup caput eius ſolatus eſt eū cap. 1: hic vero ea exutus, quū ſimpliciter ſe cōſyderat, phibet ne ſe adoret ſed deū ſolū: ne diuinum ſibi arroget honorē: bñ enim memoria repetebat magnū illū angelū iccirco e cœlo deturbatū qa diuinū ſibi honorē vſurpabat: cui ſpectaculo tum aderat ipſe. Vbi & hoc quoq; notandū: qa idē angelus pedes habuiſſe memorat. Dicūt eos qñ ad hoīes miſſi deſcendūt corpus ſibi tenui ex aere coaptare: quatinus natura alioqui inconſpicabilis, eo pacto ſe cōſpicabilē exhiberet. Ait ergo, Vide, id eſt, caue, ne Angeli pedes.

feceris, q[uia] cõſeruus tuus ſum: ego & tu cõem dñm ſup nos habem[us], nec tantillũ tibi pręlatus ſum, par ſeruili cõditione, etiã ſi impar naturę ſublimitate: eruditorem nunc ago dñi iuſſione: miſſus ſum vt te

*Angelus recuſat ſui adorationem.*

erudiã nõ vt tibi me pręferã, ſocius datus ſum nõ dñs: conſeruus aũt ſum nõ ſolũ tuus, ſed & oim fratrũ tuorũ, in chrm credentiũ, habentiũ teſtimoniũ Jeſu, hoc eſt, fidẽ. Cauſa in promptu ex his eſt, Cur angelus a Joanne ſe nõ permiſerit adorari: dei q̃ppe filius factus homo, humanã in ſe naturã aſſumens, nõ ſolũ illã angelis coequauit, verũ etiã ſup angelos in imenſum ſublimauit. Proinde angelus ſociũ tãtimodo ſe agnoſcit, nõ ſuperiorẽ: conſeruũ nõ dñm. Alij imaginarie hęc oia viſa fuiſſe magis q̃ corporaliter probant: quemadmodũ & angelus eidẽ apparuit, q cũ ipſo loquebat, & cõmonſtrabat p formatas imagines oia: & q nec ipſe angelus in aſſumpto corpore, ſed ſpecię formata interno ſenſui ſeſe exhibebat: cecidit ergo Joannes ante pedes eius, eo modo, quo Ezechiel in ſpũali viſione adductus in hieruſalẽ, cecidit in faciẽ ſuã. Ezech. 4. Nã caſus iſte in ſpũ fuit, videlicet in imagine, quẽadmodũ ſupra de ſe ait, Fui in ſpũ in dñica die. ca. 1.

*Prędicatorũ eſt teſtimoniũ hẽre Jeſu.*

Porro oſtendit q teſtificari de dño Jeſu ſit, & angeli & hoīs, dicens conſeruũ ſe eẽ oim habentiũ teſtimoniũ Jeſu: imo vt prędicatores ſidei ſynceri ſint & veraces, eo q angelorũ ad hoīes gerant officium, q & ipſi angeli in ſcriptura vocant Malach. 2. & 1. Cor. 11. Debet, inqt, mulier velamen habere ſup caput ſuũ, & pp̃ter angelos. In Malachia autẽ, Angelus enim dñi exercituũ ſacerdos expreſſe dicit. Habẽtiũ ergo teſtimoniũ Jeſu, id eſt, q in verbo fidei teſtificantur Jeſum, qđ teſtimoniũ docet ſpũſſctũs reuelans dei myſteria, dño atteſtante Joan. 15. Jlle teſtimoniũ perhibebit de me, & vos teſtimoniũ perhibebitis. Non prius vos q̃ ille, vt verũ ſit teſtimoniũ veſtrũ, alias teſtificari ſine ſpũ mera impoſtura eſt, quia oīs homo mendax. Pſal. 115. Hoc autẽ teſtimoniũ vt verũ, ita a ſpũ ſctõ proficiſcens eſt. Eſt enim pphetia. Sequit. Deũ adora, q ſolus adoratione dignus eſt, q fecit oia, & ſeruat vniuerſa, & ſuos cultores honorificat. Quo in loco & hoc conſyderandũ, q quũ ſepe in veteri teſt. legamus angelos ab hominibus adoratos, nec vnq̃ eos ab eis prohibitos, hic autem minime adorationẽ tuliſſe angelũ. Quare hoc? Jam diximus: q enim poſtq̃ dñs in carnẽ venit cõditioni nr̃e multũ additũ eſt, vt par honor nobis atq; angelis poſtea debet. Matth. 22. Luc. 20. Chriſtus aſſumptũ hoiem ſupra angelos ſublimauit, ideoq; ab hoie adorari hic angelus timuit, quẽ ſuper ſe in chriſto regnare cognouit. Nemo hic putet dãnari reuerentiã mutuã, p qua bona gratia dat, quũ Paulus doceat honore inuicẽ pręuenire. Sed vt in primis deũ quiſq; veneretur, ac deinde iuxta humanę conſuetudinis exigentiã licet & homini impendere honorẽ. Euangelio nãq; politica honeſtas ac modeſtia minime reijcit. Auguror angelũ minime paſſum Joannis adorationẽ, q cũ voluerit adorare, tanq̃ huius officij authorẽ, tribuereq; illi gratiã & gloriam, quẽ oino noluit ita arbitrari angelus, ſed vt erat author rei

huius deus,cuius ſolũ miniſterio fungebat,ꝛ quę acceperat oſtende-bat,docebatq́ ipſe,voluit illi oẽm grãm tribui,vt par erat,non ſibi q miniſter erat tm̃.Deniq́ oſtendit veritas viſionis totius, ꝛ verbo-rũ libri,in eo qđ dicit,Teſtimoniũ enim Jeſu eſt ſpũs ꝑpheti̧ę.Quic-qđ enim ſpũs in ꝑphetis dixit,teſtimoniũ eſt Jeſu, cui lex ꝛ ꝑphetię ſubſcribũt.Unde etiã cũ ipſo in mõte transfigurato,Moyſes, ꝛ Elias viſi in maieſtate eadẽ,quatinus prę̨clarius ſole oſtenderet ipſum ha-bere teſtimoniũ a lege ꝛ ꝑphetis:contra improbitatẽ Judęorum, q conſpectis eius tot mirabilibus,auditis veriſſimis ſermonibus eius, adhuc credere noluerunt,ſed nec volunt vſq́ in hodiernũ diẽ.Qui-bus ipſe dixit,Si crederetis Moyſi,crederetis forſitan ꝛ mihi,Jlle.n. de me ſcripſit Joan.5.Quia vero oĩs ſcriptura ꝑ ſpũm ſanctũ eſt da-ta:ideo ipſe ſpũs ꝑphetię teſtimoniũ Jeſu eſt:qa peculiare eſt ſpiritui teſtificari de Jeſu velut authore ſalutis oĩm.Pręterea,qa oĩs ſcriptu-ra teſtimoniũ ꝑhibet Jeſu.Unde ipſe reſurgẽs ex mortuis dixit,Opor-tebat impleri oĩa quę ſcripta ſunt in lege Moyſi,ꝛ ꝑphetis,ꝛ Pſalis de me.Luc.21.Nã ꝛ eo baptizato ſpũſſctũs teſtificatus eſt deũ, ꝙ eẽt dei filius,quando in ſpecie columbę,innocuę,ac fœcundę alitis ſup eũ deſcendit.Spũs itaq́ prophetię chřo nuſquã nõ teſtimoniũ dat: qa oĩa,quę lex ꝛ ꝑphetę narrant,de illo dicta intelliguntur.Habent aũt hoc teſtimoniũ Jeſu,non hi q verbotenus ea quę de illo dicunt credunt,qa fides ſi nõ habeat opera mortua eſt:ſed q ea fide pollẽt, quę ꝑ dilectionẽ operat.i.q fidẽ,quã habent,operibus cõprobant,or-nantq́.Moraliter,Prohibet angelus Joannẽ,ne ſe adoret dicẽs ſe eſſe cõſeruũ eius,qa nequaq̃ alta ſapientibus arcana ſua deus reue-lat.Etenim q ꝑ tumorẽ cordis ſui,conſeruos,id eſt, ſibi ęquales eſſe dedignant,qbus ea grã data nõ eſt,quę ſibi,deus reſpuit.Sit opor-tet Moyſes,ſit Paulus,q vehiculũ grę dei fieri cupit in populo dei: quorũ alter prę̨lationi ſe indignum iudicat,quando a deo mitteret: alter minimum ſe Apoſtolorum aſſeuerat, maximus in euulgando dei ſermone apoſtolorum, qui alibi eorum ſeruum fore proteſtatur, quibus prę̨dicaret.

Spũſſctũs author ſcripturę.

## DE EQVO ALBO, ET SESSORE EIVS. SEC. 2. PVN. 1.

ET vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & verax: & cũ iuſticia iudicat & pugnat.

Hactenus de Babylonis cõdẽnatione actũ eſt:nunc deniq́ oſtendit vtriuſq́ beſtię iudiciũ,in primis aũt prioris.Ad id autẽ primũ exhi-bet chřs cũ ſuis velut paratus ad pręliũ,vt decertet,vincat,ꝛ in iudi-cio cõdẽnet.Demũ beſtia illa horribilis cũ vniuerſis exercitibus ſuis quaſi in chriſtũ exurgens pugnatura reuelat.Poſtremo glorioſiſſima chriſti victoria prę̨nunciat.Primũ itaq́ ꝑdit chriſtus gigas ille inui

Equus albus deſcribitur.

ctiſſimus, ad cuius reuelationẽ cęlũ aperit: ſic enim videbat Joannẽ cęlũ aperiri, vt Stephano ꝓtomartyri, quando ad patris dexteram Jeſum ſtare vidit, Act. 7. Sed in cœli hic apertiõe cœleſtis ſpũaliſq3 myſterij reuelatio deſignat. Itẽ, ꝙ cęlũ olim clauſum pctõ parentũ, iam p chĩm foret apertũ. Sed quale eſt illud cęleſte ſpiritualeq3 myſteriũ, qđ fuit Joanni reuelatũ? nẽpe qđ in typo habet textus, in quo ſignificat, ꝙ chĩs p ſui auxilij exhibitionẽ e cęlis ſuę ecclię in eius opportunitatibus ſemp adeſſet, id qđ in oppreſſione Antichriſti ⁊ eorũ q ſibi adherebunt promonſtraturus eſt. Porro ęquus albus fideliſſimi eius pugnatores ſunt, fide ⁊ aĩo magni audaceſq3, ne aduerſis p terreant, ſup quos ſedet ipſe chĩs, fidelis in ꝓmiſſione, verax in exhibitione, iuxta illud, Fidelis dñs in oĩbus verbis ſuis, ⁊ ſanctus in oĩbus opibus ſuis, Pſal. 144. Qui in ſuis cũ iuſticia iudicat ⁊ pugnat. Fuit etiã fidelis patri, cui fideliter obediuit. de quo Apl's Paulꝰ Hebre. 3. dicit, Conſyderate Aplm, ⁊ pontificẽ cõfeſſionis noſtrę Jeſum, q fidelis eſt, ei q prefecit illũ (id eſt ꝯſtituit principẽ in domo ſua, quę eſt Eccliã,) ſicut ⁊ Moyſes in omni domo illius. Amplioris autem glorię iſte pręę Moyſe dignus habitus eſt. Et Moyſes qdem fidelis erat in tota domo eius, tanq̃ famulus in teſtimoniũ eorũ, quę dicenda erant: Chriſtus vero tanq̃ filius in domo ſua, quę domus ſumus nos. Itẽ verax immo ipſiſſima veritas Joan. 10. ⁊ cap. 3. Deus verax eſt. Fidelis ⁊ verax, digna chriſto vocabula. Proinde mox ſubditur, Cũ iuſticia iudicat ⁊ pugnat: neminẽ niſi cauſa iuſticię impugnat, ⁊ cõdẽnat. Nõ eſt apud illũ malũ bonũ, ⁊ bonũ malũ, Eſa. 5. Ve h, qui dicitis malũ bonũ, ⁊ bonũ malũ: ponentes tenebras lucẽ, ⁊ lucẽ tenebras: ponentes amarũ in dulce, ⁊ dulce in amarũ. Quare nullum borũ ei competit, qꝛ verax eſt, ⁊ fidelis, ⁊ tenebrę in eo nõ ſunt vllę. 1. Joan. 1. Ergo p iuſticiã iudicat iniuſticiã, ⁊ mendaciũ, ⁊ oẽm iniquitatẽ, impietatẽq3, ⁊ impugnat eam. Eſa. 63. Ego q loquor iuſticiam, ⁊ ꝓpugnator ſum. Nemo ergo confidat in iniuſticia ſua, nemo in impietate ſua ſperet: qm̃ grauis expugnator iniuſticię eſt chriſtus, atrox vltor impietatis. Mortuus p iuſticia, morte a ſuis depulit impietatẽ: ⁊ quo pacto parcet iniuſticię? aut impietatẽ dñari pmittat? quę niſi exturbaſſet qs iuſtus vſq̃? qs pius eẽt? Alijs placet p hunc equũ intelligi puriſſimũ eius corpus ⁊ aĩam: per ſeſſorem diuinitatẽ verbi, quę preſidet humanitati, conſtatę ex corpore ⁊ aĩa: hunc autẽ equum tunc diuinitas aſcendit, quando verbũ dei humanã ſibi carnẽ, ⁊ animam copulauit. Nec derogat, ꝙ aliud eſt equus, aliud ſeſſor: nã ⁊ chriſtus vna pſona nõ dubiũ qn diuina in duabus ſubſtantijs, humanitate ⁊ diuinitate ſubſiſtit. alias eteñ ſeſſor ⁊ equꝰ in re bellica ꝓ vno cõputantur, quaſi ſint vnũ. nã ⁊ prima rudis ętas hoiem equo miſtũ credebat adhuc militię equeſtris expers: vbi hoiem equo inſidentẽ conſpicata eſt: centauriq3 nomẽ illi indidit, cuius ſupior pars homo eẽt, inferior equus. Sed quid hęc phantaſtica res ad veritatẽ? Recte aũt eius humanitas puriſſima p equũ albũ figurari dicit, q pctm̃ nõ fe-

Cœli apertio myſterij reuelatio.

Equus albus q ſint

Deꝰ verax

Chĩs p iuſticiã iudicat oẽs iniuſticiam.

Chriſtus mortuꝰ ꝓ iuſticia.

eſt,nec inuentus eſt dolus in ore eius.1.Pet.2.Eſa.53.Poſuimus hęc quia argutiora forſitan quibuſdam videri poſſunt:nobis equidē longe amplius ſuperior expoſitio probatur.Sequitur. ¶ Punc. 2.

Oculi autem eius ſicut flamma ignis: & in capite eius diademata multa,habens nomē ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe.Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine,& vocabatut nomen eius verbum dei.

Quinq; de dño dicit.Primum ꝙ oculi eius ſint vt flāma ignis: ſcdo ꝙ in eius capite diademata ſint multa:tertio,ꝙ nomē ſcriptū habeat nemini cognitū preterq̄ ſoli:quartū,ꝙ tincta ſanguine veſte ſit indutus.quinto, ꝙ nomē eius ſit verbū dei.Dictū eſt ſupra cap.2.de oculis dñi flāmeſcentibus,cur huic rei potius cōparent,nimirū ob viuacitatē perſpicacitatēq;.Sunt enim viuaciſſimi iuxtaq; pſpicaciſſimi: oia vident,oia penetrant,norunt oia,vt falli iudicij eius examē nequeat.Quod Paulus Hebre.4.eleganter magnifico illo ſtylo proſequit di.Viuus eſt ſermo dei ⁊ efficax,⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti,⁊ pertingens vſq; ad diuiſionē aię ⁊ ſpūs,compagum quoq; ⁊ medullarū,⁊ diſcretor cogitationū,⁊ intentionū cordis, ⁊ nō eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius:oia autem nuda, ⁊ aperta ſunt oculis eius.Non poſſunt hęc niſi ad diuinitatē verbi referri, qđ efficit ſua virtute oia,quę pnunciata ſunt.cuius oculi flāmei ſunt,⁊ penetrabiles,vt diſpiciant,cognoſcantq; diſtinctius animalē a ſpirituali ſeparando,⁊ iudicent inter medullas,hoc eſt,affectiones,quę carnales ſunt,⁊ quę ſpirituales,id eſt,lege ſpūs directę:cogitationes itidē, cordiſq; intentiones,quū oia pateſcant illi:tam viuaciſſimis,tamq; perſpicaciſſimis oculis,hoc eſt, cognitionibus predito.Aliter,Quia in equo,quaſi aduerſarios expugnaturus,apparuit: igneum iuxtaq; terribilē contra impios pręgeſtat viſum,ne humilis videaẗ, facileq; contēnēdus.Scimus enim(qui ſcripturas legimus)qa in futuro aduentu,nō tā humilis apparebit,ſed quē merito ꝑhorreſcat mundus, ⁊ quę in eo ſunt: ante cuius faciē ⁊ virtutes tum cœlorū mouebunt Luc.21.D.Haymo Oculos dñi igneos ad dona retulit ſpūſſancti:⁊ hoc nō cōtentus,diuina eloquia adhibet,vt ſint oculi hi,dona ſpiritusſancti,ſint ⁊ dei eloquia perſpicaciſſima.Nobis certū ſit, ⁊ ſatis ſit dñm Jeſum ex certiſſima oim cognitione veriſſimū ſup orbē iudiciū habiturū,idq; ex diuinitate,qua pollet,ideoq; victor vbiq;, vt merito in capite habere dicaẗ diademata multa(qđ erat ſcđm hic poſitū) Quia nimirū nō ſolū ipſe vincit,ſed ⁊ multi ſctōrū in eo,quorum victorię ac triumphi,coronę quoq; ad gliam ipſius referuntur, ⁊ in capite eius ponunẗ.iuxta qđ ſcriptū eſt in Zacharia,vbi loquit dñs deus ad ꝓphetā dicens,Sume a tranſmigratione,a Holdai ⁊ a Tobia,⁊ ab Idaia argentum ⁊ aurum,⁊ facies coronas,⁊ pones in capite Jeſu filij Joſedech,ſacerdotis magni,⁊ loqueris ad eū dicens: Ecce vir,oriens,nomē eius.Qđ de dño noſtro Jeſu chriſto ſaluatore

Oculi dñi flammei.

Chřs diademata multa habet.

quis vnq̄ dubitauerit accipiendū? Ipſe enim eſt cui magno omnium conſenſu coronę in capite ponunt, quando oim̄ operū merita ſibi imputant, & tandē coronę capiti eius imponunt, qui de babylone & peccatorū confuſione p̄ baptiſmū rediere ad terrā ſuā hoc eſt eccleſiam. Ipſe coronat in ſingulis virtutibus noſtris, quę oia, dona eius ſunt in nobis. Ideo. Non nobis dñe non nobis, ſed noi tuo da gloriam. Pſal. 113. Tertiū erat de ſcripto nomine qd̄ nemo nouit niſi ipſe, noticia ſcilicet cōprehenſiua, iuxta totū pelagus diuinitatis, quo cognoſcibilis dūtaxat eſt a ſe toto. Hoc eſt nomen, de quo ait Apoſtolus, q̄ dedit ei pater nomē, qd̄ eſt ſup oē nomē, quo in vna pſona verus deus, & verus hō vocat. Quod nomē nominatū. i. res ipſa ſm id qd̄ diuinitatis eſt, incōprehenſibile eſt omnī menti create loquēdo de totali cōprehenſione, qua aliqd cognoſcit tā pfecte, ſicut ex natura ſui cognoſcibile eſt. Porro in eo qd̄ ait. nomen hoc nemine nouiſſe p̄ter ſe, valde perplexum eſt humano ingenio. Nunqd filius ſcire aliqd pōt, qd̄ neſciat pater, aut ſpūſſctūs? Non oīno: qa quoꝝ inſeparabilis eſt ſubſtantia, inſeparabilis eſt & ſcientia: ideoq̄ qd̄ ſcit filius, ſcit & pater, ſcit & ſpūſſctūs. Proinde quū filius aliqd ſcire dicit, non excludunt pater & ſpūſſctūs: quinpotius tota prorſus trinitas ſcire docet, & qd̄ ſolus pater ſcire aſſerit: cū ſua ſapientia, quę chrs eſt, & ſuo ſuęq̄ ſapientię ſpū noſſe pbat, & qcqd ſpūſſctūs ſcire p̄hibet, omnino cū patre, & filio, quorū ſpūs eſt, ſcire credit. In his enim quę abſolute deo conueniunt, qd̄ de vna pſona dicit, de alijs quoq̄ duabus dat intelligi. Ideo qd̄ in euangelio dicit Matth. 24. de die aūt illa & hora nemo ſcit, niſi ſolus pater: nō perinde eſt intelligendū, q̄ aliqd ſciat pater, qd̄ neſciat filius, qui vtiq̄ eſt patris ſapientia. Qd̄ vero alius Euangeliſta addit: neq̄ filius Mar. 13. non in hoc dicitur q̄ oino neſciat: ſcit enim quicquid ſcit pater, eo q̄ & pater nō alia q̄ ea ſapientia ſciat q̄ filius eſt: ſed q̄ alijs reuelanda neſciat. Hoc ſenſu, De die autē illa, & hora nemo ſcit, neq̄ filius, ſubintellige alijs reuelanda: quaſi enim neſcire dicimur, qd̄ nō reuelamus. Proinde neſcientia hęc filij eſt neſcientia hoim, non ſua. Neſcireq̄ dicit neſcietes hoies reddere: ſicut econtra ſcire dicit aliqd hoies ſcientes facere. vn̄ eſt illud. Tētat vos dñs deus veſter: vt ſciat, (id eſt ſcire vos faciat) ſi diligitis eū an nō. Quū ergo interrogaſſent eū Apli de die iudicij, & eis nō ipſum diē indicauit: p̄ hoc vtiq̄ neſcire ipſum dicit diē, qa eos neſcientes reddidit. Neq̄ enim ille ignorare pōt diē, a quo omnis factus eſt dies: nec pōt aliquod eſſe tps, qd̄ eū lateat, p̄ quē facta ſunt oia tpa. Nomen itaq̄ filij pater ſcit, a quo eſt genitus: ſcit etiam ſpūſſctūs, qa ab vtroq̄ ęqualiter procedit. Sed nunqd hoc nomen etiā hoies non ſciunt? In ſequentibus enim idē Joannes ait, Vocat nomē eius verbū dei. Reſpondeo, Sciunt & credentes nomē dñi, quū dicat idē, Manifeſtaui nomē tuū hoibus Joan. 17. Non tn̄ ſm totale diuinę eſſentię pelagus, quo ſcibilis eſt, quo ſoli ipſi, (ſicut ptulim⁹) eſt cognitum. Quomō ergo ſciunt? dico. ſcientia fidei, ſm ſcripturas in quibus

*Scientia cōis triū perſonaꝝ.*

*Dei neſcir aut ſcire quid ſit.*

*Nomē dei ſciunt credentes.*

in qbus reuelatū didicimus oēs, q fidem habemus in illū. Uel sic: nemo nouit nomē eius niſi ipſe, complectendo ſimul ſibi ꝛ totū corpus fideliū, hoc ſenſu. Nemo extraneorū, nemo Ethnicorū nouit nomen eius niſi ipſe, cū corpore ſuo myſtico: qd̄ eſt eccleſia. Nō eni perfidi Judęi norunt nomē eius, ꝙ ſit filius dei: qui eū in ſynagogis ſuis blaſphemant. nō hęretici, q male de illo ſentiunt. non Ethnici quiqꝫ ſiue pagani, qui eū ſcire nolunt. nō Turcha, nō Scytha, non Tartarus, nō alij quos ignoratio dei ſecreuit a ſuis: ſed neqꝫ falſi chriſtiani nomē eius, qd̄ ſanctū eſt ac terribile Pſal. 110. norunt. Sed nec infames pctores obſtinati in malo norunt: alioq nō tā temere ſacrilegis ſuis opibus illud qd̄ inuocatū eſt ſup ſe, dum in filios dei conſecrarentur, obfuſcarent. Soli ergo vere credentes, vere religioſi, vere ſancti ꝛ dilecti, q ſunt electi dei ſciūt, ꝛ cū his, ꝛ in his nomē ſuū chriſtus ſcit. Talis eſt hęc loquutio in hoc ſenſu, qualis illa: qua alibi ait, Nemo aſcendit in cœlū, niſi q deſcendit de cœlo filius hoīs, q eſt in cœlo. Joan. 3. vbi ſecū cōprehendit ꝛ totū corpus myſticū: aut propria virtute nemo aſcendit. Uerū enimuero, nec ipſum corpus ſcit noticia cōprehenſiua, quomodo ipſe ſcit, niſi (vt diximus) noticia fidei, ſm qd̄ manifeſtatū eſt in ſcripturis euangelij dn̄i teſtimonio: Qd̄ facile eſt demonſtrare intelligentibus. Nullus enim conceptus creatus poteſt comprehendere nec definire deū ſm totū pelagus ſuę eſſentię, ac plenitudinē ſuę deitatis, ꝛ pfectionis: eo ꝙ finiti ad infinitū nō ſit ꝓportio vlla, ꝛ nullū finitū valet ſinu ſuo ambire infinitū, qualis eſt deꝰ, vtpote incōpręhenſibilis, indefinibiliſqꝫ. Nā quū definire ſit rem ſm totā eſſentiā ambitu ſuo cōprehendere, ꝛ quodāmodo includere; reſtat vt deū nulla creata intelligentia ſic cōprębendat. Quod quūvex ſit, verū ſit oportet ꝛ hoc, qd̄ dicit̄, qa nemo nouit filiū niſi pater Math. 12. Et nemo nouit nomē eius niſi ipſe, vt pręſens ſcriptura habet. Quartū ſequit̄, de veſtimento eius tincto ſanguine. Et veſtitus, inqt, erat veſte aſperſa ſanguine. Ueſtis ſanguine conſperſa eſt caro domini ſacroſancta paſſionis ſanguine cruentata. Querit ꝓpheta Eſaias cap. 63. Quarę rubrū eſt indumentū tuum? ꝛ veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Accipit ilico reſponſum, Torcular calcaui ſolꝰ. Adhęc veſtis dn̄i ſanguine cruentata ipſi martyres intelligunt̄, vt in Pſal. 21. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, ꝛ ſup veſtē meā miſerūt ſortē: id qd̄ nō ſolū de induuijs carnis dn̄i qbus nuditas eius tegebat̄, donec verſaret̄ in mundo, eſt accipiendū: ſed ēt de martyribus, q fuſo conſperſi ſunt ſanguine: quos ſibi diuidunt impij dū ꝓ voluntate ſua cedunt, ſeparant, ꝛ interimunt: ſortē autē miſerunt ſup ꝓpriā eius veſtē dum primū eū interfecerunt, quaſi in ꝓpriū ius eū cōuertere volentes Judęi, de qbus acceperat veſtē, vt facerent qd̄ cum eo vellent. Porro, qntum qd̄ ſequit̄ de eius nomenclatura palā eſt: ꝓpriū enim id indicat nomē, qd̄ vocatū eſt ab angelo priuſq̄ in vtero conciperet̄ Luc. 2. qd̄ eſt Jeſus. Uerbū enim dei eſt Jeſus, qd̄ nobis in paſſione ſua factum eſt Jeſus, id eſt ſaluator. Quū enim angelus nomen hoc

Nomē dei ſciunt credentes.

Definirę quid ſit.

Martyres veſtimēta domini.

Jeſus verbum dei.

indicaret, Et vocabis, inquit, nomē eius Jeſum: ad qd ſic vocaret eū
curauit declarare di. Ipſe enim ſaluū faciet populū ſuū a pctis eorum
Matth. 1. Iccirco in circunciſione vocatū eſt nomen eius Jeſus. Lu. 2.
Nomē dei Jeſus. Jeſus ergo eſt nomen eius, nomē dñi dei noſtri: priſcis minime cogni
tum, nobis autē reuelatū: quando illud verbum ęternū in carne ve-
nit, per qđ ſe pater nobis manifeſtū fecit: & voluntatē, & oipotentiaʒ,
& ſapientiā, & miſericordiā, & iuſticiā, & totū myſteriū trinitatis. Nam ſi
nomen a notificando dicit, illud ꝓfecto erit nomen dei, ꝑ qđ ipſe de⁹
notificatus eſt mundo, qđ factū eſt per ipſum Jeſum, quē patris ver-
bū prędicamus, & nomē. Namqʒ verbū, qđ intra mentē cōcipit de re
quacunqʒ, ea tota reddit per vocē, ita & verbū ęternū, q eſt patris cō-
ceptus ęternus, redditū eſt, hoc eſt, manifeſtatū mūdo: quando in car
ne tanꝗ verbu ꝑ vocē apparuit: vnde ſicut nomē ſeu verbū noſtrum
vocale ac ſonans continet in ſe conceptū viuacē, & ſignificatiuū men-
tis interne, ita humanitas chriſti conceptū diuinū. hoc eſt, verbū dei
viuidum, & patris notificatiuū, & ꝑ conſequens oīm myſteriorū eius.
Itē ſicut verbū noſtrum vocale nihil aliud eſt, niſi cōceptus mentis
habens vocē: ita chřs nihil aliud ꝗ̄ verbū dei habens carnem, vel
verbū in carne, vel verbū caro factū ꝑſonaliter Joan. 1. q nobis pri-
mā ſui noticiā & patris dedit. Nā & verbū noſtrū voce indutū hoc pri-
mū pręſtat vt agnoſcat, quę ꝑ noticiā ſui ꝓdit rē de qua eſt. Porro de
clarauit & legē & ꝓphetas, qua in re nō aliud impenſius fecit, ꝗ̄ ſe
manifeſtauit mundo, & patrē. Ideo dicebant Judęi tanti myſterij ex-
periti, Tu de teipſo perhibes teſtimoniū: teſtimonium tuum non eſt
verum. Et rurſum. Ubi eſt pater tuus? Joan. 8. Chriſtus autē perpla-
cide, vt ſemꝑ ſolebat, improbitatē eorū excepit dicens, Ego ſi teſtimo-
niū perhibeo de meipſo, teſtimonium meū verꝫ eſt: qa ſcio vnde ve-
ni, & quo vado. Rurſumqʒ, Ego ſum q teſtimonium perhibeo de me
ipſo, & teſtimoniū perhibet de me qui miſit me pater. ſimul eis decla-
rans, ſe & patrē, vt nuſꝗ nō partes ſuas ageret, cuius erat notificare,
q erat nomē patris, ſiue verbū dei, qđ os dñi nominauit. Eſa. ca. 62.
Obſerua deniqʒ: qa nomē eius ſcriptū dicit: nō ſine myſterio. Eſt eniʒ
Nomē dei ſcriptum. nomen eius magnifice ſcriptū quatuor lřis myſticis Jot, he, vau, he,
apud hebręos: qđ nemo ſciebat Judęoꝝ: neqʒ enim eſt aliquod no-
men vocale in his innexum lřis, ſed realis perſona chriſti, cuius co-
gnitionē quū nō aſſequerent patres veteris teſta. ſumme dſyderabāt,
Judeoruʒ deſyderiū cognoſcer nomē dei. ſumme expectabant: ſibi reuelari diuinitus. Neqʒ vero hi aliquod no
men vocale deſyderabant, aut expectabāt: ſed filiū dei Jeſum, in quo
oēs ſalui fierent. Huc pertinet illud euangelicū, Bti oculi qui vident,
quę vos videtis: dico enim vobis, ꝙ multi ꝓphetę & reges voluerūt
videre, quę vos videtis, & nō viderunt Luc. 10. De quo Eſaias ꝓphe
tauerat dicens, Nomen dñi veniet de longinquo cap. 30. Quod ne-
quaꝗ de vocali aliquo vel ſcripto intelligebat, ſed de ꝑſona chriſti.
Ideo de lōginquo id eſt de cœlo, qđ videlicet os dñi nominauit: ſed
neqʒ ex ore dei aliqđ accidentale labit ſed eſſentiale, & quod vna ca-

demq; ſit cū eo eſſentia, qđ eſt Jeſus, verbū dei tetragrāmaton. id eſt quatuor lr̃arum, qđ olim iuſſu dei oīpotentis in lamina aurea opere cęlatorio inſculptū poſitumq; fuerat ſup thyarā pontificis a fronte, vt fronti imineret in templo dei, Exod. 28. ⁊. 39. quod nemo cognoſcebat Judeorū carnaliū, niſi ipſe cuius erat hoc nomē. Neq; vlli eſt hoc ꝓinde ꝓpriū atq; deo, ſaluare ſcilicet, qđ pater mera liberalitate naturę ſuę ſoli filio cōicauit, quē ſub noīe ſaluatoris olim orbi donaturū ſe deus ꝓmiſerat, vt palā eſt in tota veteris teſta. ſerie. Probat hoc Eſaias ca. 12. ⁊. 35. ⁊. 36. ⁊. 64. Nā ⁊ ſanctus ſenior Symeō acceptū in vlnas ſuas in templo dñi, cum ipſum ſalutare dei nominauit Lu. 2. Quod nomen admirabile eſt in vniuerſa terra, Pſal. 8. Vere admirabile: neq; enim homio toto intelligentię pelago illud capit: nam qđ capimus minus admiramur, admiramur aūt qđ nō capim⁹, nec eius ponimus definitionem. Porro tetragrāmaton, qđ ⁊ adonay eſt, admirabant, nō definiebant olim Judęorū ſapientes: ſed nec modo definiunt, Ideoq; in ſumma veneratione habebāt: habemus ⁊ nos, eo ꝙ eſt ſup oē nomen, vt in nomine Jeſu oē genu flectat cœleſtium, terreſtriū, ⁊ infernoꝝ. Neq; enim eſt aliud nomē datum hoībus ſub toto cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri Act. 4. vt ſatius ſit adorare ꝗ̃ diſcutere, aut legitimā ei definitionē preſcribere velle: cui ſit laus ⁊ glīa, cū oībus ſanctis eius, per ęterna ſecula. Amen. ¶ Punc. 3.

Et exercitus qui ſunt in cœlo, ſequebantur eū in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo.

Increduli ſunt,q fide carent.Sicut enim Timiditas opponit̃ fortitudini,ſic Incredulitas fidei.⁊ ſicut timidus nihil bene agit:ſic nec Incredulus.Quũ dñs quarta noctis vigilia ambulans ſuper mare veniſſet ad diſcipulos ſuos in nauicula exiſtentes , quę a vento contrario iactabat̃ fluctibus,videntes eũ ſic ſup̱ mare ãbulantẽ turbati ſunt dicẽtes:Q: phãtaſma eſt,et p̄re timore clamauerũt.Statimqꝫ Jeſus loquut⁹ eſt dicẽs:habete fiduciã,ego ſuꝫ,nolite timere.Matth.14.Vides dñꝫ ad fiduciã ſuos hortantẽ cõtra incredulitatẽ.Jmmo ⁊ Petrũ in ſequentibus ſtatim increpat de modicitate fidei dicens,Modice fidei quare dubitaſti?Donec Petrus fide firma fuit ambulabat ⁊ ipſe ſup̱ aquas maris , infirmari incipiente fide in eo , cepit ⁊ ipſe mergi. Legis in Matth.ca.21.qa quũ dñs maledixiſſet ficulneã ſterilem ⁊ exaruiſſet:mirantibus diſcipulis dixit.Amẽ dico vobis, ſi habueritis fidẽ,⁊ nõ heſitaueritis,nõ ſolũ de ficulnea facietis:ſed ⁊ ſi mõti huic dixeritis,Tolle ⁊ iacta te in mare : fiet : ⁊ oĩa quęcunqꝫ petieritis in oratione credentes,accipietis.Jtẽ apud eundẽ Matth.cap.17.loquit̃ idẽ dñs exhortans ſuos ad fidei firmitatẽ.dicit.Amẽ quippe dico vobis,ſi habueritis fidẽ ſicut granũ ſinapis,dicetis monti huic : tranſi hinc:⁊ tranſibit:⁊ nihil impoſſibile erit vobis.O grande verbum.O p̱miſſio fidelis.oĩa ergo fide fient nobis:fides imperat oĩbus:cęlo,⁊ terre:mari,⁊ creaturis oĩbus.dei ergo virtus eſt fides.hanc amplectamur.hac nos roboremus oportet , que in virtute vt granũ ſinapis eſt ardens ⁊ fortis:quod ſi ſeminaueris in agro vt Matth.13.ſeu terra vt Marcus habet cap.4.ſeu horto.vt Luce.13.legis:natũ creſcit in arborẽ,⁊ in ramis eius volucres cęli quieſcent.Quid amplius dicã? fidei meritũ cęlũ eſt,⁊ oĩs glĩa eius.nã ⁊ ſubſtantia ſperandarũ rerũ fides ipſa Hebr.11.deſcribit̃.Incredulitatis aũt ſtagnũ igni ⁊ ſulphure ardens,vt ſcriptura hęc indicat.Porro execrati,homicidę , ſcortatores,venefici,ac idololatrę,mẽdaceſqꝫ nota ſunt nomina,quos oẽs in ſtagnũ igni ac ſulphure ardentẽ,id eſt , in ipſum infernũ conijcit , qbus iſthic partẽ cõſtituit,in morte ſecunda,quę penarũ eſt . Sed de execratis forſitan eẽt ambiguũ,q intelligant̃ . Arbitror certa genera pctõrũ ſignificari.vnũ eorũ,q naturę iniuriam in proprio corpore ſui euiratione inferunt.deinde vero q cinędos cogunt in maſculã venerẽ obſequi : Et qui quoquomodo poſtica diuerticula explende libidini quęrunt,ſiue in ſimili , ſiue diſſimili ſpecie,ſexuue , ⁊ oĩs innaturalis coitus ſub hoc execrati nõie comprehendit̃.Aut ẽt q ſacrę virgini moniali vim inferunt:⁊ illa contra iura emiſſi deo voti ſe proſtituit.arbitror ẽt conſanguinearum inceſtus in hoc catalogo cenſeri:⁊ ſacerdotũ,ſiue etiã monachorũ fornicationes:quos dẽs hęc ſcripturę ſententia condẽnat,et cogit in ſtagnũ ardentẽ igne ⁊ ſulphure , ⁊ in ſecundã mortẽ,eo ꝙ de prima reuiuiſcere noluerunt,vt primã haberent reſurrectionẽ,quę fit p̱ pęnitentiã:vt abunde dictũ eſt ſupra.cap.20.Sectio.2.Pun.3.Cõdẽnat ⁊ Paulus.1.Cor.6.di.Nolite errare.Neqꝫ fornicarij:neqꝫ idolis ſeruientes,neqꝫ adulteri:neqꝫ molles:neqꝫ ma-

ſculorũ concubitores:neqꝫ fures:neqꝫ auari:neqꝫ ebrioſi: neqꝫ male
dici:neqꝫ rapaces regnũ dei poſſidebunt. Et Galathis ſcribens inter
alia carnis opera ponit fornicationẽ:imundiciã: homicidiũ: idolorũ
Formavi- ſeruitutẽ,ſubiungens:qm̃ qui talia agunt regnũ dei nõ cõſequentur.
te chriane Gal.5.Itẽ Eph.5.Hoc enim ſcitote intelligẽtes ꝙ oĩs fornicator,aut
imundus:aut auarus qđ eſt idolorꝫ ſeruitus,nõ habet hereditatẽ in
regno chriſti ⁊ dei.Sed iam ad alia vitiorũ huius catalogi nomi-
na.Homicidia autẽ ⁊ veneficia Paulus inter opera carnis recenſet:
ſubinferens,Qm̃ q talia agunt regnũ dei nõ conſequentur, Gal.5.
Homicide Scitis homicidas eẽ q hoiem occidunt.In his primũ atrox eſt a iuo:
crudelitas vt parẽ ſibi contemnant odiantqꝫ,ita vt nec eẽ velint inter creaturas
mundi:⁊ dei opificiũ deſtruere cogitant,deumqꝫ incuſant de creatiõe
vniuerſi:⁊ ſic vniuerſitati creature ⁊ ipſi creatori deo iniuriam inferre
meditant,qa hoiem ſibi parẽ,⁊ ad dei imaginẽ creatũ,pꝛeter oẽ ius
faſqꝫ perimere deſyderant.Deinde armant manũ,nõ ea lege ſibi da-
tã,vt noceant,magis autem vt miniſtrent in his que ſunt neceſſaria
ſibi ⁊ ꝓximo,quẽ amare debuerant perinde atqꝫ ſeipſos.Poſtremo,
furore ſeſe exagitant,acuuntqꝫ: hinc celeriter aggrediuntur ⁊ interfi-
ciunt,nihil oĩno conſyderantes quale ſit facinus hoĩs ſanguinẽ fun
dere,qui mox de terra contra fuſorem clamaturus eſt ad deum,iudi-
ciumqꝫ poſtulaturus.Sic ſanguis Abel vſqꝫ in hodiernũ diem cla-
mat aduerſus fuſorẽ ſuũ.Dñs deus dicit ad Cain,Vox ſanguinis fra
tris tui clamat ad me de terra:nunc igit maledictus eris ſuper terrã,
que aperuit os ſuum, ⁊ ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua.
Quũ operatus fueris eã,nõ dabit tibi fructus ſuos: vagus ⁊ ꝓfugus
eris ſup terrã Gen.4.O dira crudelitas hoiem parẽ perimere.O inex
piabile facinus,innoxio ſanguini manus inferre.Num ob id matrũ
pia cura longa tulit faſtidia partus ſui?Num ideo mãmã dedit? aut
pregnanſum cibum ori inſeruit?lauit,purificauit,fouit, aluit,nutriuit,
multorũ dierũ officia impendit, vt tu vna hora illũ hunc e vita au-
ferres?Quid nunc dicturus es deo?aut quã cauſam pꝛetexturus?Si
iniuriã tibi fecit,deo cõmittere debueras vltionẽ,qui dicit,Mihi vin-
dictã,⁊ ego retribuã.vt nõ ꝓpꝛia manu vlciſcereris ꝓximũ tuum,tibi
forſitan leui verbuſculo peccantẽ,quẽ diligere lege dei oĩpotentis de
bueras,nõ odire,nõ interficere:aut ſi interficiendus erat,iura legeſqꝫ
ciuiles reqſiuiſſes.Quod qa contempſiſti,nec furori imani habenas
inieciſti,vt cohiberes: ſed crudeli nimis aĩo ac truculenti corde ma-
nũ armaſti,inuaſiſti,⁊ forſitan ſupplicis tibi, nihil vltorẽ ſanguinis
deũ conſyderãs,nihil ꝓximitatis iura aduertens, illiſo mucrone ſan
guinẽ fudiſti,dilectã aĩam a corpore ſeiugaſti,interfeciſti hominẽ ſi-
milẽ tibi,quẽ deus formauerat.Non euades igit ſcelеſte:nõ crudelis
Beſtias euades vltrices manus dñi:non eris impune flagitioſe: Repetit ſu-
punit de⁹ ſus a te ſanguis ꝓximi tui,ſi repetitur a beſtiis.Veritatis eterne illa
ob homi- vox eſt.Oẽs q acceperint gladiũ,gladio peribunt.Matth.27.⁊ ſupra
cidium. Apo.13.Scriptũ eſt ⁊ in Geneſi,Quicunqꝫ effuderit humanũ ſangui

nẽ, fundet ſanguis illius: ad imaginẽ q̃ppe dei factus eſt hõ Gen. 9. Et iterũ dicit deus. Sanguinẽ aĩarũ veſtrarũ requirã de manu cunctarũ beſtiarũ, & de manu hoĩs. Peribis ergo, peribis, impie, crudelis, & dire fuſor ſanguinis: & in ſtagnum ſubito mitteris, qđ igne ardet ac ſulphure. Ignis exuret te: ſulphur odore cruciabit acerbo. Fornicatores ſunt aut alieni thori violatores adulteri: aut vaga libidine cum meretricibus vitã profligantes, q ſunt in deſyderia cordis eorũ traditi, ſpurci & immundi porci: merſi penitus in carnẽ, in quos legionẽ demonũ immiſit chriſtus, vt mergerent in mare huius ſęculi. Matth. 8. Mar. 5. Lu. 8. hi nihil egregij poſſunt in ſpũalibus efficere, eo q̃ tota eorũ cogitatio carnalis ſit & immunda. Sub hoc noĩe intelligunt & ij q virginibus vim inferunt: aut violant volentes illegitime. Venefici ſunt q veneno perimunt: cibo, potu, aut quocunq; modo. Scimus & p̃ aures veneno extinctũ hoiem. Idololatri, q aut manifeſte idola colunt. vt olim Saturnũ, Iouẽ, Martẽ, Venerẽ, & reliqua id genus portenta demonũ, colebant mortales ſine vero & viuo deo exiſtentes: aut occultę, & in myſterio. quẽadmodũ Paulus cẽſet auaros idololatras eſſe. Ephe. 5. nec habere hereditatẽ in regno chriſti & dei. Mendaces ſunt, q veritatẽ abnegant. Mendaces & ij, ſed ſceleſtiſſime mendaces, qui fidẽ ſemel ſuſceptã abiurant. Mendaces & ij, q vota ſacroſcti baptiſmi vita retractãt: Aut q profeſſionis iura contẽnunt, palam per apoſtaſiam, aut occulte dũ inani religionis retento titulo vita minꝰ reſpondent. Qui, iuxta Paulũ, confitent ſe noſſe deũ, factis autem negãt: quũ ſint abominati, & increduli, & ad oẽ opus bonũ reprobi. Ti. 1. Spẽm qdẽ pietatis habẽtes: virtutẽ autẽ eius abnegãtes. 2. Tim. 3.

## DE OSTENSIONE CIVITATIS SANCTAE HIERVSALEM, IN CLARITATE DEI.

### SEC. 2. PVN. 1.

ET venit ad me vnus de ſeptem angelis, habentibus phialas plenas ſeptẽ plagis nouiſſimis, & locutꝰ eſt mecũ dicẽs. Veni, & oſtendã tibi ſponſam, vxorẽ agni.

Hi ſunt angeli illi, q ſupra cap. 15. & ſeq. ſeptẽ temporũ integerrimos ſacri verbi dei miniſtros ſeu prędicatores exhibuere, e quorũ numero vnus veniſſe memorat: de quo nullã quęſtionẽ facio, nec diſputo qs hic vnus fuerit, niſi q̃ ex illis angelis erat, q menti btĩ Ioãnis in typo miniſtrorũ verbi dei obuerſabant viſione imaginaria, ita enim ei videbat: nec congruit ad chriſtum referri, eo q̃ oſtenſurus potius ſit ſponſam vxorẽ agni: quo diſtinctius caperes, angelũ & agnũ, ne cõfuſio ſit in ſenſu. Ubi aduerte. Alia naq; viſio eſt hęc a priore, in qua alię dotes, alia lumina, alij ſplendores eccleſię deſcribunt: quarum rerũ multa lõge amplius in triũphantẽ q̃ militantẽ cõpetere videntur

Dignitas triūphantis eccleſie deſcribit.

tur eccleſiã,licet nec militanti diſconueniant, etiã ſi in terris adhuc pſequutionibus multis obnoxia ſit. Nãq; ſunt quedã que nihil competunt huic tẽpori,ſed futuro,quo glorificabit ſponſa hec vxor agni, id eſt,Eccl'ia:quẽadmodũ illud qđ dicit, Non intrabit in eã aliquid coinquinatũ.Et,qa nox nulla ibi diẽ interpollabit.Neq; ciuitas illa eget aut ſole aut luna, nec templum viſum eſt in ea.Ergo ab hoc loco vſq; in finẽ voluminis,ſtatus & excellentia,& dignitas, & pulchritudo eccl'ie ita deſcribitur,vt nõ alia q̃ triũphans videat:& certe ſemper triũphat eccl'ia etiã in preſſuris ſuis.Ueni ergo nõ paſſibus pedũ, ſed paſſibus fidei,& mentis tue intelligentia:Ueni,& oſtendã tibi ſpõſam agni,id eſt,Eccl'iam in ſua forma & pulchritudine,preſertim qualis futura ſit,quũ ad dei veniet contẽplationẽ.Duo dicit,ſponſam, & vxorẽ:qa nimirũ que nunc eſt ſponſa p fidẽ & dilectionẽ, erit tũ vxor p fruitionẽ,quũ ad amplexus puenerit coniunctionẽ.Uel ideo,quis nunc deo deſpõſata,tunc ad imortales eſt perducenda nuptias, quãdo ẽt quũ iam vxor facta,ſponſa nihilominus pmanebit.Siquidem in illa btã copula ſemp vxor cũ filijs,ſemp virgo erit permanẽtibus nuptijs & ſponſalibus feſtis.O miraculũ miraculorũ, Sponſa erit & vxor,virgo & mater,fœcunda prole tã multiplici,quantus erit numerus electorũ, & intacta florẽ gratiſſimi odoris ſue virginitatis ſpirãs ſemp.Gaudia aderunt nuptiarũ, corruptio nulla aderit membrorũ. Thalamus nidebit odoribus vnguentorũ,copula nõ ſentiet cõtactus carnaliũ voluptatũ:ſponſus erit & ſponſa,ſed ſine lege cõnubij maritalis.virgo eſt ſponſus,virgo & ſponſa.Neſcit ille fœminã, neſcit iſta virũ:paſcit ille inter lilia caſtitatis,iſta candore integritatis gloriat: Ambo felices,auſpicatiſſimis nuptijs ambo bti.Rex ille eſt, Regina conſors regni iſta.Gl'iam dat ille,recipit iſta.Quid dicã amplius? Sol ille,iſta luna.Sol,q neſciat eclypſin:luna que neſciat variabilitatẽ,vel hoc ſolo noie ſemel atq; iterũ btã:creſcit illius ſemp gl'ia, creſcit & huius pariter:par gl'ia ambobus ſemp,par fœlicitas: idem locus,eternitas eadẽ ambos cõplectit.Ille laudat ſponſam,hec ſpõſi vocibus intendit.Cantat ſponſe canticũ ſponſus:Spõſa ſponſi nõ reticet hymnos.Eunt, ambulant,gaudent,iubilant,cantant,viſunt, nec modus gaudijs leticieq; vllus,tã btã copula nuptialis, tã felix cõuictus btẽ perẽnitatis.Ad quã quicunq; puenerit,tum demũ feliciſſimus,minimeq; exors tante leticie erit. ℭ Punc. 2.

**Et ſuſtulit me ſpiritu in montẽ magnũ,& altũ,& oſtendit mihi ciuitatẽ magnã ſanctã Hieruſalẽ deſcendentẽ de cœlo a deo,habentem claritatem dei.**

Eccl'ia ſurſum manens.

Uiſurus in ſublime fundatam ciuitatẽ hierl'm S.Joannes in montẽ magnũ & excelſum perducit:qa videlicet illa que ſurſuz eſt hierl'z, mater nr'a eſt Gal.4.id eſt,ſemp ſurſum manens,ẽt quũ hic peregrinat a dño:multo magis que pars eius iam in ſublimi eſt, ideoq; in monte.Alij chriſtũ montẽ magnũ & altum intelligunt.Hay.Mons

magnus,⁊ altus in quo dicit ſe eleuatum chꝛiſtus intelligiť, de quo Daniel dicit, Qꝛ lapis pꝛęciſus de mōte ſine manibus creuit in montē magnū,⁊ repleuit vniuerſam terrā. Ipſe quoqꝫ de ſe dicit, Non pōt abſcondi ciuitas ſupꝛa montē poſita. Magnus eſt iſte mons qa totū mundū replet. Altus, qa ita eſt hō, vt ſit etiā deus, quē pſalmographus excelſum vocat dominum Pſal. 137. cuius gloꝛia ſup̱ cęlos eſt Pſal. 112. De hoc monte Eſaias dicit, In nouiſſimis diebus erit mōs domus dn̄i p̄paratus in vertice montiū, id eſt chꝛ̄s pꝛinceps omniū electoꝝ. Mons eſt chꝛiſtus, ſup̱ quē fundata ſtabilis manet Eccl̄ia. 1. Coꝛ. 3. Fundamentum nemo aliud poteſt ponere, pꝛęter id qđ poſitū eſt, qđ eſt Chꝛiſtus Jeſus. hoc fundamentū vt ſolidum ac ſtabile, manet in ęternū, ſicqꝫ montē magnū ⁊ altū chꝛiſtū intellige, qui eſt mōs figuratus a Daniele. Eſt mons ⁊ cœlū empyreū, de quo ad lr̄aꝫ legis, A ſummo celo egreſſio eius. Pſal. 18. Et, Leuaui oculos meos in montes: Pſal. 120. vbi eſt habitatio dei cum ſc̄tis angelis, ⁊ facialis eius viſio. nā etſi vbiqꝫ deus ſit: tamen facialis eius viſio in cęlis eſt, ⁊ cohabitatio cū ſc̄tis ſuis: quo ⁊ dn̄s aſcendit, ſcđm ſcripturas: ⁊ ſedit ad dexterā patris. Mar. vlt. Lu. vlt. Act. 1. ⁊. 7. Poteſt ⁊ ſimpliciter intelligi: vt beatus Joannes in montē quendā excelſum ſibi viſus ſit ab angelo ſublatus: vnde ciuitatē ſc̄tām hierl'm, e cęlis a deo deſcendentē, pulchꝛā, ⁊ mirabilē latius ꝓſpiceret. Sic enim nonnunq̄ ſolemus montē conſcendere, quoties vel terrę latitudinem: ſiue etiaꝫ longinquas regiones: aut, vt eſt in pꝛęſenti cauſa, ciuitatē aliquā circūſpicere volumus: vnde latioꝛ expeditioꝛqꝫ patet ꝓſpectus. vel ſi in eodē monte ciuitas deſcenderit, cuius ⁊ ipſe erat ciuis, etiā ſic bn̄ ſublatus ſibi videbať Joannes, ſpū nō coꝛpoꝛe ſm̄ imaginariā tantūmodo repꝛęſentationē, ⁊ ſpiritalē oſtenſionē, ac mentis eleuationeꝫ: ad quem modū dicit ſe Ezechiel tranſlatū de Babylone in Judęam, in viſionibus dei cap. 8. nec tn̄ decipiebať, qm̄ angelo eū docente intellexit qđ illa viſio imaginaria deſignaret. Tunc enim illuditur nobis ſenſus, quū ſine re myſtica viſio aliqua nobis obuerſať, vt pꝛocul ſit eiuſmodi ſacroſc̄tā res ab illuſionis exiſtimatione. Sequiť, Et oſtendit mihi ciuitatem magnā, ſc̄tām hierl'm. Nolim ita exiſtimes, ꝙ triūphantē eccl̄iaꝫ ita viderit, velut rē in ſe ſolemus conſpicari, ſed ſub ſimilitudinibus coꝛpoꝛaliū rerū. Illud quoqꝫ noueris, qa quę hic ſcribunť magnā habent conſonantiā cū his quę Ezechiel ſcribit cap. 40. Ubi adſtruit ſe in montē excelſum abductū, in quo erat quaſi ędificiū ciuitatis. At ſenſus variat, ob quędā loca militanti Eccl̄ię ibi magis cōuenientia. Oſtendit ergo mihi ciuitatē ſc̄tām hierl'm deſcēdentē de cęlo a deo. Eccl̄ia ſiqdē a deo eſt, qa p̱ verbū eius eſt, ideoqꝫ cœleſtis eſt: ⁊ de cęlo deſcendens eſt: ſed quę ſic de cœlo deſcendens erat, ſubuecta in cęlū eſt: ⁊ ad antiquiſſimū dierū peruenit, vt ſemper retineat honoꝛis nomē hoc, qa de cęlo deſcendens eſt, habens claritatē dei. Quā vtiliter deſcenderit de cęlo a deo Eccl̄ia, hinc pꝛęclare accipies, quū exinde nacta ſit claritatē dei, fidei lumen habens in ipſo.

Chꝛiſtus mons.

Joannes ſpū videt omnia.

que etiã eadẽ btitudine, qua deus ipſe eſt ęternũ btũs, futura eſt btã: iuxta illud, Filij dei ſumus, & nondũ apparuit qd erimus: ſcimus aũt qm̃ quũ aparuerit ſimiles ei erimus. 1. Joã. 3. Ecce qualẽ claritatẽ habeat, habituraq; ſit Ecclia. Tunc, inqt dñs, fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorũ. Matth. 13. Nunc vides, vt non ſit opus pluribus, quo profecerit ipſam natam eſſe ex deo, per verbũ eius. ¶ Punc. 3.

## Et lumen eius ſimile lapidi precioſo tãquã lapidi Iaſpidi cryſtallizanti.

Si queras, qualis ſit forma tantopere commendatę Eccleſię, ſponſę agni. Reſpondet ſpũs. Et lumen eius &c. Non equidẽ potuit glorioſa eius forma cõuenientius cõmendari q̃ vt Jaſpidi cryſtallizanti cõpararet, magis q̃ excęcanti ſolis ardori, quũ in illa viſus delectatio ſit, in hac viſus perſtrinctio. Erit ergo Ecclię forma p̃clara, quę & fulgeat ſicut ſol, & tẽperet fulgor ad viſus delectationẽ: hoc eſt lumen eius eẽ

Jaſpis viridis lapiſ ſimile Jaſpidi cryſtallizanti. Jaſpis enim viriditate ſui afficit viſum, plurimũq; delectat, vt vix ęque aliud: ſed non manet in ſctis color eius denſus, ſed ſicut Cryſtallũ pellucidũ tranſparenſq;: vt & ſplendor ſit Ecclię & tranſlucentia in ſumma aſpectus delectatione. Mundiſſima ergo debet eẽ fidei claritas ſctõrũ, q habituri ſunt lucentiſſimã Dei viſiõnẽ, quẽ teſtat Paulus habitare lucẽ inacceſſibilẽ. 1. Timot. 6. Moraliter, Operetur in te myſteriũ huius fœlicitatis magnę, quę longe perfectior futura eſt in illo ſabbato in electis. Quod ſiet ſi Jaſpis fueris, & cryſtallũ. Jaſpis per delectabiles virores virtutum, qbus indui vult Apl's Paulus oẽs, ad Coloſſ. ſcribens. Induite, inquit, vos: ſicut electi, ſcti, & dilecti, viſcera miſericordię: benignitatẽ, humilitatẽ, modeſtiã, &c. Quę certe Jaſpides ſunt in hoĩe cõmendabiles ex colore grato. Inter quas in primis viret miſericordia, cui gratiſſimus ineſt color viridaceus, ęgros pauperũ obtutus reficiẽs. Sed & cryſtallũ ſis oportet. Cryſtallũ p fidei imitationẽ: vt enim per cryſtallina pſpicilla tráſparentes res pſpicimus, ſic p fidẽ deũ ipſum, & quę dei ſunt intuemur. Aplĩ vox eſt, & teſtimoniũ. Videmus nunc per ſpeculũ. i. p fidẽ, in enigmate. i. in ppoſitionibus ſcripturarũ. tunc aũt facie ad faciem. i. preclariſſime. 1. Cor. 13. Duo ſunt quę in hoc loco in myſterio docemur. Alterũ, fide claros exiſtere: alterũ virtutibus inſiſtere. Illud p cryſtalli ſpeciẽ, hoc p Jaſpidis virorẽ. Ne aũt nõ e ſcriptura petitũ videat virore ſtudia virtutũ deſignari: Chriſti inuertibile verbũ eſt illud. Quia ſi, inqt, in viridi ligno hęc faciunt, in arido qd ſiet? Luce. 23. vbi conſenſu oĩm per lignũ viride ſe indicaſſe probat, a virore virtutũ, quarũ plenus erat, ſed & grãrũ ſimul oĩm. Joannes ipſe teſtis eſt, Vidimus, inquit, eũ plenũ grę, & veritatis cap. 1. Ibidẽ, De plenitudine eius nos oẽs accepimus. Jã habes qd Jaſpis tibi ſit: habes & hoc, qd cryſtallũ: quorũ alterũ ſi imitatione virtutũ in te expreſſeris: alterũ ſi luciditate fidei, Jaſpis vtiq; cryſtallizans eris, & myſterium ſcripturę huius ſelicius in te exhibebis. ¶ Punc. 4.

Et habebat murum magnũ,& altũ,habentẽ portas.xij.
& in portis angelos duodecim:& nomina.xij.ſcripta,
quæ ſunt nomina.xij.tribuum filiorum Iſrael.

Deſcripta claritate ciuitatis huius nouę hierl̃m,circũponit illi muni-
tionẽ quę expugnari nequeat,nempe deũ,iuxta illud,Ego ero illi mu
rus in circuitu.Zach.2.Et in Eſaia legis, Saluator ponet in ea mu-
rus,ca.26.Et hic magnus,quia,Magnus dñs dicit in ciuitate,& Siõ,
Pſal.47.& 98.Idẽ.Excelſus terribilis.Pſal.46.& 137.Ideo fortis, qui
turris fortitudinis dicit Pſal.60.Et protector.Pſal.17.Protector eſt oĩũ
ſperantium in ſe.Bene ergo & murus ciuitatis magnus eſt & altus.Et
huic ſunt duodecim portę.Primaſius.Scimus,inquit,per duodecim
Apl̃os dñm noſtrũ vniuerſis ad fidẽ introitũ primordialiter prębuiſ-
ſe: huius tamen circunſtantia loci ab hac nos intentione reuocauit,
quando.xij.tribuũ Iſrl̃ interpoſuit mentionẽ, tanq̃.xij.patriarchas
primũ hic intelligi volens,ex quorũ ſtirpe nouimus vniuerſam Iſra
elitarũ gentẽ ſpecialiter ꝓpagatã:ex q̃bus,ſm̃ Apl̃m Paulũ,reliquię
ꝑ electionẽ grẽ ſalueę factę ſunt,adiungens,q̃m nõ repulit deus ple-
bẽ ſuã.Atq; ideo duodecim patriarchas in totidẽ portis debemus ac
cipere:p̃ſertim audientes,ꝙ nõ tu radicẽ portas, ſed radix te.Ro.11.
Euidenter enĩ dicit,& noĩa ſcripta duodecim tribuũ Iſrael.Hinc enim
Apl̃s confidenter clamat,Qui ſunt cognati mei ſm̃ carnẽ, qui ſunt
Iſraelitę,quorũ adoptio eſt filiorũ,glĩa & teſtamentũ, & legiſlatio, &
obſequiũ,& ꝓmiſſa:quorum patres,ex q̃bus chriſtus ſm̃ carnẽ, q̃ eſt
ſuꝑ oĩa bñdictus in ſcl̃a.Ro.9.Angelos aũt hic ſignificari puto illos
ſeniores ac ꝓceres,quorũ illa gens diſpenſatione, ac ducatu mirabi-
liter regebat.Quod ſi deos huiuſmodi interdũ dici meminimus,q̃d
mirum ſi angelos appellare credamus?Applicabit,inquit,ad deos
Exod.22.Et,Ego dixi dij eſtis,& filij excelſi oẽs.Pſal.81.vt vniuerſi-
tatẽ totius plebis cõplexus oſtenderet,quę in ꝓpoſitis conſtat,& po-
pulis.Hactenus ille.Hęc ſententia vel ex eo veritatẽ tenere videtur,
ꝙ hi primũ dei noticiã nacti,nobis ꝑ fidẽ vnius & veri dei quã profi-
temur,velut ianua ſunt ad introeũdũ in ciuitatẽ dei.Addit Haymo.
filios,inquiens,Iſrael nõ debemus intelligere carnaliter duodecim Filij iſrl̃
filios Iacob,quorũ fuit reproba vita,ſicut ſcriptura manifeſtat:ſed pa quõ intel-
tres ſpirituales,ex eius ꝓgenie deſcendentes,ſicut fuit Eſaias, Iere- ligendi.
mias,cęteriq; ꝓphetę:quorũ noĩa ſcripta ſunt in portis,quia memoria
illorũ in fide continet Apl̃orũ.Quod enim iſti annunciant factũ, illi
p̃dixerũt futurũ.Inſcripta ergo noĩa duodecim tribuũ Iſrael in por-
tis memorant,quia quicunq; ꝑ portã ingredi ciuitatẽ cupiunt, fidẽ ha
beant patriarcharũ,opus eſt.id eſt vt vere Iſraelitę ſint.Paulus di-
cit,Non oẽs,q̃ ex Iſrael ſunt,hi ſunt Iſraelitę.proinde opus eſt fide
eſſe Iſraelitas nos,nõ carne.Caro enim nõ ꝓdeſt quicq̃ Ioan.6.Di
cat ergo,Et in portis noĩa tribuũ duodecim filiorũ Iſrael ſcripta erãt:
quia videlicet ſoli ꝑtinent ad ciuitatẽ hanc,q̃ fidẽ habent Iſraelis, id

eſt,chriſti figurati p Iſrael:proinde precepto dei pontifex olim inſcri-
pta ea noia lapidibus preciosis duobus, onychinis in ſuphumerale
Ratiõale preciosũ. geſtabat,ſup vtrunq3 humerũ,et in rationali quoq3.De quo ſic extat
pceptũ dei,Exod.28.Rationale quoq3 iudicij facies opere polymito
ex auro,purpura,hiacyntho,coccoq3 bis tincto, & byſſo retorta.Qua
drangulũ erit,& duplex:menſurã palmi habebit tam in longitudine
q̃ in latitudine:ponesq3 in eo quatuor ordines lapidũ:in primo ver-
ſu erit lapis Sardius,Topazius,& Smaragdus.In ſcdo,Carbuncu
lus,& Sapphirus,& Jaſpis.In tertio Lygurius,Achates,& Amethi
ſtus.In quarto Chryſolitus,Onychinus, & Beryllus, incluſi auro
erunt p ordines ſuos:habebuntq3 noia filiorũ Iſrael.duodecim no-
minibus celabunt ſinguli lapides, noibus ſingulorũ per duodecim
tribus.Ergo ad hunc modum capiendo in ſingulis portis erunt no-
mina tribuũ duodecim inſcripta,in totidẽ angulis iuxta cõem lectio
nẽ,que faciunt.144.In quo ois multitudo ſctorũ includitur,vt ſentit
Haymo.Greca tamẽ lectio vetat angulos legi,ſed angelos: p quos
vniuerſitas platorum figurat,iuxta illud,Angelis ſuis mandauit de
te vt cuſtodiant,Pſal.90.Et in Eſaia legis, Super muros tuos hie-
ruſalem conſtitui cuſtodes cap.62.Poſſunt & ſacri verbi dei miniſtri
per angelos capi. ¶Punc. 5.

Ab oriente portæ tres:ab aquilone portæ tres: ab auſtro portæ tres:ab occaſu portæ tres.

Caſtrorũ poſitio filiorũ iſrl. In profectione duodecim tribuũ filiorũ Iſrael ex egypto aſcendẽtium
talis fuit poſitio caſtrorũ,nõ dubiũ quin iuſſu dei, vt ad orientẽ tri-
bus tres,ad aquilonẽ tribus tres,ad meridiẽ tribus tres,ad occiden-
tẽ tribus tres caſtra metarent, Num.12.Proinde deſignatis duode-
cim portis diligentẽ lectorẽ ad ſignificatiuã illã caſtrorũ poſitionem
remittit:p qđ dat intelligi,q fides trinitatis patet ad quatuor mun-
di partes , & per eã vndequaq3 ingrediunt ad vitã.Sed vide q̃a ca-
ſtra illic,hic vero ciuitas nominat,quaſi e caſtris fieret in ciuitatem
tranſitus.Quod equidẽ verũ eſt.Militia eſt enim vita hoĩs ſup ter-
rã Job.7.Et q bene militat in terris fidem trinitatis habens, regnat
in cœlis premijs glorie coronatus.Oportet igit donec viuimus ſem-
per in expeditione eſſe,ſemp paratos eſſe,vt dum incurſus fient,viri-
liter reſiſtamus:nõ ſunt arma abijcienda,imo vero tantomagis cor-
ripienda,quanto infeſtiora inſtant miliue certamina.Non enim co-
ronabit qs niſi legitime certauerit.2.Tim.2.Non ſimus pueri meticu-
loſi,q ad quoſuis minutorũ latratus caniculorũ expaueſcunt,ac refu
giunt.Elephantũ potius more conſpecto ſanguine accendamur,qui-
bus ne caſus qdẽ ſpem vincendi auferat vllus.Ita poſthac gloriam
ciuitatis deguſtabimus,miris modis in hac ſcriptura figuratã.Rup-
Plagarũ quatuor myſteriũ. tus abbas.hanc plagarũ diſtinctionẽ ad etates hoĩs refert:Puericiã
videlicet,adoleſcẽtiã,iuuẽtã,& ſenectã:vt Pueritia ſit oriens,Ado-
leſcentia meridies,Juuenta occidens,Aquilo ſenecta.Unde chriſtia-

ne ſcole poeta quidam non illepide ita carmine luſit.
Seu pueros ſol primus agat, ſeu feruor ephoebos
Accendat nimius, ſeu conſummabilis eui
Perficiat lux plena viros, ſiue algida Borea
Aetas decrepitam vocet ad pia ſacra ſenectam,
Occurrit trinum quadrina ad compita nomen.
Quod nõ icirco dixerim, quaſi iſthic poſt iudiciũ futura ſit ſusceptio venientiũ: ſed qa quãuis ceſſet ſuſcipiendi officiũ, ordo tamen ⁊ meritũ manet ſingulorũ. Libet ⁊ aliorũ ſententias exquirere. Haymo per orientẽ pplm capit Judeorum, de quo chriſtus cepit originẽ ſm carnẽ; q eſt ſol fideliũ, cuius nomẽ oriens eſt Zach. 6. Ibi primũ poſite ſunt tres porte, fides ſcʒ ſctẽ trinitatis, que in eis annunciata eſt per prophetas. Nã ⁊ Eſaias audiuit cherubin clamantia, ſanctus, ſanctus, ſanctus. Sed qa in hac trinitate intelligenda eſt vnitas eſſentie, recte adiunctũ eſt ab eis, Dñs deus Sabaoth. Et Exo. 3. Matth. quoqʒ 22. Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, ⁊ deus Jacob. ſub quibus noĩbus trinitatẽ intelligebant, Patrẽ videlicet, ⁊ filiũ, ⁊ ſpũmſctm, docti ſſimi Judeorũ, ⁊ q fide integra eſſent. Aquilo. Gentiles ſunt in incredulitate frigentes: apud quos apli ſcil tres portas poſuere eodẽ myſterio. Auſtrũ tota latitudo ppli chriſtiani ad meridiẽ diffuſa, cui ardentibus radijs fides illuxit: potiſſimũ qa in ea parte bona pars chriſtianorũ erat. Occaſus finis mundi cõputatur, quando Enoch ⁊ Elia predicantibus cõuerſuri ſunt multi, vt nõ ſemel dictũ eſt. Illud tamen aduertendũ, qa porte etſi multe memorent, vna tamen eſt, q ſe oſtiũ profitet Joan. 10. quando in omnibus his nõ niſi vnus aditus: Et quiſquis ſit ille q porte rationẽ obtinet, ſed chriſtus in omnibus aditus. Ille qdẽ tibi porta p quẽ veritas predicat, ⁊ in ſalutem q te introducit directione: tñ introitus eſt chriſtus. Sis in oriente, ſis in occidente, aut meridie, aut ad aquilonẽ, ſed chriſtus tibi eſt oſtiũ: per cũ patet ingreſſus ad grãm, ⁊ gliam: ⁊ in omnibus portis noia xij. tribuũ filiorum Iſrael, qa videlicet ſoli ſemini Abrahe promiſſio facta eſt, ⁊ datur hereditas, id eſt, his qui vere fideles ſunt re ⁊ nomine filij, vocati ſancti. ¶ Punc. 6.

Porta q̃s tibi ſit.

Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in ipſis duodecim nomina xij apoſtolorum & agni.

Prim. Patriarcharũ premiſſa mentione, aploſ memorat. Quũ nõuerimus Ecclam vnũ tm fundamentum habere, id eſt chriſtũ: moueri nõ debemus, ꝙ hic eã duodecim habere dicit. In chriſto eni apli meruerunt Eccle eſſe fundamenta, de quo Apſus, Fundamentum, inquit, aliud nemo põt ponere preter id qd poſitũ eſt, qd eſt chriſtus Jeſus: in quo etiã lux ſunt ijdẽ Apli, qbus dicit, Uos eſtis lux mũdi. quũ chriſtus ſit lux vera, que illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hũc mundũ. Chrs itaqʒ lux illuminans, illi lumina ab hac luce lucentia. Proinde in duodecim fundamentis cũ noĩbus Aplorum, ⁊ agni

Fundamẽta eccleſie apoſtoli.

nomen innexuit, ſine quo illa nihil. Et ſuper ea inquit nomina duodecim Apl'orum, ⁊ agni. Fundamenta itaq; Apl'i, ſed in vno fundamento Jeſu chr̄o ſunt fundamenta. Equidẽ ſolus chriſtus ſine Apl'is fundamentũ eſt: Apl'i autẽ ſine chriſto fundamenta nullatenus eſſe poſſunt. Meruerũt illi in chr̄o fideles ſpiritualiter generare: quos ſine ipſis ſolus chr̄s, ſi vellet incõparabiliter adoptaret. Meruerunt ẽt ppl'orũ in chr̄o eſſe magiſtri atq; paſtores: ſed vt cœleſti patri magiſtro atq; paſtori, eoꝝ ſeruitus militaret. Illi ergo ſm̄ menſuram, quã eis partitus eſt chriſtus: ipſe aũt citra menſurã, in quo inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter. 1. Cor. 2. de cuius plenitudine oẽs accepiſſe Joannes teſtat̃ cap. 1. Proinde bene ac ſapienter quũ duodecim Apl'os ceu fundamenta ciuitatis, imo muri ciuitatis noĩatim expreſſiſſet: ⁊ agni vocabulo vſus eſt. Dicit Haymo. Quando ſingulariter fundamentũ enunciat̃, ipſe chriſtus intelligit̃, ſup̃ quẽ omnis ędificatio Eccl'ię conſtruit̃. Quando aũt pluraliter: patriarchę, Apl'i, cęteriq; doctores. vnde idẽ Apl'us dicit Ephe. 2. Jã nõ eſtis hoſpites, ⁊ aduenę: ſed eſtis ciues ſctõrũ, ⁊ domeſtici dei ſup̃ędificati ſup̃ fundamentũ ꝓphetarũ ⁊ Apl'oruz, ipſo ſummo angulari lapide chriſto Jeſu. Infert. Sic ergo, inquit, fundamentũ Apl'i cęteriq; doctores intelligunt̃ in vno fundamento chr̄o fundati. Ipſe enim eſt fundamentũ fundamentorũ, ſicut eſt rex regũ, ⁊ dñs dñantiũ. Idẽ ſentit Theophilactus ſup̃ id loci ſcripti apl'ici: cuius verba hęc ſunt. Prophetas ⁊ apl'os ipſos ꝓ fundamentis ſubeſſe tanq̃ inquiat, Nos vero veluti impoſitã molẽ ſtructurã reliquã abſoluiſſe. Quãuis Paulus (ſi ad rectã trutinã expendimus rẽ) minime aliud hic fundamentũ poſuerit pręterq̃ chr̄m. ita enim dixit, Eſtis ciues ſctõrũ, ⁊ domeſtici dei: ſuper ędificati ſup̃ fundamentũ apl'orũ ⁊ ꝓphetarũ. Non dixit, ſup̃ fundamenta, quę ſunt apl'i ⁊ ꝓphetę, ſed ſup̃ fundamentũ apl'oꝝ ⁊ ꝓphetarũ, ipſo ſummo angulari lapide chr̄o Jeſu. Sed id miraculo q̄buſdã erit, quũo chr̄s q̄ modo oſtiũ dictus eſt, dicat̃ ⁊ fundamentũ. Ego vero adſtruo ⁊ ipſum eſſe murũ, ex prẽſcriptis ſcripturę locis, alijſq; cõplu ribus: ⁊ nũc primũ ex apl'o proditũ eſt, ꝙ ſit ſummus lapis angularis, ⁊ fundamentũ. Neq; enim fundamentũ in ſuperiori loco, veluti operis cõſummationi ponit̃, ſed in imo, proq; ſtabilimento: ⁊ tamẽ vtrunq; eſt chriſtus. Res ſpiritualis eſt fratres mei, quã tractamus: nec intereſt, idẽ alijs atq; alijs ex cauſis, ꝓ loci circunſtantia, in diuerſa referri. Chriſtus eſt ergo ⁊ murus, ⁊ portę, ⁊ fundamentũ. Sũt ⁊ Apl'i oĩa hęc, imo oẽs defenſores veritatis, ⁊ conſtantes quiq; in chriſto muri ſunt, portę, doctores, fundamenta.

Fundamẽtũ chriſt°.

Fundamẽta apl'i.

## DE DIMENSIONIBVS GIVITATIS NOVAE ET PORTARVM, ET MVRI EIVS. SEC. 3. PVN. 1.

ET qui loquebatur mecum habebat menſurã arun-

dineam auream, vt metiretur ciuitatem: & portas eius,
& murum eius.

Primaſius. Superius ſibi dicit Joannes arundinẽ datã, tanq̃ pꝛędi- Arundo
cationis diſpenſationẽ ſibi cõmiſſam: nũc vero angelũ, q ei loqueba- aurea gd
tur, aureã habere dicit arundinẽ, vt metiret, inquit, ciuitatẽ, ⁊ poꝛtas ſit.
eius, ⁊ murũ. Chꝛiſtũ itaqꝫ opoꝛtet intelligi, q eſt ſapientia dei attin-
gens a fine vſqꝫ ad finẽ foꝛtiter, ⁊ diſponẽs oĩa ſuauiter. 1. Coꝛin. 1.
Sap. 8. Inde legimus, Accipite ſapientiã ſicut aurũ, Pꝛouer. 16. Et re- Mẽſurare
uera ſoli chꝛĩo licet metiri ciuitatẽ, q vnicuiqꝫ fidelium ſpiritualiũ di- ciuitatem
ſtribuit dona grãrũ: q etiã ſicut legimus Sap. 11. Oĩa in numero, ⁊ chꝛiſto cõ-
menſura, ⁊ pondere diſpoſuit. Hęc nimirũ dimenſio ciuitatis ab apo- petit.
ſtolo cõmemoꝛat, quũ dicit, Secundum menſurã donationis chꝛiſti.
Eph. 4. Itẽqꝫ, Mihi minimo oĩm ſctõꝛũ data eſt hęc grã in gentibus
euangelizare. D. Hay. ꝑ arundinẽ diuinã pꝛędicationẽ ſimiliter intel
ligit. Quia enim, inquit, arundine ſcribit, recte ꝑ arundinẽ ſcriptura
ſacra intelligit: ab efficiente videlicet illud qđ efficit. Hac itaqꝫ arun
dine, id eſt, diuino ęloquio tangit, ⁊ illuminat deus coꝛda fidelium:
ibiqꝫ perpendit, ⁊ metit facta ſingulorũ, ꝓfectuſqꝫ: dũ alij tribuit ſer-
monẽ ſapientię, alij gñа linguarũ, alij pꝛophetiã, ⁊c. Quę menſura
iccirco aurea dicit, qa diuinę ſapientię claritas in pleriſqꝫ locis ſa-
crę ſcripturę auro figurat. Hinc eſt ꝙ ſolus chꝛiſtus, q eſt dei ſapiẽtia
ęterna eã teneat, quũ diſcipulus virgę ſimilẽ habere dicat, qua iuſſus
eſt metiri templũ dei, nõ tamẽ niſi alienã autoꝛitate, nempe in cuius
manu eſt aurea arundo, ad cuius comparationẽ ſua virga ſimilitudi
nẽ quandã dũtaxat refert. Ille enim eſt, chꝛiſtũ dico, quẽ metatoꝛem
ſui templi in terras demiſit pater. Teſtat Lactantius Fir. in diui. In-
ſti. Diuinat Abbas Ruper. pꝛęmiũ fœlicitatis ſummę aureã foꝛe arũ-
dinẽ, quę ad menſurã meriti cuiqꝫ confert: chꝛĩs eſt collatoꝛ, cui data
eſt oĩs ptãs in cęlo ⁊ in terra Matth. vlti. Hic cõſyderat merita ſingu
loꝛũ, ⁊ pꝛęmia fœlicitatis confert, q oĩa in pondere, numero, ⁊ men-
ſura cõſtituit Sap. 11. Apud Ezechielem angelus viſus eſt habere in
manu funiculũ lineũ, ⁊ calamũ menſurę, ca. 40. ſed nihil auri, quati-
nus intelligeres auri ſpeciẽ in pꝛimis ꝑtinere ad ſummã dei ſapien-
tiã. Metiat ergo angelus dei templũ, metiat ⁊ quis Joãnes, ſed nõ
aurea arundo illis continget, quę ſupernę retributionis autoꝛitatem
tenet, quã nemo pręter chꝛĩm habet. In tẽplo verſabat tum Joannes,
quando illi calamus virgę ſimilis eſt traditus, ⁊ adiunctũ eſt, Sur-
ge, ⁊ metire templũ dei, ⁊ altare, ⁊ adoꝛantes in eo, ſupꝛa cap. 11. Ubi
ſane ꝓphetię ſacrę huius ſcribendi illi facultas tradita eſt, cui euan-
gelizandi regnũ dei dudum antea cũ cęteris cõmiſſa erat. Docendi
ergo, ⁊ ſcribendi ſolũ munus habuit, nõ fœlicitatẽ dignis ꝓ meritis
tribuendi ęternã: vocauit ad fidẽ, nõ cꝛonauit: docuit, nõ abſoluit. i.
nõ btõs ꝑfecit. In via erat, ⁊ ipſe homo petõꝛ ſimilis cęteris erat, nec
alijs tribuit qđ ipſe nõ habuit. Ubi ſimul illud accipe, quia opus eſt,

vt qſqꝫ iniuncto ſibi a deo munere omni contentione tum animi tum
Munere delegato fungẽndũ ſtrenue.
viriũ incumbens ꝑfungatᷣ. Paulus magis vult mori ꝙ̃ vt gl'iã ſuã,
id eſt, coronã eminentię ꝑfectiõis qs ſibi euacuet, in qꝺ etiã neceſſita
tẽ ſibi incumbere adſtruit, adeo vt ꝛ Ve maledictionis ſibi imminere te
ſtetᷣ niſi Euangelizet. Si enim volens, inquit, ꝛ ſponte hoc ago merce
dẽ habeo, ſi autẽ inuitus ꝛ quaſi coactus diſpenſatio mihi tanꝙ̃ rei
mihi inutilis credita eſt. ℭ Punc. 2.

Et ciuitas in quadro poſita eſt : & longitudo eius tanta
eſt, quanta & altitudo.

Partes ciuitatis quatuor ad quatuor mundi plagas, orientẽ, occidẽ
tem, aquilonẽ, ꝛ auſtrũ referendę ſunt: quatinus liquido agnoſcam⁹
Fideles ęque cordi deo in oib' ptib⁹ mundi.
in omnibus mundi partibus fore, q ꝑtineant ad ipſam hanc ciuitatẽ.
Partiũ autẽ ęqualitas deſignat, tanti eẽ fideles apud deũ, q ſunt in
oriente, quanti q in alijs mundi partibus: ꝛ ęque ſunt cordi illi vni
uerſi, q fidẽ habent in eũ, fidẽ dico operantẽ ꝑ charitatẽ. Quo myſte
rio ciuitas in quadro ęquali dimenſione poſita eſt. D. Hay. In qua
drata figura, vbi nõ aliud latus maius eſt, aliud minus, ſed cuncta
ſimul latera ęquali ſpacio diſtenduntᷣ, intelligit fidẽ, ſpem, charita
tẽ, ꝛ operationẽ, quę ęqualia ſunt: qa videlicet vnuſquiſqꝫ fidelium
quantũ credit tantũ ſperat, tantũ amat, ꝛ tantũ operatur. Similiter
q̃ntũ ſperat, tãtũ credit, tantũ amat, ꝛ tãtũ opatᷣ. Rurſum, tantũ amat
quantũ credit, quãtum ſperat, quantũ operatᷣ. Deniqꝫ tantũ operatᷣ,
Eccl'ia in quadro poſita.
quantũ credit, quantũ amat, quantũ ſperat. Bene aũt Eccleſia in qua
dro poſita eſſe memoratᷣ, qa eſt robuſta ꝑ fidẽ, longanimis ꝑ ſpem,
ampla ꝑ charitatẽ, efficax ꝑ operationẽ. Habent etiã ſinguli fidelium
fidẽ, qua credunt, quę videre nõ poſſunt: deũ ſcilicet trinũ in ꝑſonis,
ꝛ vnũ in maieſtate. Habent ꝛ ſpem, qa ſperant ſe poſſe pertingere ad
illud, qꝺ necdũ vident: habent quoqꝫ charitatẽ, id eſt, dei ꝛ proximi
dilectionẽ. Quibus virtutibus vt ꝑfecta ſit vita illoꝝ, adiungitᷣ ope
ratio: ſine qua fides mortua eſt. vnde Jacobus Apl's, Fides ſine ope
Virtutes quatuor cardiales
ribus mortua eſt, cap. 2. Siue etiã per quatuor latera ciuitatis poſſu
mus intelligere quatuor virtutes principales, Prudentiã, Temperan
tiã, Fortitudinẽ, atqꝫ Juſticiã. Quę ita debent eſſe in electis, vt vna al
teri quadret. Prudentia qppe ſcientia eſt in appetendis bonis, ꝛ vi
tandis malis, cui cõnectitᷣ temperantia, qa nõ eſt perfecta prudentia
niſi adſit ꝛ temperantia, quatinus temperet ſibi a noxijs huius ſęculi
voluptatibus: qꝺ dũ fecerit, magna animi fortitudine vtatur oportet,
qua venerẽ depellat, tẽperantię virtute fortiter reſiſtens: Ad hęc iuſti
ciã accedere oportet, ne plus ꝙ̃ oportet ſapiat, ſapiat autẽ ad ſobrieta
tẽ. Sic ergo ciuitas in quadro poſita eſſe memoratᷣ, quę placet deo in
quatuor mundi partibus congregata, conſentiens fide, ſpe, charitate,
ꝛ operationibus, quę mutuo ſeſe in quoqꝫ fideli complectuntᷣ, ſiue et
precioſis quatuor virtutibus ęquabili menſura cõpoſitis. Quod vero
ſubdit longitudinẽ eius tantã eſſe, quantã latitudinẽ, repetitio eſt, qa

figura ex omni parte ęqualis ⁊ abſoluta. Tanta quippe longitudo, Eccleſię
quanta ⁊ latitudo: qa quanta eſt fides, tāta eſt ſpes, tanta charitas, menſura
tanta operatio. Quantum enim credimus (niſi moleſta ſit repetitio) ęqualis.
tantū amamus: ⁊ quantū amamus, tantū ſperamus: ⁊ quantū ſpera
mus, tantū per dilectionē erga deū ⁊ proximum extendimur. Simili
ter vnuſquiſq; tantū prudens, quantum temperans, fortis, ⁊ iuſtus:
Tantū temperans, quantū prudens, fortis, ⁊ iuſtus: Tantum fortis,
quantum prudens, temperans, ⁊ iuſtus: Tantū iuſtus, quantum pru
dens, temperans, ⁊ fortis erit. Et qa ęquali menſura ciuitas hęc, do-
nec in terris agit, meritorū quoquouerſum ſtat firma, ⁊ ſtabilis: ęqua
li menſura ⁊ prēmia glię, quacunq; orbis in parte prędictis virtuti-
bus meruerit recipiet. Eodē modo in Ezechiele quoq; templū ſituatū
deſcribitur: quatinus inſinuetur, quia ſicut quadrata firmitas ſtabilis
eſt, vt nequaq̄ ventorū impulſibus, aut incurſibus fluminum euerta-
tur: ſic gloria ciuitatis huius e ſupnis deſcēdētis pennis. ¶ Pun. 3.

Et menſus eſt ciuitatem arundine aurea per ſtadia duo-
decim millia: & longitudo, & altitudo, & latitudo eius
æqualia ſunt.

Arundo aurea, diuina eſt ſapientia, qua chriſtus dimetitur ciuitatem Arundo
ſuam, id eſt Eccl'iam, iuxta merita ſingulorum, vt retribuat glię fœli- aurea.
citatē p meritis ſingulis qbuſq; eccleſię membris: cuius magnitudo
a ciuiū multitudine ineſt illi. Maior autē hic ciuitas deſcribit, q̄ꝫ in Ciuitas
Ezechiele cap. vlt. Ibi enim naſcens deſcripta eſt, hic vero cōſumma- hic maior
ta. Quod vero menſura eius dicit ſtadiorū duodecim millium, intel- q̄ꝫ in eze-
ligendū eſt in ſingulis quadris, ita vt totū circuitū viderit eſſe qua- chiele.
draginta octo milliū ſtadiorū. Eſt autē ſtadiū octaua pars milliaris,
ideſt mille paſſuū, nēpe centū viginti paſſus. Auguro ciuitatis men-
ſurā ſtadijs proinde dimenſam, quatinus intelligeremus vniuerſos,
q ad eā pertinēt, veluti in ſtadio currere, ac decertare debere. 1. Cor. 9.
Porro numerus duodecim milliū p ſingulas partes referendus eſt
ad duodecim filios Iſrael, q oēs ciues vndequaq; ſint, ex veris Iſrl'i
tis ſint oportet, geniti p verbū dei. Bene ergo D. hay. per hęc duode-
cim mil. ſūmmā electorū cōprębendit. Duodenarius enim numerus
iccirco pfectus habet, qa ex denario ⁊ binario conſtat: denarius per-
tinet ad decē precepta legis: binarius ad duo dilectionis pręcepta, in
qbus tota lex pendet ⁊ pphetę. Siue iccirco pfectus habet, qa ex par
tibus ſeptēnarij conficit, quę ſunt tria ⁊ quatuor: Ternarius ad fidē
ſctē trinitatis refert, Quaternarius ad quatuor euangelia. Millena-
rius quoq; pfectus numerus oſtendit, qa denarij numeri quadratū
ſolidū reddit. Decies enim centeni ſunt mille, atq; proinde millena
rius numerus pfectus eſt: vnde dicit, Verbum mandauit dn̄s in mil
le generationes. per quas generationū vniuerſitas exprimitur. Quia
igit duodenarius ſeu millenarius numerus in ſacro eloquio pro per-
fectione ponit, recte in duodecim millibus ſumma pfectionis illorū

exprimitur, q decalogũ legis cum dilectione dei ⁊ ꝓximi abſoluunt, fidemqꝫ ſcte trinitatis obſeruant, ⁊ boc ſm auctoritatẽ quatuor euangeliorũ. Hos metit deus omnipotens arundine aurea, quia vnicuiqꝫ iuxta merita diſtribuit dona fœlicitatis ęternę, eo ꝙ pfectos eos inuenerit fide ⁊ dilectione, cũ decalogi obſeruatione: ⁊ vnuſquiſqꝫ qđ nõ accepit in ſe per ſtudium, poſſidet in alio per charitatis meritũ, vt vna ex multis ſibi conſentiens ciuitas abſoluet. Proinde enim miro conſilio autbor fœlicitatis, ac diſpenſator noſter ordinat chrĩs, vt ſingulis p merito nõ ęqualiter diſtribuat, ⁊ tamẽ ęquales illos remunerationis pręmio reddat, ne arundo aurea fallat. Sicut ſtella, inqt Apl's, differt a ſtella in claritate, ſic ⁊ reſurrectio mortuoꝝ erit. 1. Corin. 15. Alia eſt enim (vt ibidem legis) claritas ſolis, alia lunę, alia ſtellaꝝ, ⁊ nuſquã menſura arundinis aurea peccat: pingit autẽ decorẽ, vt mirabilẽ vniuerſitatẽ in varietate inęquali ęquabilẽ reddat. Sic ⁊ corpus hoĩs vnũ in membroꝝ inęquali proportione ęquabile condens, pedẽ longius expor̃exit manu, oculos breuius auribus orbiculauit: oĩa aũt eximio decore abſoluit. vt mirũ nõ ſit fœlicitatis ſupnę pręmia inęqualiter ſore diſtribuẽda. Porro ꝙ ciuitas illa in quadro poſita ſit aperte demonſtrat, qa regnũ illud ſummę pacis ſit, ſummę cõcordię, vtpote in quo nihil diſſimile aut diuerſum ſit, ſed ſũma ęqualitas, ſumma cõuenientia, ⁊ vnitas ſumma. Quod vero longitudo, latitudo, ⁊ altitudo ciuitatis ęquali menſura eſſe perhibent, perpetuitas ſummę fœlicitatis, quę erit in cognitione altitudinis dei maieſtatis, deſignat: vt longitudo ꝑpetuitas ciuitatis ſit, latitudo amplitudo eiuſdẽ fœlicitatis, altitudo excellens cognitio deitatis ſummę, in qua perficit omnis fœlicitas ſctõꝝ. Hoc autẽ intellige de altitudine ciuitatis, quantũ attinet ad imaginariã eius viſionẽ: non quia muri altitudine alta videbat, ſed qa in excelſo monte ſituata. ſecundũ ergo montis altitudinẽ alta, de quo dictũ eſt, Suſtulit me in mõtẽ magnũ ⁊ altũ, cuius altitudo. 12. milliũ ſtadiorũ, quẽadmodũ longitudo ſpatij ⁊ latitudo: Quarũ rerũ ſumma ad ciues ciuitatis ſupernę refertur, nulla in parte diminute, aũt infœlicis. ¶ Punc. 4.

*Pręmia fœlicitatis inęqlia.*

*Eccl'a in quadro.*

Et menſus eſt murum eius, centum quadraginta quatuor cubitorum. menſura hominis quæ eſt angeli.

Quia hic, vt vides, ſpecialem mentionẽ de menſura muri facit, proinde menſurã prędictã arcę eẽ intelligamus ciuitatis eiuſdẽ opus eſt. Geometricalis namqꝫ diſciplinę ratio ſic habet, qa oĩs tetragonus ęqualiter latera habens, vnũ latus multiplicat in ſe, ⁊ ea ſimul multiplicatione aream ſuam implet. Intellige autẽ muri menſurã poſitã hic, de quolibet latere quadrę ciuitatis: Uidebat ſiquidem Joannis ꝙ angelus eadẽ cubiti menſura, qua ſolent hoĩes metiri: ⁊ ciuitatẽ, ⁊ muros eius metiebat. Deniqꝫ quũ metiri ſit verbo dei definire ſeu iudicare, ſic chrĩs iudicat verbo dei, ſicut ⁊ ſcti pdicatores, de Eccl'ia, deqꝫ membris ſingulis eius. Dimenſio autẽ, quę nunc de vnoquoqꝫ

dei

dei verbo ſit, tunc reuelabit, quando filiorũ dei gloria. Eadē ergo eſt menſura hoīs, quę angeli, nēpe dei verbũ, quo mō vtunt ſcti pdicatores ciuitatis areā dimetientes, ꝛ murũ eius: q̄ntũ videlicet credentes protendant fidei longitudine, quantũ dilatent charitatis amplitudine, quātũ erigant ſpei altitudine. Pōt ꝛ aliter intelligi, vt in ſuperna illa fœlicitate, quę patrię eſt, hoīes ęquales ſint angelis numero, vt Primaſio placet, iuxta id qđ ſcriptũ eſt Deut. 32. Statuit terminos gentiũ ſm numerũ angelorũ dei. Sic enim contextũ verborum vertit. Haymo ep̄s ęqualitatē refert ad glīam: quia videlicet, inquit, gloria angelorꝝ ꝛ hoīз in cœleſti btitudine ęq̄lis erit: vñ in Euāgelio dñs dicit, Neqз nubēt neqз nubent, ſed erunt ſicut angeli dei in cęlo. Vel ideo menſura angeli vocat, qa quot angeli remanſerunt in cęlo poſt occaſum luciferi, tot hoīes ſunt aſcenſuri de terris. Hęc Haymo. Verũ qa ſupra opinione aliorꝝ murũ retulimus ad deũ ipſum qui eſt protector ciuitatis ſctē ambiens eā, idqз multis ſcripturę locis: quid aliud intelligimus p menſurationē eius, niſi cōfeſſionē fidei, quē cōfitemur ęternũ, ſũma maieſtate altũ, imēſitate dilatatũ. Vel ſi hę dimenſiones magis ad areā pertineant, p numerꝝ cubitorꝝ hic poſitorꝝ, pfectionē diuinā magis capimus, idqз ex partiũ meritis. Duodecies enim duodeni, centũ quadragintaquatuor ſiunt. Centenarius perfectus numerus habet, vnde ꝛ dñs fœlicitatis ſupernę pfectionē hoc numero deſignauit quũ dixit, Qui reliquerit domum vel fratres ꝛc̄. centuplũ recipiet, Matth. 19. Quadragenarius etiā in ſcriptura multis noībus pfectus eſt, quē in decalogi datione primũ in Moyſe deꝰ acceptauit, q totidē diebus ieiunus in vertice alti montis reſidens pmanſit. Dñi ieiuniũ quadrageſimo die cōſummatũ eſt. Quadraginta annis ppl's Iſraeliticus in deſerto peregrinatus eſt. Porro decalogus cũ quatuor euangelijs abſoluit chriſtianiſmũ, ꝛ quater decē aſſurgunt in quadragenariũ. Menſus eſt itaqз angelus murũ ciuitatis: qa oēm in deo pfectionē dũ intentius conſyderat, reperit: ꝛ gloriā illi iure tribuit. Chrīs eſt angelus (vt iam diximus) q gloriā diuinitatis in humanitate p oēm modũ quęſiuit. Extant non rara apud Ioannē teſtimonia. Lege, ꝛ videbis: q diuinitatē eius metitus eſt, ſiue quũ illũ ſolũ adorandũ eē e ſcripturis corā ſatana pdidit, Matthei. 4. Siue quũ ſe iuxta deũ ante Abrahā ſtatuit, Ioan. 8. ꝛc̄. Nonne ꝛ tum metitus eſt deũ, quũ neminē bonũ niſi deũ adſtruxit, Matt. 19. Luc. 18. ꝛ hunc miſericordē. Lu. 6. Quę oīa ſummā in deo perfectionē ſtatuunt, quatinus myſterio numeri recte ad ſummā eandē reductũ ſit. Aliter quoqз computus iſte quadraturā duodenarij compręhendit, eo ꝙ duodecies duodeni centũ quadragintaquatuor (vt diximus) faciunt, q eſt numerus quadratus, reſultans ex ductu duodenarij in ſeipſum. Id qđ dei maieſtatis ſtabilē, pmanentēqз in ęuũ fęlicitatem exprimit: exprimit ꝛ eorum, quos complectitur. ❡ Punc. 5.

Menſura hoīs ꝛ angeli eadē.

Centenariꝰ numerus fęlicitatis ſupnę pfectio.

Et erat ſtructura muri eius, ex Iaſpide. Ipſa vero ciui-

tas, aurum mundum ſimile vitro mundo: & fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioſo ornata.

inquit dñs, q habetis hic conſolationẽ veſtrã, &c. Quia enim ſcti in pręſenti vita, gl'iam huius ſeculi, quę reproborũ eſt, nõ amant: iccirco ſuã ad ęternã referunt, vbi exaltati remunerabunt: quorũ vni iam a dño dictũ eſt, Tu eſto ſupra decẽ ciuitates: Alteri autẽ, Tu eſto ſupra qnq3. Põt & aliter dici, vt p reges terrę intelligant Apoſtoli cęteriq3 ſcti verbi dei miniſtri: q propter regimen aiarũ, quas ſuo moderamine dirigunt, reges appellant. Iſti afferent gloriã & honorẽ in illã, ſicut iam primi illi attulerunt: hoc eſt, oẽs quos chriſto lucrifecerunt, facientq3 ſua prędicatione, & doctrina. Unde Paulus quibuſdã dicebat, Gloria noſtra vos eſtis in die dñi noſtri Ieſu chriſti. Recte enim gloria regũ, & honor vocant hi, p qbus ijdẽ reges coronant. Primſi. Quod dicit ambulabunt gentes in lumine eius, & reges terrę afferẽt claritatẽ ſuã in eã: hoc ſane voluit intelligi q idẽ ipſe agnus ſit peregrinantibus via, q tunc ciuibus vita. Quicquid enim adepti fuerint dignitatis, debitis neceſſe eſt laudibus honori conferant largitoris. Reges aũt hic ſpiritales dicit, de qbus legimus, Potens eſt & dabit virtutẽ regibus noſtris, & exaltauit cornu chriſti ſui. Dion. Carth. Ambulabunt gentes in lumine eius. Quia ſicut electi nunc viuũt in lumine fidei ipſius Eccleſię militantis, & in chro, q eſt lumen fidelium: ita in patria ambulabunt, agent, viuent, atq3 in deũ ſe iugiter erigent, & erecti manebunt in lumine Eccleſię triũphãtis: corporaliter quocũq3 mouebunt, & ambulabunt in lumine corporũ glorificatorũ: potiſſime corporis chri, cuius corporea claritas lumen ſolis ineſtimabiliter ſuperat, regionẽ quoq3 terrę viuentiũ implet. Et reges terre, id eſt, principes, & pręlati idonei, ac vniuerſi q ſeſe bene rexere, afferent gloriã. ſ. ſpiritales ſuas diuitias, merita, magnificentiamq3 virtutũ ſuarũ ſecũ in cœleſtẽ illã hierl'm deferent, opera enim illorũ ſequunt illos. Gloria quoq3 eſt cõſcientię puritas, dicente Apl'o, Gloria noſtra hęc eſt, teſtimoniũ conſcientię noſtrę: quã ſecũ reges afferre dicunt. Quaſi & hęc quoq3 adderent nõnihil ad ſupernę illius ciuitatis fœlicitateq3: qa videlicet vniuerſi, qcquid glorię honoriſq3 aſſequuti eſſent, inferent cœlo: vbi nihil niſi gloria, & honor a cunctis in deũ autorẽ bonorũ oim redundat, ſimili ſententia, qua dictũ eſt ſupra cap. 4. de ſanctis aialibus, qa dedere gl'iam & honorẽ ſedenti ſup thronũ viuenti in ſecula ſcl'orũ. Et vigintiquatuor ſeniores procedebant ante ſedentẽ in throno, & adorabant viuentẽ in ſcl'a ſcl'orũ, & mittebant coronas ſuas ante thronũ: vbi dictũ eſt qd ſit mittere coronas ante thronũ, niſi qcqd eſt virtutis vſq3, totũ deo tribuere, nihilq3 ſibi ꝓprie vſurpare. Nõ ergo principaliter honor & gl'ia iuſtos reſpicit, ſed eũ per quem facti ſunt iuſti, vt dicant, Non nobis dñe nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriam Pſal. 113. Et Pſal. 28. Afferte dño gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius.

¶ Punc. 4.

Et portæ eius non claudentur per diẽ: nox enim nõ erit illic. Et afferent gloriam gentiũ, & honorem in illam.

Col. Apo.

Magna ſecuritas ciuitatis hierl'm ſupne deſcribit, ad quā nulle per-
uenture ſunt inſidie inimici, z ideo porte eius nō claudentur, vbi erit
dies ppetua, nec nox vlla interpolabit diem. Sic tangit futura, vt ta-
men preſentia nō negligat: portas dicit minime vltra claudi cœleſtis
illius hierl'm, qđ ſūmā ſecuritatē indicat. Sunt tamē interim z porte
Eccleſie li- peregrinantis Eccl'ie aperte: nec hic in myſterio niſi dies, in qua non
bertas. niſi gloria z honor gentiū. Verus hic ſol chriſtus deus fidei lumine
refulget, nec vlla nox interpolat diē: oēs enim filij lucis ſumus, z fi-
lij diei. 1. Theſ. 5. Non claudunt porte eius ingredi aut exire volenti-
bus: libere vt illos recipiat, tanq̄ obedientes: hos emittat tanq̄ in-
obedientes, in qbus nulla virtus, nulla conſtantia eſt. Eccleſia ſctōrū
dies eſt, in qbus ſol ille iuſticie chriſtus ſuis radijs pmanet, etſi mali
mixtim ſint bonis: nō tñ illi p eccleſia habentur apud deū. Soli iuſti
ſunt Eccleſia dei exclusis alijs, etiā quū ſint in Eccleſia, vt nō omnes
reges in eā ſuā gl'am afferant, q conuertunt, q intrant, etſi aliq affer-
re videant, q p conuerſis haberi volunt; ceterū aūt filij neq̄; filij ſce-
lerati, q potius blaſphemāt, q̄ gloriā afferant: vt in hoc ſtatus eccl'ie
militantis, longe ſecus habeat, q̄ in triūphantis. Siquidē in triūphan
tē oēs quotquot ingrediunt afferunt gloriā: In militantē nō oēs, ſed
hi ſoli q pij ſunt. Multiplicata eſt gens id genus ſtultorū regū terre,
ſed non proinde magnificata leticia: oēs dicunt, conuerſi ſumus, chri
ſtiani ſumus, attulimus gloriā noſtrā in eccleſiā: ſed mentita eſt impia ini-
quitas ſibi: neq; enim quicq̄ horū fecerūt, aut faciunt, imo diuerſum.
Non enim ſuſcipiunt chr'm, niſi quatenus putant ſibi proficuū. Qui-
bus reſpondit chr's, Amen amen dico vobis, queritis me, nō qa vi-
diſtis ſigna, ſed qa manducaſtis ex panibus, z ſaturati eſtis. Joan. 6.
Placet panis, nō placet chriſtus: placet prebenda Eccleſie, non pla-
cet ſeruitus eccleſie: religio in libertatē effrenata eſt in illis, dignitas
in tyrannidem. Sed he fere, hi lupi, hi principes infideles, ſocij ſui,
hypocrite mali ferent iudicium ſuo tempore tale quale ſupra oſten-
ſum eſt. ¶ Hunc. 5.

Et non intrabit in ea aliquid coinquinatum & abomi-
nationem faciens, & mendacium: niſi qui ſcripti ſunt in
libro vitæ agni.

Primū. Futuri temporis circunſcribit Eccl'iam, quando non ſicut nunc
permixtos cū bonis cohabitantes patit malos: qa ſoli cū chriſto bo-
ni regnabunt, cū quo, z in quo in eandem hierl'm cœleſtem matrem
oīm fideliter permanebūt. Hactenus ille. In preſentē ciuitatē eqdē
coinquinati cū puris, mali cū bonis, pctōres cū iuſtis, impij cum pijs
ſimul habitant z intrant: qa ſicut hec vita media inter celū z terram
conſiſtit, ita vtriuſq; partis ciues recipit continetq;: ad illā autē ſepa-
rabuntur. Ideo nō intrabit in eā aliqđ coinquinatū quocunq; ſcele-
re, pijs ſemp deteſtādū, vt aſpicere nō poſſint: quēadmodū z de dño
deo ſcriptura loquit, Mundi ſunt oculi tui, ne videas malū, z reſpi-

cere ad iniq̄tatē nō poteris Michee.1.Diſtinguunt inter coinq̄natū ⁊ abominationē faciens:vt coinquinatū dicat ſpiritualiter peccantē, Abominatio carnis ſeda opera: vel vt illud ad cordis pctā referat, hoc ad flagitia operis:mendaciū oris vicia notat.Pōt ⁊ eos ſubnotare,q̄ confitent̄ ſe noſſe deū,factis aūt negant.Porro hi q̄ ſcripti dicunt̄ in libro vite agni,pdeſtinati ſunt, q̄ eſt vis quedā mentis diuine,que ſcit oīa anteq̄ fiant.ergo ſolos bonos intelligamus fore ſcriptos,q̄ vitā agni ſunt imitati,nō malos,nō in carne viuentes,Paulo atteſtante,q̄ ait,Caro,⁊ ſanguis regnū dei poſſidere non poſſunt. 1.Cor.15.Nullus ergo celeſtē hieruſalē ingredi valet,niſi oīs labis atq̄ reatus ſit prorſus imunis.Quis hic p dignitate eſtimet,q̄ purū oporteat eſſe cor,qd increate luci intime vniendū ſit.Nō admittit maculā candor lucis eterne,ſpeculū ſine macula,ſcelus nō accipit.Summa puritas eſt deus,ſumma pulchritudo.Si ergo poſt hanc mortalē ⁊ caducā vitā nolumus remoueri a btā gloria,que p vnionē cōſpectus diuini continget oībus,nec in euū grauiſſima combuſtiōis ſubire ſupplicia:ſatagamus oportet indeſinenter pura mente deo viuere, eiq̄ ſoli fideliter cū oī humilitate ac reuerentia ſeruire,in oībus mandatis eius pficere,in charitatis opere nos captiuare:mentē noſtrā ad deū ipſum attollere:continuis precibus inſudare:quotidianos defectus plangere,conſcientias noſtras lauare,vitare mala,atq̄ penitētie martyrio nos in dies mactare.Sic deniq̄ fiet vt inculpatus occurras,ſtolāq̄ primā a chariſſimo patre promerearis,qua preclarus fias ⁊ conſpectibilis deo ⁊ ſctīs angelis eius in eternum.Amen.

Vite puritas ſuāda

# CAPVT. XXII.

## DE FLVVIO AQVAE VIVAE: ET LIGNO VITAE. SEC. 1. PVN. 1.

ET oſtendit mihi purum fluuium aquæ viuæ,ſplendidum tanquā cryſtallum procedentem de ſede dei,& agni.

Deſcribit in hoc capite primū fluuiū procedentē a ſede dei,⁊ agni:deinde memorat de ligno vite, et fructibus eius duodecim, Alia quoq̄: poſtremo librū cōcludit,⁊ multa ponit,q̄bus prophetie huius excellentia demonſtrat.Nunc igit̄ a principio peregrinantis Eccleſie myſticū agentis ſabbatū felicitatē ob oculos ponit, que eſt illi ab agnitione veritatis ſumme:nā ⁊ vita eterna hinc promanat,Dño dicente,Hec eſt vita eterna,vt cognoſcant te ſolū deū,verū,⁊ quē miſiſti Jeſum chriſtū.Et hec ipſa veritas ſub typo perennis fluuij a ſede dei ⁊ agni profluentis deſcribit̄, cuius naturalis ſpecies tum deniq̄

Ciuitatis fœlicitas deſcribit.

apparebit, quando oīs cęcitas, caro ⁊ vanitas euanuerint: tum quippe ipſum fluuiū videbimus ſine typo ⁊ abſq; ſimilitudine apertius, copioſius, glorioſius, viuidius, ⁊ modis oībus ādmirabilius, a ſummo deo, ⁊ agno profluenté, atq; exundanté more perennis gurgitis, qué pleni nō continét aluei: cuius modo nō niſi tenues guttulas roris inſtar ſtillantes in ſacris literis ſugimus, aut lambimus, largioré fontem eius ambientes. Iā quū guſtus ille huius fluuij tam tenuis modicuſq;, tā ſuauiſſimus ſit, vt merito oī glorię mundi, opibuſq; ac delicijs pręſtet: qd futuṝ cenſes, quū ex ipſius eiuſdē fluminis, limpidiſſimis, ſuauiſſimiſq; aq̄s pleniter ſatiaberis? Fluminis inq̄, cuius impetus letificat ciuitaté dei a fonte vitę ſcaturientis, ⁊ ebullientis: cuius potu ſatiari cupiebat ille, q̄ dicebat, Satiabor quum apparuerit gloria tua. Et, Inebriabunt ab vbertate domus tuę, ⁊ torrente voluptatis tuę potabis eos. Pſal. 35. Eſaias quoq; ait, Tunc videbis ⁊ afflues, ⁊ mirabit, ⁊ dilatabit cor tuū, quando cōuerſa fuerit ad te multitudo maris, cęleſtiū voluptatū ſcilicet, ⁊ veritatis eternę. Hic eſt fluuius ille purus, nō carnali ſenſu dilutus, nec voluptate ſordida corruptus: ſed ſynceritate glorię ſplendens, ceu cryſtallū, qđ tranſlucidū eſt, reddenſq; qđ poſt ſe eſt, q̄ paſcit, potat, delectat, ac reficit: q̄ iccirco aquę viuę dicit, q̄ det vitā credentibus, nunquā intermorituram, quos pleniter imbuerit ſemel, vt ꝑfecte ſanent, ⁊ ſeruent ſanitate inenarrabili, quā ipſa nūc fidei veritas dat. Primaſi⁹ legit flumē aquę viuę, tali enarratione. Recte ipſe fons vitę dn̄s Jeſus chriſtus ſignificari cognoſcitur, de quo legimus, Apud te eſt fons vitę, ⁊ in lumine tuo videbimus lumen Pſal. 35. Ipſe eſt enim queadmodū legimus Imago maieſtatis dei oia potens, ⁊ ꝑmanens in ſe: oia innouat, et ꝑ gentes in aīas ſctās ſeſe transfert. Ille itaq; fons, q̄ fluuius: fons, eo q̄ in ſe permanens ſit: fluuius, q̄ ad ſatietaté ſctis ſe largiter ⁊ iugiter cōmunicet: Nā ⁊ vbi fons dicit, ēt torrens nominat. Quum enim pſalmus diceret, Ex torrente deliciarū tuarū potabis eos. ſecutus adiunxit, Qm̄ apud te eſt fons vitę, ⁊ in lumine tuo videbimus lumen Pſal. 35. Dion. Carth. Sacratiſſimus euangelicę legis propheta Joannes cœleſtis hierl'm pandit eduliū, atq; btē refectionis materiā, ⁊ obiectū. Per flumen autē aquę viuę, intelligi pōt exuberans illa effuſio donorū glorię a deo ſuperbenedicto in mentes btās, ſeu increatę btitudinis participatio copioſa, ſeu ipſemet ſpūs fons totius bonitatis, felicitatis ac voluptatis. Quod flumen dicit aquę viuę, qm̄ poſt vitę pręſentis laborē dulciſſime recreat, ⁊ vitę gloriā pręſtat. de quo flumine legis in Eſaia dn̄m dicentem, Ecce ego declino in eos vt flumen pacis, ⁊ vt torrens inundans glorię, cap. 66. Et Ezechiel aſſerit. Torrentē aquę de tēplo procedentē, cap. 47. D. Haymo de pręſenti locū hunc expendens: per flumen aquę viuę, doctrinā veteris ⁊ noui teſta. intelligit. Quod enim aqua prędicationē ſctām ſignificet Salomon docet, q̄ dicit, Aqua profunda verba ex ore viri, ⁊ torrens redūdans, fons ſapientię. Et dominus dicit in Euāgelio, Qui credit in me

*Jeſus fons vitę.*

*Fōs aquę viuę ſacra ſcripturā.*

(ſicut dicit ſcriptura) flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Sed quū vna ſit doctrina veteris ⁊ noui teſta. pluraliter enunciat, qa ſcilicet ⁊ vnitatē fidei annunciat: ⁊ tamen ad multos auditores peruenit, ⁊ ꝑ multorū ora diffundit. Bene autē flumen aquę viuę vocat, quia quos irrigat viuificat, ⁊ ad vitam ęternā inuitat: ⁊ cryſtallo ſplendenti ob puritatē fidei comparat, quę in baptiſmo recipit. Quos enī docendo viuificat, ad aquā baptiſmatis perducit, eoſqʒ ⁊ puritate fidei ſplendidos, ⁊ robore fortiſſimos reddit. Sedes autē dei ⁊ patris, ⁊ filij, ex qua doctrina fidei inuiolabilis procedit, eſt eccl'ia: qbus Paulus dicit, Templū dei ſanctū eſt, qd̓ eſtis vos: qa in cordibus fideliū chriſtus ſedet cū pr̄e, ⁊ ſpūſctō: quorū qa inſeparabilis eſt ptās, inſeparabilis ēt ſedes eſt. Ab ipſa ergo dei ſede ꝓcedit aqua, qa ab Eccleſia doctrina ſpūs dimanat, extra quā error eſt oīs pręedicatio, quę ſanā doctrinā nō habet. Iā habes copioſe qd flumen hoc aquę viuę ſit, iuxta maiorū examen relatū, ⁊ ad militantē (vt dicit) ⁊ ad triūphantē Eccleſiam, quatinus duplex in eo ſpūs intelligentię amabilius capiat: nāqʒ eadē gr̄a, quę hic habet a credentibus, cōſummatur in gloria: ⁊ doctrina fidei, in veritatis ęternę aſſequutione impletur: vt idē ſpūs vtrobiqʒ operet, nō dubiū quin ſanctus, ad chriſti redemptionē, vt ſaluet ⁊ glorificet, ⁊ repleat ⁊ ſatiet, ⁊ delectet in ſempiterna ſęcula. Amen.

¶ Punc. 2.

In medio plateæ eius: & ex vtraqʒ parte fluminis lignū vitæ afferens fructus duodecim: per menſes ſingulos reddens fructum ſuū: & folia ligni ad ſanitatē gentiū.

Omnia iſta oſtendebant S. Ioanni ſub corporaliū rerū ſimilitudinibus. Unde in imaginaria viſione apparuit ei ꝙ ꝑ mediū ciuitatis decurreret lucidiſſimū flumen, cui in vtraqʒ ripa videbat idē lignū. Dicit Hay. Hoc iuxta lr̄am nō pōt intelligi, vt videlicet idē lignum numero in vtraqʒ parte fluminis ſit; niſi forte in medio fuerit collocatū, vt rami illius, hinc atqʒ illinc tenderent. verū ſpiritualiter hoc intelligendū eſt, vt dn̄s Ieſus ſit in medio Eccleſię ſuę, figuratus per lignū illud, qd̓ Moyſe aſſeuerante dn̄s deus poſuit in medio paradiſi, Gen. 2. Mirę efficacię ac vbertatis lignū illud erat. At qd potuit efficacius, fœcundiuſqʒ dn̄o nr̄o Ieſu chr̄o eē? Bene aūt in medio plateę, ⁊ in vtraqʒ fluminis parte lignū deſcribit: qa chriſtus, qui eſt in medio Eccleſię, qa ⁊ in medio candelabrorū aureorum ſupra verſari viſus, eodē ſenſu, vt dicat, ego autē in medio veſtrum ſum ſicut q miniſtrat, Luc. 22. Nā ⁊ ſalutē operatus eſt in medio terrę. Illud autem quod dicitur in vtraqʒ fluminis ripa conſtitiſſe: eo ſenſu intelligendū, quo dicit in duabus naturis conſiſtere, quę velut ripę ſunt veritatis perpetuę intellectę ꝑ flumen: diuina altera, altera humana. Hic produxit primum fructus duodecim, xij. Apl'os in qbus vniuerſitas fructus chriſtiani virtualiter tū erat collecta, qbus dixit, Elegi vos, ⁊ poſui vos, vt eatis ⁊ fructū afferatis, ⁊ fructus veſter maneat. Mira

*Lignum in vtraqʒ parte fluminis.*

*Chriſtꝰ in medio eccleſię.*

*Fructꝰ xij. apl'i ſunt.*

res,fruct⁹ fructū ꝓduxit, vt naturā ſuperet in hac cauſa gratia. Porrò
Folia ligni vitę. folia ligni medica verba dei ſunt,que non defluunt,nihil minore mi
raculo:nam ⁊ ipſum lignum verbum dei eſt,teſtante ſcriptura, Mi
ſit deus verbū ſuū,⁊ ſanauit eos. Ecce verba medica,verba ſanatiua.
O quot ſanat foliū ligni huius quod minime caducū eſt, minimeq;
defluēs,dicente ſcriptura, Miſit deus verbū ſuū ⁊ ſanauit eos, intelli
ge qui preordinati ad vitā erant. Deus ille per Eſaiam loquitur di
cēs, Quō deſcendit imber ⁊ nix de celo,⁊ illuc vltra non reuertitur,
ſed inebriat terram,⁊ infundit eam,⁊ germinare eum facit, ⁊ dat ſe
men ſerenti,⁊ panem comedenti:ſic erit verbū meū,qđ egredietur de
ore meo. Eſa.55.quatinus intelligeres nō inefficax dei verbū eſſe,qđ
manet in ęternū Eſa.40. Idē. Egrediet de ore meo iuſticię verbū,⁊ nō
reuertet ad me.Eſa.45.Nō reuertet,intellige ſine fructu:opat enī ad
qđ miſſum fuerit. In ſumma per id vtiq; vniuerſi ſanati ſumus. Por
Menſes xij.oē tp̄s. ro per duodecim menſes oē tp̄s ſeculi pñtis capitur. Illud ergo qđ
dẽ reddere fructus per ſingulos menſes, ad ſemper eſt referendū:ꝙ
nunꝙ ceſſet procreare fructus,qđ primū duodecim tulit. Pōt nō incō
cinne inutraq; ripa vtraq; pars Eccl'ię figurari,quę hic eſt,⁊ quę ali
bi:ꝑ flumē vero aqua baptiſmatis lympida,⁊ viua,eo ꝙ vitalis gra
tia ꝑ eā conferat:cuius Eccleſię in vtraq; parte ſtat chr̄s,q gratiā dat
⁊ gl'iam. Pſal.83. Per huius virtutē ꝓducti ſunt duodecim Apoſtoli,
⁊ cuncti alij ꝑ menſes ſingulos ꝓducunt,in quatuor mūdi partibus
fide trinitatis baptizati. In viſione Ezechielis in vtraq; ripa plura li
gna exhibent,ꝑ quę ibidē ipſi fideles figurant:renati in chriſto, ſuis
quiq; virtutibus fructuoſi:de qbus in ſingulari loquit Ieremias di
cēns, Benedictus vir q confidit in dño,⁊ erit dñs fiducia eius: ⁊ erit
quaſi lignū,qđ tranſplantat ſuꝑ aquas, qđ ad humorē mittit radi
ces ſuas:⁊ nō timebit quū venerit ęſtus,ſed erit foliū eius viride, ⁊
in tp̄e ſiccitatis non erit ſolicitū, nec aliquando deſinit facere fructū,
cap.17. Fructus hic bonarū operationū eſt, foliū ſalutaris doctrinę,
a quibus non ceſſat in dño confidens,veritatis ſpū eū vegetante. In
hac tamē ſcriptura lignū chr̄s intelligit,ideoq; vitę:Nāq; in ipſo vi
ta erat, Ioan.1. Apud quē in alio loco ipſamet veritas de ſe teſtatur
di. Ego ſum via,veritas,⁊ vita. Ipſa eſt dei ſapientia,iuxta qđ ſcriptū
eſt, Quia lignū vitę eſt omnibus apprehendentibus eā. Prouerb.13.
In anagogia locus expendit. Sunt q ad triumphantē Eccl'iā plus velint preſentē ſcripturę locum
referre,in qua chr̄s lignū vitę eſt ſm diuinitatis naturam vbiq; prę
ſens,ideoq; in vtrauis parte fluminis:q alit mentes btōrū omnium,
ſatiat,confirmat,⁊ fœlices efficit,oībus ex ſe influēs gloriā:cuius fru
ctus duodecim,nō aliud puto niſi magnā copiā mercedis ſctōrū, qui
ob fidei emulationē ſpūalē in xij.tribubus filiorū Iſrael cōputantur,
qbus ꝑpetuo ſuppetit ea felicitas ſempiterna.potuit enim opportune
in duodecim mēſibus ęui ꝑpetuitas deſignari,ad exemplū pręſentis
tp̄is qđ oē in duodecim menſibus cōplet. Atq;(vt apertius dicam)
ideo chr̄s lignū vitę appellat,qm̄ ciues in patria fœliciter reficit,do

na ſua illis cōicando. Itaqȝ fructibus iiſdē, quos chriſtus protreat, in patria paſcit ſctōs: ⁊ ſunt ꝗcquid ad plenā electorū fœlicitatē pertinet. Btitudo nāqȝ eſt ſtatus oīm bonorū aggregatione perfectus, vt diffinitū eſt a doctis: ⁊ dona hęc quāuis ſint plurima, tamē duodecim numerant̄ ob perfectionē numeri, myſterij quoqȝ tribuū filiorū ſpūalis Iſrl' expreſſionē. Nā ⁊ p Aplos xij. in nouo teſtamento electi ſunt ſpūaliter generati. Hugo Card. duodeci fructus ſic numerat, vt prim⁹ ſit lumen glorię: cū hoc tres dotes aię; quę ſunt viſio, tentio, fruitio. Quintus pax, quā diſtinctā vult a dotibus alijs. Eſt enim realis delectatio, ſeu quietatio conſummata btōrū in deo. Alie quatuor dotes erunt corporū glorificatorū, puta Agilitas, impaſſibilitas, ſubtilitas, claritas. Decimus accidentalis, ideſt externa illa btitudo in aſpectu humanitatis chri̅ conſiſtens. Undecimus, gaudiū, qđ bti ex mutuo conſortio, ⁊ conſpectu habent. Duodecimus, ex pulchritudine totius machinę orbis tunc innouate. Quę oīa chriſti virtute fient, perinde atqȝ fructus ex arboris fertilitate. Prim̄. Bene autē p mediā plateaȝ, tanꝗ cōe oībus ſctis bonū, qđ nulli negeṫ digno, nulli doneṫ indigno: deus enim q glorificat in concilio ſctōrū, magnus, ⁊ metuēdus ſup oēs, q in circuitu eius ſunt Pſal. 88. Addit. In medio quippe eſt tanꝗ indiuiſum patrimoniū cunctis videntibus deū. Hinc legimus, Hieruſalem quę ędificatur vt ciuitas, participationem eiuſdē fore in idipſum, Pſal. 121.

Btitudo quid ſit.

Fructuum xij. allegoria.

¶ Punc. 3.

Et omne maledictum non erit amplius: ſed ſedes dei & agni erit in ea. & ſerui eius ſeruient ei: & videbunt faciē eius: & nomen eius in frontibus eorum.

Quinqȝ memorant̄ ex ordine. Prim̄. ꝙ oē maledictū nō erit ibi amplius. Quia enim ęternę btitudinis locus ille eſt, nō eſt fas quippiā maledicti ineſſe ibi, vbi totū eſt benedictio ꝗcꝗd eſt, totū leticia; totuȝ laus, totū gratiarūactio, ſicut ſcriptū eſt, Exultabunt ſcti in gloria, letabunt in cubilibus ſuis. Pſal. 149. Et, Beati q habitant in domo tua dñe, in ſecula ſeculorū laudabunt te. Pſal. 83. fœlicia ergo erunt oīa. Aut quo pacto ibi maledictū fuerit, quando illud iā dudū condēnatū coniectūqȝ erit in ſtagnū ignis ardentis? Obſerua. In pręſenti eccleſia maledictū eſt, qđ tractū eſt a Cain, vt putauit Haymo. In illa aūt ſocietate ſctōrū nullū erit maledictū, ſed oīs ecclīa ſctōrū benediceṫ in verbo filij dei dicētis, Uenite bñdicti patris mei ⁊c̄. Aliter, In cęleſti habitaculo nulla erit alicuius verbi mali ꝓlatio, nulla hęreſis, nulla dei offenſio, iuxta illud Eſaie, Non audieṫ vltra iniquitas in terra tua, vaſtitas ⁊ contritio in terminis tuis, cap. 60. Quinimmo erit ibi indeficiens gratiarūactio, ⁊ iucundiſſima dei laudatio: Sedes enim dei eſt. Primaſius legit thronū: vnus thronus, vna ſedes indiuiſibilis ſeſſionis. Eius verba ſunt iſta. Non dixit, erunt, neqȝ throni. vbi enim vnitas eſt naturalis ⁊ indifferens glīa deitatis, ibi maxime cōmendari oportuit vnus thronus indiuiſibilis ſeſſionis, q nec Arria-

Maledictū tractuȝ a Cain.

nę prauitatis aſtu diuidi,nec Sabellianę vanitatis poſſit ſuſpitione
confundi. Haymo corruptũ textũ ſequens ex plurali cogit͂ nihilomi-
nus ſingulare reddere , congregans omnes electos in vnitate fidei.
Serpit enim expoſitione , nec audet caput altius quandoqꝫ efferre ,
neqꝫ cum apoſtolo rapit͂ vt de excelſo audiret arcana dei verba , vi-
deret mirabilia.Sedes iſta regnũ dei,⁊ agni:Sedet chr̄s cum patre
etiã vt homo,ſedebitqꝫ.Quod modo ſedeat hoc fides adſtruit.Q̄d
vero poſtea etiã ſit regnaturus cũ eo,palã eſt ex eo,ꝙ Luc.1.regnatu-
rus in domo Jacob in ęternũ prędicat͂.Credimus adminiſtrationeꝫ
regni chriſto cõmiſſam iuxta hoiem,⁊ q̄a tum eiuſmodi adminiſtra-
tio deſitura ſit,nec tamen proinde chr̄s non erit rex.Tertiũ ſequit͂,Et
ſerui eius ſeruient ei,nõ dubiũ q̄n deo ⁊ agno,qui ſunt vnum in vna
hypoſtaſi.Serui dei,electi oẽs ſunt.Quęrit Haymo,Quũ dominus
diſcipulis dicat,Jam nõ dicã vos ſeruos,ſed amicos meos : qũo hic
ſcriptura iã ĩmortales effectos,vocat ſeruos? Aut ſi iam ſeruitute cor-
ruptionis liberati,ad libertatẽ ⁊ gloriã filiorũ dei peruenient: qũo in
illa quiete ęterna ſeruire narrant͂? Sed ſciendũ nobis eſt , q̄a in eo,
ꝙ iam nullo certamine deſudabunt , ſed ęterna quiete erunt , liberi
erunt,ac nulla ſeruitute obnoxij:Nã ⁊ nunc nõ ſunt ſerui timoris,ſed
Seruitutes duę. amoris.Duę enim ſunt ſeruitutes,altera ſeruilis , filialis altera.Ti-
met ſeruus,ſed aliter q̄ꝫ filius:ille ne verberet͂ a dño , hic ne priuetur
hęreditatis beneficio : ſeruit ille timore , hic amore:nihil interim ad
hęreditatẽ reſpiciens,ſed ſolũ q̄a pater eſt,non offendit: pietatẽ erga
illũ habens,reuerentiã,⁊ religionẽ.hac ſeruitute ſeruiũt electi omni-
potenti patri:pręcauentes,ne eum in aliquo hic oĩno offendant : ibi
auteꝫ ſeruiunt ei laudando ⁊ glorificando illum pro dignitate.Dicit
Carth.Seruient ei , ſeruitute latrię deũ reuerentialiter adorãdo, in-
defeſſe laudando,eiuſqꝫ beneplacito in omnibus obtẽperãdo.Eſtqꝫ
ſeruitus iſta ſine labore,nõ ad meritũ,ſed ad pręmium ſpectans , ad
quẽ modũ ſeruire deo regnare eſt,eſt enim ęterna fęlicitas.Quartuꝫ
erat,Et videbunt faciẽ eius.Non ergo nõ poterit ibi eſſe fœlicitas, ac
regnũ,vbi amabilis facies cernit͂ dei,nõ poterit nõ eſſe ſumma laus,
⁊ glorificatio,vbi reuelabit͂ nobis deus,pater,⁊ toties benefactor nr̄.
Non ergo ſilentio pręment͂ iſtic ſcti,nec tacebunt : ſed ſicut ſcriptura
docet,Vox erit exultationis,⁊ ſalutis in tabernaculis iuſtorũ.P̄s.117.
vbi ſumma btitudinis noſtrę perficiet͂.videbimus enim eũ ſicuti eſt.1.
Cor.13.Et.1.Joan.3.Jd qd̄ procliui toto pectore deſiderantes clama-
mus,Oſtende nobis dñe faciẽ tuã ⁊ ſalui erimus.Videbunt ergo fa-
ciẽ eius, id eſt,diuinã eſſentiã clare ⁊ ĩmediate ꝑ ſpeciẽ contẽplabun-
tur:cuius noticiã plene aſſequent͂,pleneqꝫ cognoſcent : quã in via ex
parte cognoſcunt.Et hęc ipſa viſio tota merces eſt.Quid putas quãtę
dignitatis,nobilitatis,excellentię, dulcedinis , ac incõpręhenſibilis
fœlicitatis ſit intueri deſyderabilẽ faciẽ dñi ? Sed hoc magis animo
complectendũ,q̄ꝫ ſtylo perſequendũ.Nõne facies illa in ſeipſa eſt in-
finitę pulchritudinis,ſuauitatis,⁊ voluptatis,omni menti creatę pu-

ſue conuenientiſſima. Cur ergo nō proinde actutū cuncta ſpernim⁹? Cur nō calcamus que mundi ſunt? Cur nō velut ſtercora cū Paulo arbitramur cuncta? alioq caduca, ſuopteq3 ingenio cito vaneſcentia? Cur preterea in eius vnq obſequio aīo defatigamur? quare nō continuo conſideramus, qualis & quanta ſit illa btitudo, que nobis promittit in cœlis, vt merito ſui vileſcerent aīo, que habentur in terris: quatinus expeditius, liberiuſq3 totos nos deus poſſideret, peculium ſuū dulce iuxtaq3 chariſſimū? Talē viſuri ſunt ſcti deū, qualē nūc angeli vident illū, de quo dñs dicit, Angeli eorū ſemp vident faciē patris mei, q in cœlis eſt. Matth. 18. & alibi, In quē deſyderant angeli pſpicere. Qđ nō pueriliter aīo eſt capiendū, vt putemus deū liniamentis corporis conſpectibilē, & humana facie, que corporeis oculis cerni poſſit. ſed qa in facie hoīs cognitio eſt: ideo hic p faciē, quam electi videre dicunt, nihil aliud, q̄ reuelata cognitio ſctē illius triadis intelligit: hoc eſt, qđ Paulus intendebat abſtruſiore quodā myſterio ſcribere, Nos, inquit, fratres reuelata facie gloriā dñi ſpeculantes, in eandē imaginē transformamur a claritate in claritatē. 2. Corin. 3. Et. 1. Ioan. 3. videbimus eum ſicuti eſt, ideo ſimiles ei erimus. Magnū miraculū, magna merces: videbimus, & transformabimur: transformabimur in aliud q̄ qđ in faciē modo ſumus. Tanta eſt vis viſionis diuine. Nā & facies Moyſi igne flagrans a cōſuetudine colloquij diuini conſpiciebat, vt non poſſent filij Iſrael intendere in eū. Quintū & vltimū, Et nomē eius in frontibus eorum. Diximus ſupra qđ frons, qdue ſcribi nomen eius in eorū frontibus ſit: tantummodo id accipe, p fidē iuſtificari electos, p quā etiā vite eterne conferri merita certū eſt, horū in frontibus nomē dei & agni ſcriptū memorat, tanq̄ ex titulo cognoſcat, q ſunt dei, quiq3 ptinent ad regnū: qa vere fideles. Haymo. Per frontē exprimit fides. Deinde querit, Sed quuz ibi iam non ſit fides, qđ ſibi vult qđ electi nomē dei in frontibus habere phibent. Sed ſciendū, inquit, qa fides hic pro remuneratiōe fidei eſt poſita, que remuneratio contēplatio dei oīpotentis erit. Quū enī acceperit Eccleſia quod p fidē credidit, recte ipſum fidei pmiū p titulo glīe in ſuorū frontibus geſtare videbit. Dicat ergo, Et nomē eius ſcriptū in frontibus eorū. Dion. Carth. ideſt, apertiſſime p dona glīe innoteſcet, q ipſi ſint filij dei ab eterno predeſtinati. Habes quid ſit ſcriptū eſſe nomē dei & agni in frontibus beatorum, qm̄ pro premio fidei manifeſtari, q ſint filij dei ab eterno ex largiuoma dei miſericordia predeſtinati: hic nomē dei & agni in fronte gerimus p apertā fidei cōfeſſionē, ibi aūt p manifeſtam glīe reuelationē. ¶ Pun. 3.

Facie ad faciē videre deum.

Frōs fidei

Nomē dei ſcriptuz in frontibus.

Et nox vltra non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neq3 lumine ſolis, Quoniam dominus deus illuminat illos. Et regnabunt in ſecula ſeculorum.

Ad ſuperiora pertinent, Nox nō erit vltra &c. et regnabunt &c. Quō enim poſſibile ſit ibi noctē interuenire vbi nuſquam diſperebit verus

ſale deitatis ſol,quę fabricauit ſolē ⁊ lunam,⁊ dedit vt lucerent mundo. Primaſius. Noſtrorū fragilitas corporum his nūc,⁊ viciſſitudinibus temporū,⁊ conſolationibus elementorꝫ,vt ad exercendū diurna opera,noctis quiete reddat idonea.vtat etiā nocte pro conſolatione lucerna. Tunc autē quando erit deus oia in oibus,q eſt lux vera,his elementis nullus erit indigens,quando ipſe lumen erit regnantibus ſctis,q totius author eſt opis. Neqꝫ pfectorū exhortatione,neqꝫ legis diuinę pdicatione,quę nunc in obſcuro loco lucerna eē dicunt,opus erit amplius:qa in dei contēplatione rebus expletis tenetur perfecta pmiſſio. Hay. Si vero noctē intelligamus ignorantiā: lucernā vero, vel ſolē,diuini verbi prędicationē:neqꝫ nox erit tunc ignorātię, neqꝫ pdicatio doctrinę,qa ſicut Eſaias dicit,tunc nō docebit vir proximū ſuū dicens,cognoſce dn̄m:qa oēs ſcient me a maiore vſqꝫ ad minorē. Sed oēs ęternę ſapientię inhęrentes perfecta ſcientia fulgebunt,⁊ regnabunt cū capite ſuo in ſecula ſeculorū. O magnę ſecuritatis fiducia. O ādmirabilis ęternitatis duratio. Quis tū pauebit interitū? Quis vitę terminū exhorrebit? Quis dāna cōplorabit? Studioſe ergo nobis contendendū eſt,fratres dilectiſſimi,p bona opa,fideiqꝫ feruorem feſtinandū:ne dū tardius inceſſerimus,occluſa ianua foris erubeſcamus,dāna rerū debitę nobis fœlicitatis ęternū ploraturi:cum fatuis virginibus olei meritorū inopes,fideiqꝫ luminis egentes,ad vendētes remiſſi. Hucuſqꝫ ſeptima viſio proceſſit. Quę vero exhinc ſequuntur,ad Joannis pertinent ammonitionē,reliquorumqꝫ credentiū:⁊ non niſi Concluſio libri ſunt.

# EPILOGVS LIBRI TOTIVS.

## SEC. 2. PVN. 1.

ET dixit mihi. Hæc verba fideliſſima ſunt, & vera: & dominus deus ſpirituū prophetarū miſit angelū ſuum oſtendere ſeruis ſuis,quæ oportet fieri cito.

Quemadmodū in aſſeruandis rebus temporarijs,quę in primis precioſę ſunt,vt aurū argentūue ac margaritę lucentes, ſolent adhiberi munitiones,vectes,repagula,ſerę qꝫ ⁊ id genus alia clauſurarum,ne improbus fur irrumpat ac furet:ita pręuidens ſpūs multos huius libri aduerſarios futuros,in eius concluſione quędā p illius munitione,poſuit:e qbus primū hoc eſt, Hęc verba fideliſſima ſunt, ⁊ vera: nā dn̄s deus,q eſt omps per angelū ſuū,q mentiri neſcit,hęc reuelare dignatus eſt ſeruis ſuis,nō dubiū quin credentibus, qui ſunt eius populus peculiaris ⁊ ſanctus. Hoc iam in principio dixerat, quatinus finis quoqꝫ principio conſentiret,vt ſicut principiū galeatū eſſet ita ⁊ finis,quo magis cętera intermedia velut inter propugnacula tuta eſ-

ſtultus ne qs lectioné huius libri temerare audeat, vbi primũ ſacramen ta eius minus cernat: aut velut rem vilẽ contẽnat, vãnetue: ſed vt dei verba religioſe tractet, veneret, ⁊ adoret. ac iuxta ſpũm eius myſteria rimet collatis ſcripture ſacre locis, e qbus ſcintille vere lucis in hũc librum petuntur. Eſt ergo repetitio ꝓpter maiorem credulitaté. Porro noua tralatio habet nõ ſpirituũ ſed ſctõrũ: ſed conuenit tamen ſic legi, quaſi dñs, q dedit olim ſpũm prophetie ꝓphetis ſuis, idem dignatus ſit: hec quoqz p modũ ꝓphetie reuelare: Nã Paulus ait, Spiritus ꝓphetarũ ꝓphetis ſubiectus eſt. 1. Cor. 14. quatinus ad arbitriũ vel ſileant, vel loquant. Haymo legit, Et dñs deus ſpũs prophetaꝝ, id eſt ipſe q loquutus eſt in ꝓphetis, idẽ miſit angelũ ſuũ oſtendere Joanni, ⁊ in illo oĩ eccleſie. Siue ergo ſit ſpirituũ, ſiue ſctõꝝ, ſiue ſpũs: habes, qa a dño deo ꝓphetia hec eſt, q quũ ſit dñs deus omniũ per creationẽ ⁊ gubernationẽ, ſpecialiter tñ p redemptionẽ, ⁊ iuſtificationẽ ſctõrũ, q ſuis olim ꝓphetis dabat ſpũm prophetandi, q eſt ⁊ ipſe ſpũs. Joan. 4. Spũs eſt deus. Et ideo neceſſario conſequitur vera eſſe quecunqz in hoc libro tradunt, nõ friuola, nõ contẽptibilia, proinde nec reijcienda: quin potius adoranda amplectandaqz, ⁊ cũ religione tractanda. de his enim habent que oportet fieri cito, id eſt in breui, vel in pſenti, vt ſupra expoſitũ eſt copioſiſſime. Prim. In breui, inqt, docuit ſe oĩm vtilitati generaliter proſpexiſſe. Ipſe eſt aũt ſpũs ꝓphetarũ, q ẽt ſpũſſctũs, vtiqz dñs: propterea ꝓpheta, Audiã inquit, quid loquatur in me dominus deus. Pſal. 84. ¶ Punc. 2.

Et ecce venio velociter. Btũs qui cuſtodit verba prophetiæ libri huius.

Chriſtus introducit loquens: q quãuis interdũ morã facere videat, velociter tñ eſt venturus, vt nemo putet in pctis diu ſecurius viuendũ, captus voluptate carnis, ⁊ conuictus eius, pſuadens ſibi inique quaſi aduentus illius ſit nimiũ differendus: vt dicat, Quando veniet? Quando morte afferet? interim comedendũ bibendumqz eſt, genio quoqz indulgendũ. Quod ſane ſtultorũ eſt putatio: ⁊ vox. dñs ſiquidẽ intercidit hanc eiuſmodi, ſpem vite longiorẽ: Quũ dicit, Ecce venio velociter. Hoc velociter non tã ad finẽ mũdi eſt referendũ qʒ ad mortẽ cuiuſqz, quando dulcẽ ⁊ bñ cõmunitã illis vitã idem dñs eſt ademptUrus: q alibi queqz cõmonitũ eſſe voluit ad vigilandum atqz expectandũ: quatinus quiſqz paratus ſit ſemper ⁊ vigilet nihil abſimiliter hoĩbus expectãtibus dñm ſuũ, quãdo reuertat a nuptijs, vt quũ venerit, ⁊ pulſauerit aperiant ei: ⁊ btõs illos fore dicit, quos in aduentu repererit vigilantes, qm̃ ſuper oĩa bona ſua cõſtituturus eſt eũ Luc. 12. vbi adiungit, Quod ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, morã faciet dñs meus venire, ⁊ ceperit percutere ſeruos ⁊ ancillas, ⁊ edere, ⁊ bibere, ⁊ inebriari: veniet dñs ſerui illius in die, qua nõ ſperat, ⁊ hora qua neſcit: ⁊ diuidet eũ, partemqz eius cũ infidelibus ponet. id qđ proculdubio de aduentu dñi in mortẽ cuiuſlibet intelligit.

Spes vite longiores intercidit chriſtus.

Aduẽtus dñi ad mortẽ cuiuſlibet.

diuiſio enim hoīs ꝑ mortē fit, quādo ſeparatꝰ aīa a corpore. Proinde
recte btūs, q cuſtodit verba ꝓphetię huius libri, qbus indicant ſane,
bona quę ſequamur, mala quę fugiamus. Btūs, inquit, nunc in ſpe
ꝛ in merito: tunc autē quū aduenerit dñs, in re ꝛ premio. Cuſtodit,
qui credit, q reuerenter preceptionibus eius obtēperat, vitamq̨ car/
nis corrigit, ꝛ in ſpiritu ſeruit deo ꝛ chriſto. Quo contra valde miſer
ꝛ infœlix q nō credit, nec obtemperat: aut ſi credit non implet opere
nec vitā corrigit, dño dicente, Ille aūt ſeruus q cognouit voluntatem
dñi ſui, ꝛ nō ſe preparauit, nec fecit ſm voluntatē eius, vapulabit mul
tis Luc. 12. Ideo ergo valde miſer ꝛ infœlix, qa pars eius erit cū dā/
natis ad pœnā. O qs ea ꝑ merito excogitabit, quę ſuſtinere cogunt
eiuſmodi verboꝝ contēptores: q nec audire volunt, ignorationē pro
excuſatione pretendentes, id eſt, vt neſciant, ꝛ neſcientes pereant: vt
impleat illud apli, Qui ignorat ignorabit. qbus ipſe dñs iudex mor
tuoꝝ, ac viuentiū dicturus eſt, Amē dico vobis neſcio vos. Quare ne
ſcio vos? Quia nec vos ſcire voluiſtis me: nec vias meas elegiſtis, vt
cuſtodiretis mandata mea, ꝛ voluntates meas, ꝛ precepta vitę ac di
ſciplinę, quę mihi in primis cordi ſunt. proinde nō excuſabunt, Quis
vtiq̨ ſcire debemus vias dñi: ꝛ legē eius exquirere, ꝛ certe in ignora/
tione peribit, q nō vult ſcire quę debet, maxime in ſalutis rē pertinen
tia: affectata eſt enim, ꝛ nō ſimplex ea oīs ignorantia. Nos aliter ſi/
mus: vt ꝛ diſcamus, ꝛ cuſtodiamus vba dei, verba ſalutis noſtrę, ver
ba ꝓficua, verba vitę eternę, quę preſentaturę ſunt nos conſpectibus
dei, dignoſq̨ cœlo iudicaturę. ¶ Punc. 3.

Et ego Ioannes qui audiui, & vidi hæc.

Sicut ad cōmendationē libri in initio ꝑſonā ſuā ſemel ꝛ iterū ac ter/
tio nominauit. Primo ibi, ꝛ ſignificauit mittens per angelū ſuū ſeruo
ſuo Ioāni. Deinde, Ioannes ſeptē Eccleſijs. Tertio, Ego Ioannes fra
ter veſter. Ita ꝛ hic diligenter curauit nomē ſuū ponere, quatinus opꝰ
autore certiore ꝛ illuſtri tutū foret ꝛ gratū, q de Eccleſia multis nomi
nibus bene meruit, a dño in primis dilectus, cui hęc oſtenſa ſunt per
angelū eius: quo oīs ambiguitas calūniaue tolleret, Imo ne finem
quiſpiā alius texiſſe crederet, q̄ q principiū. In qd nimius eum zelus
impulit, vt toties in re tā neceſſaria ſe nominaret. dicens, Et ego Ioan
nes, q audiui, ꝛ vidi hęc. ſubaudit, dico, ꝛ teſtificor. ¶ Punc. 4.

Et poſtquā audiſſem, & vidiſſem cecidi, vt adorarē ante
pedes angeli, qui mihi hæc oſtēdebat. Et dixit mihi: Vi/
de ne feceris: conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuo/
rum prophetarum: & eorum qui ſeruant verba prophe/
tiæ libri huius. Deum adora.

Quantę venerationis ſit hęc digniſſima Apocalypſis, vel exhinc cōiſ/
ce, qa ruſum adorationē officiū conatꝰ reponere illi q mōſtrauit, vbi
duo ſimul in Ioāne cōſydera. Primū magnę humilitatis virtutē, qui

ſemel ꝓhibitus,tentat iterū idē facere,vt cadat ante pedes reuelato-
ris angeli.Secundū ſummā animi ipſius gratitudinē, vt recompen-
ſet tali officio,qđ aliter recōpenſari nō poſſet.Eſt hic locus,veros ꝓ-
phetas,& ſeruos chriſti apud dñm pares dignitate angelis fore, qui
in veritate cordis ſui ſeruiunt ei.Cur vero ꝓhibitus ſit,ſupra ſatis de-
claratū eſt.Primaſius cenſet magno viſionū ſtupore id Joannē itera-
re voluiſſe,a quo iā antea ſimili reſponſo fuerat ꝓhibitus, velut ſui
oblitus fuiſſet.Ego tamen deputarē multo amplius gratitudini, ac
ſpūs in eo humilitati:ꝓhibitus aūt ne nō parē ſecū dignitatē habere
putaret,ſeu ne nihil dignitatis hoī chrs in ſe contuliſſe videret quem
ſupra ſup aſtra extulit, vt vniuerſitas angelorū ipſum adoraret.Nec
proinde docemur nihil honoris ac reuerentię ſenioribus,aut paribus
etiā exhibere,quū Paulus doceat honore inuicē pręueniendū fore, et
eos q pręſunt duplici honore dignos.Et Petrus Apl's ait,Oēs hono-
rate,fraternitatē diligite.1.Pet.2.Iterū Paulus Philip.2.In humili-
tate ſupiores,inquit,ſibi inuicē arbitrantes.Verū ne honorē, q ſolū
deū deceat cupiā creaturę tribuendū eſſe doceret,dixit,Deū adora,vt
creatorē,& ſaluatorē,& gubernatorē,& ēt huius reuelationis principē
autoremq;.Deū ergo adora,nō me,q ſum creatura, etſi in pręſentia
ꝑſonā eius agā.neq; enim ego volo diuinū mihi vſurpare honorē.
Viderat enim qd illi primo angelo olim euenerat,aliiſq;: q diuinū
honorē ſibi in cœlo vendicare nitebant:q ad vnum oēs ob hoc cęlo
exturbati deiectiq; ſunt,nunq̄ in priſtinā grām dei recipiendi: vt iam
non angeli,id eſt,nuncij dei : ſed diaboli defluentes criminatoreſq;
dicerent.hęſerat hoc menti huius angeli,& hęret adhuc:ideo noluit
ſibi diuinū honorē exhiberi.Oſtendit aūt cui eiuſmodi honor ſit exhi-
bendus:qa deo:ad quē eundē fideliter direxit:deū,inqt,adora.Sic &
apl's.Regi autē ſeculorū,imortali,inuiſibili,ſoli deo honor & gloria
in ſecula ſeculorū.1.Tim.1.quaſi di.Illi exhibe honorē,nō mihi:illū
adora,non me. Joannes enim tantarū reuelationū intelligentia di-
ues ꝑ angelū redditus,gratiſſimū ſe exhibere volebat:at ille perhor-
reſcēs facinus hoc nequaq̄ pati voluit,ſicut nec debuit.Magno no-
bis erudimento,ne diuinos honores nobis vſurpemus,etiā quātum-
uis inſigni opere:ſed tribuere virtutē deo, q operat oīa in oībus, vt
Paulus magnifice teſtat.Niſi enim ſpūs illius adſit,oēs conatus hu-
mani vertent in cōtrariū.Ille aſpirat,ille dirigit,ille promouet, ille
ꝑficit velle & operari in nobis.Vide ergo ne feceris,id eſt ne me ado-
raueris.Quare? Cauſam ſubdit,Conſeruus enim tuus ſum, id eſt,
vnū tecū dñm ſortitus ſum:neq; dignitate te exupero, par tibi officio
ſum:nō ſolū tibi,ſed & alijs fratribus,q in chro ſunt miniſtri verbi ſa-
cri dei,& cunctis credentibus, q vere fideles ſunt.Quē vero adorare
debeas,tibi proſcribam,Deum adora,qui ſolus dignus eſt vt adoret
& ab angelis & ab hoībus,cui ſeruiunt creaturę omnes.Simile legis
Act.10.de Petro & Cornelio centurione. Quū.n.Cornelius accerſi-
uiſſet Petrū Cęſareā : occurrens illi procidit ante eū adoraturus.cui

Angelus recuſat adorari.

Petrus, Surge, inquit, ⁊ ego ipſe homo ſum. Quiddã nãq; diuini in-
eo Centurio credebat, ſic ⁊ Joannes in angelo. ¶ Punc. 5.

Et dixit mihi, Ne obſignaueris verba ꝓphetiæ libri hu-
ius, tempus enim prope eſt.

Pōt lectorē mouere, quomō hic obſignare verba ꝓphetię libri hui⁹
Joãnes prohibeat, q ſupra cap. 10. obſignare iubet, quę loquuta ſunt
ſeptē tonitrua. Sed ſciendũ nobis eſt, qa ſcripturã ſacrã deus clauſaꝫ
eſſe vult ⁊ apertã, clauſam impijs apertã pijs: vnde ait, Uobis datũ
eſt noſſe myſteriũ regni dei, cęteris aũt in parabolis, vt videntes non
videant, ⁊ audientes non intelligant, Luc. 8. ergo vbi obſignari ver-
ba iubet, facit ob impios, q alibi vetat ſanctũ dari canibus, proijciq;
margaritas ante porcos, Matth. 7. Nãq; etſi tot figurarũ inuolucris
tecta ſint verba ꝓphetię huius, tamē inexplicabilia non ſunt, diligē-
ter ſcrutantibus, vnde ēt obſcuritates nõnunq̃ declarant in ea: qua-
tinus ſpes prebeat ēt alia intelligendi. Beati nãq; ſunt q ſcrutantur
teſtimonia eius, inq; toto corde exquirunt eũ: nõ dubiũ qn deũ, cuius
ſunt ſcripturę teſtimonia oĩa. Pſal. 118. Uult enim bonus deus ſuos
⁊ exhinc mereri, qa cũ labore abſtruſa ſcripturarũ loca ſcrutantur, vt
veros ſcripturarũ ſenſus inueniãt, perinde atq; ſęculi huius filij ab-
ditos terrę meatus, graui labore penetrant, terrę viſcera effodiunt, ri-
mant venas, vt gēmas, radiantiſq; metalli maſſas colligant: ꝓinde
his nõ ſunt obſignata penituſq; clauſa, ſed deſidib⁹ ac impijs, q ſcru-
tari aut negligũt, aut nolũt, q alijs atq; alijs ſęcularib⁹ curis diſtra-
cti, ēt q̃ clara in luce ſtatuunt minus capiũt. Obtuſi. n. ſunt ſenſus eo-
rum, ⁊ occecati oculi, vt videntes nõ videant, ⁊ nõ intelligãt, ne ſalui
ſiant. ob qđ dñs credit adſtruxiſſe, difficile diuitē intrare poſſe in re-
gnũ cęloꝝ: qđ mere ſpũales obtinent, eorũ nãq; eſt. Ceterũ affirmat
beatus Dionyſius Alexandrinus Eps, ꝙ exurgentibus qbuſdã here-
ſibus occaſione voluminis huius: Joannes errorē redarguēs, eiuſdē
ꝓphetię ſenſum ab omni carnali intelligentia emaculauit, aſſeruit ⁊
liberauit. Sed vide totius libri mirã cõpoſitionē ordinemq;. Jn prin-
cipio dicit, Scribe quę vides. Jn medio autē, Signa quę locuta ſunt
ſeptē tonitrua. i. ſignis qbus vt vidiſti innecte, nihil intelligentiã eo-
rundē aperiens: vt proinde dicat, ⁊ noli ea ſcribere. Jn fine autē, Ne
ſignaueris verba ꝓphetię libri huius. quaſi principiũ ⁊ finē velit eſſe
aperta, id qđ ⁊ res habet, mediũ autē minime retectũ. Sed quũ me-
diũ habeat rationē vtriuſq; extremi, ex euidentia extremoruꝫ poterit
vtiq; iudicari ⁊ de medio ipſo. Datur ⁊ alia ratio. Quippe ſpũſſctus
prēnouit primo tempore futuros eſſe in Eccleſia, qui in gaudio ⁊ aui-
da mente recepturi eſſent verbũ dei: futuros eſſe ēt inde ſpretores im-
mundos, q in carne potius viuerent q̃ in ſpiritu. Jn fine rurſus verbi
dei gratiã reuerſurã, Enoch ⁊ Elia, cęteriſq; fortiſſimis prędicatori-
bus, ſm qđ ſpũs ſcripturã hanc digeſſiſſe magis credit, vt principium
fini conueniat in ſermonis claritate, mediũ autē obſcurius tegeretur.

Angelus ꝓhibet obſignari ꝓphetiam hanc.

Iam habes qbus obſignatã clauſamq; fore velit ſpũs pphetiã hác, qbus apertã: aptã pijs, clauſam impijs. itẽ apertã diligenter ſcripturã ſacrã ſcrutantibus: clauſam negligentibus. Illud aut obſerua. Siquidẽ, ab hinc vſq; in finẽ quęcunq; dicunt oia in perſona dicunt dñi Jeſu, vt ex ore eius prophetia confirmet, ne contemni poſſit, imo qa nefas ſit oino contẽni eá, tanq̃ ſermonẽ per os ſummę veritatis cõfirmatũ. Sequit. Tempus enim ppe eſt, quo oia hęc impleant, rerũ euentibus multo amplius fidẽ firmantibus, vt dubitari omnino nequeat. Ac ſi diceret, ex ipſis rerũ euentibus agnoſcetis veritatẽ prophetię huius, expectate dũtaxat & videbitis. voluunt tẽpora, & ſua volubilitate mala adducent, aut bona. Sed vos ſuperabitis oia in me ſperantes: neq; enim diutius mala tolerabitis, quum cita volubilitate pertranſitura ſint omnia, quo celerius pateat vobis aditus ad ęternitatem. Sequitur. ¶ Punc. 6.

Qui nocet, noceat adhuc. Et qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Et qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. Et q ſanctus eſt ſanctificetur adhuc.

Permiſſiuus loquendi modus eſt, nõ optatiuus, neq; imperatiuus. Sępe enim deus omps ex nimia ira permittit hoiem ruere ob pręteritã offenſionẽ in grauiora mala. Ideo in Pſalmis myſticis loquitur di. Et nõ audiuit ppl's vocẽ meã, & Iſrael nõ intendit mihi: Et dimiſi eos ſm deſyderia cordis eorũ: ibunt in adinuentionibus ſuis. pſ. 80. Qua ſententia aperte demonſtrat pręceſſiſſe culpã inobedientię, ex qua a deo permiſſi ſunt pergere in voluntatibus ſacrilegis eorum. Sicut medicus dimittit egrotũ maioribus morbis cadere, ſi quẽq; incontinentẽ videat, ſibiq; minus obtemperantẽ, vt vtat pro libito hoc & illo, nec conualeſcat. Dicat ergo. Qui nocet noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Non optando dicit, ſed cõmitando, ſed iraſcendo aduerſus ſtolidos, q nolunt ab contumelijs dei abſtinere, ſeq; ſordibus minus inquinare, q letant quũ malefecerint, & exultãt in rebus peſſimis, ſeſe ſemp ad grauiora promouentes. O grauiſſimũ dei iudiciũ, peccantes permittere in grauiora labi peccata. Peccatũ náq; (dicit Greg.) qd pœnitentia nõ diluitur, ſuo pondere mox in aliud trahit: vnde fit, vt nõ ſolũ pctm̃ ſit, ſed pctm̃, & cauſa peccati. Ex illo quippe vicio culpa ſubſequens orit, ex quo cęca mens ducit, vt peius ex alio liget. Sed pctm̃, qd orit ex pctõ, nõ iam pctm̃ tantummodo, ſed pctm̃, & pęna pcti eſt. Quia iuſto iudicio oipotens de⁹ cor peccantis obnubilat, vt pręcedentis pcti merito etiã in alijs cadat. Quẽ enim liberare noluit deſerendo percuſſit. Nõ ergo imerito pœna pcti dicit, qd iuſta deſup irrogata cęcitate ex pręcedentis peccati vltiõe pręparat. Quod bene Paulus in infidelibus & lubricis quaſi quoddã ſemen erroris aſpexerat, quũ diceret, Qui quũ cognouiſſent deũ, nõ ſicut deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt, &c. Sed quid ex eius erroris ſemine pullulauit, illico adiungit dicens, Propter qđ

Deus ob pręterita pctã pmittit ruere in alia.

Sordeſcunt ſordeſcentes.

Pctm̃ cauſa alteri⁹ peccati.

tradidit illos deus in deſyderia cordis eorũ, in immundiciã, vt contu-
melijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Quia enim cognoſcendo
deũ, pctm̃ ſuperbie intelligendo cõmiſerunt, cęcant, etiã ne intelli-
gant, qđ cõmittunt: ⁊ q intelligentiã ſuã ſeq noluerunt, aũt nolũt in
pctõ, ⁊ cauſa pctí, ⁊ ipſum lumen intelligentię perdunt in pctõ, ⁊ pęna
pctí. prioris ergo pctí merito pctõrũ ſequentiũ fouea tegit: vt q malũ
ſciens ꝑpetrat, deinceps in alijs ẽt neſciens cadat. Hoc quippe agit
vt culpę culpis feriant: quatinus ſupplicia fiant peccantiũ, ẽt ipſa in-
crementa viciorũ: Nã qa omnipotens deus ad pœnitentiã tẽpus in-
dulget, qđ tñ humana indulgentia, ad vſũ ſuę iniqtatis intorquet:
nimirũ iuſto dei iudicio augeri culpa ꝑmittit, vt ad feriendũ altius
quandoq̃ cumulet. Hinc rurſum Paulus de quibuſdã dicit, vt im-
pleant pctã ſua ſemꝑ. Hinc ẽt voce angelica dicitur, Qui nocet noce-
at adhuc, ⁊ q in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Quod idẽ eſt ac ſi dice-

*Senſus litere.*

ret, His, q volunt plus impij eſſe, nocereq̃ pijs, ac ſuis ſemꝑ crimini-
bus ſordeſcere, qbus nullus ardor cœleſtis deſyderij inheret: ꝑmit-
to eos collabi negans eis gratiã, quã nec appetunt: dumq̃ aliud nec
intendunt, niſi vt in dies fiant deteriores, abeant in ſuo ſenſu ⁊ in de-
ſyderijs cordis eorũ obſtinati. Neq̃ enim mihi fas eſt amabilẽ ꝑ ſe,
ac precioſiſſimã mercẽ, grãm dico, in imerentes, maxime q nec habe-
re cõmerciũ eius deſiderant, inaniter ꝓdigere: quã ẽt ſi ꝓdigerẽ, nihil
amplius pilo proficerẽ. neſciunt enim ęſtimare: ⁊ ideo tanq̃ rẽ vilẽ
abijcerent, me ſimul vilipendentes, q creator ſum datorq̃ bonorum
munerũ. Itaq̃ q nocet noceat adhuc, ⁊ qui in ſordibus eſt ſordeſcat
adhuc. Diximus ſupra, nõ eſſe verba iſta, noceat, ⁊ ſordeſcat impera-
tiua: ne ex voluntate creatoris, creatura, aut nocere aut ſordeſcere de-
putet, ſed ꝑmiſſiua, vt q plus cupiat delectari ſuis in ingnamentis q̃
vitę candore virtutibuſq̃, q nec velit cõuerti, agat ſiue ad ſupremum

*Non vult de⁹ vt aliqs ſordeſcat.*

ſpũm opa carnis, poſtq̃ eiectus ſit ſemel ab ore dei, ⁊ contemptus.
Neq̃ autẽ vult bonus deus, vt nocens ſit qſpiã, aut ſordidus, cui vir-
tus ois in primis cordi eſt: imo vt purus, ⁊ virtutũ emulator quiſq̃
ſit magis, quos etiam ſolos reſpicit, recipitq̃ in ęterna tabernacula.
Quero igit, An ois q peccat derelinquit, vt deinceps peccet adhuc?

*Pctm̃ tribus modis agit.*

Reſpondeo, tribus modis peccat. Ignorantiã, infirmitate, ⁊ ſuꝑbia,
ſeu certa malicia. Si ꝑ ignorantiã qs peccat, deus ignorantię ſuccur-
rit: vt id qđ verũ eſt ignorãs agnoſcat: agnita veritate corrigat. Hu-
ius rei exemplum legis Geñ. 20. de Abimelech, cui noctu dixit deus,
morte lues ſuppliciũ, qa abſtuliſti mulierẽ, quę virum habet, cui Abi-

*Ignoranter peccanti deus ſuccurrit.*

melech reſpondit, Domine num gentẽ ignorantẽ ⁊ iuſtã interficies?
Ille dixit mihi, Soror mea eſt, ⁊ hęc ait, Frater meus eſt: In ſimpli-
citate cordis mei ⁊ mundicia manuũ mearũ feci hoc. Dixit ad eum
deus, Et ego ſcio ꝙ in ſimplicitate cordis feceris: ⁊ ideo cuſtodiui te,
ne peccares in me, ⁊ nõ permiſi vt tangeres eam ⁊c̃. Apl's quoq̃ de
ſe ait, Ideo miſericordiã conſequutus ſum, qa ignorãs feci, ⁊ in incre-
dulitate. 1. Tim. 1. Quod ſi ꝑ infirmitatẽ quis peccet, qualis eſt ille,

cuius

cuius in ꝑſona loquit̃ idẽ Apl̃s Rõ.7. Condelector legi dei ẽm inte/
rioré hoiem: video aũt aliã legẽ in mẽbris meis repugnãtẽ legi men
tis meę, ⁊ captiuũ ducentẽ me in lege pcti, quę eſt in mẽbris meis. In
fœlix ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei
ꝑ dñm noſtrũ Jeſum chriſtum. ciuſmodi hois pctm̃ patienter ſuſtinet
deus, nõnunꝗ̃ diſſimulat ẽt: queadmodũ ſcriptũ eſt, Miſereris oim
dñe, ⁊ nihil odiſti eorũ, quę feciſti, diſſimulans pctã hoim ꝓpter pœ/
nitentiã. Sap. 11. Porro ſi cũ ſupbia quis peccet, ſeu ex certa malicia,
ceruice in cõtumeliã dei erecta: tradet illũ deus in deſyderia cordis
ſui, ⁊ derelinquet in paſſionibus eius, vt faciat mala oĩa quę ſolet a
deo deſertus facere, in ſeipſum, ⁊ in alterũ. Nec eſt ꝙ dicas, qa volun
tatis dñi fuit vt ille ſit nocens ſordiduſue, cuius ſic grãm reſpuit, qui
talis eſt: ſup quẽ feruet ira dei deſup, nec vult miſereri illius, qui miſe
ricordia in peius ꝓficeret, ⁊ in dies peior ſeipſo euaderet. Talẽ vtiq;
illũ intelligi oportet, de quo hic dicit̃, Qui nocet noceat adhuc: ⁊ qui
in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc, pręſertim qa nõ dicit, Qui nocuit no
ceat adhuc, ⁊ q in ſordibus fuit, ſordeſcat adhuc. Sed q nocet, ⁊ q in
ſordibus eſt. Hoc enim perinde eſt atq; diceret, Qui ſtudium nocendi
habet, ⁊ ſuas amat ſordes, hęretq; deſyderio cordis prauo, nemo
poſtꝗ̃ audierit illũ ſemetipſum defendentem, ⁊ eas quę in hoc libro
ſcriptę ſunt plagas contemnentẽ, quicꝗ̃ boni de illo ſperabit. dicente
deo Amos. 1. Sup tribus ſceleribus, ⁊ ſup quatuor non conuertã eũ.
Quia ſcilicet poſtꝗ̃ tribus ſceleribus tranſcurſis ad quartũ qs ꝑue/
nerit, iã nõ eſt ſpes cõuerſionis in illo. Primũ eſt ſordes criminum in
mente voluptuoſe tractaſſe: ſcõm actu imundas cogitationes pere/
giſſe: tertiũ in conſuetudinẽ duxiſſe: quartũ eaſdẽ ſordes defendiſſe.
Noceat igit̃ q nocet: ⁊ ſordeſcat adhuc, qui in ſordibus eſt. non enim
curat deus de hoc iuſte derelicto. Quia nõ tantũ ſordes amplectitur,
ſed inſup defendit. Uides occulta iuſtaq; dei iudicia, qbus mali in
peius ꝓficere ꝑmittunt̃. Nocere autẽ hic nõ tm̃ alijs, ſed ⁊ ſibi debet
intelligi, vt Primaſio placet. Unde ad hoc ſequit̃. Et q in ſordib⁹ eſt,
ſordeſcat adhuc. Noua quędã trãſlatio habet, Qui iniuſtus eſt, iniu/
ſte faciat adhuc: iuſtus aũt iuſtiora faciat: ſimiliter ⁊ ſctũs ſanctiora.
Sequit̃ pars altera puncti, Et q iuſtus eſt iuſtificet̃ adhuc: ⁊ q ſctũs
eſt ſanctificet̃ adhuc. cuius verbi is ſenſus erit. Electis, ⁊ fidelibus
meis, qbus ſctitas, iuſticia ac iuxta innocentia cordi ſunt, hoc collata
gratia efficiam, ad hoc ꝓuocabo illos inuocaboq;, quatinus ſiant in
dies ſanctiores, iuſtiores, ⁊ puriores, creſcantq; ꝑpetuo in gratia, ⁊ in
omni emulatione boni. ſicut de eis ſcriptũ eſt, Ibunt ſcti de virtute in
virtutẽ. Electi nãq; ſemp ſunt in ꝓfectu virtutũ, qa quotidie incho/
ant, ⁊ per momenta temporũ virtutibus virtutes addunt. Enimuero
quũ hęc vita ſit via ad aliam, in ea non proficere deficere eſt. Nemo
ergo de ſuis ita confidat profectibus, nemo ſe ita perfectũ iudicet, quo
ſtudiũ proficiendi ad vlteriorẽ perfectionẽ deponat, vt tepeſcat, aut
agat negligentius: immo ꝓficiendi propoſitum quotidie renouet, et

Per infirmitatem peccantes deus ſuſti net, qñq; ét diſſimu lat.

Per ſuper biã ex cer ta malicia peccantes: deus tra det in de ſyderia cordis ſui.

In tribus pctis pec cans con uertitur, in q̃rto non.

Sctũs ſcti ficetur ad huc.

vigilātiori ſemper mente contendat, vt perfectior virtutibus euadat, deoq; ſeruiat fidelius. Id enim eſt ſanctificari iuſtificariq; adhuc, vt ad maiorē iuſticiā ſanctitatemq; conet quiſq; accedere, ſemperq; purior clariorq; vita reddi. Obſerua. Habet eccl'ia ſuas purificationes ad candorē fideliū: vt ſunt cōfeſſiones tum cōes, tum priuatę. Aqua benedicta p verbū ſanctū dei, & inuocationē ſpūs ſctificantis: quę in purificationē conſcientię adducta eſt in fide Ieſu chriſti, p aquā purificante. effundā inquit ſcriptura ſup vos aquā mundā, & mūdabimini ab oībus inqnamentis veſtris. Habet & pręcationē dn̄icam, in qua petimus iugiter ſctificari nomē dei patris in nobis, qđ inuocatu; eſt ſup nos Ier. 14. In quo & regenerati ſumus p aquā, & p filijs charis habemur. Sup hęc autē memorabile illud iuge miſſę ſacrificiū, quo & iuſtiores ſemp ſumus, & ſanctiores: & creſcimus & confirmamur in virtute dei vt & voluntati diuinę ppinquius accedamus, magiſq; ſpiritui eius hęreamus: quę nobis vocabula hęc iuſtus atq; ſanctus indicant. ex eo enim qs iuſtus eſt, quo voluntati diuinę conformis eſt. ex eo ſanctus, quo iuxta ſancitas, hoc eſt, ordinatas dei leges viuit. Puritas nos in primis conformes deo reddit, Apoſtolo teſte, qui ait, Hęc eſt voluntas dei, ſctificatio veſtra, vt abſtineatis vos a fornicatione: & ſciat vnuſquiſq; veſtrum vas ſuum, poſſidere in ſanctificatione, & honore, & nō in paſſione deſiderij. 1. Theſſ. 4. Deniq; obſeruatio legū ſacrarū ſctōs reddit, id eſt, bene ordinatos. ſiue enim dixeris iuſtum, ſiue ſanctum, idem re ſunt: vocabula diuerſa. Iuſtus namq; (vt ſępe dictum eſt) a iuxta dicitur, ꝙ iuxta voluntatem dei actiones ſuas moderaꝫ. Sanctus autē, q ordinate ſm dei leges ſacroſanctas viuit, in quibus voluntas dei ſedet. Sed vide decentiſſima Antitheta in collocatione verboꝝ. Prius enim dixerat, Qui nocet noceat adhuc: & q in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Deinde ex diametro ſtatuit his contraria, Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc: quatinus iuſtus opponaꝫ nocenti: & ſanctus ſordido. Docēs nempe ſpiritus nos vt qui volunt coram oculis domini placere, nocentiam ſimul & ſordes malarū cōcupiſcentiarū exuant, ſintq; cęterū iuſti, & ſancti, id eſt, prorſus īmunes ab his peſtibus: nā q malū volunt: malicia augebunꝫ, & pereunt: q vero bonitatē, illius fructibus in dies magis ac magis replebunꝫ, & viuent. O terrendū dei iudicium. Qui nocet, noceat adhuc: hoc enim nihil aliud velle intelligo, ꝗ eū qui datus eſt in reprobū ſenſum ſemp peius ruere. Qui vero electionis ſpū afflatus ſit, ſtudet virtutibus apprime cumulare virtutes: vt & qui pereunt ſuo vicio pereant, & qui ſalui ſiunt, gratia dei fiant ſalui. Quumq; talia ſupplicia intententur impijs, & tanta pręmia reponantur pijs, quanta ſignificat hęc ſancta Apocalypſis: nō dubitet impius, quin reſpondentia ſuis commeritis ſupplicia rependantur, quantūcunq; nocuerit: Nec iuſtus ambigat, ſuis condigna accipere meritis pręmia: quantūcunq; iuſticiam fecerit, aut ſanctificatus ſit. in quod ſubſequenter dicitur. ¶ Punc. 7.

Ecce venio cito,& merces mea mecum eſt,reddere vni/cuiq; ſm opera ſua.

Hec ſola ratio ſufficiens calcar adbibere poterit ſegnibus velocius currendi,operandi diligentius:quia cito venturũ ſe promittit chriſt⁹ Jeſus q̃ facta oim compenſat,quiq; mercedẽ tribuit operantibus bonũ:quẽ facultas mercedẽ retribuendi comes conſequit̃:q̃ etiã per angelũ hec ore rotundo ꝓloquit̃,tanq̃ magne potẽtie vir,⁊ inexhauſte facultatis dñs ad puniendũ ſontes quantũcunq; nocuerint,quantũcunq; ſorduerint:Contra vero ad remunerandum iuſtos ⁊ ſanctos quantũcunq; in iuſticia profecerint,fuerintq; ſanctiores.Dicit ergo. Ecce venio cito,⁊ merces mea mecũ eſt,quaſi di. Quãuis enim ſeruo malo,⁊ nocenti,⁊ ſordido,⁊ temulento, ⁊ percutienti conſeruos ſuos (vt Lucas habet)ſecus lõge videat̃,q̃ putat meũ aduentũ in mortẽ, protelari longius:tamen cito venio,⁊ ſic inſtructus venio, vt poſſim ilico retribuere.Nemo me putet aliunde petere,aut alibi querere mercedẽ,qua ſatiſfaciã operario malo aut bono:mecũ erit:vt nõ proinde retributio ꝓtelet̃.Merces mea mecũ eſt,id eſt,digna retributio ꝓ meritis atq; demeritis (vt diſtinguunt)ſingulorũ.Porro ꝑ opa,nõ ſolũ externi actus,ſed ẽt interni capiunt̃:vt ſunt cogitationes,intentiones, affectiones ⁊ ipſe etiam loquutiones,eo ꝙ dñs dicat,De omni verbo ocioſo rationẽ reddendã fore in die iudicij Matthei.12.Et ſapiẽs dicit,Jn cogitationibus impij erit interrogatio.Sap.1.Similis locus eſt apud Eſaiã cap.40.Ecce inquit,dñs deus in fortitudine veniet, et brachiũ eius dñabit:Ecce merces eius cũ eo,⁊ opus illius corã illo. Quod ſic intelligitur.Ecce in poteſtate magna aduẽiet dñs nr̃ Jeſus chriſtus,ſiue ad particulare iudicium,ſiue ad generale:⁊ ptãs eius in multa fortitudine imperiũ ſuũ exercebit,ad reddendã vnicuiq; mercedẽ ſm opa eius.Nã merces eius cũ eo,id eſt,retributio bonorum,⁊ dãnatio reproborũ:⁊ opus,id eſt,iudicij poteſtas corã illo.Venturus nãq; eſt enim filius hois in glĩa patris ſui, ⁊ tunc reddet vnicuiq; ſm opera eius.Matthe.16.Et rurſum. Pater non iudicat quenq̃: ſed omne iudicium dedit filio.Joan.5. ¶Punc. 8.

Chr̄s cito veniet.

Ego ſum Alpha & omega,primus,& nouiſſimus:prin/cipium & finis.

Quãuis filius dei ſit vere genitus a patre,⁊ ſpũſſctũs ab vtroq; equaliter procedat:nihilominus filius,⁊ ſpũſſctũs ſunt primus ⁊ nouiſſimus,imo oẽs tres perſone hoc ipſum ſunt,primus,⁊ nouiſſimus, ſicut ſunt vnus eternus, ⁊ vnus immenſus. Siquidem in hac ſancta triade,nihil prius aut poſterius,nihil maius aut minus, etiã ſi in diuinis ponat̃ prioritas originis:non tamen ponit̃ dignitatis,aut temporis:⁊ ideo ſunt vnum principium,vnus quoq; finis.Dicit̃ autem deus nouiſſimus, non quia aliquid cum preceſſerit, aut omnia ſint peritura ipſo tm̃ ſuperſtite:ſed quia eternus a parte poſt,ſicut ab ante, nec aliquid erit,quãdo ipſe non erit.Hay.Primus ante quẽ nullus,

Deus eſt primus et nouiſſim⁹

ꝛ nouiſſimus poſt quē nullus. Principiū, a quo omnis creatura ſumpſit initiū. Finis, qa in eo oia rediguntur. Alpha pertinet ad verbi dignitatē, Omega ad ſuſceptā in fine tēporū humanitatē. Ipſe eſt ergo Alpha, id eſt, principiū pmanens cū patre: Ipſe eſt Omega, id eſt, finis, natus temporaliter ex matre: vnde Paulus, Chriſtus finis legis ad iuſticiā oī credenti. Principiū quoqꝫ nō ad ipſum eſt referendū: ꝙ ſcilicet ipſe ſm ꝙ heretici voluerunt, ex tēpore ceperit: ſed ad ordinē creaturarū pertinet, que ex illo ſumpſerunt initiū. De Alpha Ioānes dicit, In principio erat verbū. Et, oia per ipſum facta ſunt. De omega vero, q eſt finis elementorū apud Grecos, ſicut ꝛ Alpha principium, Verbū caro factū eſt, ꝛ habitauit in nobis. In his totius ſalutis chriane ſumma cōſiſtit, vt ſcilicet in vno eodemqꝫ chriſto, ꝛ pfecta deitas, ꝛ vera credatur humanitas. Idē ſentit Primaſius: ſed fœlicius, ditius, copioſius, ſplendidiuſqꝫ ſententiam reddit: cuius ponam verba. Ego ſum Alpha, ꝛ ω, Primus ꝛ nouiſſim⁹, initiū ꝛ finis. Fidelis pdicatio veritatis: at irreprehenſibilis forma virtutū, quoties repetitione firmatur, ampliore cultu ſpiritalis animus informatur: qđ ad finē libri breuiter quidē, ſed competenter exprimitur. In Alpha verbi diuinitatē, In Omega ſuſceptam humanitatem aſſignans, principiū ſine termino. Quod aūt in preſenti libro toties Alpha ꝛ Omega repetitū video, non inaniter factuꝫ fuiſſe cognoſco. Siue enim propter vnius chriſti diuinitatem ꝛ humanitatem ſepius inſinuandā, in qua totius chriſtiane fidei ſummā conſtare adſtruimus: ſiue vt vnius nature tota trinitas intimetur, qui per pphetā, dicit, Ante me nō eſt formatus de⁹, ꝛ poſt me non erit: Ego ſum deus, ꝛ nō eſt abſqꝫ me ſaluator Eſa. 45. vel cui p prophetā dicitur, Tu es deus, ꝛ ante te, ꝛ preter te nō eſt alius Deus. ſiue aliud aliqd melioris ſecretioriſqꝫ myſterij lateat, nō tamē dubito ad hoc ſepius iteratū, vt intelligendi gratia fidelibus maneret fructuoſa. Nam ꝛ ipſa elemēta Greci alphabeti Alpha ꝛ Omega eiuſdē numeri conficiunt ſummā, quā colūbe noīe in Greco nouimus cōprehendi. Columba enim dicitur, Periſtera: A quo noīe octin(lxxx. v.c.x.cc.ccc.v.c.i.)genteſimus, ꝛ vnus numerus ſubſumatur, quē etiam i.a.ꝛ.ω.dccc.adimplent. In columbe autē ſpecie recte nobis ſancti ſpūs nouimus ſignificari perſonā: in cuius ſpecie deſcendens, voluit apparere: vt ſcilicet Arrianorū aliorūqꝫ hereticoꝝ fruſtraretur inſania, q eū a patris ꝛ filij natura aſſerunt alienū, quū ēt p huius conuenientiā numeri, hic quoqꝫ reuelatio cœleſtis conſubſtantialē, ꝛ coeternū patri, ꝛ filio, ſanctū ſpūm manifeſtet. Nā ꝛ exordium euangelij ſui iiſdē Ioānes ſenſibus, licet diuerſo ordine ſermone, cōpoſuit, dicens, In principio erat verbum, ꝛ verbum erat apud deū, ꝛ deus erat verbū. Et poſt pauca, Et verbū caro factū eſt. vbi totius fidei ſumma conſiſtit, vt in vno eodemqꝫ chriſto pfecta deitas, ꝛ vera credatur humanitas. Dicat ergo chrs, ſeu angelus in pſona chri. Ego ſum Alpha ꝛ ω. primus ꝛ nouiſſimus, principiū ac finis, Nempe deus, Indeqꝫ nō eſt manus mea inualida ad retribuendū, quia ante me non eſt for

Principiū iuxta ordinem creaturarum deus.

matus deus:ego enim ſum ante oẽs , ⁊ ante ſęcula deus , ⁊ poſt me
nõ erit alius , vt potens ſim in procinctu vnicuiq; reddere ſm opera
ſua mercedem,bonã vel malam.Utit ergo vt in ſumma dicã Gręcis
literis ad exprimendã ſuã ęternitatẽ,quas aptiſſimis poſtea vocibus
exponit,Alpha enim(vt ſępius diximus)literarũ gręcanicarum pri-
ma eſt:Omega ſiue o magnũ vltima,vt rectiſſime ſtatim ſubiunga-
tur,Primus ⁊ nouiſſimus,principiũ ⁊ finis:vt ſi ex altera expoſitione
minus caperet,capiat ex altera , qd literę afferant inſuetis potiſſimũ
auribus.Principiũ equidẽ eſt , a quo omnis creatura cœpit initium ⁊
Finis in quẽ terminant oĩa.Hoc idẽ in initio dixerat:qd̃ iccirco reno
uat,ne qs aliquando ad extremũ ſuũ diẽ dormitet:neue quis ſcriptu-
rę huius tubã,quaſi rem vilẽ,ac nihil momenti , pręamore ſuarum
ſordium reputet.Nam qui eſt principiũ ⁊ finis , deus ⁊ homo , chri-
ſtus , ocyus aduenict : ⁊ facta examinabit , ⁊ puniet pro malis , pro
bonis remunerabit. ¶Punc. 9.

Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni,vt ſit po
teſtas eorũ in ligno vitæ:& ꝑ portas intrent in ciuitatẽ.

Qui conſcientias ſuas in fide ſanguinis chriſti per ſacramentũ pœ-
nitentię abluerint beati,hic ꝑ adeptã gratiã,in futuro ꝑ gloriã.Gręci codices habent , Beati qui faciunt mandata eius.In ſanguine Stolę.
autẽ agni:apud eos nõ legit.Haymo,ꝑ ſtolas corpora ⁊ vitã capit.
Prima.ĩmaculatã vitã conſimili cenſura.Alij opa iuſticię.Dion.vir-
tutes quibus animę veſtiunt,quę tamen polluunt in nobis donec in
carne ſumus,perinde atq; contactu ſanguinis mortui, qd̃ cauebat in
figura lex.Multa enim accidunt nobis,quibus polluant noſtra ope
ra quãuis candida:proinde nõ ſolum illi beati in libro hoc prędican
tur,q cuſtodiunt veſtimenta ſua ſeu holoſerica baptiſmatis , ſed etiã
qui a ſordibus abluunt poſtq̃ per ĩmoderationẽ vitę fuerint macula
ta.iuxta illud,Laua a malicia cor tuũ.Et.Lauamini,⁊ mũdi eſtote:
auferte malũ cogitationũ veſtrarũ ab oculis meis Eſa.1.Fiet autẽ in Ablutio
nobis ablutio adhibita cõfeſſione ſacramentali:Omne enim crimen conſciẽtię
deijcitur hoc ſacramento:virtute ſanguinis chriſti, q operatur in eo. per confeſ
In cuius rei figura in veteri lege nunquã ſine ſanguine fiebat legalis ſionem.
emundatio teſte Paulo Hebr.9.vbi legis , Si enim ſanguis hircorũ
⁊ taurorũ,⁊ cinis vitulę aſperſus,inquinatos ſanctificat ad emunda
tionẽ carnis,quantomagis ſanguis chriſti,q per ſpũm ſanctũ ſemet-
ipſum obtulit immaculatum deo,emundauit conſcientiã noſtram ab
operibus mortuis , ad ſeruiendũ deo viuenti.Bene autẽ de ablutio-
ne ſtolarum hic meminit,quia nuptię agni , ⁊ ſanctę ciuitatis hieru-
ſalem , de quibus hactenus ſplendidę viſiones demonſtratę ſunt,
nuptię ſunt ſanctitatis,⁊ omnis candoris,⁊ iuſticię,vt nullus impu-
rus admittat,vbi ſoli puri triumphant,⁊ qui conſcientias ſuas , vbi
eas ſordibus pollui contigerit,digna pœnitentia purificant,⁊ hoc in
ſanguine agni,qui eſt chriſtus , qui ꝑ ꝓpriũ ſanguinẽ introiuit ſemel

in ſctā,ęterna redemptione inuenta,Hebr.9.Lauanda eſt igit impenſius conſcientia noſtra.Nā q lauant puri fiunt,ꝛ ingrediuntur in ſctā ęterna redemptione inuenta,vbi ptās ſctōꝝ erit in ligno vitę.Lignū vitę chriſtus eſt,iuxta illud,Sapientia lignū vitę eſt amplectentibus eā Prouer.3.Quid ptās:niſi authoritas,honor,dignitas,ꝛ fœlicitas ſctōꝝ eſt: eſt eorum poteſtas ꝛ in eo ꝙ qcqd volunt ſine defectu habent:vt ſit ergo ptās eoꝝ in ligno vitę,ꝛ p portas intrent in ciuitatē. Portę iſtę ſunt,ſm Augu.virtutes ac bona opera noſtra.Alij volunt obſeruantias pręceptorū dei intelligi,iuxta qđ dñs ait,Si vis ad vitā ingredi ſerua mandata,Matth.19.quorū obſeruatione iuſtus qſqꝫ erit,ꝛ portas bipatentes habebit.de quibus forſitan portis loquitur Pſal.117.Aperite mihi portas iuſticię:ingreſſus in eas ꝯfitebor dño. Quia vero iuſticię noſtrę in vno iuſto chriſto conſummatę ſunt, q ſe oſtiū dicit.Joan.10.excipit propheta,colligens eas oēs in vnā dicēs. Hęc porta dñi,iuſti intrabunt in eā.Neqꝫ enim aliter ingredi ciuitas ea poterit niſi p chriſtū,in quo ꝛ iuſti ſumus:Qui factus eſt nobis ſapientia,ꝛ iuſticia,ꝛ ſanctificatio, ꝛ redēptio.1.Cor.1.Quumqꝫ nihil coinquinatū,nec abominationem faciens queat intrare in eā vt cap. pręcedenti tractatū eſt:recte iuſtis ingreſſus tribuitur,id eſt ſolis iuſtificatis in chriſto,in quo anteꝗ̄ ingrederemur iuſti ſumus,ꝛ facultatē ingrediendi habemus:quia p propriū ſanguinē ipſe iampridē introiuit ſemel in ſctā.Et vide quia nec pontifex ſummus veteris legis introibat in ſctā,ſine ſanguine:ꝛ chriſtus p ppriū ſanguinē introiſſe dicit Hebr.9.quāto minus licebit nobis ingredi niſi ſanguine agni abluamur.Nullus ergo ſine ſanguine intrabit:nullū ciuem ſuſcipit, niſi hoc candidatū ciuitas ea perbeata. ¶ Punc. 10.

Portę ciuitatis qđ ſint.

Foris canes,venefici,& impudici,& homicidæ,& idolis ſeruientes:& omnis qui amat,& facit mendacium.

Canes ethnici increduli.

Qui ſunt canes niſi Ethnici:de qbus dñs loquebať quū diceret,Nō eſt bonū ſumere panē filiorū,ꝛ mittere canibus,Matth.15.Et alibi, Nolite ſanctum dare canibus.Canes ſunt ꝛ q retro eunt ad vomitū pcti.2.Pet.2.Canes ſunt Judęi,hęretici quoqꝫ,de quibus in pſalmo legis,Circuibunt ciuitatem vt canes.Canes ſunt ꝛ qui inuicem mordent,detrahentes alter alteri Gal.5.Si inuicem mordetis:videte,ne ab inuicē conſumamini.Canes ꝛ illi ,qbus infenſus idē Aplus aiebat Phi.3.Videte canes,videte malos operarios,videte conciſionē. haud dubie pſeudoaplos ſubnotans,qui ſubingredientes in contrariū vertebant plebem chriſti:hi ſunt canes,quorum nullus ciuitatem ter quaterqꝫ btām ingredietur , nec manducabit cœnam agni chriſti perpetua fame laboraturi.Increduli ergo ſunt canes,Judęi,Ethnici, hęretici,rixoſi,ꝛ diffidentes.Venefici,qui nigra morte perimunt multo crudelius veneno ꝙ̄ ferro;quū venenū intra viſcera dilapſum vitalia exedit:ferrum externe carnem ſcindit.Impudici, q ſeſe quoquo modo per immundiciam libidinis conſpurcant.Quo etiā titulo no-

rant omnes qui dimota verecundia peccant, nec diuini aſpectus ve‑
rentur pręſentiam. In quos competit illud, Frons mulieris meretri‑
cis facta eſt tibi: ideo noluiſti erubeſcere. Jer. 3. Homicidę, q manu, im‑ Homicidę
perio, conſilio, conſenſuue hoiem pnecant, partē cū Cain habituri.
Idolis ſeruientes, q ſimulachra quędā p deo colunt, ſiue ēt qui crea‑
turā pluſq̄ creatorē diligunt: ⁊ pro illa hunc, qui ſolus eſt timendus,
colendus, ⁊ diligendus, negligunt, vt ēt ſępe offendant. Mendaces Mēdaces
diximus ſupra potiſſimū eos eſſe, q chriſtianiſmū verbo confitentur,
factis autem negant, longe peius Ethnicis viuentes: hi certe amant,
⁊ faciunt mendacium. Sunt ⁊ alij qui amant, ⁊ faciunt mendacium:
qui cum quadam delectatione, ⁊ propoſito, conſuetudineq; proiectāt
mendoſa dicteria: multi deniq; dicunt mendaciū, ſed nō amant men‑
dacium, quia non ſtudio aut amore mendacij mentiunt, ſed timore,
vel alia fragilitate accidenti, vt obſtetrices hebręorū: hi purgant pec‑
catum opere miſericordię. Author eſt Haymo. Qui etiā niſi emenda‑
tionis ſtudiū adhibeant perditione cōminata non carebunt, ſcriptura
dicente, Perdes oēs, q loquunt mendaciū. Proinde opportune reſipi‑
ſcant oportet vt nō pereant. Alij ſunt qui ſtudio, voluntate, atq; de‑
lectatione quadā mendacijs vtuntur: Quod ſi ſtudio decipiendi, aut
dammificandi alium, grauius eſt peccatum. Nec proinde iocoſum, dā‑
noſumue: immo nullū omnino mendaciū deberet pcedere ab ore ho‑
minis chriſtiani, qa chriſtus eſt veritas, in quo chriſtiani ſumus, ⁊ ve‑
races eſſe debemus: ſi nō magis extra dei electam ciuitatem, q̄ intra
volumus permanere. Generaliter, oē pctm̄ eſt quoddā mendacium, Veritas
⁊ ideo vitandū a verbo veritatis progenitis. Porro ſicut triplex eſt ve‑ triplex, et
ritas, vitę, doctrine, ⁊ iuſticię: ita mendaciū quoddā vitę eſt, qd ad‑ mendaciū
mittunt falſi chriſtiani, ſeu religioſi, qui veritatē verbi in mendacio ſimiliter.
vitę detinent, id eſt in mala vita veri chriſtiani eſſe volunt. Menda‑
ciū doctrinę, quū veritas ſcripturę falſa expoſitione traditur, ⁊ ſub prę‑
textu, tituloq; eius falſa docent. Mendaciū iuſticię, dū peruertit iuſti‑
cia per iniquos iudices. In ſumma, ſicut eſt mendaciū ſermonis, ita
eſt ⁊ operis: qd vtrobiq; auerſat deus, perdetq; ⁊ loquentē, ⁊ opantē
ſuo diſtricto examine, Cui nihil niſi veritas placet. Nā veritas, ⁊ miſcdia
obuiauerūt ſibi, iuſticia ⁊ pax oſculatę ſunt eū. ps. 84. ¶ Punc. 11.

Ego Ieſus miſi angelum meum teſtificari hæc vobis in
eccleſijs. ego ſum radix, & genus dauid: ſtella ſplendi‑
da & matutina.

Ac ſi dicat, Si huius libri primariū authorē quęritis, Ego Jeſus qui
ſum autor, ⁊ innouator orbis, in ſalutē oīm datus a patre, qui mihi
Eccleſiam columbā candidā, ſacro quęſiui, ⁊ mundaui ſanguine, p
qua mortuus ſum, ⁊ reſurrexi, cuius nec tum quidē, quū iam glorio‑
ſus in cœlo ſedeo obliuiſci poſſum: cuius etiam omnes fortunas et
euentus vſq; in finē ſęculi reuelare volui, cruces ⁊ victoriam, in cō‑
ſolationem fidelium, vt non in tentationibus eorum deficiant, con‑

ſyderantes omni momento temporis curam mihi de eis fore.Non
Apocaly/ pſis a xpo p angelū. igitur ab homine eſt:neq3 ipſe Joannes ab homine hanc ſacrā Apo
calypſin accepit,aut didicit,ſed me reuelante per angelum meū fide/
lem:vt ſicut omnes ſcripturę ſacrę diuinitus reuelatę dateq3 ſunt,ita
⁊ hęc:proinde firmiſſima teſtificatione pꝛędicanda,interq3 canonica
ſcripta recipienda.Ego enim ſum ille Jeſus radix Dauid,qui ſm car
nē originem duxi ex Dauid,qui fuit filius Abrahę,quibus dictę ſunt
promiſſiones.Abrahę quidē, ꝙ in ſemine eius benedicendę eſſent
omnes gentes:Dauid autē,quia de fructu ventris eius poneretur in
ſedem eius,q regnaturus foret in ęternū:quę ſedes eccleſia eſt, ⁊ re/
galis dignitas eius.Thronus enim dei eſt eccleſia.Obſerua.Duo ꝺ
ſe dicit.Primo qa radix ſit,ſecundo,quia genus Dauid:quibus ver/
bis duplicem ſane naturam in chriſto accipimus,diuinam ſcilicet ⁊
humanā:nā ſm ꝙ deus radix eſt.ſm ꝙ homo genus dauid:non enī
arbor portat radicē,ſed radix arborē:ſic non Dauid deum, ſed deus
Chřs ra/ dix ⁊ gen⁹ Dauid. dauidem.Secundum ergo ꝙ deus,origo ⁊ cauſa Dauidis eſt:ſm ꝙ
homo,filius ex eo proditus,Apoſtolo Paulo teſtante, qui ait,Qui
factus eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnem,Ro.1.atq3 in hunc modū,
qui filius dī,filius eſt ⁊ Dauidis:vnde per ſemetipſam veritas inter/
rogans Judęos quid ipſis videaī de chriſto,cuius filius ſit, hoc ab
eis reſponſum accepit, Dauid.Quibus dominus.Quomodo ergo,
inquit,Dauid vocat eum dominum dicens,Dixit dominus domino
meo,ſede a dextris meis:vt recte iuxta deitatem ſit dominus Dauid,
ſm humanitatem genus.Ergo,Ego ſum radix Dauid, vera eſt ꝓpo/
ſitio,quia Dauid ex eo cępit initium.Et hęc nihilominus vera,Ego
ſum genus Dauid,quia ex illo in fine temporū carnis materiā aſſum
Chřs ſtel la matuti/ na. pſit.Idem etiam ſtella eſt ſplendida matutina.Quantū ad literam
pertinet,ſtellam ſplendidam,⁊ matutinam,appellat ſtellā veneris,
q ⁊ lucifer appellatur:quę dū extremas noctium partes illuſtrat,ma
ne diem citius affuturū declarat.Bene ergo chriſtus ſtella matutina
ſplendida eſt, quia ipſe eſt lux vera illuminans omnē hoīem Joā.1.
Matutina aūt,quia mane ſurrexit,⁊ tenebras mūdi diduxit,nobiſq3
claritatem ęternę diei inuexit,iuxta illud apoſtoli,Nox pręceſſit,dies
autem appropinquauit.Ro.13.Quia ſcilicet noui teſtamenti gratia
refulgente,ęternę diei claritas amabilis ꝓpinquior nobis facta eſt,
vt non abre lucem ſe chriſtus in euangelio ſubinde appellaret,quia
cunctos fidei gratia illuſtrauit,⁊ illuſtrat adhuc vſq3 ad noctē mor/
tis:vt recte propheta a matutino vſq3 ad noctem quēq3 fidelem ſpe/
rare in domino hortetur dī.A cuſtodia matutina vſq3 ad noctē ſpe/
ret iſrael in domino,Pſal.129.Ubi aduerte,quia nox ⁊ culpę,⁊ mor/
tis eſt : non ꝙ vere fidelis in fide vſq3 ad mortem perſeuerans forti/
ter ſit vllo vnꝗ tpe,vel etiam poſt mortē noctem habiturus,quia de
gratia tranſiet in gloriā inenarrabilis luminis : natura tamen ipſa
noctem ſuam habebit,quando priuabitur luce hac vitali.Uel iccirco
eſt ſtella matutina chřs,quia in reſurrectione ſua pręclariſſime poſt

turbidam paſſionis noctē, velut ſtella matutina, gratus oīm aſpectibus mane ſplendens refulſit: cui adſtipulari ſupꝛa diximus titulum Pſal. 21. q ſic inſcribitur: In finem, Pſalmus Dauid pꝛo ſuſceptione matutina. Sed quis iſte finis eſt, in quē Pſalmus compoſitus perhibetur, pꝛoculdubio chꝛiſtus qui ſe finem ⁊ in hac ſcriptura litera Grecanica Omega appellauit. Suſceptio matutina, coꝛpoꝛis gloꝛioſi, de ſepulchꝛo excitati aſſumptio eſt. Alij ceruā matutinam legunt, quę ⁊ ipſa myſterio congruit. ſignificat ſane domini lętabundā reſurrectionē, quę pręluſit ęternę claritatē diei, ad quā cum ſuſceptione gloꝛioſi coꝛpoꝛis reſurgemus omnes qui immutabimur. Ceruа enim matutinali hoꝛa tota exhilarata ſaltitat hincinde, quę noctis tenebꝛas in expectatione exegit: geſtit igitur ſaltibus cerua donec purpureus ſol ſuo ſplendoꝛe exoꝛiatur: ita ⁊ chꝛiſtus pręluſit diem noſtram ęternā, in cuius mane nunc ſumus, et iā lucemus ſpiritu, ⁊ vita cœleſti, veritate aſſeuerante, Uos eſtis lux mundi Matth. 5. Et Paulus Ephe. 5. Eratis enim aliquando tenebꝛę, nunc autem lux in dn̄o. Huic hoꝛe gauiſi ſunt omnes pꝛophetę (vt diximus ſupꝛa) qui dn̄i aduentū pręcinebant. ideo Dauid oꝛans dicit, Mane exaudies vocem meam. Et iterum, Mane aſtabo tibi, ⁊ videbo. Pſal. 5. Tunc certe maioꝛ ſuauitas mentem imbuit: in qua deus contemplatur dulcius: ⁊ guttulę ſpiritus eius vberius ſuguntur. Dicat ergo chꝛiſtus. Ego ſum ſtella ſplendida ⁊ matutina, qui in mane reſurrectionis meę plena claritate gloꝛię fulſi pręludens ęternę illius diei claritatem, quę vos excipiet reſuſcitatos ſimiliter a moꝛtuis. Uel ob fidei lucem ſtella ſplendida, et matutina, quā vobis inuexi radijs coꝛuſcis, quę diem magnum gloꝛię pręcedit. In ſumma chꝛiſtus nunc quidem ſtella eſt nobis fidei, delectabiliter oꝛiens in coꝛdibus noſtris: tunc autem fiet ſol, quando videbimus eum, et cognoſcemus ſicuti eſt, in gloꝛiam tranſlati: ſol inꝗ nunꝗ occubiturus, qui illuminat omne cœlum, communicans ſuam claritatem qua beatus eſt omnibus, qui cum eo erunt, perenniter beati.

¶ Punc. 12.

Et ſpūs & ſpōſa dicūt, Veni. Et q audit dicat, Veni. Et qui ſitit, veniat. Et qui vult, accipiat aquā vitæ gratis.

Mira eſt verboꝛum redundantia, mira ſenſus fœlicitas, mira etiā ac ſuauis conſolatio, vbi ſpiritus, ⁊ ſponſa dicunt, Ueni. Et qui audit dicat, Ueni. Et qui ſitit veniat, Et qui vult accipiat aquam vitę gratis. Quid hęc ſentētiarum diues, ac varia ſuppellex ſibi vult? Quid efflagitat? Quid intendit? Uideo concitatiſſimam fauoꝛis diuini inuitationē. Spiritus alacritatē amplectoꝛ. Mercē cœleſtē gratis venū expoſitam admiroꝛ. Sed quis is ſpiritus eſt? nempe de quo dicitur Joan. 4. Spiritus eſt deus. Tota ergo ſuperbenedicta trinitas eſt hic ſpiritus, pater, filius, ⁊ ſpirituſſanctus. Quāuis per ſpūm illum quoqꝫ ſpeciatim intelligimus, qui teſtimonium reddit ſpūi noſtro, ꝙ ſumus filij dei, in quo clamamus, Abba pater Ro. 8. Spōſa eſt Eccleſia co- Spūs deꝰ trinitas.

lumbę nomine,& amicę in Salomonis Cantico deſignata. Sponſa
Sponſa eccleſia. aūt: habet nāq; fidē ſponſi ſui chriſti & theſauros inenarrabiles pro
arrha: & ſpūm, in quo ſignati ſumus credentes Ephe.1. Poteſt ergo
tali ſenſu intelligi, vt ſpiritus & ſponſa vnumquēq; vocent ad deū,
& ad munera fœlicitatis ęternę capienda. Obſerua. ſancti verbi dei
miniſtri penes ſe debent aſſumere verba hęc admirabilis inuitatio-
nis, qui propinquius audiunt vocem & ſpiritus, & ſponſę: quorū vox
vna eſt vocatio ad vitam. Nam verbū inuitationis ſpiritus & ſpōſę
ipſi reſonant in eccleſia dicentes. Ueni. Ueni. Qui ſitit veniat. Id q̄d
legunt apud Ioannem domini verba referentem. Si quis ſitit, veni-
at ad me, & bibat, &c. Quę verba idem ſanctus euangeliſta exponere
curauit di. Hoc aūt dixit de ſpiritu, quē accepturi erant, credentes in
eum, Ioan.7. Quo non aliud eſt aqua vitę, quā gratis elargiri polli-
centur ſpiritus, & ſponſa. vt dicant. Qui ſitit veniat, & qui vult accipi-
at aquā vitę gratis. Audit fidelis vocem ſpiritus, & ſponſę, per ora
ſacri verbi dei miniſtrorum: cui ſi obtemperet, charitas chriſti illum
protinus, imo ſpiritus eius ad cohortationem excitat, vt dicat. Ueni.
Solent nāq; pij chriſtiani accepta gratia fidei ſeſe mutuo cohortari
ad graſſandū viā dñi. Sic Andreas Petrū, Nathanaelemq; Philip
pus ad dñi agnitionē hortatus eſt, & hortatione ſua vocauit di. Ueni
& vide. Ioan.1. Sed quos cohortantur? Quem vocant? Reſpondeo.
Prędeſtinatos, q̄ hęreditatē capiunt ſalutis. Poteſt & aliter enarrari
locus, vt ſpiritus clamans in cordibus fideliū ad ſaluatorē chriſtū,
qui eſt ſcopus ſalutis oīm, dicat, O chriſte ſaluator: veni ad ſaluādū
nos, libera ab his malis, quibus vallamur & premimur gemētes in
neceſſitatibus noſtris. Salua nos in gemitibus noſtris, in tp̄e malo:
ſicq; non aliud hoc loci docemur, niſi vt in anguſtijs noſtris recur-
ſum habeamus ad chriſtum, tanq̄ ſpem viuā & vnicā ſalutis noſtrę,
qui vnus poſſit ſaluare nos. Ueni ad iudiciū quoq; reproborum, ad
exterminiū oīm iniquitatū, ad reuelationē glorię filiorum dei. Videt
autē hoc ſenſu idē dñs chriſtus pręcipere, vt qui pręſcripta audit, ma
gno animo ſynceraq; & magna fide dicat cū ſpiritu & ſponſa, Ueni.
Poſtremo autem vt aliquis ex fide poſſit dño dicere recte, veni: aq̄s
Gra gratis emitur. viuentes pręguſtet neceſſe eſt. Quocirca vltro chriſtus prouocat cun-
ctos ſitientes, & cupientes vt veniant, & bibant, ſpiritalem hunc potū
aquę vitę gratis: vt nemo pretenderet proinde nequiuiſſe ſalutem aſ
ſequi, q̄ negata ſit ei vitę aqua, & ſalutis ſpiritus. Enimuero ipſa vi-
uifica gratia non appenditur argento, nullo precio gratis erogatur;
& non eſt niſi in ſolo acceſſu labor. Accede & apprehendes. Fide acce
ditur, deuotione emitur, erogatione poſſidetur: vt quod aſſequeris in
hac cœleſti merce libēter eroges oportet: & vſurā ad ſortē facias. alio
qui vt ſeruus malus & piger ſorte collata priuatus, ligatis manibus
pedibuſq; in tenebras mitteris exteriores. Similis locus eſt apud
Eſaiam ca.55. Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis
argentū properate, emite, & comedite, Uenite emite abſq; argento, &

abſq3 vlla cõmutatione vinũ ⁊ lac. Lac ob dulcedinẽ, ⁊ īfantię, tene
ritudiniſq3 noſtrę ſuſtentationem: vinũ ob cordis lętificationem, ſpi/
rituſq3 inebriationẽ. Aqua ob ſitis extinctionẽ, ⁊ imundicie ablutio/
nem. De dulcedine ſpiritus ſcriptura ſapientię loquit, O ꝙ̃ bonus ⁊
ſuauis eſt dñe ſpũs tuus in omnibus, cap. 12. De lętificatione alibi le
gis, Et vinũ letificat cor hoīs. Porro propriũ eſt aquę ſitim extingue/
re, mundareq3 imunda, magis ꝙ̃ cuipiã liquori. Scriptũ eſt, Sitie/
runt, ⁊ inuocauerunt eũ, ⁊ data eſt illis aqua de petra altiſſima, ⁊ re/
quies ſitis de lapide duro: p qđ enim pœnas paſſi ſunt inimici illoꝝ
a defectione potus ſui; in eo quũ abundarent filij Iſrael lętati ſunt.
Sap. 11. Itẽ Eſa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluato
ris. ⁊ alibi in ablutionẽ mẽſtruatę aquã ꝓmittit deus. In qua omne
imũdũ intelligitur. qđ purificatoria aqua emundat. Eſt ergo ſpiritus — *Spũs dei*
dei, ⁊ lac, ⁊ vinũ, ⁊ aqua: quo in loco ſciendũ eſt qa ſpiritus dei, qui/ — *cib⁹, ⁊ po/*
buſdã cibus eſt, quibuſdã potus. his q cũ difficultate capiunt cibus: q — *tus.*
facile potus, iuxta menſuram donationis chriſti. Ergo ſi quis ſitit ve/
niat, ⁊ bibat, ⁊ q vult accipiat aquã vitę gratis. Primũ. Quõ qui vult
accipiat? quũ dixerit Ioan. 6. Nemo venit ad me, niſi pater, qui miſit
me, traxerit eũ. niſi qa ex nolente prius fieri nouimus diuina inſpira/
tione volentẽ. Nã ⁊ hic ſic liberũ cõuenit arbitriũ dicendo, Qui vult — *Liberum*
accipiat, vt confeſtim grã prędicet in eo, quo dicit, Aquã vitę gratis. — *arb.*
Nullus itaq3 bonis ꝑcedentibus accipit aquã vitę, quę datur gratis.
Quid enim, inquit Apl'us. 1. Cor. 4. habes, qđ non accepiſti? Ergo et
voluntatẽ veniendi a deo gratis accepimus: cui nihil pręmij contu/
limus vt eſſemus, quanto magis vt iuſti ex pctõribus redderemur, vt
q gloriat, in dño glĩet Iere. 9. Et. 1. Cor. 1. Itẽ. 2. Cor. 10. quatinus in/
telligeres omnino liberũ arb. minus in ſalutẽ ſufficere abſq3 dei grã.
Nõ enim valet fructũ ſalutis ꝓducere, niſi fortis ac fœcunda nimis — *Liberũ ar*
adſit illi grã. Sed neq3 equus quoꝙ̃ vertit, neq3 recta ꝓcedit, niſi ſeſ/ — *bi. cũ grã.*
ſor aſſideat, capiſtro moderet, vrgeat calcaribus: calcaria noſtra ſunt
timor ⁊ amor: timeamus deũ, q põt ꝑdere corpus ⁊ aīam in gehen/
nã, Matt. 10. Lu. 12. Timor ſit in nobis, qualis ſolet eſſe in filijs erga
patrẽ, reuerentialis. Capiſtrũ lex moderatrix eſt, ne ꝓ libito feramur
in vicia: eo ꝙ pręſentia plus mouent illectamenta, qbus captus ani/
mus facile in diuerſum abit ⁊ peccat, niſi inſidente gratia fortiter re/
gatur. et hoc eſt tractio patris ad chrm, id eſt ad oẽ bonũ, ad oẽm vir/
tutẽ, pacẽ, iuſticiã, integritatẽ, pudiciciã, tẽperantiã, charitatẽ: breuiter
ad oia, quęcunq3 in parte laudis ponunt. Hęc enim omnia ſunt ipſe
chriſtus, qui eſt omne bonum noſtrum, vt neceſſario ſtudioſus ſit,
qui vere chriſtianus eſſe vult. ¶ Punc. 13.

Conteſtor. n. omni audienti verba prophetiæ libri hu/
ius, Si quis appoſuerit ad hæc, apponet deus ſuper illũ
plagas ſcriptas in libro iſto, Et ſi qs diminuerit de ver/
bis libri ꝓphetiæ huius, auferet deus partẽ eius de libro

vitæ:& de ciuitate ſctã:& de his,quæ ſcripta ſunt in li/
bro iſto. Dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum.

Pręclare ſciebat dominus Jeſus,quem nihil latere poteſt, etiam fu/
turorum,minime defuturos,qui ſcripturam hanc propheticę ob diffi/
cultatem eius non intelligentes deprauarent iniquis eorum addi/
tionibus,addentes ſicubi hiulca oratio videretur:diminuentes in ſu
perfluis:proinde vt integra maneret ſcriptura iuxta reuelationem ſpi
ritus,pœnas deprauatoribus comminatur damnationis ęternę. Sic

Non addendum: nec diminuendum.

& ipſe Salomon deprauatorem verbi diuini prudenter depellit di/
cens,Ne addas quicꝗ verbis illius, & arguaris inueniariſq; men/
dax. Prouerb.30. Et in Deuteronomio legis,Non addetis ad verbũ
quod vobis loquor:nec auferetis ex eo,capi.4.& capi.12. Nec addas
quicꝗ,nec minuas. Quod nequaꝗ ita cauillator accipe, quaſi ma/
lũ ſit copioſius interdum ſcripturam ſacram reddere:alioqui quomo
do per ſpiritum ſanctum propheta dicit, Declaratio ſermonum tuo/
rum illuminat,& intellectum dat paruulis, Pſal.118. Sed peccatum
eſt ſcripturam ſacram interpretari non ſicut flagitat ſpirituſſanctus.
Non eſt ergo hoc contra expoſitores eos, qui ſpiritum dei habentes
ſacros dei ſermones ſm cor dei ſicut acceperunt interpretantur,nihil
contrarij ex ſe temere adijcientes,neq; dementes,ſed veritatem dilu
cidius reddentes, ſępe copioſiori documento petitis hinc atq; inde
conſentientibus ſcripturarũ locis. Eſt autem contra eos, qui ſenſum
dei deprauant,ad libitum in diuerſa trahentes:Inuertunt,extendũt,
ſuccidunt,ſtatuunt hęreſes: quorum de grege nos non ſumus, qui
poſt meſſem aliorum ſpicas collegimus. Sentiant alij vtut volunt,
nos intra limites orthodoxorum expoſitionem noſtrã coercuimus.
Juxta quod ſcriptum eſt,Ne trãſgrediaris terminos antiquos,quos
poſuerunt patres tui, Prouerb.22. iuxta ſpiritus flagitationẽ. Ad quẽ
velut ad lidium lapidem omnia expendimus,quantũuis fuſius ali/
quem locum tractauerimus: hoc fecimus,quo rigentem figuris ſer/
monem vtiliori fęnore ori ſtudioſoruꝫ insereremus,lucemq; tenebris
illuſtriorem inueheremus. Alias quoq; libuit in hoc opere repone/
re,velut in archiuo quodã,quicquid erat nobis ſuppellectiliũ longo
ſtudio cõquiſitũ:nec pecuniã dñi in ſudario ligatam defodere,aut lu/
cernam abſcondere ſub modio. quatinus holocauſtum ſtudij noſtri
pingue fiat,chriſto & patri eius per ſpiritumſanctum oblatum,quem
etiam principem in hoc opere velut Theſeum filum ſequuti ſumus,
quem ſi quando minus demeruimus, vt a ſcopo forſitan abducere/
mur, parati ſumus emendari, per eum, qui ſpiritum dei habeat,et
vberius habeat. Nos fecim⁹ quod potuimus in virtute dei,& directio
ne ſpiritus eius, optimam operam(ni fallimur)nauantes. Sed vt
ad inſtitutum repedat oratio. Poſtꝗ duriſſimam in deprauatores ſen
ſus ſpiritus dei ſententiam protuliſſet,aſſerit ſe illum eſſe teſtificato/
rem,qui reuelauit hęc, vt nemo ambigeret chriſtum eſſe libri totius

authorem, ne eiuſdem tam ſalubris contemnenda putaretur vtilitas. Haymo. Tempore quo beatus Joannes ſcripſit hęc, ſurrexerant hęretici in Eccleſia, Ualentinus ſcilicet, ⁊ Ebion, ⁊ Cherintus, quos ⁊ in Epiſtola ſua antichriſtos vocat: icc irco hanc conteſtationem eis obiecit, ne per prauitatem erroris aliquid huic libro ſuperaddere auderēt, ſicut verbi gratia, Arrius auferre connixus eſt ex Euangelio, Ego et pater vnū ſumus. Photinus quoqꝫ dixit, Ego principium tribuo Jeſu ex maria. Jam vero candidus lector ex pręmemoratis intelligit ſane, quid ſit auferri partem eius de libro vitę: quoniam eius rationem tolli de prędeſtinatione dei. Et de ciuitate ſancta, quicunqꝫ deprauator extiterit ⁊ non computari cum iuſtis, nec vllam cum eis portionem habere. Quo certe damno nihil damnoſius eſt, nec ignominia quippiam ignominioſius. Sint ergo boni viri in ſpeciem, dicant multa ſplendide: ſed niſi ſcripturę ſenſum ęquilibrio expendāt, niſi ſynceri ſint intelligentia, participes regni dei eſſe non poſſunt. vt recte vtilius fuerit nonnunꝙ bis bene tacere, ꝙ inutiliter multa profundere: ⁊ timere magis ꝙ preſumere: candida fide ſimpliciter in chriſtum credere, ꝙ temere abſtruſiſſima eius iudicia intrare: ſenſu in ſublime euadere, ⁊ ſui interim obliuiſci. ¶ Punc. 14.

## Etiam, venio cito, Amen.

Etiam confirmantis vox eſt: confirmat nāqꝫ dominus Jeſus cito ſe venturum aduerſum eos, qui ſcripturā hanc ſacrilega manu oreqꝫ temerare tentarent, ⁊ omnes qui participes iniquitatis horum ſunt maligni impatientes, vt compleat in ipſis omnia quecunqꝫ ſcripta ſunt in libro prophetię huius: ⁊ omnem iracundiam effundat in eos qui veritatem non ſequuntur, ſed abeunt poſt ſua mendacia. Dicit ergo. Etiam, Uenio cito. Quod oraculum dulce nimium eſt animę diligenti, ⁊ chriſtum aſpiranti. Nec eſt quod magis pij appetant, ꝙ videre faciem deſyderabilem domini, in quem deſyderant angeli pſpicere. Et quia ſic deſyderant pij chriſtum videre: beatus Joannes in perſona omnium ſubiunxit, Amē. Quod eſt deſyderantis animi conſenſus. fiat enim ſignificat: quo verbo indicant ſancti optare primo quoqꝫ tempore hanc impleri promiſſionem. ardent enim ſumme chriſti aduentum, in cuius ſpe nihil non efficiunt. propterea ſubiunctiue dicunt inuitantes. ¶ Punc. 15.

## Veni Dn̄e IESV.

Ex eodem deſyderio prodijt vox iſta, quo cupit vir ſanctus ꝙ primum venire chriſtum. Et bene, Salus enim eſt, ſaluator omnium credentium. Nec eſt quod vtilius inuocet chriſtianus ꝙ Jeſum, qui nouit ab omnibus tribulationibus ſaluare ſuos: pro quibus mortem oppetijt, ⁊ fecit omnia vt ſaluos eos faceret. Ueni ergo domine Jeſu, ⁊ ocyus veni: ſalua hominem, quem proprio ſanguine redemiſti, cui beatitudinem in cęlo promiſiſti, ne diutius malis vexatus deſperatione pereat: ſed per te ſeruetur, qui per te creatus eſt. Ueni, ⁊ ne tar-

dauerīs, eripe de medijs atrociſſimorum leonum dentibus, quorū nequiſſima phalanx contra pios ſtetit, cogit aduerſarias acies, vt profliget, vt perdat, vt deleat, nec memoretur nomen eius vltra: ſed tu ſolus es domine auxiliator in tempore opportuno, in quo confidit aīa mea. Ueni ergo, qa incolatus meus ꝓlongatus eſt, Et deſyderat ad te aīa mea, ſicut deſyderat ceruus ad fontes aquarum ſitis ardoribus ęſtuans. Enimuero ſatiabor, quum apparuerit gloria tua. Ueni domine Jeſu: o verbum ſemper recolendum, ſemper memori pectore tenendum, recitandum ſemper: Jeſum accerſit, in cuius occurſum pręparari nos conuenit, ne quum venerit imparatos offendat nos. Ad hoc opportune alibi pręmonet dī. Et vos ſimiles eſtote hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs: vt quum venerit, ⁊ pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Suſpirans ergo, ⁊ filiorum dei gloriam quantocyus reuelari, ⁊ quicquid mali eſt aboleri q̃primum deſyderans, beatus Joannes dicit. Amē, id eſt, ſit ita, vel fideliter. Etiam veni domine Jeſu. Et ego peccator, qui hęc ſcripſi idipſum deſydero, ſuſpiro, peto, vt palam fiat ſumma illa redemptio glorię futuri ſeculi. Sit ita domine Jeſu chriſte: Ueni, ⁊ cito veni, reuelare omnibus, ⁊ his qui tibi aduerſantur, ⁊ contemnunt te: qui es ſanctorum ſanctus, ſaluator noſter, ⁊ rex cęli terręq̃3, Judex viuorum ⁊ mortuorum, princeps pacis, pater futuri ſeculi: qui in admirabile lumen tuum vocare dignatus es nos omnes, qui tui amore tenemur fideles per temetipſum ſummę glorię autorem: cui id q̃cquid eſt operis humili corde commendo, ⁊ dedico: tuo feratur auſpicio quocũq̃3 fertur: tua gratia fœlix pdeat, eat, circumambulet orbem, qui mihi es vnica ſalus, ⁊ decus, ⁊ honor, ⁊ gloria in omne ornamentum. Amen. ¶ Punc. 16.

Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus vobis. Amen.

Jn hac vltima ſalutatione beatus Joannes typum gerit conſtantiſſimorum verbi dei miniſtrorum, qui ſcientes hominem non poſſe ſaluari, nec iuſtificari per legem, magis autem per gratiam: hanc optant, vt maneat in dei Eccleſia. Obſerua. Liber iſte a gratia accepit initium, ⁊ in gratiam deſijt: quia videlicet, ⁊ pręueniente gratia ſaluamur, ⁊ ſubſequente iuſtificamur, vt prodidit Haymo. Unde ⁊ Paulus Apoſtolus hoc loquutionis modo ſuas omnes epiſtolas eccleſijs direxit, vt a gratia auſpicaretur, ⁊ in gratiam abſolueret. Gratia hęc, quam optat, quaq̃3 conſolatur, gratum faciens eſt: quā chriſtus, ſm q̄ deus, dat autoritatiue, ⁊ efficienter: ſm autem q̄ homo, dei hominumq̃3 mediator: dat eam, vt cauſa inſtrumentalis ac meritoria: ſua enim hanc paſſione omnibus nobis promeruit, quę eius paſſionis merito datur quibus datur, ſine qua nemo meretur. Eſt deniq̃3 gratia omne ſpirituale donum pertinens ad ſalutem. Sed illa precioſiſſima, ⁊ efficax, qua niſi adiuuemur in om

nibus pręcipites in contrarium vertimur, immo omnia chriſti bene/
ficia, quamuis magna ſint, ⁊ ſalutaria in primis, erunt nobis oc/
caſio grauioris damnationis. Semper ergo pro gratia hac impetran
da, ⁊ eius in nobis incremento, viſcera miſericordię dei noſtri in/
tentis pręcordijs ſunt nobis requirenda. Quo enim plus in nobis
augmentabitur, eo gratiores deo ſumus: ⁊ eo ampliora bonorum
operum merita apud illum cumulamus: quo conſtantius
recta ad regnum chriſti ſanguine nobis paratuꝫ
proficiſcamur, adiuuante nos ipſo Jeſu
chriſto, qui eſt benedictus
in ſecula ęterna.
Amen.

DEO Gratias.

F. Gregorius Cœlius Pannonius ordi/
nis. S. Pauli primi Eremitę
faciebat.

*

Impreſſum eſt hoc Opus præclariſſimum In Alma
Venetiarum Ciuitate, atq; perfectũ, Anno Dñi.
M. D. XLVII. Menſe Maio. In AEdibus
ſolertis calcographi Petri Liechtenſtein Co/
lonienſis Germani.

In Officina Ad Signum Agnus Dei.

1547
VENETIIS



Petrus Liechtenſtein
imprimebat.

1-6-3